R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
454 2
NAPOLI

Digitized by Google

Vol. B. 454

M. T. CICERONIS
OPERVM
TOMVS XV.

EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER V. VI. VII. ET VIII.

(2)

Digitized by Google

M. T. CICERONIS
EPISTOLARVM
LIBRI XVI.
AD FAMILIARES
(VT VVLGO VOCANTVR)

EX RECENSIONE IO. GEORGII GRÆVII

CVM NOTIS VARIORVM

Editio noviſſima poſt Grævianam locupletior.

TOMVS II.

NEAPOLI MDCCLXXVII.

Typis, ac ſumtibus IOSEPH MARIÆ PORCELLI
Bibliopolæ
AVCTORITATE PVBLICA.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD Q. METELLVM ET CETEROS

LIBER QVINTVS

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

Queritur Metellus Celer, qui prætor anno ſuperiore fuerat, Cicerone conſule, & in Galliam ex prætura proconſul iuerat, Metellum Nepotem, fratrem ſuum, a Cicerone in ſenatu oppugnatum. Moralis eſt epiſtola. D. Iunio Silano, M. Licinio Murena Coss.

Q. METELLVS, Q. F. CELER PROCOS.
M. T. CICERONI S. D.

SI vales, bene eſt. Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio læſum iri, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri: quem ſi parum pudor ipſius defende-

EPISTOLA I.

PROCOS.) *Propræt.* quibuſdam magis placet, quod hic Metellus eo tempore nondum fuiſſet Cos. Sed tamen legimus eos etiam, qui provincias conſulares regerent, *Procoss.* appellatos, quamvis nondum Cos. fuiſſent. Hic vero Metellus tunc Galliam provinciam conſularem regebat, quam Cicero in concione depoſuerat. Sunt tamen, qui Præt. in Hiſpania ulteriore fuiſſe volunt. CORRADVS.

Pro mutuo animo) *Propter* animum, amicitia ita volente. Vide ad III. ep. 10. CORT.

Nec abſentem ludibrio læſum iri) Galliam

fendebat, debebat vel familiæ noſtræ dignitas, vel meum ſtudium erga vos, remque publicam ſatis ſublevare. Nunc video illum circumventum, me deſertum, a quibus minime conveniebat. Itaque in luctu & ſqualore ſum, qui provinciæ, qui exercitui præſum, qui bellum gero: quæ quoniam nec ratione, nec majorum noſtrum clementia adminiſtratis, non erit mirandum, ſi vos pœnitebit. Te tam mobili in me meoſque eſſe animo, non ſperabam. Me interea nec domeſticus dolor, nec cujuſquam injuria a repub. abducet. Vale.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ad Metelli querelam de Nepote fratre ejus oppugnato, ac primum ſua in eum officia commemorat, ut ſe ami-

ſiam adminiſtrantem. IDEM. *Nec abs. lud.*) Ita pritca editio, ac Victorii: neque aliter quinque Pall. Gruterianus, vulgo, *neque me abſentem lud.* GERNARD. Subſcribunt Pall. libri tres, quibus Græv. eſt uſus. GRAV.

Ne. Metellum fratrem) Q Metellum Nepotem Trib. pleb. CORRAD.

Os dictum) Non licuiſſe cives Romanos indicta cauſa condemnari: vel, quod non ita placeret, ex Aſia Pompeium cum exercitu revocandum, qui diſſenſiones urbanas componeret. In.

Capite & fortunis per te opp. iri) Hoc eſt, ita oppugnatum iri, ut illius omnia bona in diſcrimen veniant. Phraſis eo nobilior, quod nuſquam alibi exſtat, ſed cui tantum ſimilia reperiuntur, *damnari capite*, & *periclitari capite*. Nec diverſo modo Terent. in Eunuch. *Veſtem omnem miſere diſcidit*; tum *illam capillo conſcidit*. Etenim conſcindere capillo aliquem non eſt aliter dictum, quam oppugnare capite: ſignificat enim oblatam partem, & dicitur per intellectam præpoſitionem *in*. I. FR. GRON. Ita *capite deſerere* videtur dictum pro *in periculo capitis*, ſeu vitæ. Eo utitur Cato apud Feſtum in *ſtata ſacrificia*. CVPERVS.

Meum ſtudium erga vos) Tempore conjurationis Catilinæ, cum Prætor eſſem. CORRAD.

A quibus minime conveniebat) *Me*, puta, *circumveniri*. Alii ita totum conſtituerunt: *me deſertum ab illis, a quibus minime conveniebat me circumvenire: a quibus* ſuſtinere dicerent caſum abſentis, &c. *Demonſtrationem* Pronomen addendum, uti ſupra III. ep. 2. & apud Liv. XXXI. c. 3. Relativum autem caſu etiam convenire cum Demonſtrativo, doceo mox ad Ep. 14. Sed qui priori ratione deficientem orationem ſupplent, non mihi peccant. De addendo verbo *me circumveniri*; vel *me circumvenire*, vide III. ep. 7. CORT.

Nec majorum noſtrum clementia adminiſt.) Sic tres Guilielm. libri: ſic Pall. pr. tert. Grut. Vatican. quorum conſenſum non ſequi irreligioſum eſſet. Vulgo *noſtrorum*. GERNARD.

Te tam) In omnibus fere libris legitur *etiam*: ut magis Ciceronem mordeat, quaſi dicat, ſicut es in alios. CORRADVS.

Non ſperabam) Non *putabam*. *Sperare* enim medium eſt, & modo in bonam, modo in malam partem uſurpatur; ſive, quod Servius ait, *Sperare eſt futurum opinari* ad IV. Æn. v. 419. Iulius Firmicus VIII. Math. c. 17. fin. L. 25. Cod. Theod. de pet. Nos ad Sall. Cat. c. 20. CORT.

Epi-

amicitiæ ſatisfeciſſe oſtendat: deinde his officiis non mutuo Metellum reſpondiſſe ſignificat: nec vero a ſe fratrem ejus Nepotem oppugnatum, ſed oppugnanti ſe reſtitiſſe. Poſtremo excuſat, atque etiam laudat ejus dolorem, ſuamque in tuenda amicitia conſtantiam pollicetur.

M. T. M. F. C. Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS. S. D.

SI tu, exercituſque valetis, bene eſt. Scribis ad me te exiſtimaſſe, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, numquam te a me ludibrio læſum iri. Quod cujuſmodi ſit, ſatis intelligere non poſſum: ſed tamen ſuſpicor, ad te eſſe allatum, me, in ſenatu cum diſputarem permultos eſſe, qui rempub. a me conſervatam dolerent, dixiſſe: a te propinquos tuos, quibus negare non potuiſſes, impetraſſe, ut ea, quæ ſtatuiſſes tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda, reticeres. Quod cum dicerem, illud adjunxi, mihi tecum ita diſpertitum officium fuiſſe in reip. ſalute retinenda, ut ego urbem a domeſticis inſidiis, & ab inteſtino ſcelere, tu Italiam & ab armatis hoſtibus, & ab occulta conjuratione defenderes: atque hanc noſtram tanti & tam præclari muneris ſocietatem, a tuis propinquis labefactatam: qui, cum tu a me rebus ampliſimis atque honorificentiſsimis ornatus eſſes, timuiſſent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mutuæ tribueretur. Hoc in ſermone cum a me exponeretur, quæ mea exſpectatio fuiſſet orationis tuæ, quantoque in errore verſatus eſſem, viſa eſt oratio

EPISTOLA II.

Te propinquos tuos) Metellum Nepotem fratrem. CONRAD.

Ab occulta conjuratione defenderes) Prætor a me Cos. in agrum Gallicanum Picenumque ad habendum delectum præmiſſus. IDEM.

Italiam) Cicero conſul Q. Metellum miſerat in agrum Picenum & Gallicanum, ut Catilinæ conatus impediret. CELL.

Muneris ſocietatem) Cum uterque bonum publicum conjurationis incendio reſtinguendo quæreret: vide ad Sall. Cat. c. 40. CORT.

In errore verſatus eſſem) Fruſtra exſpectans a te laudari. *In mœrore verſatus eſſem*, hic, & paullo poſt, *in mœrorem meum*, in omnibus fere libris paullo vetuſtioribus leges. CORN. *Quantoque mœrore verſatus eſſem*) Ita habent omnes Pall. Gruter. Stewech. Victorius tamen, *quantoque in errore verſatus*, & paullo poſt, *ſed magis in errorem meum*. GRAN. *Quantoque in errore verſatus eſſem*) Rectiſſime ſic emendavit P. Victorius, idque confirmat meus optimus & fidiſſimus codex, qui clare hoc præ ſe ferr, nec non alius codex, quem laudant margines editionis Lambini-

tio non injucunda ; & mediocris quidam eſt riſus conſecutus, non in te, ſed magis in errorem meum, & quod me abs te cupiſſe laudari aperte atque ingenue confitebar. Iam hoc non poteſt in te non honorifice eſſe dictum, me in clariſsimis meis, atque ampliſsimis rebus tamen aliquod teſtimonium tuæ vocis habere voluiſſe. Quod autem ita ſcribis, *pro mutuo inter nos animo*, quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur. Ego ſi hoc dicam, me tua cauſa prætermiſiſſe provinciam, tibi ipſe levior videar eſſe: meæ enim rationes ita tulerunt, atque ejus mei conſilii majorem in dies ſingulos fructum voluptatemque capio. Illud dico, me, ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpiſſe. Nihil dico de ſortitione veſtra: tantum te ſuſpicari volo, nihil in ea re per collegam meum me inſciente eſſe factum. Recordare cetera: quam cito ſenatum illo die, facta ſortitione, coegerim: quam multa de te verba fecerim, cum

binianæ. Mox idem meus codex, *ſed magis in errorem*. Scriptum quidem erat *honorem*, ſed eadem manus hanc voculam induxerat & ſuperſcripſerat, *errorem*. Verum licet aliter in his codicibus legeretur, ipſa tamen loci ſententia poſtulat ſic legendum eſſe. Hic enim erat error Ciceronis, quod fruſtra ſperarit laudari a Metello. Ipſum loquendi genus occurrit cum alibi, tum in Orat. Cic. pro Muræn. *Quoniam mihi videris iſtam ſcientiam juris, tamquam filiolam oſculari tuam, non patiar te in tanto errore verſari*. Vulgata lectio *mœrore*, quam propter Palatinorum omnium, aliorumque quibus uſus eſt, librorum contentum probat Gebhardus, nata eſt ex vera illa; *in* enim in *m* coaluerat & ſequenti poſtea vocabulo adhæſerat, unde pro *in errore* factum eſt *merrore* & *merore*, ſicut ita habetur in Stewech. cod. quæ cum eſſet vnx nihili, poſtea mutata eſt a correctoribus in *mœrore*. GRÆV.

Non jucunda, & mediocris) Al. *non jucunda, ſed mediocris*. CORR.

Cum par voluntas accipitur; Cum amamus, & redamamus. Varro: *Si datur, quod reddatur mutuum*. Vid. III. de Pec. Vet. I 257. I. FR. GRON.

Prætermiſiſſe provinciam) Galliam. CORR. Cum ex Conſulatu in Galliam ire poſſet maluit in urbe remanere. Quod ipſum ep. 4. Lib. XV. ſcripſit ad Catonem: & ad Att. ep. 1. lib. II. CELL.

Meæ enim rationes ita tulerunt) Vt urbem defenderem. CORR.

Nihil dico de ſortitione veſtra) Legitur *& noſtra*, hoc eſt, mea & C. Antonii: in qua primo mihi Macedonia, & illi evenit Gallia. ID. *Veſtra*) Quidam libri veteres habent *noſtra*, & paullo poſt *nolo*, ubi alii *volo*: ego nihil mutandum cenſeo. LAMB.

Tantum te ſuſpicari volo, nihil in ea re per collegam meum) Forte: *Tantum te ſuſpicari nolo, aliquid in ea re per collegam meum*. LAMBIN. *Per collegam meum*) In conſulatu C. Antonium. GRAVIVS.

Me inſciente) Imo permittente, ut hac indulgentia illum a ſuſpicione conjurationis revocatem. CORR.

In col-

cum tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe. Iam illud S. C. quod eo die factum eſt, ea præſcriptione eſt, ut, dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſsit. Poſtea vero quam profectus es, velim recordere, quæ ego de te in ſenatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad te litteras miſerim. Quæ cum omnia collegeris, tu ipſe velim judices, ſatis ne videatur his omnibus rebus tuus adventus, cum proxime Romam veniſti, mutue reſpondiſſe. Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia, non intelligo, cur reconciliatam eſſe dicas, quæ numquam imminuta eſt. Quod ſcribis, non oportuiſſe

In collegas tuos) Q. Pompeium Ruſum, C. Pontioum, L. Valerium Flaccum & C. Coſcnoium. Io.

Ea perſcriptione eſt) Al. *eo præſcriptione eſt*. Io. Habuit tot illuſtrium ſenatorum nomioa præſcripta: vid. P. Manut. GRAV. *Ea præſcriptione eſt*) Præſcriptio ejus S. C. fuit: QVOD M. TVLLIVS CICERO coss. K. P. OB PROVINCIA GALLIA, QVA Q. CAECILIO METELLO EVENIT, ORNANDA N. N. R. I. C. ut intelligere eſt ex lib. VIII. ep. 7. Ex qua formula manifeſtum eſt ſtudium, & officium Ciceronis erga Metellum, io cujus gratiam ille hæc verba feciſſe, atque ad Senatum retuliſſe dicitur. Mirifice fallitur hoc loco Manutius. De præſcriptioone neceſſitatis nugæ: ap. Feſtum *perſcribi* legendum eſt. Ex auctoritatibus autem præſcriptis non poteſt eſſe officium Ciceronis clarum, quia non ſolebat in iis poni ipſe Conſul. Io. FR. GRON. Nam non tantum nomina Senatorum, qui ſcribendo adfuerunt; ſed etiam Conſulis, quo refereote, factum SC. nomen præſcribebatur: accedebat honoraria quædam præſcriptio, de qua Manut. adeoque *Cicero* nomen quaſi profeſſus erat inter eos, qui Metelli cauſa volebant. Formam SC. dedit ad morem prifci Senatus Lipſius in Sat. Menip. Plura Briſſonius II. de Form. CORTIVS.

Tu ipſe velim judices) Forte: *tum ipſe velim judices*. LAMB.

Mutue reſpondiſſe) Hanc lectionem jure prætuli ex Pall. ſec. quart. quinr. Vatic. editione Victorii (quibus accedit primus Græv. liber.) Vulgo interpolatitie *mutuo*: ſic quoque ex Stewech. Vatic. & Pall. emeodandum infr. epiſt. 7. *Si quando non mutue reſpondetur*, ubi etiam *mutuo* vulgatur. GEBHARD. Sic VII. ep. 7. *Quibus ſi quando non mutue reſpondetur*. GRAV.

Quæ numquam immutata eſt) Nos *imminuta eſt*, vetuſtus enim codex *imminuta 'ſt*: & hic enim & multis locis prima littera hujus monoſyllabi *eſt* vocali præcedente eliditur, ut in hac ipſa epiſtola iofra: *Si humanitas appellanda 'ſt in acerbiſſima injuria*. Vbi etiam *u* pro *b* ſcriptum eſt, quod ex multis antiquorum monumentis colligitur ſæpe priſcos uſurpaſſe, & paullo poſt: *Nulla 'ſt a me umquam ſententia*. VICTOR. *Quæ numquam imminuta eſt*) Sic nunc edidimus, codicis Florentioi auctoritatem ſecuti: neque tamen lectionem receptam *immutata eſt* (quam etiam in quibuſdam libris MSis reperimus) damnamus. LAMB. *Quæ n. immin. e.*) Medicæus (ut adnotat Egnatius) *imminuta 'ſt* & hic & multis paſſim locis ſimili exemplo colliſis vocalibus, prout in metro, quod admiſit Lambinus, utinam non novitatis ſtudio! ſed ut edeodum curaviuus, eſt io omo. Pall. (niſi quod quartus primorem ſyllabam truncet, *minuta eſt*) Grut. Stew. Vatic. editionibus me-

tuiſſe Metellum fratrem tuum ob dictum a me oppugnari: primum hoc velim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum vehementer probari, & fraternam pleuam humanitatis ac pietatis voluntatem: deinde, ſi qua ego in re fratri tuo reip. cauſa reſtiterim, ut mihi ignoſcas: tam enim ſum amicus reip. quam qui maxime. Si vero meam ſalutem contra illius impetum in me crudeliſsimum defenderim, ſatis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri: quem ego cum comperiſſem omnem ſui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atque meditari, egi cum Claudia,

uxo-

lioribus, ab omnium principe Veneta; ſicque ipſe Cicero ep. ſeq. 5. ad C. Antonium: *Aliquid de noſtra coniunctione imminutum eſſe oſtenderem*: vulgo male, *quæ numquam immutata eſt*. GRÆ. *Imminuta* etiam reperitur in Græcii primo deficiente *eſt*. ID.

Si qua ego in re fratri tuo reip. cauſa reſtiterim) Nam dum me apud populum de conjuratorum morte accuſabat, totum Senatum, qui cenſuit, accuſabat. CORN. *Rrip. cauſa reſtiterim*, *ut mihi ignoſcas*) Iterum intruſerunt correctores ſeu pædagogi illi fuerunt, *reſtiterim*, *peto*, *ut mihi ign.* quod abeſt ab editione primaria, Victorii, Pall. omn. Gruter. Peck. Vaticano. GRÆVIUS.

Si vero meam ſalutem) Quoniam me reum faciebat. CORN.

Satis habeas) Contentus ſis. Cor. Nepos Epamin. c. 8. quomodo & Sall. Iug. c. 31. CORT.

Egi cum Claudia uxore tua) Hæc eſt *Clodia* illa P. Clodii ſoror, quam in oratione pro Cœlio Cicero vexat multis contumeliis. Impudica enim fuit, & exiſtimata eſt cum P. fratre ſtupri conſuetudinem habuiſſe. Appellabant ipſam vulgo *Quadrantariam*, quod cum amatorem ſuum grandem pecuniam illa popoſciſſet, callidi ingenii adoleſcens, qui ſine damno rei familiaris vellet libidinem ſuam explere, *quadrantes*, abjectiſſimam pecuniam, ex ære ut argenteos nummos in loculos ei immiſit: qua re cognita, & fabula pervulgata, illa poſtea ita appellata ſemper eſt. Tangit hanc rem obſcure Cicero pro Cœlio, cum inquit: *Niſi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori*; & toto illo loco: *Audita & pervulgata & percelebrata ſermonibus res eſt*; nam quod in fine inquit: *Niſi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare aptæ viderentur*, alluſit illo verbo ad hoc nomen *Quadrantariam*. Plutarchus totam hiſtoriam narrat in Cicerone. Et ut obſcuriſſimum Quinctiliani locum interpretari conemur, arbitramur nos *Quadrantariam Clytæmneſtram* Clodiam hanc eſſe, quam *Quadrantariam* appellaverit Cœlius ex fabula ſupra expoſita. *Clytæmneſtram* autem, quia illa conjugi ſuo Q. Metello mortem attuliſſe credita eſt, quemadmodum Clytæmneſtra Agamemnoni, quamvis hæc ferro, illa veneno graſſata in maritum ſit. Agit de hac ſuſpicione Cicero in Oratione pro M. Cœl. cum inquit: *Proh Dii immortales! cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut connivetis*, &c. Nam in fine hujus loci apertius adhuc: *Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier dicetne celeritate dicere audebit? nonne ipſam domum metuet, ne quam vocem rejiciat? non parietes conſcios? non noctem illam funeſtam ac luctuoſam perhorreſcet?* Verba Quinctiliani ſunt hæc in VIII. libro, cap. de Tropis, cum de ænigmatibus loqueretur: *Et oratores nonnumquam, ut Cælius, Quadrantariam Clytæmneſtram*; ita enim legi debet, non ut in vulgatis *Cæcilius*. Cæcilius enim poeta Comicus fuit, non orator. Sed aliis etiam in locis apud Ciceronem, ut quon-

uxore tua, & cum veſtra ſorore Mucia, cujus erga me ſtudium pro Cn. Pompeii neceſsitudine multis in rebus perſpexeram, ut eum ab illa injuria deterrerent. Atque ille, quod te audiſſe certo ſcio, pridie Kal. Ianuar. qua injuria nemo umquam in aliquo magiſtratu improbiſsimus civis affectus eſt, ea me conſulem affecit, cum remp. conſervaſſem, atque

ut quondam oſtendimus, hæc nomina inter ſe commutata fuerunt. Ex verbis quoque Ciceronis paullo ante citatis magnum mendum ſuſtulimus. VICTOR. *Claudin uxore tua*) Quadrante, P. Clodii ſorore. CORR.

Veſtra ſorore Mucin] Pompeii uxore. IORM.

Ab injuria deterrerent) Sic plerique Pall. Grut. Siewech. Vatic. niſi quod in Pal. lec. & editione principe *deterrerent*, qualiter & in quint. fuiſſe apparet, aut *detiuerent*, ad marginem *provocarent*: vulgo *detraherent*. GRAM. *Ab inj. deterr*] Ita MSi, hoc eſt precibus & rationibus expugnarent, ut deſiſteret ab injuria mihi inferenda. Vid. Manut. GRAV.

Atque ille quod te audiſſe credo, prid. Kal. Ian. qua injuria nemo umq. in annuo magiſtratu] Nonnulli *in aliquo magiſtratu* legunt. Nos cum meliores codicea hoc loco corruptos invenerimus, vulgatam lectionem immutare, etſi nobis parum probatam, noluimus. Quid enim prodeſt, ſi non ſinceriorem & clariorem reponas, receptam quamvis parum firmam repudiare? Vetus ille codex, quem omnium longe optimum cognovimus, *in animo* habet; quam ſcripturam volui hic notare, etſi procul dubio depravatam, ut poſſint ex his veſtigiis ſtudioſi veram lectionem indagare, & ſuo loco inventam reponere. Vnuſquiſque igitur nunc in veritate perveſtiganda ſe exerceat. In eodem etiam codice & altero pari fere bonitate, paullo ante hunc locum, dictio illa *credo* variata eſt, & forraſſe corrupta: illic enim *quod te audiſſe certo* legitur. Quare niſi deſit *ſcin*, aut alia vox, quæ ſenſum ejus loci perficiat, procul dubio peccatum fuiſſe librarii dicendum eſt: etſi ille quomoducumque negligens fuit, aut aliquam dictionem omittendo, aut *certo* pro *credo* ſcribendo. VICTOR. *In annuo magiſtratu*) Vt quondam docui. Medicæus codex *in animo magiſtratu* habet: aliorum judicium non reprehendo: ſed quia unicuique licet quid ipſe ſentiat proferre, ſuſpicor legendum eſſe, *inani magiſtratu*, deleta poſteriore parte mediæ vocis, priore autem cum primo monoſyllabo copulata: ita enim & antirheton erit, & parva immutatio fier. Natum hic eſſe mendum arbitror ex principio conſequentis dictionis. IORM. *In aliquo magiſtr.*) Leges *in annuo*, *in animo*, *in minimo*. CORR. *Quod te audiſſe credo*] Sic legendum *quod te audiſſe credo*, ut habent omnes noſtri libri veteres: & ita olim excudi juſſeram. Nam altera & vulgata *quod te audiſſe certo ſcio*, ſuppoſititia eſt. LAMB. *In minimo magiſtr.*] Paull. Manutius, ſeu Vbaldinus Bandinellus, legendum putat *in minimo magiſtratu*: & recte, quamvis nonnulli ex noſtris habeant *in aliquo magiſtratu*: quomodo olim edendum curavi. IORM. *Atque ille quod te audiſſe credo*) *Ab ille*, ex ingenio Ant. Auguſtinus: pro *credo* autem legebat Pantagathus *certo*; & paullo poſt pro *in aliquo magiſtratu*, vetus liber habet *annuo magiſtratu*: ſed ſententiæ aptiua eſſet *minimo*, ut ſit ἀντίθετον vocis, quæ ſequitur, *conſulem*. VASIN. Omnes MSi, tam Pall. quam Guilielmio conſulti *smq. in aliquo m.g.* GRAM. Quibus accedunt Mentel. Aniſtelod. meua ſec. at prim. *in animo mag* quod etiam cum meum librum inſpexiſſet, in mentem venit Gronovio. Non poſſum vero aſſentiri Lambino legere jubenti: *Quod te audiſſe credo*. Nam cum antiquiſſimi codices Medicæus, & ei perſimilis alius

atque abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate privavit: cujus injuria mihi tamen honori ſummo fuit. Nam cum ille mihi nihil, niſi ut jurarem, permitteret, magna voce juravi veriſimum pulcherrimumque jusjurandum: quod populus idem magna voce me vere juraſſe juravit. Hac accepta tam inſigni injuria, tamen illo ipſo die miſi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, ut de illa mente deſiſteret: quibus ille reſpondit, ſibi non eſſe integrum: etenim paullo ante in concione dixerat, ei qui in alios animadvertiſſet indicta cauſa, dicendi ipſi poteſtatem fieri

legant, *quod te audiſſe certo*: meus vero liber pervetuſtus, qui raro a Mediceo diſcedit, liquido præ se ferat, ut legendum conjecerat P. Victorius, *quod te audiſſe certo ſcio*, nullus dubitavi hanc lectionem tamquam certiſſimam reponere. Sic ſtatim idem meus liber eamdem ſcripturam habet, quam in Mediceo invenerunt viri docti, *nemo umquam in animo magiſtratu*; unde recte conjeciſſe Bandinellum exiſtimo: *nemo umquam in minimo magiſtratu*. Sic *magiſtratus maximus* apud Salluſt. Catil. eſt Conſul: *Ea poteſtas*, inquit, *meæ Romano magiſtratui maximo permittit exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios, atque cives: domi militiæque imperium atque judicium ſummum habere: aliter fine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus eſt*. Sic iſte locus legendus, & interpungendus, qui vulgo circumfertur corruptiſſimus, ut alias oſtendemus. *Ceeto* etiam probavit Pantagathus, & pro *aliquo* mallet quoque F. Vrſinus *minimo*. GRÆV. *In aliquo magiſtratu*) MSus Græv. *in alio magiſtratu*. L. *in minimo*; ut quidam voluerunt. De magiſtr. maior. & minor. Gell. XIII. 15. Liv. XXXII. 26. I. F. GRON. *Nemo umquam in aliquo magiſtratu*) Cum viderem quo tenderent conjecturæ doctorum hominum ex lectione ſcripta, quæ vel hæc eſt vel *in animo mag.* cogitabam an non in eo ambiguitas duplicis ſcripturæ reſtaret, & ſic librarii in dubio ſcripſiſſent *umquam in animo magiſt.* ut hæſerint, utrum dixerit Tullius *nemo in magiſtratu*, ſcilicet quocumque, an *nemo imo magiſtratu*; quippe meminerant & imi tubicellii magiſtratum alibi occurrere; & Lib. XII. epiſt. 4. non diſſimiliter ſcribit *infimo quemque honore*. Sed cum animadverterem ſæpe contigiſſe in his aliquid litteræ primæ, ut mutaretur cum aliis, unde lib. II. hærent inter *habui* & *homini*. Lib. III. *Ceſonio* & *accenſo meo*. Lib. IV. *perpetuis* & *paricinis*, *conſanuiſſe* & *conſenuiſſe*. Lib. hoc *immmutata* & *imminuta*, *ingenuos* & *ingenuas*, *vetuſtus* & *vetuſtas*; præterea Ciceronem non ita loqui, ut volunt, *nemo in magiſtratu*, ſed ſolere omittere præpoſitionem, ut præter locum ex lib. XII. jam citatum etiam patet ex epiſt. 10. ad Brutum, *nemo tribunus plebis*, *nemo aliquo magiſtratu*, *nemo privatus*, ea duo judicans nunc etiam advertenda concluſi dediſſe Tullium *nemo umquam minimo magiſtratu*, ut contra ſcribit lib. XII. ep. 10. *maximos magiſtratus gerentes*, & Suetonius in Domitiano *maxima* dixit *officia*. Lib. II. ep. 15. dicit *ſuperiore honore uſus*. IAC. GRON.

Niſi ut jurarem) De more, juſte me Conſulatum geſſiſſe. CONRAD.

Magna voce juravi veriſſimum pulcherrimumque jusjurandum) Rempublicam, atque hanc urbem mea unius opera eſſe ſalvam. IOAM.

Qui in alios animadvertiſſet) MSus, *animum adverriſſet*, qui ſupplicium ſumſiſſet de nobiliſſimis civibus non auditis, non ſervato ordine judiciorum. Hoc ſemper objecerunt poſtea Ciceroni ini-

fieri non oportere. Hominem gravem, & civem egregium, qui qua pœna ſenatus, conſenſu bonorum omnium, eos affecerat, qui urbem inceudere, & magiſtratus, ac ſenatum trucidare, bellum maximum conflare voluiſſent, eadem dignum judicaret eum, qui curiam cæde, urbem incendiis, Italiam bello liberaſſet. Itaque ego Metello, fratri tuo, præſenti reſtiti. Nam in ſenatu Kal. Ian. ſic cum eo de rep. diſputavi, ut ſentiret; ſibi cum viro forti & conſtanti eſſe pugnandum. A. d. tertium Non. Ianuar. cum agere cœpiſſet, tertio quoque verbo orationis ſuæ me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacumque ratione poſſet, non judicio neque diſceptatione, ſed vi atque impreſsione evertere. Hujus ego temeritati ſi virtute, atque animo non reſtitiſſem, quis eſſet, qui me in conſulatu non casu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe? Hæc ſi tu Metellum cogitare de me neſciſti, debes exiſtimare, te maximis de rebus a fratre eſſe celatum: ſin autem aliquid impertivit tibi ſui conſilii, lenis a te & facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis

ni inimici, quaſi non victi fuiſſent illi, quaſi tempus Reip. ordinem & mores judiciorum pateretur, quaſi non omnis Senatus, non tantum Cicero, de illo ſupplicio decreviſſet. I. F. Gron.

Dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere] Pal. tert. *ad dicendum ipſi*, quo vergunt prim. & Grut. *ad dicendi*. Pal. ſec. *abiciendi*, quart. quint. *adiciendi* & *adjiciendi*. Nihil hic innovo. Gebhard. *Dicendi poteſtatem*) MSus *adiciendi*; Lege *ad dicendum*, ut eſt in Pal. *poteſtas ad dicendum*, ut Terent. Andr. I. 1. *Canes ad venandum*. Liv. *Argentum ad veſcendum*. I. Fr. Gronov.

Vrbem incendere) Lege, quomodo fœda illa, & crudelia facinora inter conjuratos diviſa fuerint apud Sall. Cat. c 43. Cort.

Præſenti reſtiti) Nam poſtea victus a me, abiit in Aſiam ad Pompeium. Conrad. *Itaque ego Metello fratri tuo præſenti reſtiti*] Orationem ſuam Metellinam nominat libro ad Atticum primo, ſed & Plutarchus orationem Ciceronis in Metellum. Bern. Rutil.

Tertio quoque verbo] Paucis verbis interjectis. Vtuntur ad id numero ternario. Hinc Ovid. IV. Pont. ep. 3. v. 25. *Veniſſet verbis charta notata tribus*. Cort.

Neque illi quidquam deliberatius fuit) Hoc eſt, nihil illi fuit prius, & antiquius, hoc plane decreverat, & conſtituerat. Cic. XV. ad Att. epiſt. 5. *Mihi vero deliberatum eſt, ut nunc quidem eſt, abeſſe ex ea urbe*. Grav.

Neque diſceptatione, ſed vi) Cic. I. de Off. *Duo genera ſunt decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim; quorum illud eſt hominis, hoc beluarum.* Idem.

Sed vi atque impreſſione evertere) Quidam legendum putant, *vi atque oppreſſione evertere*. Lambin.

Caſu . . . . conſilio) Hæc ſibi opponuntur etiam apud Claud. Eid. VI. v. 80. Cæſar I. G. B. adde Sall. Iug. c. 92. Cort.

Re-

ipſis rebus expoſtulem. Et, ſi intelligis, non me dicto Metelli, ut ſcribis, ſed conſilio ejus animoque in me inimiciſsimo eſſe commotum, cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſsima injuria remiſsio animi ac diſſolutio. Nulla eſt a me umquam ſententia dicta in fratrem tuum; quotieſcumque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi, qui mihi leniſsime ſentire viſi ſunt. Addam & illud etiam, quod jam ego curare non debui, ſed tamen fieri non moleſte tuli, atque etiam ut ita fieret pro mea parte adjuvi, ut ſenatusconſulto meus inimicus, quia tuus frater erat, ſublevaretur. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum; ſed fratri tuo repugnavi: nec in te, ut ſcribis, animo fui mobili; ſed ita ſtabili, ut in mea erga te voluntate etiam deſertus ab officiis tuis permanerem. Atque hoc ipſo tempore tibi pæne minitanti nobis per litteras hoc reſcribo, atque reſpondeo: Ego dolori tuo non ſolum ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo: meus enim me ſenſus, quanta vis fraterni ſit amoris, admonet. A te peto, ut tu quoque æquum te judicem dolori meo præbeas: ſi acerbe, ſi crudeliter, ſi ſine cauſa ſum a tuis oppugnatus, ut ſtatuas, mihi non modo non cedendum, ſed etiam

Remiſſio animi ac diſſ.) Bene hæc conjunguntur nimiæ facilitatis exprimendæ cauſa. Sueton. Tib. cap. 52. Quinctil. II. c. 2, Treb. Pollio Gallien. c. 5. IDEM.

Sedens iis aſſenſi) Vt M. Catoni, qui Senatum retinuit, ne Metellum ignominia afficetet. CONRAD.

Nec in te, ut ſcribis, animo fui mobili, ſed ita ſtabili) Omnes ſciunt ſtabilem animum mobili oppoſitum eſſe, quod teſtimonio etiam hoc Ciceronis confirmatur: non tamen omnes *ſpondeos ſtabiles mobilibus trimetris* oppoſuiſſe Horatium in libello de Arte poetica noverunt. Corruptus enim locus ille eſt, & pro mobilibus, in cunctis impreſſis codicibus *nobilibus* legitur, cum quidam manuſcripti *mobilibus* retineant: quam veram eſſe illius loci lectionem, qui attente eum legent, facile animadvertent: tradit enim non multo ante cœptum eſſe inſeri trimetris ſpondeum, cum apud antiquos poetas in eo genere carminis raro reperiretur. Appellat autem *mobilia trimetra*, quæ ex iambis ac pedibus, qui ſyllabas breves habent conſtarent; labuntur enim illa & miram celeritatem in ſe continent. Si quis lente hanc caſtigationem probaret & vulgata lectione teneretur, auctoritate Ariſtotelis victus ſententiam mutare debebit: qui in primo libro περὶ ποιητικῆς iambica & tetrametra κινητικὰ, id eſt, *mobilia* appellavit, cum antea heroicum metrum σταθμητικὸν, id eſt, *maxime ſtabile* appellaſſet, quod multos in ſe ſpondeos recipit. VICTOR.

Deſertus ab officiis tuis) Quæ erant, ut tu fratris conſilii conſcius vel illum inhiberes, vel me ut caverem moneres. CONRAD.

In

etiam tuo, atque exercitus tui auxilio in ejuſmodi cauſa utendum fuiſſe. Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui: me, ut tibi amiciſsimum eſſe intelligeres, laboravi. Maneo in voluntate, &, quoad voles tu, permanebo: citiuſque amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, quam illius odio quidquam de noſtra benevolentia detraham. Vale.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Libri veteres hanc epiſtolam Nepotis nomine inſcribunt: quod ſi credimus, ex Hiſpania miſſam, cui poſt conſulatum Nepos præfuit, ſimul credere neceſſe eſt. Scribit hæc: a ſe fratrem ſuum, aſſidue Ciceroni obtrectantem, deſpici; Ciceronem autem, qui ſuam in eum benevolentiam officiis declararet, fratris loco diligi: de provinciæ rationibus ad Lollium ſe litteras dediſſe. Amoris conſervationem petit in extremo. Moralis epiſtola: quibus conſulibus, incertum: cum Nepos Hiſpaniæ triennium præfuerit, ut ex Pediano in commentario orationis pro Scauro colligitur.

Q. METELLVS NEP. M. T. C. S. D.

HOminis importuniſsimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur: &, ut sunt leves ab ejuſmodi homine, a me deſpiciuntur: liben-

In ejuſmodi cauſa utendum fuiſſe) Et hic nihil muto, licet Pall. quatuor, Grut. Stewech. Peckian. ſicut XII. libri Manutii habeant *tuendum*. Palat. quint. *tenendum*. GERNARD. Merito nihil mutatur. Nam & Grævii liber ille optimus *utendum* legit. GRAV.

Me ut tibi amiciſſimum eſſe intelligeres) Non placet, quod eſt in Stewech. Grut. Pal. tert. *Me autem tibi amiciſſimum eſſe laboravi*. GERNARD.

EPISTOLA III.

Q. Metellus Nepos) Qui poſt Conſulatum in Hiſpaniam Proconſ. eſt profectus. CONRAD.

Hominis importuniſſimi) P. Clodii. IDEM.

Crebris concionibus) Romæ quidem habitis, ſed ad me in Hiſpaniam perlatis. IDEM.

Me onerat) Quod te revocarim. IDEM.

Ut ſunt leves ab ejuſmodi homine) Sic ex Medicæo codice edidit Victorius, ſicque eſt in Vaticano: (Aſſentit & hic Grævii liber primus Medicæo & Vatic.) alias *ut ſunt leves ejuſmodi homines*: porro paullo ſtatim *eo bis* inficiantur Pall. tert. quart. quint. Grut. Stewech. (ut & Græv. primi.

libenterque, commutata perſona, te mihi fratris loco eſſe duco. De illo ne meminiſſe quidem volo, tametſi bis eum invitum ſervavi. De meis rebus, ne vobis multitudine litterarum moleſtior eſſem, ad Lollium perſcripſi: de rationibus provinciæ quid vellem fieri, ut is vos doceret & commoneſaceret. Si poteris, velim priſtinam tuam erga me voluntatem conſerves. Vale.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Exſul opem implorat conſulis Nepotis: ſeque non immemorem beneficii futurum confirmat. P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote Coſſ.

M. C. Q. METELLO NEPOTI COS. S. D.

LItteræ Q. Fratris, & T. Pomponii, neceſſarii mei, tantum ſpei dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo collega mihi conſtitutum fuerit. Itaque ad te litte-

prim. Amſtelod. Mentel. Grævii tamen ſecundus *bis* habet) GEBHARD. *Ab ejuſmodi homine*] Profectæ, uti III. ep. 13. *quibus ego a tali viro contentus eram*: ubi vide. CORT.

Te mihi fratris loco) P. Clodii, qui meus eſt frater: id nos in Quæſtura probavimus. CORRAD.

Tametſi bis invitum eum ſervavi) Cum illum Ædilem faciendum curavi, ut judicium de vi vitaret: ad quod illum bis Milo vocavit. Nec me hic temporis ratio movet, quoniam epiſtolæ per tempora non ſunt digeſtæ: ne miretur quiſpiam hanc ſequenti eſſe præpoſitam. INSM.

De meis rebus — ad Lollium perſcripſi] Exſtat in omnibus noſtris MSis item editione Victorii *de meis rebus*: alii *de me meiſque rebus*: paullo poſt, *ad Lollium præſcripſi* legunt Pall. pr. tert. Stewech. unde ſuſpicatur verum eſſe poſſe Guilielmius, *ad Lollium præterea ſcripſi*: & expreſſe ſecundus *ſcripſi*. GEBHARD. *Ad Loll. perſcripſi*) Sic Grævii liber, aliique. GRAV. Quod attinet ad meas res, ut II. ep. 17. ubi plura legas. CORT.

EPISTOLA IV.

Q. *Metello Nepoti Coſ.*) Sic enim legendum eſt ex omnibus fere libris veteribus. Nam conſuli Cicero exſul ſcribit. CORR.

Litteræ Q. fratris) Sic ad Atticum: *De Metello ſcripſit ad me frater, quantum ſperaret perfectum eſſe per te.* IO.

T. Pomponii) Attici: ad quem lib. III. ſic ſcribit: *Accepi a te epiſtolam, in qua de Lentuli ſtudio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perſcribis.* IDEM.

In tuo collega] P. Lentulo. IDEM.

Conſtitutum fuerit. Hoc eſt plenum. Dicitur enim etiam omiſſo Participio; *Eſt mihi in quo auxilium*. Vide Donat. ad Terent. Hæc. A. II. Sc. II. Confer IV. ep. 5. & de vi hujuſmodi additamentorum XI. ep. 22. CORT.

De re-

litteras ſtatim miſi: per quas, ut fortuna poſtulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petii. Poſtea mihi non tam meorum litteræ, quam ſermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum ſignificabant: quæ res fecit, ut tibi litteris obſtrepere non auderem. Nunc mihi Quintus frater meus mitiſsimam tuam orationem, quam in ſenatu habuiſſes, præſcripſit: qua inductus ad te ſcribere sum conatus, & abs te, quantum tua fert voluntas, peto quæſoque, ut tuos mecum ſerves potius, quam propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu, tuas inimicitias ut reipublicæ donares, te viciſti; alienas ut contra rempub. confirmes, adduceris? Quod ſi mihi tua clemen-

De reliquo tempore) In reliquum tempus. Convenit cum ea Præpoſitionis notione, cujus cum ſæpe, tum modo ep. 3. meminimus. Sall. Cat. c. 45. Iocm.

Qua inductus ad te ſcribere ſum conatus) Cum olim in libris manuſcr. pro *ſum coactus* (quod eſt in vulgatis) ſcriptum reperiſſem *ſum commotus*, in uno neque *coactus*, neque *commotus*: ſuſpicatus ſum, utramque vocem eſſe alienam & ſubditiciam. Omnino duo illa participia ſic poſita ut leguntur in libris vulg. *qua inductus, coactus ſum*, aures noſtræ reſpuebant. Ea res me olim induxit ut ita ederem, *qua, ut ad te ſcriberem, ſum inductus*. Nunc quia plerique libri veteres habent participium *commotus*, ex eoque facile fieri poteſt *conatus*, ſic edidi, *qua inductus, ad te ſcribere ſum conatus*. Paullo poſt, ubi omnes libri habent: *Tu tuas inimicitias ut reip. donares, te viciſti*: quidam viri docti legi volunt, *ut reip. condonares*, &c. Lamb. *Ad te ſcribere ſum conatus*) Ita reperi in Pall. pr. quint. Vatic. editione Victorii (ſic & Græv. prim. & Amſtelod.) Stew. tamen, *qua ad te ſcribere ſum coactus*. Paullo ante Pall. pr. tert. quint. Grut. Stewech. *in ſeratum habuiſſes* familiare jam, ex oratione Doctorum, Ciceroni: quod tamen huc non introduxi, contentus animadvertiſſe. Grun. Græcii tamen uterque, Amſtelod. Mentel. ſtant pro vulgata. Græv.

Vt tuos mecum ſerves potius) Ita reperi præter Victorianam ac Manutianam editionem in quinque Pall. Grut. Stewech. (hanc lectionem etiam quatuor codd. quos Græviꝰ evolvit, tuentur) vulgo, *ut tu me conſerves potius*. Gebnard.

Arrogantem crudelitatem tuorum) P. Clodii fratris. Corr.

Tuas inimicitias ut reipublicæ donares) Quas mecum in tuo tribunatu ex Reip. diſſenſione ſuſceptas, in templo Iovis Opt. Max. dixiſti te & temporibus & Reip. permiſſurum. Io. Aliter tamen Manut. quem vide. *Donare* autem *inimicitias reipublicæ* venuſtiſſime dicitur propter rempublicam, ſive boni publici eaoſa exuere inimicitias, & deponere ſimultates. Iuſtin. lib. XXXII. 2. *donare filio patrem* eſt ignoſcere patri, & culpam pœnamve remittere propter filium. Id. XXXVIII. 6. *Ne victum quidem memoriæ patris donarent*. Apud eumd. *donari uxori & liberis*. Petron. *Quidquid ego eſt, dono vobis*, hoc eſt, illi condono propter vos, veſtram interceſſionem. Hæc in illorum gratiam, qui hic voluerunt ſubſtituere *condonare*. Grav. Propter remp. remitteres, ut Liv. XXXIX. c. 5. De *Donare* citavit jam Græviꝰ Iuſtin. XXXVIII. c. 6. Sed vide Gronov. III. Obſerv. c. 24. & Schulting. ad Quinctil. Declam. I. c. 8. Cort.

Alienas) P. Clodii. Corr.

Omni-

mentia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo: ſin mihi neque magiſtratum, neque ſenatum, neque populum auxiliari, propter eam vim, quæ me cum rep. vicit, licuerit: vide, ne cum velis revocare tempus omnium reſervandorum, cum qui ſervetur non erit, non poſsis. Vale.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Omnia benevoli animi ſigna in C. Antonium a ſe eſſe profecta, nullam ab illo relatam gratiam, oſtendit: quod ſi gratum cognoverit, ſe non eſſe ei defuturum. Commendat in extremo Atticum. Eſt autem hic Antonius, qui collega Ciceronis fuerat in conſulatu, filius M. Antonii ſummi oratoris, patruus M. Antonii, qui poſtea remp. oppreſſit. Macedoniam hoc tempore Proconſul adminiſtrabat, Silano, & Murena Coſſ.

M. C. C. ANTONIO, M. F. IMPERATORI S. D.

ETſi ſtatueram nullas ad te litteras mittere, niſi commendatitias; non quo eas intelligerem ſatis apud te valere, ſed ne iis, qui me rogarent, aliquid de noſtra con-

Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate) Hoc eſt, me omnia facturum, quæ imperas, me tibi obnoxium ſemper fore, numquam a tuis rationibus & voluntate diſcrepaturum. Eſt loquendi genus elegans, & Ciceroni perfamiliare, I. ad Att. ep. 11. *Ac ne illud mirere, cum ego antea ſignificarem tibi per litteras, me ſperare, illum in noſtra poteſtate fore*; hoc eſt, facturum quæ volumus: ſic alias ſæpe. GRAV. Et ita loquebantur proprie de Senatu. Liv. lib. III. c. 21. Terent. Hec. II. 2. 8. Atque ita explicandus Nepos in Cimone: *Itaque hic & populum urbanum tenuit in ſua poteſtate*. CUPER.

Propter eam vim) Tribuitiam Clodii, & conſularem Piſonis & Gabinii: qualis erat tua, ſi impedias. CORR.

Omnium reſervandorum) Ex unico libro mallet Manutius *Conſervandorum*; ſed præter cauſam. Nam *Re* & otioſe quaſi adjicitur quibuſdam verbis, de quo ad Sall. Iug. c. 4. *nunc ad inceptum redeo*; & vim ſignificationis eleganter auget, ut Suetoo. Aug. c. 78. ubi vide Caſaubonum & Schulting. ad Senec. I. Suaſor. p. 4. CORT.

EPISTOLA V.

Antonio) Io conſulatu collegæ, nunc in Macedonia Proconſ. CORR.

Non quo eas intelligerem) Sic Pall. pr. ſec. quart. quint. ſic duo Guilielmiani: alias *quod*; non ſperno, ſed hoc potius duxi ob tantum conſenſum. GER. *Quo* exſtat etiam in Aniſtelod. & Mentel. GRAV.

T. Pom-

coniunctione imminutum esse ostenderem: tamen, cum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi: præsertim cum aliter ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri debeat: omnia enim a me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Contra etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audivi: nam comperisse me, non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te ajunt falso in me solere conferri. Sed ea quæ ad me

T. Pomponius) Atticus. Corr.

Omnia enim a me in te profecta sunt) Concessio Macedoniæ, provinciæ sorte meæ: communicatio Galliæ, jam pactione quoque meæ: & defensio contra suspicionem, quæ fuit, te cum Catilina conjurasse. Corr.

Nullam mihi abs te relatam esse gratiam] Pal. pr. Grut. *relictam*; sed causa, quod scriptum erat, sicut in Pal. sec. *relactam*, hujus mutationis: illud me mirum habet, præferre quartum eodditum. Grav.

Contra aliquid) *Contrarium* commodo, dignitati, honori meo, v. 4. ep. 14. De significatione τοῦ *contra*, quod Ovidius in simili positu pro *vicissim* utitur, vide ad Sall. Iug. c. 1. Corr.

Nam comperisse me) Cic. Philipp. *Me omnia comperisse criminabatur*. Grav.

Quod ajunt falso a me solere proferri) Libri vulgati sic habent, *quod abs te ajunt falso in me solere conferri*; a quibus non discrepant antiqui: nisi quod nonnulli pro *conferri* habent *confiteri*; unus & alter *profiteri*, plane mendose. Si quis locus est in epistolarum libris difficilis & obscurus, & meo quidem judicio, corruptus, hic est. Difficultas autem est in verbo *comperisse*, & in his verbis, *quod abs te ajunt*, &c. quæ plane depravata sunt. Quod igitur ad verbum *comperisse* attinet, constat sæpe obiectum fuisse Ciceroni, juratum dixisse, se competisse & patefecisse conspirationem conjurationemque illam Catilinariam, libro I. epistolarum ad Atticum, epist. cujus initium est, *Verror ne putidum*, &c. sic Cicero: *Clodius conciones miseras habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messallam Cos. contumeliose lædebat: me tantum comperisse omnia criminabatur*. Sallustius, aut quisquis auctor fuit illius oratiunculæ in M. Tull. *Qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui ferratis denique de eo tibi compertum erat*. Huc pertinet etiam illud quod est in Lucullo: *An tu cum eos occultissimas aperueris in lucemque protuleris, juratusque dixeris eas te comperisse*, &c. Et quod est in Orat. pro Sulla: *Exclusus hac criminatione Torquatus, rursus in me irruit, me accusat: ait, me aliter ac dictum est, in tabulas publicas retulisse*. Ex his igitur & similibus locis, & ex verbo *profiteri* (ne longior sim) puto hunc locum primum esse corruptum, deinde sic emendandum. *Nam comperisse me, non audeo dicere; ne forte id verbum ponam, quod ajunt falso a me solere proferri*. Lamb. Mirum qui hæc viro doctissimo potuerint in mentem venire, cum Cicero sæpe hoc loquendi genere uratur, quod optimi libri ora se ferunt. Superius l. III. ep. 10. *Quod si essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos hæc conferunt, tamen ea stultitia*

ad me delata ſunt, malo te ex Pomponio, cui non minus moleſta fuerunt, quàm ex meis litteris cognoſcere. Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit, & ſenatus, & populus R. teſtis eſt. Tu quam gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes: quantum mihi debeas ceteri exiſtimant. Ego quæ tua cauſa antea feci, voluntate sum adductus poſteaque conſtantia. Sed reliqua, mihi crede, multo majus meum ſtudium, majoremque gravitatem, & laborem deſiderant. Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo: ſin autem ingrata eſſe ſentiam, non committam, ut tibi ipſe inſanire videar. Ea quæ ſint, & cujuſmodi, poteris ex Pomponio cognoſcere: atque ipſum tibi Pomponium ita commendo, ut quamquam ipſius cauſa confido te facturum eſſe omnia; tamen abs te hoc petam, ut ſi quid in te reſidet amoris erga me, id omne in Pomponii negotio oſtendas. Hoc mihi nihil gratius facere potes. Vale.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Exponit ſuam diligentiam in eo adhibitam, ne Sextio, qui cum C. Antonio Proconſule Quæſtor in Macedoniam iverat, ſuccederetur: addit de domo a ſe emta, non ſine joco: de Sex-

titia certe non fuiſſem, ut in obſcuro odio apertas inimicitias oſtenderem. Et VII. ep. 22. *Ais enim omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me conferri.* GRAV.

Ea quæ ad me delata ſunt) Valerio interprete nuntiante, Thylioque ſcribente, ſe audiſſe, te in pecuniis cogendis dictitare, partem mihi quæri, & a me cuſtodem communis quæſtus Hilarum libertum eſſe miſſum. CORR.

Singulari officio) In iis, quæ paullo ante diximus. Hoc ipſum in oratione pro P. Sextio *indulgentiam* vocat. CONRAD.

Reliqua, mihi crede, multo majus meum ſtudium, &c.) Quæ imminent, ut accuſatio conjurationis: & quod Pompeiani prodromi nuntiant aperte, Pompeium aſturum, tibi ſuccedi oportere: eodemque tempore aget prætor ad populum, quod contra Dardanos avare, & ob id infeliciter rem geſſeris. In.

Non committam ut tibi ipſe inſanire videar) Sic fere Terentius in Hecyra:

Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte dico,
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.

LAMBIN.

de Sextii quæ ædificabantur ædibus: de C. Antonio a ſe in ſenatu dejenſo. M. Meſſalla, M. Piſone Coſſ.

M. C. P. SEXTIO, L. F. PROQVÆSTORI S. D.

CVm ad me Decius librarius veniſſet, egiſſetque mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore ſuccederetur, quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum exiſtimabam; tamen, quod memoria tenebam cujuſmodi ad me litteras antea miſiſſes, non ſatis credidi homini pudenti tam valde eſſe mutatam voluntatem tuam. Sed poſtea quam & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego cum Q. Cornelio locutus ſum, adhibui diligentiam, quotieſcumque ſenatus fuit ut adeſſem, plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fuſium, tribunum plebis, & ceteros, ad quos tu ſcripſeras, cogerem potius mihi credere, quam tuis litteris. Omnino res tota in menſem Ianuarium rejecta erat: ſed facile obtinebatur. Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem ſcripſeras, velle te bene evenire, quod de Craſſo domum emiſſem, emi eam ipſam domum XXXV. aliquanto poſt tuam gratulationem. Itaque nunc me ſcito tan-

EPISTOLA VI.

P. *Sextio L. F.*) Vel hic, P. F. vel P. in epiſtola 18. hujus libri L. F. legendum videtur, cum idem ſit Sextius. Corr.

Librarius) Qui libros tranſcribit. Liquet notio ex Ciceronis filii ep. 21. extrema, lib. XVI. Cell.

Proceſ.) Memini me alibi legere *Quæſt.* & ſane P. Sextius C. Antonii in Italia Conſulis & in Macedonia Proconſulis Quæſtor fuit. Sed in Macedonia revocato Antonio fortaſſe relictus, hic a Ciceronе *Proceſ.* dicitur. Corr. A recentioribus tamen emendatum fuit *Proquæſt.* Grav.

Homini prudenti) Roberti Stephani editio: *homini pudenti*, hoc eſt homini frugi, ut ante ipſum appellat. Sic quoque ſcribendum eſſe vidit Gronovius ſupra 11. 6 Grav. *Prudens* eſt *gnarus* rerum. Decius autem optime *noverat* voluntatem Sextii, cui ſatis credere debuiſſet Cicero. Terent. Euнuch. A. 1. Sc. 1. v. 27. Cœlius ep. 16. Cic. pro Sexto Roſcio c. 8. Cæſar G. B. c. 3. Quare nihil equidem mutandum exiſtimo. Corr.

Libertus tuus) Al. *librarius tuus*. Corran.

Cornelia tua) C. Scipionis filia. In.

Q. *Fuſium Trib. pleb.*) M. Piſone & M. Meſſala Coſſ. In.

Facile obtinebatur) Ne tibi hoc tempore ſuccederetur. In.

Emi eam ipſam domum millibus nummum XXXV.) *Dirbus* XXXV. in perveteri libro legimus. Io. *Emi eam ipſam domum* XXXV.) Sic voluit prudentiſſimus Victorius, ſic nos; quia ſic ſcriptum reperimus in quinque Pall. in primo ac tert. ante numerum nonnihil ſpatii erat relictum, ſignificando aliquid deeſſe. Lambin. ex voluntate Budæi edidit: *Emi eam ipſam domum tricies quinquies* LLS. Porro *ipſam* expungitur in Pal. tert. Grut. Stew. Gebh. In Amſtelodam. cod. ſpatium quo-

tantum habere æris alieni, ut cupiam conjurare, ſi quiſquam recipiat: ſed partim odio inducti me excludunt, & aperte vindicem conjurationis oderunt; partim non credunt, & a me inſidias metuunt: nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui ex obſidione fœneratores exemerit. Omnino ſemiſsibus magna copia eſt. Ego autem meis rebus geſtis hoc ſum

quoque id ipſum conſpicitur, quod in antiquo libro bibliothecæ Divi Marci reperit P. Victorius. In Grævii vero duobus libris ſine ullo interſtitio vacuo ſcribitur xxxv. quamvis in recentiore pro v. ſcribatur tt. In illo inani ſpatio, ſi quid deſideratur, eſt nota Seſtert. ss. Eſt autem *teicies quinquies ſeſtertium*, octoginta ſeptem millia quingenti coronati. In.

Æris alieni) Nam inter conjuratos plerique erant ære alieno oppreſſi. Sall. Cat. c. 14. 16.. aliis. Cort.

Si quiſquam recipiat) Hoc eſt in quatuor Pall. Grut. Stewech. (nec non in omnibus quatuor libris, quibus Grævius uſus eſt) nam Pal. quint. *ſi qui recipiat*, non abſone: Vatican. *ſi quiſquam me recipiat*; nimnes melius quam vulgo, *ſi quis me recip.* Gron.

Qui ex obſidione fœneratores exemerit) Hoc eſt, qui homines divites, qui pecuniam locant fœnori, liberaverim præſentiſſimo periculo, quod eis a Catilina imminebat. Cic. Orat. ad Quirites: *Tum ſe fuiſſe miſerum, cum cæreret patria, quam obſidione liberaſſet.* Plin. Paneg. de Venatione. *Nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis ereptio fœtuum, & obſidione quadam liberatur agreſtium labor. Fœneratores* autem ſunt cives opulenti, qui civilibus & licitis uſuris nummos aliis locant. Cic. VII. ad Attic. ep. 7. *Quos tu bonos eſſe dicas, ſi ordines ſingulorum quærimus, non intelligo. Stratum bonum putas, per quem ſint imperio proviciæ ſunt? &c. an fœneratores? an agricolas?* ſic in multis aliis locis. Nobis hodie *renteniers*. Hæc non notaſſem, niſi vidiſſem doctos homines nuper in his impegiſſe, qui cenſebant, fœneratores eſſe non alios, niſi qui nimio & illicito lœnore rem facerent, quos Belgæ vocant *Woecherers*. Grav.

Omnino ſemiſſibus magna copia eſt) Et hic locus diligenter etiam conſiderandus eſt. Alii legunt *omniao ſemiſſum*: veteſti codices *omni ſemiſſibus*. Nos lectionem eam ſecuti ſumus, quæ parum a priſcis exemplaribus diſcederet, & ſententiam eamdem retineret. In *ſemiſſibus* enim clari ſunt, & certi veteſti codices. Vox illa *omnino*, quam reſtituimus, non integra in illis legitur, ut nonnihil ſcrupuli etiam reſtet. Mentionem facit hujus loci Hermolaus in II. editione Plinianarum Caſtigationum lib. XIV. cap. 4. qui eamdem fere, quam nos, emendationem probat. Quæ ſit in veteribus exemplaribus ſcriptura, voluimus nos notum facere, cum videamus adhuc hunc locum titubare. Victor. Varie legitur, *omni ſemiſſibus*, *homini ſemiſſis*, *omnino ſemiſſum*, *omnino e meſſibus*, *homini ſemiſſi*; & denique in veteſtiſſimo libro *Ennii ſemiſſibus*: ut forte interpretandum ſit, ſemiviris, quos Ennius, & veteres *ſemiſſes* appellarint, ſicut & Vatinius in epiſt. 9. hujus libri. Conrad *Omnino ſemiſſibus magna copia eſt*) Sic Victorius, quia erat in ſuis, quemadmodum eſt in Palb quatuor. Grut. *omni ſemiſſibus*, quod probavit Hermolaus Barbarus & ſecutus eſt. Iam quia eam ſic reperit Manutius in Thomæ Leonici libro, viſiturque in Vaticano, omnis dubitationis alea tollenda eſt: vulgo *homini ſemiſſis m. c. e.* Gronan. In Menteliann quoque clare ſcribitur, *omnino ſemiſſibus*. In Amſtelod. *omni ſemiſſibus*. Sunt autem *ſemiſſes* uſuræ, eum in centum denarios, quot menſibus uſuræ nomine penditur ſemis denarius, ſive octo aſſes, qui in anno faciunt ſex denarios. *Centeſimæ* uſuræ eſt denarius menſtruus in denarios centum, quæ in annum generant duodecim denarios: dicuntur & *aſſes uſuræ*.

ſum adſecutus, ut bonum nomen exiſtimer. Domum tuam atque ædificationem omnem perſpexi, & vehementer probavi. Antonium, etſi ejus in me officia omnes deſiderant, tamen in ſenatu graviſsime ac diligentiſsime defendi, ſenatumque vehementer oratione mea, atque auctoritate commovi. Tu ad me velim litteras crebrius mittas. Vale.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Pompeio de Mithridate victo: deinde carpit eum, ut gratiæ referendæ parum ſtudioſum, quia ſibi de Catilinæ conjuratione extincta frigide gratulatus erat; ſe tamen ei tum in republ. tum in amicitia conjunctum fore ſignificat: ſcripta Silano & Murena Coss. ante ceteras omnes, quæ hoc volumine continentur.

M. T.

re, twaelf van honders in 't jaer. Contra *unciarium fœnus*, cum pro centum denariis menſtrua uſura ſolvitur, uncia centeſimæ, hoc eſt, as cum triente: hi annui ſunt duodecim aſſes & duodecim trientes, hoc eſt, denarius unus ſedecim aſſium. *een van honderd in 't jaer*: ſententiam P. Manutii, ejuſque argumenta pluribus ſolide refellit *δ πανυ* Gronovius, cum in libro de Pecun. Vet. III. cap. 13. tum in prima & ſecunda Ἀντεξηγησει, quas vide. GRAEV. *Omni ſemiſſibus*) Leg. *Bonis*, id eſt iis, quorum fides non laborat, parata facultas eſt pecuniæ mutuæ ſub ſemiſſibus uſuris, vel fœnore ſex nummorum in centenos. Vſuræ centeſimæ, vel aſſes ſunt unus nummus menſtruus in centum, & ſic duodecim annui: Vſuræ deunces eſt nummus menſtruus in centenos minus duodecima parte, & ſic undecim nummi annui. Vſuræ dextantes, decem in centenos annui. Vſuræ dodrantes, novem. Vſuræ beſſes, octo. Vſuræ ſeptunces ſeptem. Vſuræ ſemiſſes, ſex. Vſuræ quincunces, quinque. Vſuræ trientes, quatuor. Vſuræ quadrantes, tres. Vſuræ ſextantes, duo. Vſuræ unciæ, unus in centum annuus. Vid. IV. Obſ. 9. Io. Fr. GRON. Regii codices ſcribunt *omni*, vel *omnia ſemiſſibus*, idque favet conjecturæ Fr. Gronovii legentis *bonis ſemiſſibus*, i. e, iis, quorum fides non laborat, &c. LALLEM.

Ego autem) Quaſi dicat, non ſemiſſis homo. CORRAN.

Bonum nomen exiſtimer) Cui homines pecunias credere poſſint; ſed id dumtaxat, cum illi interim pecunias habeant. INGW. *Bonum nomen* eſt debitor, qui ſolvendo eſt. *Ut bonum nomen exiſtimer*) Qui hoc non ceperunt, inculcarunt *nomen adeptus*, contra omnes MSos ac libros. GERHARD Ita *nomina facere*, eſt pecuniam mutuam dare, vel debitorem ſibi aliquem facere. Vide viros doctos ad hæc Petronii c. 117. *Preterea habere in Africa trecenties ſeſtertium fundis nominibuſque depoſitum*. CUPER.

Antonium) Collegam meum, Cuſ. & Procuſ. tuum reum conjurationis. CORRAN.

Graviſſime, ac diligentiſſime defendi) Illo ipſo die, quo Clodius eſt adoptatus. CORRAN.

M. T. M. F. CICERO, CN. POMPEIO CN. F. MAGNO, IMPERATORI, S. D.

S. T. E. Q. V. B. E. E. V. Ex litteris tuis, quas publice miſiſti, cepi una cum omnibus incredibilem voluptatem; tantam enim ſpem otii oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus, te uno fretus, pollicebar. Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, novos amicos, vehementer litteris perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos jacere. Ad me autem litteras quas miſiſti, quamquam exiguam ſignificationem

EPISTOLA VII.

S. T. E. Q. V. B. E. E. V.) Iſtud malui cum Victorio ac Lambino quam expreſſis verbis. Sed quod mireris, Pall. pr. quart. quint. repræſentant: *Si tibi eſt, quomodo vis, bene eſt*, ex ignoratione, ac falſa interpretatione litterarum Capitalium; quippe vult: *Si tu exercituſque valetis, bene eſt: ego valeo*. GRUHARD. Notas etiam referunt meus primus & Amſtelodam. ſed tamen illæ ultimæ duæ litteræ *E.V.* in iis non leguntur, nec fuerunt in Palatinis illis, qui has notas iſtis verbis expreſſerunt, *ſi tibi eſt, quomodo vis, bene eſt*: quibus accedit Mentelianus: nec in meo ſecundo, in quo ſic explicantur hæ litteræ, *ſi tu exercituſque valetis, bene eſt*, non addito, *ego valeo*: cui adſtipulantur editiones fere omnes. Et ipſe eas expunxiſſem, niſi me retineret auctoritas codicis Mediceæ. GRAV.

Quas publice miſiſti) Ex Aſia de Mithridatico bello confecto. CONRAD. *Litteras publice mittere*, eſt ad ſenatum populumque Romanum ſcribere de rebus geſtis. INEM. Quæ publice in ſenatu recitarentur. Latinitatem dictionis cognoſces ex IV. epiſt. 7. Rem ſervarunt etiam Auguſti, Dio LXIX. p. 794. De recitatione Sall. Cat. c. 34. CORT.

Tuos veteres hoſtes novos amicos) Cæſarem intelligere poſſumus, etſi difficilis eſt conjectura. CONRAD. Manutius intelligit M. Craſſum, & L. Lucullum, quem vide. Sed ne Lucullum Craſſumque intelligam, movet, & quod Lucullum non ita multo ante inimicum ſibi comparavit; ſed illa ipſa cauſa, quod ei ſucceſſiſſet in provincia, quaſique gloriam laborum præripuiſſet, ut ſcribit in utriuſque vita Plutarchus. Craſſum vero non ante ſibi conciliavit, quam Romam reverſus a bello Mithridatico, idque Cæſaris opera: idem, Appianuſque auctores. Vt potius veteres amici novi hoſtes appellandi fuerint. Nam & alioqui Craſſus quoque, ut Pompeius, Sullanus denique in primo conſulatu collega, ſimultates veteres depoſuerant, quæ tamen poſtea revixerunt, uſque ad eum Cæſaris reconciliationem: teſte in vitis eorum Plutarcho. Nec eſt tamen alter, quem innui ſuſpicer, niſi Cæſarem forte. Nam & alioqui cum Craſſo ſimultate potius atque æmulatione, quam odio, inimicitiiſque certavit, ut ait Plutarchus. BERN. RVTIL. *Tuos veteres hoſtes, novos amicos*] Craſſum, & Lucullum, Manutius. Ego vero intelligo reliquias Catilinariæ conjurationis, de quibus I. Att ep. 14. *Barbatuli juvenes totus ille grex Catilinæ*. Hos dicit veteres hoſtes Pompeii, quod ille omnibus Remp. turbare volentibus fortiſſime olim reſtiterat. Novos amicos, quia Pompeius in epiſtola de Rep. per Ciceronem vindicata, & punitis ſupplicio ſontibus, nullum verbum poſuerat; ne offenderet homines populares; eoque illis reconciliatus & amicus videbatur. I.F.GRON. *Deturbatos jacere*] Plus eſt, quam *deturbatos eſſe*. Lamprid. Severo c. 56. Capitolin Marco cap. 3. Lucanus II. v. 18. Seneca de morte Claudii c. 18. & quæ ibi olim notavimus. CORT.

Reſi-

nem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi ſcito jucundas fuiſſe; nulla enim re tam lætari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia: quibus ſi quando non mutue reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillime patior. Illud non dubito, quin, ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adjunxerint, reſp. nos inter nos conciliatura conjuncturaque ſit. Ac ne ignores, quid ego in tuis litteris deſiderarim, ſcribam aperte, ſicut & mea natura, & noſtra amicitia poſtulat. Res eas geſsi, quarum aliquam in tuis litteris, & noſtræ neceſsitudinis, & reipub. cauſa, gratulationem exſpectavi: quam ego abs te prætermiſſam eſſe arbitror, quod vererere, ne cujus animum offenderes: ſed ſcito, ea, quæ nos pro ſalute patriæ geſsimus, orbis terræ judicio ac teſtimonio comprobari. Quæ, cum veneris, tanto conſilio tantaque animi magnitudine a me geſta eſſe cognoſces, ut tibi multo majori, quam Africanus fuit, me non multo minorem, quam Lælium, facile & in rep. & in amicitia adjunctum eſſe patiare. Vale.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

M. Licinius Craſſus, ejus P. Craſſi filius, qui ſeipſum, ne in manus incideret inimicorum, occidit, ut eſt in orationibus

Rrſidere f. patior) Reſiduum manere, quod nempe ego amplius præſtiterim, quam acceperim. Cic. Antonio inter Epiſt. ad Att. XIV. Cæſar VII. B. G. c. 77. IDEM.

Res eas grſſi) In conſulatu. CORRAD.

Africanus) Minor, Scipio, Æmilianus dictus. IDEM.

Quod vererere, ne cujus animum eff.) Ita Victorii editio, Pall. pr. ſec. Grut. Vatic. nam Pal. tert. Stewech. *verere*, vulgo *verebare*. GEBHARD. Sed meus primus cum vulgatis: *quodve verebare*. Ex hac ſcriptura videtur manaſſe *quod vererere*. Nam in aliis libris fuiſſe *verere* Stewechianus oſtendit, omiſſa media ſyllaba in *verebare*, quod reponendum ceoleo. GRAV.

Fuit, tamen non multo minorem, quam Lælium facile & in Rrp.) Scripſi ſic auctoritate Victorii ac Vatic. codicis; nam in omnibus Pall. & Grut. *me*, non *tamen*; ſed *Lælium* non *Lælius* iidem omnes: ceterum *tibi* ex eorumdem omnium conſenſu ejeci. GEBHARD. *Me non multo minorem quam Lælium*) Sic recte Amſtelodam. & omnes Pall. *Tamen*, quod Victorius hic pro *me* ſubſtituit, adverſatur & loci hujus ſententiæ, & omnibus aliis codd. hinc ei non auſus ſum adſtipulari, ut Gebhardus fecerat. *Tibi* vero recte ejecerunt. Nam id nulli habeot libri paullo vetuſtiores. GRAV. *Lælius*) Cognomento Sapiens, qui de amicitia apud Ciceronem diſputat. CORRAD.

nibus pro Scauro, & pro Sextio, Romanorum opulentiſſimus, poſtremis diebus ſecundi conſulatus ſui, contra diras & obnunciationes Atei tribuni plebis, de quibus Appianus; Plutarchus, Dio, in Syriam provinciam profectus eſt; cum apud Ciceronem in ejus generi Craſſipedis hortis cænaſſet, ut legimus in epiſt. 9. lib. I. Ad eum Cicero in provinciam ſcribit, quam ſtudioſe dignitatem ejus in ſenatu defenderit: excuſat ſuperiorum temporum ſimultatem; conſtantiam & fidem poſt gratiæ reconciliationem pollicetur, affirmans ejus honeſtati & gloriæ nullo unquam ſe loco defuturum: quiddam etiam de ſuo in filium ejus P. Craſſum amore, ejuſque in ſe obſervantia interponit. Negotialis & moralis epiſtola: nam & actam in ſenatu rem narrat; & de reliquo tempore omnia ſtudia ſine ulla exceptione promittit. Scripta L. Domitio Ahenobarbo, Ap. Claudio Pulcro Coss. qui Pompeio & Craſſo proxime ſucceſſerunt.

M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

QVantum meum ſtudium exſtiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito quin ad te omnes tui ſcripſerint. Non enim fuit aut mediocre, aut obſcurum, aut ejusmodi, quod ſilentio poſſet præteriri. Nam & cum conſulibus & cum multis conſularibus tanta contentione decertavi, quanta numquam antea ulla in cauſa, ſuſcepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis; veterique noſtræ neceſsitudini jamdiu debitum, ſed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. Neque mehercule umquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit: ſed quædam peſtes hominum,

EPISTOLA VIII.

Vel tuendæ) Contra Atteium Trib. pl. & reliquos adverſarios, ep. 8. lib. I. CORRAD.

Cum Conſulibus) L. Domitio Ahenobarbo, & Appio Claudio Pulcro. IDEM.

Veterique noſtræ neceſſitudini) Quæ ante conjurationem Catilinæ fuerat. IDEM.

Interruptum officium) Maxime tempore conjurationis. IDEM.

Quædam peſtes hominum) Catonis & aliorum. IDEM.

Peſtem) De noxiis & peſſimis quibuſque dicunt Cic. II. Offic. c. 5. Flor. III. c. 6. de Piratis. Porcius Latro in Catilin. c. 11. adde Salluſt. Iug. c. 106. CORT.

Vtor

minum, laude aliena dolentium, & te nonnumquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Sed exſtitit tempus optatum mihi magis quam ſperatum, ut, florentiſſimis tuis rebus, mea perſpici poſſet & memoria noſtræ voluntatis & amicitiæ fides. Sum enim conſecutus, non modo ut domus tua tota, ſed ut cuncta civitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. Itaque & præſtantiſſima omnium feminarum uxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia tui Craſsi, meis conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibusque nituntur: & ſenatus populuſque R. intelligit, tibi abſenti nihil eſſe tam promtum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ ſint acta, quæque agantur, domeſticorum tibi litteris declarari puto. De me ſic exiſtimes ac tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe, ſed ut primum forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quam maxime eſſe conjunctus. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obſervantiam, neque mihi tuam ſummam benevolentiam ac liberalitatem defuiſſe. Si quæ interciderunt, non

Uxor tua) Tertulla. CONRAD.

Tui Craſſi) Marcus & Publius Iunior, qui a Cæſare e Gallia cum mille equitibus remiſſus, nondum patrem fuerat ſecutus. INGM.

Ut primum forum attigerim) Eloquentiam auſpicaturus, *die* (ut vocant) *tirocinii*. INGM. *Ut pr. for. att.*) Hoc eſt, ab ineunte adoleſcentia, ſimul ac indui togam virilem depoſita prætexta, ab amicis deductus in forum, ut tranſcriberer in viros. Cic. lib. XV. epiſt. 16. *Qui poſtquam forum attigiſti, nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis*: pro quo in lib. XIII. epiſt. 10. dicit *in forum venire*. Suet. eſt *in forum deduci*. Solebant enim tum ab amicis deduci in forum atque in templa ſacrificandi cauſa. Ipſe dies, quo togam virilem capiebant, dicebatur *dies tirocinii*, & annus ille, *annus tirocinii*: qui pro captu adoleſcentum nonnumquam erat annus quartus, quintus, aut ſextus decimus. Certum enim non fuiſſe ſat multis argumentis oſtenderunt viri docti. Plerumque tamen fuiſſe quartum decimum ſatis apparet ex Servio, qui ad VII. Æn. notat, tirones anno quarto decimo exeunte togam virilem ſumſiſſe, quinto decimo armis ſe exercuiſſe in campo Martio, ſexto decimo exeunte ſtipendia mereri cœpiſſe. GRAV.

Neque mihi tuam ſummam benevolentiam ac liberalitatem defuiſſe) Erat Craſſus in amicos liberalis adeo, ut omnibus ſemper ejus domus pateret: pecunias inſuper ſine ullo fœnore mutuo traderet: & cum ſe militari gloria inferiorem animadverteret Pompeio, civilibus ſtudiis quam maximam poſſet auctoritatem & potentiam comparare nitebatur. Itaque petentibus omni-

non tam re quam ſuſpicione violata, ea cum fuerint & falſa & inania, ſint evulſa ex omni memoria vitaque noſtra. Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut quoniam in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionem amicitiamque noſtram utrique noſtrum laudi ſperem fore. Quamobrem tu quantum tuo judicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe: &, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium in omni genere officii, quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet: in quo etiamſi multi mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus, tum Craſſis tuis judicibus omnes facile superabo: quos quidem ego ambo unice diligo, ſed in Marco benevolentia impari, hoc magis sum Publio deditus, quod me quamquam a pueritia ſua

mnibus præſto aderat officiis, patrociniis, pecuniarum etiam mutuis dationibus. Exiſtimo autem in ſupplicationibus ei decernendis laboraſſe Ciceronem. Item certe Plutarchus eſt auctor, initio multas Meſopotamiæ civitates ſe ei ſponte dedentes, a Craſſo in fidem ditionemque receptas, Xenodotiam etiam vi captam. Quamobrem cum ſe Imperatorem appellatum iri putaſſet a militibus, ipſe ſua fruſtratus ſit. BERN. RVTIL.

Non tam re quam ſuſpicione violata) Nam a P. Clodio inteſtiſſimus eſſe meis fortunis prædicabaris. CONRADVS. *Si quæ interciderunt non tam re, quam ſuſpicione violata*) Sic Pall. pr. quart. quint. Vatic. Victorii editio; vulgo: *ſi quæ interc. n. t. re q. ſuſp. violata*. GERHARD. *Violatum*) Quod violaret. In fragmentis pro Gabinio: *Poſt reditum in gratiam ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur*: id eſt, non per negligentiam, ſed per fraudem commiſſum. Io. Fr. GRON. *Violata*. Cellarius olim vulgatum *violenta*, nec quid nec quare receperat; cum ne quidem Græevii editio, cui inhærere ſolet, agnoſcat. Sed iam Manutius contulit Cic. I. ad Att. ep. 16. Et ſic infra VI. ep. 22. Auſon. Faſt. epigr. 1. *Vigilatas accipe noctes.* CORT.

In Marco benevolentia impari) Suſpectum: neque enim videtur poſſe dicere Marci erga ſe non eſſe parem benevolentiam, cum jam dixit, Craſſos ambos conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibus ipſius niti. *F. ut Marco benevolentiam impertio, ſic magis ſum Publio*. Act. II 18. *Tunc pro multa ſigna benevolentiæ a bonis impertiuntur*. Vt ſic Ovid. I. Met 370. Io. Fr. GRON.

Hoc magis ſum Publio deditus, quod me, quamquam a pueritia ſempr, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem & obſervat, & diligit) Non alienum puto Plutarchi verba apponere, quibus & origo inimicitiarum cum Craſſo, & conſuetudo cum filio continentur. *Conjurationis* (inquit in Craſſo) *ejus, quæ Catilina auctore cœpta omnem pene funditus evertit Rempub. conſcium atque participem fuiſſe Craſſum, non parva ſuſpicio fuit. Nam ex conjuratis quidam magna voce Craſſum compellans auditus eſt. Attamen ejus verbis nemo fidem habuit. Et M. Cicero conjurationis vindex apertis in oratione quadam in Craſſum & Cæſarem conjurationis illius non minima ex parte cauſam refert. Eam tamen orationem numquam, niſi poſt utriuſque mortem edere auſus eſt. In illa vero, quum de ſuo conſulatu habuit, Craſſum ad ſe noctu veniſſe refert; epiſtolam a Catilina miſſam tenentem, qua illum*

quaſi

sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem & observat, & diligit. Has litteras velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolæ, meque ea quæ tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum diligentissimeque esse facturum. Quæ a me suscepta defensio est, te absente, dignitatis tuæ, in ea jam ego non solum amicitiæ nostræ, sed etiam constantiæ meæ causa permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelligerem, aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum: sin autem quidpiam aut a te essem admonitus, aut a tuis, effecturum ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusque rebus, ut ad hominem amicissimum: & tuis præcipias, ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus, publicis, privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientium tuorum negotiis, ut, quoad ejus fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. Vale.

EPI-

quasi conscium ad firmandam conjurationem hortatus. Atque hac causa semper in posterum Ciceronis inimicus Ceslius est habitus. Quod vero palam illum non infestaretur, filius impedimento fuit: qui cum studiorum ac disciplinæ amantissimus esset, vehementer Ciceronem diligebat, ejusque congressu ac familiaritate plurimum utebatur; adeo ut cum exsilio damnatus esset Cicero, P. Ceslii filius una cum eo vestem mutaverit, atque alios adolescentes complures idem fecere compulerit: tandem vero patrem etiam Ciceroni conciliavit. Barn. Rutil. *Obs. & dil.* Quasi qui nutum observet eique obediat. Sic XIII. ep. 78. Plura Ciceronis congessimus ad ea Crispi lug. c. 10. *Colite, observate talem hunc virum.* Cort.

A pueritia sua semper) Tamquam magistrum. Corrad.

Sanctissime esse observaturum, diligentissimeque esse facturum) Sic Pall. pr. sec. quint. Vatic. Grut. editio Victorii: nec tamen displicet Pal. quart. & Stewech. scriptura, *sanctissime observaturum diligentissimeque esse fact.* Gebhard.

Aut ad voluntatem, aut ad commodum) Sic Cic. lib. I. epist. 3. 4. & 6. & epist. 5. hujus libri; & ep. 9. lib. VI. Grav.

Opera consilio, &c.) Hic nescio quid adfecta Cicero per plura Asyndeta, quibus nihil concedunt illa Sidon. IV. ep. 1. *Neque illorum ferociam stolidissimque, quæ secundum belluas ineptit, brutescit, ascenditur, rideremus, contemneremus, pertimescremus*: qui, ut in aliis, ita in his fere nimius. Cort.

EPI-

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

P. Vatinius, qui tribunatum pl. gesserat Cæsare consule, omniaque ex ejus libidine administraverat, post consulatum in Illyricum a Cæsare dictatore missus, ut Appianus & Dio significant, commendat suam dignitatem Ciceroni contra malevolorum atque invidorum obtrectationes: rebus enim prospere gestis, supplicationes, missis ad senatum litteris, petebat. Cæsare IV. Consule, sine collega.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S. D.

SV. B. E. E. V. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicier vult. Non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente vincere didici? An verear, ne, qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo pusillorum ac malevolorum obtrectationes & invidias non prosternat atque obterat? Quare, si me, sicut soles, amas, suscipe me totum: atque hoc quidquid est oneris ac muneris

EPISTOLA IX.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO) Ita concipitur inscriptio in Pall. sec. tert. quart. Gruteriano, Stewech. nam Pall. pr. quint. etiam illud IMP. extinguunt; vulgo prænominibus augent P. VATINIVS IMP. M. CICERONI. GERHARD.

Patrociniis tuendis) Conservandis & tenendis. Cic. III. Offic. c. 4. CORT.

P. Vatinius) A Cæsare in Illyricum cum tribus legionibus missus, ut tributa imponeret, & obsides acciperet. CORRAD.

Cliens advenit) Sic est in editione Victorii, Pall. quatuor, Grut. Stew. (quibus accedunt Grav. prim. & Amstelod.) at quint. simplicius *Cliens venit*; vulgo *ad te venit*; paullo post Lambinus legit *qui pro se causam dicere vult*, quam lectionem in Pal. quart. reperi. Vulgata se omnium ceterorum auctoritate tuetur: & ipsa ratione; quidquid dicat Dionysius aut alii pro illo. GERHARD.

Qui pro se causam) De supplicationibus obtinendis. CORRAD.

Repudiabis in honore) Imperatorem appellatum. IDEM.

Quem in periculo recepisti) Reum factum anno decimo fere ante epist. 8. lib. I. IDEM.

Qui potentissimorum hominum) Catonis, Favonii, & aliorum. IDEM.

Suscipe me totum) Non est ut hic vitio librarii repetitum perperam *me* solius Vaticani cod. auctoritate geminemus. Nam & meus & alii libri vulgatam tuentur. GRAV. *Suscipe me me totum*) Sic quoque repetit editio Naugeria-

ris, pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Scis meam fortunam, neſcio quomodo, facile obtrectatores invenire, non meo quidem mehercules merito: ſed quanti id refert, ſi tamen fato neſcio quo accidit? Si qui forte fuerit, qui noſtræ dignitati obeſſe velit, peto a te ut tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente defendendo mihi præſtes. Litteras ad ſenatum de rebus noſtris geſtis quo exemplo miſeram, infra tibi perſcripſi. Dicitur mihi tuus ſervus anagnoſtes fugitivus cum Vardæis eſſe: de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen terra marique ut conquireretur, præmandavi: & profecto tibi illum reperiam, niſi ſi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam.

geriana luntæ, quod ſine ſcriptis non contigiſſe puto, ſcripſiſſeque *memet totum*. I. GRON.

Liberalitatem] Eſt ſtudium de aliis bene merendi; ut lib. I. epiſt. 9 & X. epiſt. 3. GRÆV. Et id faciendi, quod mihi *libuerit*. Terent. Adelph. A. I. Sc. I. v. 31. Sall. Cat. c. 11. CORT.

Quo exemplo miſeram, infra tibi perſcripſi] Hoc eſt, exemplum, ſive, ut barbari loquuntur, copiam epiſtolæ mee ad Senatum de rebus geſtis ſcripſi, hiſce litteris ſubjeci. GRÆV.

Tuus ſervus] Dionyſius epiſt. 77. lib. XIII CONRADVS. *Tuus ſerv. anagnoſtes fugitivus*] Eruditi & opulenti homines inter alia miniſteria habebant quoque, qui ipſis cœnantibus, lavantibus, aut vigilantibus noctu aut alio tempore libros vel aliorum, vel ſuos legerent, hos *anagnoſtas* Græco vocabulo, ut Cic. I. ad Att. epiſt. 9. *lectores* Latino appellarunt. Plinius lib. III. epiſt. 5. de avunculo ſuo: *Studebat in cana tempus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quemdam ex amicis, cum lector quædam perperam pronunciaſſet, revocaſſe & repeti coegiſſe*. Huc pertinet, quod paullo poſt ibidem ſubjicit: *Dum defricatur* (in balneo) *tergiturque audiebat aliquid, aut dictabat*. Quod & Carolum Magnum tenuiſſe Eginhardus in vita ejus auctor eſt: *Inter cœnandum*, inquit, *aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat; legebantur ei Hiſtoriæ, & antiquorum Regum geſta*. Severus Imperator ipſe legebat in menſa, & Poetas quidem; ut Lampridius in ejus vita auctor eſt. A. BVCHNERVS. Solebant iſti ſervi lectores etiam quæſtiones proponere, quod patet ex aliquot veterum ſcriptorum locis, ut Sueton. Tiber. LVI. Gell. lib. II. c. 22. init. & aliis. Locus autem, ſive auditorium, ubi fiebant recitationes, ἀκροατήριον vocabant. Cic. lib. XV. ad Att. c. 17. Notaverunt quoque viri eruditi, *acroamata* deinde non tantum recitationes dictas, ſed ipſos homines, qui ſolebant recitare aliquid ſcriptum eo nomine fuiſſe vocatos, in quo ſignificatu dictum illud a Lampridio, quod Alexander Rom. Imp. *nanos & nanas, & moriones & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donaverit*. Adde Lambecium in Biblioth. Vindob. lib. II. p. 164. GVT.

Cum Vardæis eſſe] Sic recte emendavit Manut. adſtipulante Vatic. & Grævii libro primo, in quo, *cum Vardæi ſe eſſe*, nec non Victor. ed. aliiſque libris melioribus. *Vardæi* Dalmatiæ populus; poſteri *Apſtatas Ardiæos* dixerunt; in Gloſſario ſunt *Bardei*; dicuntur & *Varalli*. Hos a mari in mediterranea Romani abegerunt; oram enim Dalmatiæ tenebant, coegeruntque agriculturæ vacare, teſte Strab. ADAM. ORTELIVS.

Nare-

eruam. Tu nos fac ames. Vale. A. d. v. Idus Quintiles, ex caſtris, Narona.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Scribit de Dionyſio ſervo, de Catilio pirata, de rebus a ſe in Dalmatia geſtis, pro quibus ſupplicationes ſibi decerni poſtulat. Eodem anno, cum in urbem rediiſſet Cæſar.

P. VATINIVS CICERONI SVO S. D.

SV. B. E. E. Q. V. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico: & eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit. Sed tamen non deſiſtam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſsimæ. Apage te cum noſtro Sexto Servilio: nam mehercule ego illum quoque amo: ſed hujusmodi vos clientes, hujuſmodi cauſas recipitis? hominem unum omnium crudeliſsimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, cives R. occidit, arripuit, diſperdidit, regiones vaſta-

Narona) Liburniæ civitas, poſtea colonia facta, ad fluvium Naronem. Ptolemæo & *Narbona* dicitur, ſicut & in hac & ſeq. epiſt. in antiquo Grævii libro; hodie *Narenta* dicitur. GRÆVIVS.

EPISTOLA X.

HE Dionyſio tuo adhuc nihil extrico) Hoc eſt, de Dionyſio tuo nihil adhuc audivi, ubi lateat. GRÆV.

De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti) De Catilia familia non memini me apud ſcriptores quidquam legiſſe; quo fit, ut ſuſpicer legendum eſſe *C. Atilio*. F. URSIN. Sed neque hic dicitur Romanum fuiſſe *Catilium*, ſed piratam ex Dalmatia. GRÆV.

Ego illum quoque amo) Quia dixerat *noſtro*, quod eſt amantium. I. ep. 9. CORT.

Qui tot ingenuas matres familias, cives R. occidit) Vetus omnino codex elegantiorem & ſinceriorem lectionem habet, quam nos accepimus. Non enim *ingenuas matresfamilias* appellat. Matres enim familias & probatas mulieres, & nobiles intelligimus, ſed *ingenuos*, *matresfamilias* ſeparatim de diverſis generibus: ut Orat. VI. in Verrem: *Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamiliasve violatas*. Pueros enim ingenuos & honeſto loco natos nefas erat ſtuprare. Nam in mancipiis, & libertinis quaſi impune libidinem ſuam exercebant. Quod autem addit *cives Romanos*, tributque verbis tria hæc nefaria ſcelera exaggerat, oratorie eſt & graviſſime dictum. Cujus tam elegantis locutionis nullum in vulgatis codicibus veſtigium inerat. VICTORIVS.

Simul

vaſtavit? Simius non ſemiſsis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere poſſum? Omnia mehercule cupio, quæ tu mi imperas. Meam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono. Quid illis reſpondere poſſum, qui ſua bona direpta, naves expugnatas, fratres, liberos, parentes occiſos, actiones expoſtulant? Si me-

Simul vero ſemiſſis homo) Longe alia eſt in antiquis codicibus lectio, quam libenter arripuimus: *Simius non ſemiſſis. Simiolum* etiam Cicero, quem irridet, appellat, & qui ſuis inimicitiis propter humilitatem ejus & ſordes indignus eſſet. Græci quoque quos contemnunt, ita vocant, ut Ariſtophanes in Ranis: Οὐ δ' ὁ πίθηκος οὗτος γ', ὁ νυν ενοχλων Κλεισθενης ὁ μικρος, *Vel ſimius iſte, qui nunc moleſtus eſt, Cliſthenes inquam parvus*; ut duobus hic modis Catilium ignominioſe appellet, & vocando ipſum *ſimium*, & ne viliſſimo quidem pretio illum dignum eſſe dicendo. VICTOR. *Semiſſis*) *Semivir*. Sed hic locus ſic etiam legitur: *Simius, non ſemiſſis homo*. CORRAD. *Simius non ſemiſſis homo*] Sic Victorius & eum ſecutus Lamb. reperiturque in Vaticano; nec divertit longius Pal. pr. *Simus non ſemiſſis homo*; reliqui vel, *ſi minus non ſævus ſit*; vel *ſi minus non ſeevus ſit homo*; vel etiam aliter, quod non operæ pretium eſt adnotare; vulgo, *ſimul vero ſemiſſis homo*. Paullo ante Pall. omnes, Grut. Stewech. *qui tot ingenuos*, &c. GEBHARD. *Non ſemiſſis*. Id eſt viliſſimi ac nullius pretii. CELL.

Actiones expoſtulant] Ita legendum eſt, quemadmodum etiam vetuſti codices habent: non ut Manutii in priore & poſteriore ſua editione ſcripſerunt, *actiones expoſtulant*. In Verrem, *actionem ejus rei poſtulant*. P. VICTOR. *Actione expoſtulant*] Victorius edidit, *actiones expoſtulant*, quomodo & nonnulli eodd. Memm. habent. Ego lectionem receptam retinui, quæ & in aliis quibuſdam manuſcriptis libris reperitur. *Actionem* autem interpretor, actionem legis: qualis eſt actio furti, actio ſervi corrupti, & ſimiles. LAMBIN. Sed *actiones* conſtanter legunt Medicæus, & fidus ejus comes antiquus ille meus codex, Amſtelodam. Mentel. quatuor Pall. pluresque alii, quos viderunt Manutius & Lambinus: quod cur repudiemus cauſa nulla eſt. Nam *expoſtulare actionem* eſt petere a prætore in urbe, aut proprætore in provincia agendi contra hunc aut illum copiam, ſicuti *dare actionem* dicebatur prætor, quos admittebat ad agendum, hoc eſt, jus ſuum perſequendum in judicio; ſic *intendere actionem*, & *inſtituere actionem*, ſæpe legitur. Pro vulgata tamen *actione expoſtulare* ſtant Vaticanus, & princeps Palat. forſan ſcripſit Vatinius, *actione poſtulare*: illud *ex* natum eſt ex vitioſa repetitione litteræ *e*. *Actione* autem *poſtulare* dicitur, ut *actione experiri*. *Poſtulare* eſſe accuſare, tritum eſt & pervulgatum. Suet. Iul. XXIII. *Mox ipſe a L. Antiſtio Trib. pleb. poſtulatus, appellato demum collegio, obtinuit, cum reip. cauſa abeſſet, reus ne fieret*. Sic *poſtulationes* ſunt accuſationes, actiones: apud eumdem in Ner. VII. *Celeberrimis patronis non translatitias, ut aſſolet, & brevis, ſed maximas pluresque poſtulationes certatim ingerentibus*. Et *poſtulator*, ibid. cap. 14. eſt accuſator: *In juriſdictione poſtulatoribus, niſi ſequenti die, ac pro libellis, non temere reſpondit*. GRAEV. Si ſalva eſt lectio, ita eam interpretarer: *Poſtulant, ut publico judicio accuſent & probent, bona ſua direpta, naves expugnatas eſſe*. Nam *actiones expoſtulare*, eſt *poſtulare ut agant & probent*. Hæc cenſeo. Quod ſi quis dicat Præpoſitionem *propter*, ponens *bona direpta* eſſe omiſſam; aut poſitum eumdem eſſe, quem II. ep. 6. expoſuimus, non ita prope veritati accedet. CORT.

Appii

mehercules Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ſum, tamen hoc ſuſtinere non poſſem. Quid ergo eſt? Faciam omnia ſedulo, quæ te ſciam velle. Defenditur a Q. Voluſio, tuo diſcipulo, ſi forte ea res poterit adverſarios fugare: in eo maxima ſpes eſt. Nos, ſi quid erit iſtic opus, defendes. Cæsar adhuc mihi injuriam facit de meis ſupplicationibus; & rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert: quaſi vero non juſtiſsimi triumphi in Dalmatia res geſſerim. Nam ſi hoc exſpectandum eſt dum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſi ſibi adſciverunt amplius ſexaginta: hæc niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego ſum, ac ceteri imperatores. Ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus ſum: ſex oppida vi oppugnando cepi: unum hoc quod erat maximum, quater a me jam captum; quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam: ex qua me nives, frigora, imbres detruſerunt: indigneque, mi Cicero, oppidum captum & bellum jam confectum relinquere ſum coactus. Quare te rogo, ſi opus erit, ad Cæſarem meam cauſam agas, meque

Appii os) Audaciam, impudentiam. CORRAD. *Si me hercule Appii os haberem*) Hoc eſt, ſi eſſem tam impudens, ut eſt Appius, ore ſcilicet durissimo. *Os* ſæpe dicitur impudentia, homo impudens. Ovid. epiſt. Helen. ad Paridem:

Nec tibi plus cordis, ſed minus oris adeſt.

Vid. Manut. ad hunc locum & Caſaub. ad Suet. Ner. II. GRAV.

In cujus) Iampridem apud Euboicum ſinum mortui. CORRAD.

Locum) In auguratu: niſi me conjectura fallit. Nam provinciam qui ſignificare poſſit, non video. INSCR. *In cujus locum ſuffectus ſum*) Cui ſucceſſi in provincia Illyrico; non eſt autem hic Appius, ad quem Cicero lib. III. ſcribit, quippe qui bello civili periiſſet. Val. Max. I. 6. ſed alius, qui rexit Illyricum A. V. C. 706. Cæſare Dictat. II. I. F. GRON.

Oppida antiqua) Quæ propterea μητροπολεις, *urbes matrices* dicuntur, de quibus vide Valeſium ad Excerpt. Peireſc. p. 6. 7. Sed non de *coloniis* tantum, ſed etiam de iis novitiis urbibus; quæ victæ in nomen gentemque imperantium conceſſere, loquitur; de quibus, ut & de ceteris, eleganter Seneca Conſol. ad Helv. c. 6. CORT.

Ego poſt ſupplicationes mihi decretas) In quibuſdam libris ab hoc loco naſcitur epiſtolæ novæ principium, ita ut ex hac X. fiant duæ, X. & XI. Nos unam facimus, ut probabilius eſt. LAMBIN. Vide & not. P. Manut. GRAV.

Vi oppugnando cepi) Alterum ex his ſatis fuiſſet, vel *vi*, vel *pugnando* capere. Sed conjungit etiam Hirtius de B. Afric. c. 36. ubi non debuiſſet Ciacconius reſingere *vi & pugnando*. Sed diſtinctio adponenda, quam male & hic, & in Hirtio editores omittunt: pariter ac Cic. VI. Verr. c. 56. de Haruſp. Reſp. c. 58. CORT.

Ad Cæſarem meam cauſam agas) Apud Cæſarem Dictatorem: quo paullo poſt inter-

que tibi in omnes partes defendendum putes: hoc exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. D. N. Decembribus, Narona.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

Reſpondens Vatinii litteris, quæ non exſtant, ornat eum grati animi laude: ſua ſtudia pollicetur: uxori præſto futurum in omni re, ſignificat. In extrema epiſtola rogat de Dionyſio ſervo; Dalmatis imprecatur. Eodem anno, aut qui proxime ſecutus eſt.

M. T. C. P. VATINIO IMPERATORI S. D.

GRata tibi mea eſſe officia non miror: cognovi enim te gratiſsimum omnium: idque numquam deſtiti prædicare; nec enim tu mihi habuiſti modo gratiam, verum etiam cumulatiſsime retuliſti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me ſtudio erga te & eadem voluntate cognoſces. Quod mihi feminam primariam, Pompeiam, uxorem tuam commendas, cum Sura noſtro ſtatim tuis litteris lectis locutus ſum, ut ei meis verbis diceret, ut, quidquid opus eſſet, mihi denunciaret: me omnia, quæ ea vellet,

interfecto, Vatinius ab Illyriis ſuperatus, Dyrrachium confugit, & poſtea venienti M. Bruto portas aperuit, & exercitum tradidit. CORRAN.

EPISTOLA XI.

TV mihi habuiſti modo gratiam) Pro defenſione, & laudatione. CORRANVS.

Reliquis tuis rebus omnibus) Id e. in *rebus tuis*: vide notas II. epiſt. 1. & confer IV. ep. 6. de tribus autem Adjectivis uni Subſtantivo junctis, III. ep. 4. de *pari ſtudio* IV. ep. 15. Sed ſic hoc loco idem *caſus* aliquoties concurrit, quod magiſtelli noſtri peccarum in elegantiam exiſtimant. Sed indulget ſibi Livius XXXI. c. 1. ubi Gronovium vide, & alia ad Sall. Cat. c. 11. *armis recepta republica*. CORT.

Vt, quidquid opus eſſet, mihi denunciaret) Hoc eſt, quacumque in re mea opera & conſilio indigerent, me arceſſerent. *Denunciare* enim conciſe interdum ſignificat, *jubere ut adſit & ad ſe veniat, acceſſere*. Brutus & Caſſius ad Anton. lib. XI. ep. 2. *Illud valde leve eſt ac nugatorium, ea re denuntiatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Junio latuens eſſes*; hoc eſt, ideo veteranos ſuiſſe arceſſitos in urbem. Idem lib. XIII. ep. 77. *Atque ut hoc tui neceſſarii ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos certiores, ut ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denunciare*. Sic *denuntiare teſtimonium alicui*: in Orat. pro Sex. Roſc. & ſæpe apud ICtos eſt jubere aliquem præſto eſſe in judicio

let, ſummo ſtudio curaque facturum: itaque faciam, eamque, ſi opus eſſe videbitur, ipſe conveniam. Tu tamen ei velim ſcribas, ut nullam rem neque tam magnam, neque tam parvam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia quæ in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur. De Dionyſio, ſi me amas, confice: quamcumque ei fidem dederis, præſtabo. Si vero improbus fuerit, ut eſt, duces eum captivum in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi moleſti ſunt. Sed, ut ſcribis, brevi capientur, & illuſtrabunt res tuas geſtas: ſemper enim habiti ſunt bellicoſi. Vale.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Petit a Lucceio, hiſtoriarum ſcriptore, ut res a ſe in conſulatu geſtas litteris mandet, ut ſeparato volumine, ut ſtatim, ut majore cum laude, quam hiſtoriæ leges aut veritas ipſa patiatur. Argumentum proponit a principio conjurationis Catilinæ ad reditum ſuum ab exſilio: in qua temporum varietate ſummam ineſſe delectationem, tum rationibus ad probandum aptis, tum etiam Epaminondæ ac Themiſtoclis docet exemplo. Et, ut impetret facilius, aucupatur ejus gratiam laudationis artificio. Denique, ſi non impetret, ipſum de ſe, licet invitum, ſcripturum eſſe ſignificat. Eſt autem, ſi nimiam laudis cupiditatem excipias, quo vitio nonnihil Cicero noſter laboravit, egregie ſcripta epiſtola,

dicio ad dicendum teſtimonium. Sic & Græcis παραγγελλειν hoc ſenſu accipitur. GIPHANIVS.

Quamcumque ei fidem dederis præſtabo] Hoc eſt, quidquid ei meo nomine de impunitate promiſeris, ſervabo. GRÆV.

Duces eum captivum in triumpho] Quis non animadverſione dignam deputet ſcripturam Pall. pr. quint. *duces eum in triumpho captum*: interim quoque Pall. ſec. tert. Grut. Stewech. *captum*, non ut vulgatum *captivum*. GEBHARD.

Habiti ſunt bellicoſi] Et ideo magis illuſtrabunt res tuas, qui illos viceris. CONRAD Efferum genus, Floro IV. c. 12. & qui XX. & CC. annos rebelles fuerunt, antequam ad certam confeſſionem pacati ſunt imperii, Vellei II. c. 90. ipſum Vatinium, quem Cæſar iis impoſuerat, acie ſuperarunt, ſed Octavianus tandem plene ſubegit, Dio XLIX. p. 414. CORT.

EPI-

ſtola, ut ſæpiſſime lecta ſatietatem tamen numquam afferat: ideoque cum ad Atticum ſcriberet epiſtola 6. lib. IV. Epiſtolam, *inquit*, Lucceio quam miſi, qua, res meas ut ſcribat, rogo, fac ut ab eo ſumas: valde bella eſt. *Lucceii reſponſio deſideratur: reſpondiſſe tamen ac pollicitum, velle ſe roganti morem gerere, ex eadem ad Atticum epiſtola conſtat; ex qua etiam intelligitur, hanc eſſe ſcriptam Marcellino & Philippo Coſſ.*

M. C. L. LVCCEIO Q. F. S D.

COram me tecum eadem hæc agere ſæpe conantem deterruit pudor quidam pæne ſubruſticus, quæ nunc expromam abſens audacius. Epiſtola enim non erubeſcit. Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis; quod etſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe facturum, tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ. Genus enim ſcriptorum tuorum etſi erat ſemper a me vehementer exſpectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quam celerrime res noſtras monumentis commendari tuis. Neque enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quamdam immortalitatis rapit: ſed etiam illa cupiditas, vel ut auctoritate teſtimonii tui, vel indicio benevolentiæ, vel ſuavitate ingenii, vivi per-

EPISTOLA XII.

M. C. S. D. I. LVCCEIO Q. F.) M. Quod in Mediceo codice conſtanter ſervatum animadvertimus; id ipſi quoque cuſtodivimus, *Lucceius* ſc. eſſe illius nomen, non Luceius. Quod quamvis parvi momenti eſſe videatur, non multi quoque laboris eſt retinere, poſtquam antiquis monumentis fidem habere volumus: præterquam quod ſemper hic per duo CC ſcribitur, vidimus etiam Romæ in antiquo lapide hoc nomen ita ſcriptum eſſe.

D. M.
LVCCEIÆ
SECVNDINÆ
TI. CLAV.
PRISCVS VITRICVS
VIX. AN. II. MEN. V.

Sed alium etiam Aretii eſſe ſcimus, in quo idem nomen eodem paſto ſcriptum ſit. VICTOR. *L. Lucceio*) De hac epiſtola ſic ad Atticum ſcribit: *Epiſtolam, Lucceio quam miſi, qua, res meas ut ſcribat rogo, fac ut ab eo ſumas: valde bella eſt: eumque ut adpropere, admoneris, & quod mihi ſe ita facturum reſcripſit, agas gratias.* CONRADVS.

Quæ nunc expromam abſens audacius) Sic omn. Pall. Grut. Siewech. Peck. editio princeps, ac Victorii (ſic & Amſtelodam. Mentel. & Græv. duo, niſi quod in primo *exprobam*, in ſec. *exprimam*:) ſubſtituerunt *exponam*, cauſam

perfruamur. Neque tamen hæc cum ſcribebam eram neſcius, quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum, & jam inſtitutarum : ſed quia videbam Italici belli, & civilis hiſtoriam jam a te pæne eſſe perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deeſſe mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares conjuncte ne malles cum reliquis rebus noſtra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Calliſthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum : qui omnes a perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quæ dixi, bella ſeparaverunt : tu quoque item civilem conjurationem ab hoſtilibus externiſque bellis ſejungeres. Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe : ſed ad properationem meam quiddam intereſt non te exſpectare, dum ad locum venias, ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere. Et ſimul ſi uno in argumento unaque in perſona mens tua tota verſabitur, cerno jam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura ſint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam (poteſt enim mihi denegare occupatio tua), deinde etiam, ut ornes me, poſtulem. Quid ſi illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, qui ſemel verecun-

ſam addidiſſe debebant. GRONOV.

Italici belli) De hoc vide Flor. III. 17. Appian. I. de Bell. Civ. & Epit. Liv. LXXI. & ſeq. GRAV.

Civilis) Nimirum Mariani, de quo vid. Flor. III. 21. Liv. Ep. 77. & ſeq. Appian. lib. I. de Bell. Civ. & Plutarch. in vit. Marii. IDEM.

Deeſſe mihi nolui) *Propter commodum meum* faciendum putavi. Similes Macrologias adnotavi III. ep. 10. Tacitus XIV. Ann. c. 39. CORT.

Cum reliquis rebus noſtra contexere) Malim legi *noſtras*. LAMBIN.

Calliſthenes Troicum bellum) Vide de hoc Calliſthene & ejus ſcriptis Gerard. Voſſ. I. de Hiſt. Græc. cap. 9. De hoc Bello vero vide Homerum, & Dictyn Cretenſem, alioſque. GRAV.

Timæus Pyrrhi) Fuit domo Siculus, Tauromenita, vixit tempore Agathoclis, cum bellum Tarentinum a Pyrrho gereretur in Italia : vide de ejus vita & ſcriptis G. Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. I. cap. 12. De hoc bello vero vide Flor. lib. I. cap. 18. Liv. ep. lib. XII. & ſeqq. Plutarchum in vita Pyrrhi. IDEM.

Polybius Numantinum) Vixit temporibus Ptolemæi Philometoris. De quo vid. Ger. Voſſ. lib. I. de Hiſt. Græc. cap. 19. De bello vero Numantino vid. Flor. II. 18. epit. Liv. LVII. & ſeqq. Vell. II. 4. IDEM.

Perpetuis hiſtoriis) Geſtis *continentibus*, Siſennæ verbis apud Gell. XII. c. 15. quibus opponit *vellicatim* ſcribere, quod Sall. Cat. cap. 4. *carptim* dixit. Sic *perpetuum carmen* Ovid. I. Metam. v. 3. CORT.

Ut ornes me poſtulem) Legendum cenſeo, *ut ornes mea*, quam lectionem adjuvat id quod ſequitur, *quid ſi illa tibi*, &c. & illud aliquanto remotius, *ut & ornes ea vehem.* &c. LAMBIN.

In ea

cundiæ fines transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, & in eo leges historiæ negligas: gratiamque illam, de qua suavissime quodam in proœmio scripsisti, a qua te deflecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate: ea si me tibi vehementius commendabit, ne adspernere: amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare. Quod si te adducemus, ut hoc

In eo leges historiæ negligas) Quæ sunt, ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat; ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. CONRAD.

A qua te effici non magis potuisse) Quidam pro *effici*, *allici* legunt, quæ varietates oriuntur ex ambigua & corrupta antiqua lectione: in melioribus enim codicibus *effecti* scriptum est: quam vocem nos etiam diligenter consideravimus, ceosuimusque tutius legi posse *flecti*, non omnino nimis longe a priscorum exemplariorum vestigiis, & fortasse sententia non inepta. Existimamus enim ut ferme colligitur ex verbis Cic. Lucceium de gratia in quodam proœmio suarum historiarum scripsisse, ut se diceret libere & vere historiam explicaturum: nec umquam potuisse tantum alicujus in se gratiam, ut a veritate & fide rerum gestarum discederet. Quamvis enim sæpe gratia hortata esset, ut amicorum rationem haberet in rebus exponendis, ad eque vocasset, se ut dixerit non magis potuisse flecti & de via recta deduci, quam Hercules a voluptatis illecebris sibi ostensis, & propositis flecti & arripi potuerit. Si cui nostra lectio minus placebit, ipse meliorem excogitet; ideo antiquæ lectionis omnibus copiam fecimus, ut quivis judicet, an eos conjectura fefellerit, & si queat, ipse meliorem inde eliciat. VICTOR. *A qua te effici non magis potuisse demonstras*) P. Victorius edidit, *a qua te flecti*. Ego vulgatam lectionem, quia eam aliquot veterum librorum auctoritate confirmatam animadverti, ferri ac retineri posse existimavi. LAMB. *A qua te effici non magis potuisse demonstras*) Est ita in omnibus fere libris tam calamo exaratis, quam impressis, nisi quod in Pall. tert. quint. *& qua te effici*. Victorius ex conjectura *flecti*, unde alii *deflecti*; ante omnes Egnatius *allici*, nos tot librorum consensum conjecturæ præstulimus; quamquam eandem confirmet Vaticanus. GRON. Quam præstans sit ille liber meus toties laudatus, hic quoque locus argumento est. Nam quod in Mediceo corrupte scribebatur *effecti*, unde colligit P. Victorius legendum esse, *flecti*, quamvis nulli auctor sit hanc lectionem pro vera, quippe quæ non ex libris, sed conjectura nata sit, recipiendi; id in meis membranis emendate scribitur, tantum duabus litteris auctius, *a qua te deflecti*. Et sic quoque in alio quodam vetere codice legi margines Lambinianæ editionis docent; in Vaticano vero *flecti*. Reponenda itaque vera lectio, nec in posterum quisquam de ea, credo, dubitabit. Nam *de* in meo codice natum est ex præcedente *te*, quod male repetitum postea in *de* conversum est, & *qu flecti* adhæsit. Nam *deflecto* numquam legitur, nisi addita re, a qua quis deflectitur: ut in orat. pro Quintio: qui *semel a veritate deflexit*. Dixit igitur Lucceius, se ob nullius gratiam & favorem, licet eum amet maxime, potuisse flecti, ut a vero in historia scribenda se passus sit abduci. GRAV.

Quam Herculem Xenophontium illum) Dicente tamen Prodico, ut scribit Cicero lib. I. de Officiis. CONR.

hoc ſuſcipias, erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate & copia tua. A principio enim conjurationis usque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe: in quo & illa poteris uti civilium commutationum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerum novarum, vel in remediis incommodorum, cum & reprehendes ea, quæ vituperanda duces, & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis, & ſi liberius, ut conſueſti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam casus noſtri tibi varietatem in ſcribendo ſuppeditabunt, plenam cujuſdam voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legendo tenere poſsit. Nihil eſt enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque viciſsitudines: quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Ceteris vero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus autem alienos ſine ullo dolore intuentibus, etiam ipſa miſericordia eſt jucunda. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum qua-

Reditum noſtrum) Ab exſilio. Io.

Modicum corpus) Hoc eſt, librum, volumen. Io II. ad Q. Fratrem, ep. 12. *Sed utros tibi habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utrosque neſcio.* Vitruv. *Cum corpus architecturæ ſcriberem.* Eodem modo Græcis σωμα dicitur, & σωματιον. Cic. VI. ad Att. ep. 1. *Hoc tuum σωμα curabo ut habeas.* Heſych. Γλαυκου του Ομηρου σωματιον. Sic & Corpus Iuris eodem ſenſu. Gr.

Illa poteris uti civilium commutationum ſcientia) Cum ſcias quare civiles commutationes fiant, ea ſcientia uti poteris, & ita ad rem accedere: quod poſtea fecit Salluſtius. Corr.

Quæ vehementer animos hominum in legendo ſcripto retinere poſſit) Codex meus, quem primum ſoleo nominare, & ſane bonitate, ſi diſceſſerimus a Mediceo, primus eſt omnium eorum, quos viri docti viderunt, aperit vitioſam hujus loci ſcripturam. In illo enim ſic exaratum inveni: *Quæ vehementer animos hominum in legendo te ſcriptore tenere poſſis.* Hoc eſt, in legendo, ſi tu ea memoriæ prodideris, valde poſſint lectores oblectare & ſic afficere, ut lectionis eos tædium non capiat. *Tenere* autem ſæpiſſime eſt delectare, voluptate afficere. Cic. IV. Acad. *Adhibita vero exercitatione & arte, ut oculi picturæ teneantur, aures cantibus, quis eſt, qui non errat, quanta vis eſt in ſenſibus?* Id. V. de Fin. *Ut pompæ, ludi, atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur.* Plin. IV. ep. 13. *Quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor.* Cic. VII. ad Fam. ep. ult. *Caſſius tuus & Dolabella noſter, vel potius uterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur.* Ovid. IV. Metam.

—— *Verſum cum ſimilae flores*
Præterveho, dulcique animos novitate teneo. Grav.

Epaminondas) Lege Peobum in vita. Corr.

The-

quadam miſeratione delectat ? qui tum denique ſibi avelli jubet ſpiculum , poſtea quam ei percontanti dictum eſt , clypeum eſſe ſalvum : ut etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur . Cujus ſtudium in legendo non erectum Themiſtocli fuga redituque retinetur ? Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet , quaſi enumeratione faſtorum . At viri ſæpe excellentis ancipites variique caſus habent admirationem , exſpectationem , lætitiam , moleſtiam, ſpem , timorem : ſi vero exitu notabili concluduntur , expletur animus jucundiſsima lectionis voluptate . Quo mihi acciderit optatius, ſi in hac ſententia fueris, ut a continentibus tuis ſcriptis , in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris , ſecernas hanc quaſi fabulam rerum eventorumque noſtrorum . Habet enim varios actus multaſque actiones & conſiliorum, & temporum . Ac non vereor , ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar , cum hoc demonſtrem ,

Themiſtoclis fuga red. ret.] Vetera exemplaria *Themiſtocli* ratione veteris declinationis . qua dandi caſum in huſuſcemodi nominibus pro generandi ponebant , ut *Vlyſſi* pro *Vlyſſis* , *Achilli* pro *Achillis* : ſic etiam in noſtro probatiore codice ep. ad Att. lib. XIII. *Non vides ipſum illum Ariſtoteli diſcipulum* , pro *Ariſtotelis* . Item ad Att. lib. IX. *Et L. conſilia* , *ac Theophani perſequamur* . Et eodem lib. etiam in vulgatis, *Ariarathes Ariobarzani filius* , pro *Ariobarzanis* . Hanc rem priſci & recentiores Grammatici adnotarunt, plurimis ex Virgilio , & ex oratoribus etiam , & Hiſtoricis exemplis adductis . VTTORIVS. *Redituque retinetur*) Quamvis non redierit Themiſtocles , ut ſcribit Plutarch. in vita : tamen qui legunt de fuga , ita retinentur , quaſi is rediturus ſit . Sunt tamen qui hoc loco legant , *exituque* . CORR. *Redituque retinetur*) Nonnulli legunt *obituque* pro *redituque* , alii *exituque* : alii hoc totum *redituque* delent , neque quidquam in ejus locum ſubſtituunt . LAMB. *Erectum Themiſtocli fuga redituque retinetur*) Non habent *Themiſtoclis* Pall. ſec. tert. quart. Mediceus , Vatic. editio Victorii ; pro *erectum* vero Pall. ſec. quart. *ereptum* : quint. *rectum* . Stewech. *erecta* ; unde Guilielm. *Erechtei* , quod non probo : deinde *tenetur* non *retinetur* agnoſcit idem Stewech. ac Pal. quint. Grut. GERHARD. *Themiſtocli* habet etiam Græviii prim. vid. Gerard. Voſſ. lib. II. de Anal. cap. 9. GRÆV. *Redituque* . Ad hæc verba Manutius ſcribit : *Reditum Themiſtoclis poſt fugam non invenio* . Hac re permotus Hieronymus Ferrarius legendum opinabatur , teſte eodem Manutio , *interitu* pro *reditu* . Aliis placet *exitu* referibere , aliis *obitu* : alii plane audent *redituque* delere . Sed hæc omnia ab antiquis libris diſſentiunt . Mihi dubium non eſt , quin Cicero *ἀμφιτροπα μνημονικὸν* admiſerit , Themiſtocli tribuens , quæ de Alcibiade ſcripta reliquerunt Hiſtorici . Scribere igitur Cicero debebat , immo volebat, *Alcibiadis* , ſed imprudens poſuit *Themiſtoclis* : id quod notare Criticus debet , non emendare . HAVMANN.

Ut a continentibus tuis ſcriptis , in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris) Forte : *Ut a continentibus tuis ſcriptis , quibus perpetuam rerum geſtarum gloriam complecteris* . LAMB.

ſirem, me a te potiſsimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui quid ſis, nescias; & qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. Neque autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commendando propriam ingenii gloriam conſequatur. Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſsimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant: quæ vel ſi nulla ſint, nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri. Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam

Qui quid ſis neſcias) Sic habent omnes libri vulgati: & ita edidit P. Victorius. Nonnulli libri MSi habent, *qui, qui ſis, neſcias*; quos ſequor potius. LAMB. *Qui quid ſis neſcias*] Commendat hanc lectionem ipſa veritas, quam ſecuti quoque ſunt Victorius ac Manutius. Lambinus tamen ait in omnibus editis haberi *quidquid ſcis neſcies*, adſtructumque eam ibat Guilielmius ex Milite Plautina; ſequi tamen ſe malle teſtatur Lambin. quod in nonnullis MSis reperiſſet *qui qui ſis neſcies*. Pall. prim. ſec. quart. quint. item prima editio præferunt, *tu is es, qui ſis neſcius*. Pal. tert. Gtut. *qui ſcis neſcius*. In Medicæo fuiſſe notat Egnatius, *neque enim tu es is qui id neſcias*. Architectetur quod cuilibet optimum videtur, mihi edita eſt omnium integerrima. GRON. *Qui quid ſis neſcias*) Qualis & quantus ſis. Neutrum de Maſculinis dici, adnotatum ad IV. ep. 4. *Quid* autem ad qualitatem pertinere egregie exſecutus eſt Varro IV. Epiſtolicarum, quæ ſervavit Chariſius lib I. p. 84. Ovid. IV. Triſt. el. I. v. 99. Phædrus V. Fab. ult. v. 9. CORT.

Ignotis) Iis qui eos non norant, Terent. Eun. V. 11. 4. *Notus mihi quidam obviam venit*; ubi Don. *Qui poſſet me agnoſcere, an qui me noverat* Plaut. Pſeud. IV. 11. 39. *Novi, notis prædicas*. Nævius Lycurgo: *Ignote itineris jumus*. Ovid. IX. Met. 198. *Meſſus adit, membriſque valens, ſcituſque vadorum*. Io. FR. GRON.

Nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri) Puſilla (fateor) emendatio, ſed tamen magnam & vim & claritatem tali ſententiæ refundens. Alii libri omn. *ſunt* præter Pall. prim. quint. Vatic. editionem Victorii (quibus accedit Grævii primus). Paullo ante legebat Henricus Stephanus *ſimulacra ex ignotis nota faciebant*, male, ſi non peſſime; nam omnes illius emendationes abſque libris tales ſunt: ita mihi nulla unquam palatum commovit. Paullo poſt, *nec minus eſt Spartiates*, legunt omnes MSi, & Victorii editio. Prima tamen & Pal. tert. *Nec minus enim eſt Spartiates*; at Pal. quart. *prohibendus* vitioſe pro *perhibendus*. Iterum paucis interjacentibus verbis recepi probatiſſimam lectionem ex Palatino primo, numquam ſatis deprædicandæ bonitatis, *omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit*; cum eam quoque ex ſuis aſſeruerit Victorius, reperiaturque in Vaticano; nec alieni ſint Pall. tert. quiot. *omnes imagines hominum omneſque ſtatuas ſuperavit*. Vulgo pro *omnium* agnoſcunt *hominum*, nimis languide ad noſtra. GRON.

Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus) Pricæus apud Apuleii apologiam non leve mendum poſt tot interpretes ſubeſſe exiſtimat, ac monente Bourdelotio jubet legere *ille perennis*, quoniam tota epiſtola agitur de pe-

fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt: unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, ſtatuaſque ſuperavit) In animo eſt quædam de voce *ſignum* ſive *ſtatua* & *imago* ediſſerere, quarum vocum diſcrimen hoc in loco ſatis indicat Tullius. Sunt, qui alii a mea ſententia, vocem *imagines* latius patere, quam *ſigna* aut *ſtatuas* arbitrantur, imagineſque recte dici, ſive corpus integrum exhibuerint, ſive tantum oris ſimulacrum humerorum tenus, ſive demum fuerint umbilicatæ. Sed ut verum fatear, *prava imago* adhibitam fere ſemper me videre vſus ſum pro unis *pictis tabulis*. Exemplorum ſtruem aggerere me animus jubet, in quibus palam eſt, *imagines* ſemper a *ſignis* diſtingui. Tullius pro Arch. XII. inquit: *Statuas & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum ſtudioſe multi reliquerunt*. Et ne quid dubitationis in eo ſit, ipſe Tullius, qui hic diſtinxit *ſtatuas ab imaginibus*, ſæpe alias, quid pro *vera imagine* intellexit, luculenter aperuit, ſcilicet pictas tabulas. In Verr. Act. I. 19. *Quas iſte tabulas illinc, quæ ſigna ſuſtulit?* eadem verba bis inferius cap. 22. & c. 23. & lib. 4. 55. & demum in hac epiſtola legere eſt. Igitur apud maximum oratorum peræque eſt *imago*, ac *picta tabella*. Idem obtinet in ceteris licet nimotis notæ Scriptoribus, Suetonio quam ſæpiſſime in Ner. XXIV. in Calig. XXXIII in Tib. XIII. in Iul. XLVII. in Aug LXXII. apud Velleium quoque lib. I. 14. apud auctorem Dialogi de Oratoribus qui Tacito aſſumitur 8. 9. 11. apud Plinium Hiſt. XXXV. 8. & 10. apud quos omnes *ſigna* ſemper a *pictis tabulis* diſtinguuntur; quin imo aperte Suetonius quas *pictas tabulas* in Aug. LXXII. nominat, eas *imagines* in Tib. XIII. aperte appellat. Siſtam tantum Plinii locum l. IV. ep. 28. ex quo ſancitam a me *imaginum* notionem firmam ratamque habebis! *Herennius Severus magni æſtimat in bibliotheca ſua ponere imagines .... Cornelii Nepotis, & Titi Caſſii: getitque, ſi ſunt iſthic, ut eſſe creditile eſt, exſcribendas pingendaſque delegem .. Peto autem, ut picturem quam diligentiſſimum aſſumas*. Binæ voces *Pingendas*, & *Picturem* ſiſtunt vocabulum *Imagines*, haud eſſe *ſtatuas*. Præterea vulgus auctorum, quos in libris olim fuiſſe de-

de perennitate. Quaſi vero hoc ipſum prohibere non eſſet intelligendum de perennitate, & omni poſteritati memorabilem deſignaret, ut recte hanc conſtructionem pater contulerit cum loco lib. I. ep. 8. *commemoranda benevolentia*. Et ſimilem in modum concepta ſunt teſtimonia apud Gellium X. 17. *Democritus vir præter alios venerandus auctoritatque antiquæ præditus*. Et apud Symmachum l. LXXVI. *Priſcianus cum primis Philoſophorum litteratura & honeſtate cenſendus*. Iac. Gron.

Quam qui in eo genere laborarunt) Lambinus legit *elaborarunt*. Gravius. *Qui in eo genere laboraruut*) Scribe: *elaborarunt*, qui operam dederunt, ut ſuæ ſtatuæ & imagines exſtarent. II. 4. I. Fr. Gron.

Xenophontis libellus in eo rege laudando) De Ageſilao ſermo eſt, & intelligit laudationem ipſius a Xenophonte conſectam & appellatam Ageſilaum, quæ ad noſtra etiam tempora pervenit. Neque tamen ea eſt, ut quidam crediderunt, quæ inter vitas Plutarchi legitur, & motes, reſque ab eo geſtas continet: liber enim ille a Plutarcho ſcriptus eſt, qui & ipſe Ageſilai vitam quemadmodum multorum clariſſimorum virorum edidit: ſed una cum aliis Xenophontis commentariis legitur. Veneti tamen Plutarchi codices, illam ut non veram Plutarchi notis illi adpoſita habent; qui error ab eo ortus eſt, qui epiſtolam conſecit, qua divinum illud Plutarchi opus commendavit: In hac enim re falſus eſt. Multa quæ in ea vita leguntur, manifeſto arguunt, illam Chæronei eſſe, & longe aliam ab ea, quam monumentis litteratum Xenophon prodidit. Victorius. *Unus Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit*) In animo eſt quædam de voce *ſignum* ſive *ſtatua* & *imago* ediſſerere, quarum vocum diſcrimen hoc in loco ſatis indicat Tullius. Sunt, qui alii a mea ſententia, vocem *imagines*

ſuperavit. Atque hoc præſtantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, ſi in tua ſcripta pervenero, quam ſi in ceterorum; quod non ingenium mihi ſolum ſuppeditatum fuerit tuum, ſicut Timoleonti a Timæo, aut ab Herodoto Themiſtocli, ſed etiam auctoritas clariſsimi & ſpectatiſsimi viri, & in reipub. maximis graviſsimisque cauſis cogniti, atque in primis probati: ut mihi non ſolum præconium, quod cum in Sigæum veniſſet Alexander, ab Homero Achilli tributum eſſe dixit; ſed etiam grave teſtimonium impertitum clari hominis magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari ſe lætatur, ſed addit etiam, a laudato viro.

pictos ex Martiale XIV. 186. novimus, eo quod pictura fingebantur, *imagines* dictos eſſe reperii in Plinio lib. XXXV. cap. 2. Hanc ipſam notionem & ingenium vocis *imaginis* ab legum σωμασι etiam teneo, & a marmoribus, quæ binas haſce voces diſtinxerunt. Illud eruitur l. 12. D. de aur. arg. leg. & alibi; hoc apud Gruter. 169, 5. Verum non fugiam aliquando apud ſcriptores vocem *imago* audire *ſtatua*, ſed numquam eam reperies ſolitariam, atque aliquo adjuncto deſertam. Præſto eſt mihi Tullius hæc eadem epiſtola: *Spartiates ille Ageſilaus perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe*. Et Hor. Serm. 8. lib. I. v. 43. *Et imagine cerea largior arſerit ignis*. Præterea Vitruvius l. I. 6. Tacitus in ult. cap. vitæ Agricolæ, Plinius XXXV. 3. Solinus 55. Suetonius in Vitell. II. ceterique bene multi, atque etiam marmora apud Gruter. 170. 4. & alibi. Quare certum te facio, cur oppido rara ſit vox *imagines* in lapidibus ſcriptis, contrario ſolemnis ſit *pneis ſigna* præſertim, vel *ſtatua*, aut *ſimulacrum*: nam illa γενικωτερα eſt, vel potiſſimum picturam adnotat. Eſt & alia voci *imago* notio, quæ γενικωτατη eſt, atque Græci vocant ιδεαν, ſpeciem illam, quam de quavis re animo concipimus; ſane hic & de ſcalptoribus, ac de pictoribus dici poteſt, eique συνωνυμως ſe habet vox *effigies*, & ea accipienda eſt tunc notione, qua nos Itali dicimus *Ritratto*. Quemadmodum apud Plinium l. III. 10. lib. XXXV. 10. & alibi, & ita quoque accipiendi ſunt in Vegetio II. de Re Milit. c. 7. Imaginarii ſive imaginiferi, *coloro che fanno i ritratti*. Hæc de triplici *imaginis* ſignificatu, atque ingenio probe diſtincta, perturbata leges apud Sallengre t. I. diſſ. 10. de ſigno & ſtatua, & propter hæc diſſentes a Lipſio lib. I. Elect. c. 29. imagines definiente, *non aliud fuiſſe, quam expreſſas corporum effigies humerorum tenus; non enim corporis totius, ſed corporis, atque vultus* fuiſſe docet. Adeo vero adſtruas hanc imaginis notionem, & præſertim quando valet pro pictura, ut Græcis Latini id acceptum referre debeant, qui etiam binas has voces diſtinguunt εικων & αγαλμα; atque hanc quidem pro ſtatua, illam vero pro tabella picta conſtanti tenore adhibitam advertes; & ſi aliquando εικων ſit ſtatua προσθετον aliquod adjiciunt, veluti εικων χαλκη, ut apud Pauſan. Superſedeo aliis auctoritatibus afferendis, quæ tot ſunt, ut tædio potius legentibus futura crediderim. MARTORELLIVS. *De Reg. Theca Calam.*

Ab Homero Achilli tributum eſſe dixit) Hoc modo: *O fortunate adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris*. CORRAD.

Vere-

viro. Quod ſi a te non impetro, hoc eſt, ſi quæ te res impedierit (neque enim fas eſſe arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortaſſe facere, quod nonnulli ſæpe reprehendunt: ſcribam ipſe de me, multorum tamen exemplo & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc ſunt in hoc genere vitia: & verecundius ipſi de ſeſe ſcribant neceſſe eſt, ſi quid eſt laudandum, & prætereant, ſi quid reprehendendum eſt. Accedit etiam, ut minor ſit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant, verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipſi ante ludorum miſsionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent. Hæc nos vitare cupimus, &, ſi recipis cauſam noſtram, vitabimus; idque ut facias rogamus. Ac, ne forte mirere, cur, cum mihi ſæpe oſtenderis, te accuratiſsime noſtrorum temporum conſilia atque eventus litteris mandaturum, a te id nunc tanto opere & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio ſcripſi, feſtinationis, quod alacres animo ſumus: ut & ceteri viventibus nobis ex litteris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi vivi gloriola noſtra perfruamur. His de rebus quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi velim. Si enim ſuſcipis cauſam, conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Tu interea

Verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum, qui &c.) Elegantiſſima ſententia, qua etiam uſus eſt doctiſſimus vir Plutarchus in commentario quo docet, quomodo quis poſſit ſui ipſius laudes citra invidiam prædicare: nec tamen a Cicerone minus eleganter aut copioſe expoſita eſt. Græci auctoris verba hæc ſunt, quæ cum Latinis conferre inutile non erit: Αλλα και τους στεφανουμενους εν τοις αγωσιν ετερος νικωντας αναγορευουσιν, ουν ακριβειαν της περιαυτολογιας αφαιρουμενοι. *Sed & in ludis gymnicis corona donatos alii victores fuiſſe prædicant, ut propriæ laudacinis verecundiam auferant.* VICTORIVS. *Alium præconem adhibent*) Aliter tamen Nero, qui in his ſacris certaminibus *victorem ſe ipſe pronuntiabat; qua de cauſa & præconio ubique contendit*, ut Suet. notat in ejus vita, cap. 26. Solebant enim in illis ludis, ut pulcre hic notavit Manutius, præcones etiam de victoria contendere. GRAV.

Commentarios) Parati, ut haberet, unde ſumeret, qui vellet ſcribere hiſtoriam. Hæc & plura de Cæſaris *Commentariis* Cic. de Clar. Orat. c. 75. quem vide. CORT.

Inſti-

ea non ceſſabis, & ea, quæ habes inſtituta, perpolies, noſque diliges. Vale.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Ciceronem in obitu filiæ Lucceius litteris conſolatus erat, ex litteræ quantum profecerint, & ſimul quam omnis recuperandæ reip. ſpes amiſſa ſit, hæc epiſtola demonſtrat. Cæſare IV. Conſule ſine collega.

M. C. L. LVCCEIO Q. F. S. D.

QVamquam ipſa conſolatio litterarum tuarum mihi gratiſsima eſt: declarat enim ſummam benevolentiam conjunctam pari prudentia; tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te præclare res humanas contemnentem, & optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene, aut male vivendi ſuſpenſas habere rationes. Quæ cogitatio, cum mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat), vi tamen tempeſtatum & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulſa; cui te opitulari & video, & id feciſſe etiam proximis litteris, multumque profeciſſe ſentio. Itaque hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi

Inſtituta perpolies] Limabis & emendabis. Plin. II. ep. 5. qui & *limam* I. ep. 1. & 8. ita uſurpavit. IDEM.

EPISTOLA XIII.

QVam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam] Palat. prim. *Quam equidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam*. Meus verò primus: *Quam quidem laudem ſapientiæ autumo eſſe maximam*. Scripſiſſe Ciceronem cenſeo: *Quam equidem laudem ſapientiæ autumo eſſe maximam*. Vſus hoc etiam vocabulo eſt in Topicis: *Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri*. Plauto aliiſque perquam frequens eſt. GREV.

Non aliunde pendere] Vid. Epicteti Enchiridion cap. 1. 2. 3. & ſeq. GREV. Alligatum eſſe ad alia, iiſque obedire Senec. de Tranq. c. 2. Idem de Brev. Vit. c. 5. CORT.

Sed etiam declarandum] Sine ulla ſimulatione & aperte indicandum. Sic pro Mil. c. 2. dixit *vultu & verbis ſignificare, ſed ſententiis declarare*. Vide Vavaſ. de vi & uſu quor. verb. p. 10. IDEM.

Ita

mihi esse potuisse tuis litteris gratius. Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter copioseque collegisti; tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi, quam non imitari turpissimum existimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam teipsum præceptorem fortitudinis, quod tu mihi videre spem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorii, similitudinesque eæ, tum rationes in ea disputatione a te collectæ, vetabant me reipub. penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, cum aliquid speres: alterum mirum, spe ulla teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non deletum extinctumque esse fateare? Circumspice omnia membra reipub. quæ notissima sunt tibi, nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit: quæ persequerer, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore; quamquam tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. Ergo & domestica feremus, ut censes, & publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui præcipis. Te enim spes aliqua consolatur, ut scribis: nos autem erimus etiam in o-

Itaque hoc etiam fortiorem me puto) In vetere libro scriptum est, *atque hoc fortiorem*: quæ lectio multo quam vulgata videtur melior. F. Vrsinvs. *Itaque hoc etiam fortiorem me puto*) Vrsinus ex aliquo vetere malebat, *atque hoc fortiorem*: quod in nullo nostrorum comparet, & habet ille mirabiles libros, ut omnino cum Grutero nostro existimem eum plurima domi confinxisse, quæ deinde alii, ipso ignaro, nobis obtruserunt tamquam veterum exemplarium varias lectiones. Gebhard. Injurius est Gebhardus in F. Vrsinum, virum non tantum se doctiorem, sed etiam longe meliorem. Hactenus dentes suos non nisi in Lambinum exercuit, nunc bene succedente impotenti audacia, etiam Vrsinum audet lacessere mala bestia: sed bene habet, cum nobis aliunde constet Vrsinum habuisse codices Ciceronis longe optimos, qui deinde in Bibliothecam Pontificiam immigrarunt, atque ibi in penetrali adservantur. Vide Ioseph. Castal. Adverss. Crit. c. 3. Decad. I. Ceterum ego nunc vicissim testor mihi pleraque Gebhardi non placere, cum fere sapiant nescio quid ab elegantiæ consuetudine remotum, & illa videatur in Ciceronem voluisse talia invehere, qualia quidem latine dicuntur, verum inter rariora sunt referenda, nec temere toleranda, nisi ubi jam exstant. Semper est in voculis, nec tamen semper melius eligit, ubi duorum MSorum lectiones dubiam faciunt lectionem. Hæc præter meam consuetudinem sunt dicta, sed importuna prave docti hominis protervitas videbatur certe semel reprimenda. Vrsvno.

Fortiorem te esse) Me ipso, qui nihil sperem. Conrad.

Ergo & domestica feremus) Fratris & ejus filii injurias, uxoris divortium, & filiæ mortem. Inem.

Erimus etiam in omnibus desperatione for-

in omnium desperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris & præcipis. Das enim mihi jucundas recordationes conscientiæ nostræ, rerumque earum, quas, te in primis auctore, gessimus. Præstitimus enim patriæ non minus certe quam debuimus: plus profecto quam est ab animo cujusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de meipso aliquid prædicanti: quarum enim tu rerum cogitatione nos levare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam: transferamque animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur: tecumque & ero tantum, quantum patietur utriusque ætas & valitudo: & si esse una minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione, iisdem studiis ita fruemur, ut numquam non una esse videamur.

EPI-

fortes) Vulg. *in omni desperatione f.* eum alius codex præ se ferat, *in omnium rerum desperatione f.* sed nostra omnino melior, quam accepimus ex Pall. pr. tert. quint. Grut. Vatic. videturque ideo hæc lectio immutata, quia non cuivis puero plana & obvia: sed non sic *itur in alta*. GESNERVS. Accedit his etiam Grævii primus liber. Præstat tamen lectio veteris codicis, *in omnium desperatione*. GRAEV. Cum id etiam Grævius receperit, nihil muto: neque hac tamen via iturum me in alta confido. Gebhardi optimi pace dixerim, mihi vulgatam placere. Neque unquam ita locutus est Cicero, neque unquam, opinor, ita sensit, ut se *desperatione fortem* diceret. Aliud fortitudinis genus, non barbarum illud noverat. OLIV.

Præstitimus enim patriæ non minus certe quam debuimus) Forte: *Non plus certe quam debuimus*. LAMB. *Præstitimus enim patriæ non minus certe, quam debemus*) Officii illius numeros & Tullius, & optimus quisque immodicos & infinitos solet ducere ac numquam integre solutos, quamdiu adest spiritus. Et quid mirum, sic de patria censuisse Tullium, qui & amicitias privatorum ac beneficia non minoris æstimavit, ut patet I. 8. fine ad Lentulum? Itaque ut hæsit in hac jactatione Lambinus, pietati Ciceronis consulens, sed sævior in loco tractando; ita & Pricæus, sed lenior, in notis ad S. Lucæ Evangelium XVII. 10. ubi similia multa ex more congerens, delet negativam vocalem, quæ facile ex sequente voce, similibus literis constante, potuit inculcari. Sed debuerant animadvertere, hanc significationem mentis Tullianæ certam esse, & cum forsan nullus civis id ipsum gloriari merito queat, Tullium unum debito illi satisfeciisse, & intelligendum ex lib. I. Ep. 9. *Collegâ ipse me, & cum ipsa quasi rep. collocutus sum, ut mihi tam multa prepesso atque perfuncto concederet, ut officium meum memoremque in bene meritos animum præstarem: eumque, quem bonum civem semper habuisset, bonum vicum esse patereetur*. IAC. GRON.

Transferam animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur) Hoc est, studia litterarum. CONRADVS.

EPI-

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Duas ad Ciceronem Lucceius conſolatorias miſit epiſtolas; & utrique Cicero reſpondit. Lucceii prior deſideratur; Ciceronis utraque exſtat. In hac quærit primum cauſam Lucceius, cur ab urbe Cicero abſit; laudat, ſi ſolitudinem ſequitur, ut otio ad ſcribendum abundet; non probat, ſi mœroris cauſa ob filiæ mortem ſuſcepit: deinde rationes cur dolori finem facere debeat ſubjungit. Ad rationes poſtremo preces addit, ſibi ut hoc tribuat roganti, ne diutius angatur. Claudit epiſtolam amoris & modeſtiæ ſignificatio. Eodem anno ſcripta.

L. LVCCEIVS Q. F. M. T. C. M. F. S. D.

SV, B. E. V. ſicut ſoleo, paullulo tamen etiam deterius, quam ſoleo. Te requiſivi ſæpius ut viderem: Romæ quia poſtea non fuiſti, quam diſceſſerat, miratus ſum, quod

EPISTOLA XIV.

SI vales bene eſt, valeo ſicut ſoleo) Repoſui hic Notas, quas præ ſe ferunt & margines Lambinianæ editionis, & meus primus, nec non Amſtelodamenſis codex, *S. V. B. E. V. ſicut ſoleo*. GRAV.

Romæ quia poſtea non fuiſti quam a me diſceſſerat) Sic omnes vulgati codices nulla mendi ſuſpicione. Ipſi antiquam lectionem ſecuti ſumus, quam & genuinam & probam putamus, ut intelligat poſtquam Roma *diſceſſerat*, Cæſar ſc. quamquam nomen Cæſaris non ponit. Nihil autem mirum videri debet: de magnis enim & principibus viris ſic loquimur. Dicit igitur Lucceius Ciceronem Roma exiſſe cum Cæſar diſceſſit, nec poſtea rediiſſe dum Cæſar abeſſet. Poſſemus infinita exempla ex epiſtolis ad Atticum citare, quæ nunc prætermittamus. Speramus tamen rem claram tot exemplorum coacervatione fore. In epiſtolis ad Varronem: *Eſt igitur adventus in exſpectatione*. Sic enim olim locum illum ſolitum eſſe legi eo loco docebimus. Aliqui autem dum rem clariorem facere ſtudent, conſuetum dicendi modum corrumpunt: cum enim hanc loquendi rationem non alibi in veteribus auctoribus adnotaſſent, & noſtris etiam temporibus communem eſſe non cogitarent, locum Ciceronis depravarunt. In eamdemque culpam inciderunt, eodem errore decepti, qui nuper has epiſtolas Venetiis ediderunt. Cum enim ante in vulgatis omnibus libris recte hic locus legeretur in epiſtolis ad Patum: *Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obviam miſeram, ut ii me quam maxime conciliarent familiari ſuo* (ſermo enim proculdubio eſt de Cæſare: nec tamen nominatur, ſicque legitur in cunctis & antiquis, & ante hunc impreſſis codicibus:) hi hic etiam *Cæſari* repoſuerunt. Nos cunctis his locis antiquam, & meliorem lectionem conſervavimus. VICTORIVS. *Diſceſſerat*) In tua prædia, non multo poſt Tulliæ mortem. Alii legunt, *quam diſceſſerat*, ſcilicet Cæſar in Hiſpaniam contra Pompeii filios profectus. CONRADVS.

quod item nunc miror. Non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat: Si ſolitudine delectare, cum ſcribas & aliquid agas eorum, quorum conſueſti, gaudeo, neque reprehendo tuum conſilium: nam nihil iſto poteſt eſſe jucundius, non modo miſeris his temporibus & luctuoſis, ſed etiam tranquillis & optatis; præſertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quærat ex magnis occupationibus, vel erudito, qui ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet, ipſum laudibus illuſtret. Sin autem, ſicut hic dum eras, lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti, doleo, quia doles & angere: non poſſum te non, ſi concedis quod ſen-

RADVS. *Quam a me diſceſſeras*) Secutus ſum cod. vulgatos, quibuſcum conſentiunt duo MSi. Et ita P. Manutius edidit. P. Victorius autem, *quam diſceſſerat*; ut ſubintelligatur Cæſar. LAMBINVS. *Diſceſſerat*) Adſtipulantur quidem omnes Pall. vulgatæ lectioni, *quam a me diſceſſeras*; ſed tamen verior omnino eſt noſtra, quam acceptam referimus Victorio ac Vaticano; ſubintelligitur (ut etiam recte notavit Lambinus) Cæſar, cujus nomen ſubticeri ſolebat: conſulantur epiſtolæ ad T. Pomponium; ſic lib. IX. ep. 6. & 17. GERHARDVS. Retinet etiam hic Græevii primus liber veſtigia veræ lectionis, in quo ſic ſcribitur: *Te requiſivi ſæpius ut vidi, Romæ quod poſtea non fuiſti, quam diſceſſeram, miratus ſum*. GRÆV.

Non hab. certum, quæ te res) *Certum habere* dixit etiam Livius XXXVI. c. 28. Sed inter *certum* & *res* ea eſt convenientia, quæ inter *res* & *quod*. Cic. IV. ad Att. epiſt. 10. Sall. Cat. c. 40. Vide quæ ad XVI. epiſt. 4. CORT.

Eorum quorum conſueſti) Genus loquendi Græcis uſitatum: apud quos relativum, quod appellant, congruit cum eo, quod antecedens nominant. LAMBIN. Supple: *quorum aliquid agere conſueſti*. Vt I. ep. 9. Terent. Heaut. A. I. Sc. I. v. 35. Ovid. V. Triſt. el. 6. v. 35. A. Gell. I. c. 25. CORT.

Qui nunc requietem quærit) Sic edidit ex Medicæo Victorius: neque diſſentit Vaticanus; in noſtris omnibus retinet vulgatis lectio *requiem*. GERHARDVS. *Qui nunc requietem quærat*) *Requietem* ex Medicæo Victorius reposuit, adſtipulante Vaticano, & Gebhardo, quamvis diſſentiant omnes Palatini, & quos ego, & Guilielmius vidimus codices. *Quærit* autem ego reſcripſi ex meo primo; ſic enim ſcribendum eſſe ſequens *promat* oſtendit. GRÆV.

Sin autem, ſicut hic dum eras, lacrymis, ac triſtitiæ te tradidiſti) Palam inepta ſcriptura: nam tunc fuit lætior, & ideo illum ad ſe retrahere conatur. Ex ſequentibus omnino patet ſcribere Lucceium ex ſua conjectura, & vereri, ne ideo ſiluerit, quod pergat in mœſtitia, quæ oborta fuit Ciceroni diſceſſuro; & inde patet manifeſte ex Amſtelodamenſi, & Palatino primo legendum *ſicut hinc diſceſſeras*, nempe lacrymis, ac triſtitiæ traditus. IA. GRON. *Sicut hic dum eras*) Romæ, antequam ad Aſturam proficiſcereris. CONRAD. *Sin autem, ſicut hic dum eras, lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti*) Amſtelodam. *ſin autem ſicut hic diſceſſeras*. Pal. prim. *ſin autem ſicut hinc dicas ſeras, lacrymis*. Meus codex videtur melius quam alii omnes ſcribere: *Sin autem, ſicut indicas, lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti*. Sane videntur innuere ſequentia, Ciceronem ſcripſiſſe ſe in luctu & mœrore jacere. GRÆV.

Non

ſentimus, ut liberius dicamus, accuſare. Quid enim? tu ſolus aperta non videbis, qui propter acumen occultiſsima perſpicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari ſollicitudines, quas elevare tua te prudentia poſtulat? Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo, gratia contendimus & rogando, ſi quid noſtra cauſa vis, ut iſtis te moleſtiis laxes, & ad convictum noſtrum redeas, & ad conſuetudinem, vel noſtram communem, vel tuam ſolius ac propriam. Cupio non obtundere te, ſi non delectare noſtro ſtudio: cupio deterrere, ne permaneas in incepto, cum duæ res iſtæ contrariæ me conturbent: ex quibus aut in altera mihi velim, ſi potes, obtemperes; aut in altera non offendas. Vale.

EPI-

Non poſſum te non, ſi concedis, ut liberius dicamus, accuſare] Sic ex Pall. pr. quint. Vatic. lego: ceteri corrupti fere ſunt, ſtabiliuntque nonnihil banc noſtram, ſi erroris cauſam altius perſequaris. Vulgo *nec poſſum te, ſi conc. ut l. d. non accuſare*. Paullo poſt pro *elevare* Gulielmius in duobus ſuis libris invenit *alleviare*; ſequentibus non longo intervallo, ex Pal. ſec. aoriquiſſimo codice lubenter legerim, *& convictum noſtrum reddas, & conſuetudinem vel n.* uoica enim littera minus (quod ei familiare cum duplicantur eædem) *redas*: noo incoopinne, & puto verius quam eſt in vulgatis. GRONOV. *Non poſſum . . . dicamus*) Non inſolens plane hujuſmodi coofuſio *Numeri*. Iuſtin. Præf. n. 4. Lucan. V. v. 269. Tullius ſupra ep. 13. & aliis locis quamplurimis. CORT.

Ut iſtis te moleſtiis laxes) MSus meus primus: *ut iſtis te tuis moleſtiis laxes*; quod non diſplicet. GRAEV.

Ad conſuetudinem, vel noſtram) Luſus elegans in voce *conſuetudo*, quæ cum refertur ad *ea noſtram communem*, ſignificat familiarem uſum, converſationem; cum ad *ea tuam ſolius ac propriam*, ſignificat morem ac rationem vivendi. Io. FR. GRON.

Tuam ſolius ac propriam) Poſſeſſivis recte additur ſecundus caſus eorum Nominum, qui primo caſu nullam poſſeſſionem ſignificant. Cic. XI. ad Att. ep. 75. Liv. XLI. c. 23, & ſic infinita alia. CORT.

In altera . . . . in altera) Sed forſan diverſæ illæ *res* reſpiciunt animum Lucceii, qui noluit *obtundere*, attamen *deterrere* Ciceronem ab incepto: *in altera* obtemperes, ubi nempe te deterreo: *in altera* non offendas, ubi te quaſi obtundere videor. Cl. Bengelius in eo tantum differt, quod membra oppoſita vertat, ceterum eadem agnoſcit. *Offendas* eſt nobis *te offendas*, vel *offenderis*, idque propriè; cum tamen & figuratæ hujuſmodi mutationis veſtigia habuerimus II. ep. 9. CORT.

Non offendas) Paſſive pro non offendaris. Sic ep. 1. lib. I. ad Q. Fratrem: *ſi quis eſt, in qua jam offendris*. Et Verr. I. 25. *Veritus, ne quid in ipſo ſe offenderit*. LALLEM.

EPI-

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Quærenti Lucceio, cur ab urbe abſit, ejuſque ſollicitudines minuere conanti, ad utrumque reſpondet: lugere ſe non tam filiæ obitum, quam reip. tempora: in urbe non eſſe, quod in ea nihil jucundum, odioſa omnia.

M. CICERO L. LVCCEIO Q. F. S.

OMnis amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtendit in his litteris, quas a te proxime accepi: non ille quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus & optatus: dicerem, jucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem; neque ob eam unam cauſam, quam tu ſuſpicaris, & in qua me leniſsimis & amantiſsimis verbis utens, re graviter accuſas: ſed quod illius tanti vulneris quæ remedia eſſe debebant, ea nulla ſunt. Quid enim? ad amicos ne confugiam? quam multi ſunt? habuimus enim fere communes, quorum alii occiderunt, alii neſcio quo pacto obduruerunt. Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem: vetuſtas,

EPISTOLA XV.

Niſi id verbum in o. t. perdid.) Quaſi nihil Ciceroni jucundum eſſet poſt mortem filiæ, & caſum reip. Bene *verbum*, quomodo apud Plin. XIII. Hiſt. Nat. c. 25. *herbarum vocabulum*, & Tac. ſæpe *magiſtratuum vocabula*. CORTIVS.

Neque ob eam unam cauſam quam tu ſuſpicaris) Quemadmodum & alii, me reip. tempora & aliorum victoriam lugere. CONRAD. Sed rectius Manut. quem vide. GRÆV.

Illius tanti vulneris) Ex morte filiæ accepti. CONRAD.

Ea nulla ſunt) Quoniam domo mœrens ad Remp. confugere non poſſum, ut in eius bonis, quæ nulla ſunt, adquieſcam. IDEM.

Alii, neſcio quo pacto obduruerunt) Ad omnia, ut neque Reip. neque ſui ipſius, neque amicorum meminiſſe videantur, ut Marcellus, & alii. BERN. RVTIL.

Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem) Paullo aliter habent codices Memmiani: nempe hoc modo: *Tecum equidem vivere poſſem, & maxime vellem*. Quæ ſcriptura mihi videtur facilior: quamquam non admodum diſcrepat a vulgata, quam ſecutus ſum: cum qua congruit Florentina editionis poſtremæ, quæ talis eſt: *Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem*. Si mihi tamen quod ſentio dicere liceat, neutram harum lectionum rectam eſſe puto. Videtur autem mihi ſic legendum: *Tecum vivere poſſe equidem maxime vellem*. LAMBIN. *Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem*) Hunc locum, pæne ſolus intellexit Victorius, ut ex ipſius diſtinctione apparet, quam & nos expreſſimus. Deeſt enim particula *ſi* vel *utinam* & ſic eſt in Pall. prim. & tertio (nec non in Amſtelod. & primo Græv ii) nam Pal. ſec. *Tecum equidem vive-*

ſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria, quod vinclum quaſi eſt noſtræ coniunctionis. Poſſumus ne igitur eſſe una? nec mehercule intelligo, quid impediat; ſed certe adhuc non fuimus, cum eſſemus vicini in Tuſculano, in Puteolano. Nam quid dicam in urbe? in qua, cum forum commune ſit, vicinitas non requiritur. Sed caſu' neſcio quo in ea tem-

vivere poſſim, & max. v. Lambinus has ſcripturas vitiolas proclamat, ma vultque ex ſuo ingenio, *tecum vivere poſſe equidem maxime vellem*; in quem tamen propendet Pal. quart. Liber dubiæ fidei, *tecum vivere poſſem, equidem velle*. Canterus tamen correctum ibat, *tecum vivere poſſem, equidem maxime vellem*. Pall. quint. *Tecum vivere poſſem, & maxime quidem vellem*. Catullus: *Tecum ludere ſic ut ipſe poſſem*; nam & ibi deeſt, ωστικον. GRUTER.

Vetuſtas eſt amor conſuetudo, ſtudia paria) In antiquis exemplaribus *vetuſtas, amor*, ut eos etiam ſcripſimus. Hæc enim eſt vera hujus loci lectio, & ſic ipſe etiam alibi loquitur, ut in epiſt. ad D. Brutum de L. Lamia loquens: *Magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit*. VICTOR.

Quod vinculum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis. Poſſumus ne igitur eſſe una? nec mehercule intelligo &c.) Forte: *Poſſumus ne igitur eſſe una? poſſumus; nec me hercule intelligo quid impediat*. LAMBIN. *Quod vinclum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis*) Sic eſt in Pal. pr. ac Vatic. denique editione Victorii: niſi quod ille *conjunctioni*. Vulgati libri, *quod vinculum, quæ res deeſt*; ſed Pal. ſec. Grut. *id eſt*, ex utraque parte mendoſi: paullo poſt Pall. pr. ſec. rert. *ne mehercule*: quart. *nunc mehercule*, non *nec mehers.* & Pall. ſec. tert. Stewech. *impediat*; legerem ergo, *ne mehercule intelligo, quid impeditat*: uſitatum enim in re confirmanda ſeveriore, geminare aſſeverationem. Omnino antecedentia ac ſequentia hanc lectionem deſiderant. GRUTER. *Quod vinculum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis*) Sic edidit Victorius ex Medicæo, cui adſtipulatur Vatic. & Pal. prim. Sed quis ſenſus eſt hujus ſcripturæ? ſane quomodo conveniant præcedentibus, non video. Vulgatæ editiones & libri recentiores, *quod vinculum, quæ res deeſt noſtræ conjunctioni*. Secundus Pal. Grut. Antiſtiod. *quod vinculum, quæ res id eſt noſtræ conjunctionis*. Sed rurſus hic mihi ſuppetias fert liber meus optimus, ex quo ſcribendum, *quod vinculum quaſi eſt noſtræ conjunctionis*; nimirum paria ſtudia ſunt vinculum conjunctionis. *Deeſt* omnino hic debet deeſſe. GRAY. *Quod vinculum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis*] Non poſſum habere hunc locum pro ſano, vel maxime quia cum toties illa vinculi translatione utatur Tullius, nunquam tamen apponit *eo quaſi*, ſed vere & proprie vocula agnoſcit ac latino ſermone appellanda cenſere videtur. Clamant exempla ab Nizolio collecta; in nullo additum videbis *eo quaſi*. Vr adeo tres illos codices, in quibus diſerte intelligo exſtare, hoc in loco ſuſpectos habeam manu correctrice interpolatos. Lectio altera *quod vinculum quæ res id eſt noſtræ*, vel *deeſt*, non dubito quin ſimiliter alienam manum paſſa ſit, quæ vel explicationis loco poſuerit ſuper duas primas voces, vel amplificatioois ineptæ gratia ſubjecerit, ac interpoſuerit *quæ reſtis*, quod vides in prioris ſcripturæ forma tantum non integrum exſtare, atque adeo ut extrarium rejiciendum, ut adeo reſtet, *quod vinculum eſt noſtræ conjunctionis*. Sic enim ſtatuerunt omnes eadem ſtudia vera eſſe vinculum, non quaſi, inter eos, qui tenerentur. An Cicero ſcribit Luceio vetuſtatem, amorem, conſuetudinem, ſtudia paria eſſe quaſi vinculum ſuæ conjunctionis? qui clariſſime lib. III. ep. 10. fatetur: *Quid illa vincula, quibus libenter adſtringor? ſtudiorum ſimilitudo, ſuavitas conſuetudinis, delectatio vitæ atque victus, ſermonis*

tempora noſtra ætas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat eſſe perfugium, ſpoliato & domeſticis & forenſibus ornamentis atque ſolatiis? litteræ, credo, quibus utor aſſidue. Quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio quomodo ipſæ illæ excludere me a portu & perfugio videntur, & quaſi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis. Hic tu ea me abeſſe urbe miraris, in qua domus nihil delectare poſſit? ſummum ſit odium temporum, hominum, fori, curiæ? Itaque ſic litteris utor, in quibus conſumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, ſed ut exiguam doloris oblivionem petam. Quod ſi id egiſſemus ego, atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter quotidia-

nis ſocietas, litteræ interiores. Vtique pleniſſime Quinctilianus lib. I. Inſtitut. c. 2. *Mitto omnitias, quæ ad ſeneſtutem uſque firmiſſimæ durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Neque enim ſanctius eſt ſacris iiſdem, quam litteris initiari*. IAC. GRON.

Tum vivere etiam puderet] Ne dum ſimul vivere, & una eſſe. CONRAD. *Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet*) Hæc eſt cauſa, cur nondum una fuerint: quaſi ſcilicet alterius alter conſpectum pudore vitaret, qui in tantas miſerias tamque turpem ſervitutem recidiſſent: non culpa Lucceii, ut voluit Clericus. BERN. RVTIL.

Excludere me a portu, & perfugio videntur) Eadem metaphora uſus eſt Plutarchus, & eadem verba conjunxit, cuio de domo Trib. pleb. loqueretur, cujus fores claudi leges non ſinebant, ſed & noctu ac die patebant, ut quilibet omni tempore præſidio ipſius uti poſſet, in explicatione rerum R. CCLII. Οὔθεν ἧττον εἰκὸς ἦν κλεισθῆναι νενομισμένοις θύραις, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς ἀνεῳγε, καὶ μεθ' ἡμέραν, ὥσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴ τοῖς δεομένοις. *Vade neque ipſius domus fores claudi legibus conſtitutum ſit; ſed noctu atque interdiu reſeratæ erant, tanquam portus quidam, ac perfugium tunctis, qui ope illorum indigerent*. VICTOR.

Niſi propagatio miſerrimi temporis) Non intelligo ſcripturam Pal ſec. *preparatio*: quarti item *propugnatio*. Alii dicant curioſiores, ſemper novare parati: quibus adnotavi. GERHARDVS. *Propagatio miſerrimi temporis*) Eſt productio, ſive, ut barbari loquuntur, prolongatio. Suet. Iul. XXIV. *Vt in quinquennium ſibi imperium propugnaret*. Calig XXIX *Propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem*. GRAV.

Quid enim eſt utique noſtrum aptius) Sic & ipſe curavi, ut meliorem tribum ſequeretur hæc editio, dico Naugerium, Victorium, Manutium, Lambinum, non Gebhardum, qui exhibuit *utriuſque*. Ab Manutio etiam omitti video *το eſt*. IAC. GRON.

Vt exiguam doloris oblivionem petam) Tamquam quæ vetent mentem ſemper eſſe in obtutu malorum, ut alibi in Triſtibus inquit Ovidius. Nil igitur aliud videri vult Cicero utilitatis e litteris capere, quam percipitur ab iis qui ſaltatione delectantur, quibus ea ſecundum Lucianum eſt ὥσπερ τι φάρμακον λήθης ἐνὸν, καὶ νηπένθες τι, *ſint aliquod remedium oblivione obruens, & aliquod nepenthes*. De Saltat. p. 948. Edit. Salm. quod Cicero expreſſit per *doloris oblivionem*. VERBVRG.

dianos metus, omne tempus una fuiſſemus : neque me valetudo tua offenderet, neque te mœror meus : quod quantum fieri poterit conſequamur. Quid enim eſt utrique noſtrum aptius? Propediem te igitur videbo.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Mœrentem Titium interitu filii conſolatur. Orditur autem primum a dolore ſuo; quia communicatio doloris quaſi quædam conſolatio eſt: deinde ſuam commemorat benevolentiam, qua commotus ad conſolandum aggreditur: poſtremo, languentem amicum ſpe confirmat, cum opem afflicto aliquam pollicetur. Tres igitur partes tamquam proœmii loco ſunt. Conſolatio autem multiplex eſt & copioſa, ab ingenii doctrinæque fontibus derivata. Angeris interitu filii. Quid? tibi ne ſoli ante diem eripiuntur filii? naſcimur omnes ea lege plurimis ut afficiamur incommodis; itaque non debes aut propriam & præcipuam conditionem poſtulare, aut communem recuſare: quis porro, quod nullo vitare conſilio poteſt, id cum evenerit, angatur? hæc ſi ratio parum ad minuendam ſollicitudinem proficit, adde exempla, quæque aliis eadem aut ſimilia contigerint, animadverte; ne nimium iſto caſu, quaſi proprium tibi fortuna vulnus inflixerit, ingemiſcas. Hæc atque hujus generis alia, ut ad leniendum dolorem vehementer apta, litterarum monumentis mandanda ſapientiſſimi homines cenſuerunt: eaque nos in ore ſemper, atque in animo habere debemus. Sed nulla magis conſolatio proficiet, quam ſi miſerias horum temporum, & ſtatum noſtræ civitatis tibi ante oculos propones. Quis enim, cum probitati aut bonis artibus, atque adeo libertati & ſaluti nihil jam relictum ſit loci, filios habere cupiat, ac non potius beatum ſe, quia nullos omnino ſuſceperit, exiſtimet? ſin aliquis eos amiſit, non ille quidem propterea beatus eſt (nec enim gaudere debemus liberorum interitu, neque id natura patitur), ſed certe minus miſer, quam ſi eoſdem ſtante, aut

ſaltem non penitus everſa republica perdidiſſet. Age, concedis hæc eſſe vera, nec infeliciter cum iis eſſe actum, qui tam miſeris temporibus a vita diſceſſerunt: ſed incommodo tuo mœres liberorum ſuavitate privatus. Fateor id quidem acerbum eſſe: veruntamen eum te antea ſemper & privatis in rebus, & publicis præſtitiſti, tuenda tibi ut ſit gravitas, & conſtantiæ ſerviendum. Venit etiam in mentem, ideo te fortaſſe cruciari, quod eos, qui mortui ſunt, verſari in miſeria putes. Mihi vero, quod ſæpiſſime legi & audivi, vel miſeria nulla videtur eſſe in morte, ſi caret ſenſu; vel ſi reſidet in ea ſenſus, immortalitas potius appellanda quam mors. Verum fuge miſeros eſſe, qui occiderunt: nihil in morte gravius eſſe poteſt, quam quæ reipublicæ impendent. Poſtremo, cum omnes luctus vetuſtate tollantur, impetret ſtatim ratio, quod impetratura aliquando dies eſt. Quo anno ſcripta, non liquet: mihi tamen poſt Pharſalicum ſcripta prælium videtur ex iis verbis, Bona aut denique aliqua republica, *quod ante victum Pompeium, ut opinor, non diceret. Eodem illud ſpectat*: Hoc graviſsimo & peſtilentiſsimo anno; *& illud*. Quid eſt enim jam non modo pudori, probitati, virtuti, ſed omnino libertati ac ſaluti, loci?

M. T. CICERO TITIO S. D.

ETſi unus ex omnibus minime ſum ad te conſolandum accommodatus, quod tantum ex tuis moleſtiis cepi doloris, ut conſolatione ipſe egerem: tamen cum longius a ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor, quam tuus, ſtatui noſtræ neceſsitudinis eſſe, meæque in te benevolentiæ, non tacere tanto in tuo mœrore tamdiu: ſed adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Eſt autem conſolatio pervul-

EPISTOLA XVI.

S. D. TITIO) P. Titio Trib. pleb. interfecto Cæſare: etſi hoc ipſum ita eſſe conjicimus potius, quam affirmamus. CONRAD.

Non tacere tanto in tuo mœrore tamdiu) Hæc omnia habet pro gloſſa Gruterus noſter, ſicut & illud paullo poſt *potuiſſet*, item *modicam conſolationem*, malletque ſolum legi, *non tacere, ſed adhibere aliqua, quæ levare dolorem tuum poſſent, ſi minus ſanare*; quæ tamen præferunt MSi omnes. GERHARD.

Me-

vulgata quidem illa maxime, quam ſemper in ore atque in animo habere debemus, Homines nos ut eſſe meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum, quominus ea, qua nati ſumus, conditione vivamus: neve tam graviter eos caſus feramus, quos nullo conſilio vitare poſſimus: eventiſque aliorum memoria repetendis, nihil accidiſſe nobis novi cogitemus. Neque hæc, neque ceteræ conſolationes, quæ ſunt a ſapientiſſimis viris uſurpatæ memoriæque litteris proditæ, tantum videntur proficere debere, quantum ſtatus ipſe noſtræ civitatis, & hæc prolatio temporum perditorum: cum beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt, minus autem miſeri, qui his temporibus amiſerunt, quam ſi eoſdem bona, aut denique aliqua rep. perdidiſſent. Quod ſi tuum te deſiderium movet, aut ſi tuarum rerum cogitatione mœres, non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe univerſum puto: ſin illa te res cruciat, quæ magis amoris eſt, ut eorum, qui occiderunt, miſerias lugeas: ut ea non dicam, quæ ſæpiſſime & legi & audivi, nihil mali eſſe in morte, in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda ſit; ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat quæ non ſentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare poſ-

Memoriæque litteris proditæ) Male vulgo & inſerunt ante *litteris*: nam litteris res memoriæ produntur, beneficio litterarum & ſcientia aut ope. Sic autem legunt omnes Pall. Grut. Stewech. (nec non Græv. prim. Amſtelodam. Mentel.) Victorii editio. Idem.

Hæc perturbatio temporum perditorum] Pal. pr. ſec. tert. quint. ſuperne *probatio*: quod & in Gruteriano erat, ſed correctum poſtea *exprobatio*. Gebhard. Varie ſcribitur in antiquis libris hic locus. Amſtelodamenſis, & Gruterian. *exprobatio*. Pall. quatuor *probatio*: proxime verum; ſcribendum enim eſt ex meo primo, *prolatio temporum perditorum*, ſic enim in ea hæc vox eſt exarata *ſpatio*. Nihil certius: in præcedente epiſtola dixit, *propagatio miſerrimi temporis*; quia nullus finis eſt harum civilium turbarum, quia mala hæc tempora, quibus dominantur impotentes homines, qui libertatem, bonos, & reſmp. nppreſſerunt, proferuntur, extenduntur: ſic *prolatio judicii* in Orat. pro Rab. Græv.

In qua ſi reſideat ſenſus] MSus pr. Græv. Amſtelodam. tres Pall. Grut. *ex quaſi reſideat ſenſus*: quod propter librorum conſenſum notandum. Græv. *In qua ſi reſideat ſenſus*] Cum tot Codices & minimum ſex habeant *& qua*, an dubitare licet auctorem ſcripſiſſe *ex qua*? ſcilicet morte, vel actione qua moritur. Jac. Gron. *Ex qua*, id eſt, *poſt quam*, ut in illis Cic. Brut. c. 92. Sall. Iug. c. 54. Sic Suetonius cum aliis *ex prætura*, *quæſtura*, ſimilia. Cobr.

poſſum, ea miſceri, parari, impendere reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur. Quid eſt enim jam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artibus, ſed omnino libertati ac ſaluti loci? non, mehercule, quemquam audivi hoc graviſsimo & peſtilentiſsimo anno adoleſcentulum aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his miſeriis atque ex iniquiſsima conditione vitæ videretur. Quare, ſi tibi unum hoc detrahi poteſt, ne quid iis, quos amaſti mali putes contigiſſe, permultum erit ex mœrore tuo diminutum.

Ea miſceri] M.Antonio omnia pectubante. CORRAD.

Nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur) *Direptus*, vel *ereptus* alii. F. VRSIN. Nihil mutandum: nam in permutatione dicitur *decipi*, cum deterius acceperit, melioce amiſſo; videatuc Plauti Trinummus, quod obſervavit Guilielmius. Sic habent omnes Pall. Grut. (nec non Græv. pr. Amſtelod. & Mentel.] niſi quod in ſec. *decepto*; frivolum ergo aliorum *direptus* aut *ereptus*. GEBHARD.

Bonis artibus) *Artes* hic non ita capiendæ, ut ad opifices tantum pertineant; ſed de virtutibus, ſtudiis, aliiſque talibus dicuntuc. Critpus I. de Rep. Ordin. c. 2. adde B.Cat. c.2. Donatum ad Terent. Andc. init. ibique etiam Muretum. CORT.

Graviſſimo & peſtilentiſſimo hoc anno] Poſt Cæſaris mortem, ut omnia ad ſuperiorem conjecturam accommodemus. CORRAD.

A diis immortalibus exceptus ex his miſeriis] Elegantiſſima eſt hæc Victorii lectio, quem & hic (ut in omnibus) ſequuti ſumus. Noſtri fere omnes *ereptus*, quod gloſſam reſipit: tert. *eruptus*: & videtur Pal. quint. habuiſſe quid ſimile, nam raſuram excepit. Paullo poſt pro *ſejunctus*, Pal. quint. *miſeris malisque dejunctus*: puto reponendum *disjunctus*, ut ſupra aliquoties. GEBHARD. *Non a diis immortalibus exceptus ex his miſeriis*] Hæc lectio eſt a Victorio, quam probavit Gebhacdus. Aliæ tamen editiones omnes, nec non vetuſti codices, quibus ego ſum uſus, quibuſque uſi ſunt Gebhardus, Guilielmius, Manutius, legunt *ereptus*, quod ſane mutandum non fuit. Hoc enim, cum de iſta re loquitur Cicero, verbo perpetuo fere utitur. Qui putant *excipi* poſſe ferri & defendi ex illo fragmento Ciceronis, quod legitur apud Nonium, ex IV. de Rep. *Quod inſepultos reliquiſſent eos, quos ex mari, propter vim tempeſtatis, excipere non potuiſſent*, hi ſane vim verbi non intelligunt. GRÆVIVS. *A diis immortalibus exceptus ex his miſeriis*) Sane id feci, ut Gebhardus in hac parte poſſet ſuam editionem agnoſcere, cum locutio eſſet bene latina, & eleganter ſatis conveniens, ut apud Senecam Controv. 32. *Cum illam ipſa natura publicis excepiſſet malis*. Sic cum alii in miſeriis hærerent impediti, ſolis mortuis facta ſupponitur miſſio, & exceptio illis data ex malis, quæ alios retinerent. Cum tamen in ſola Victoriana Stephani eam lectionem obſerveni, non in Naugeriana luntæ, facile crediderim παραφραϛιν illius eſſe, undecumque acciderit, etſi fateri oporteat in libro primo Cl. Græcii eſſe *exceptus*, unde Pater colligebat *exemtus*, ut epiſt. 6. *Qui ex obſidione fœneratores exemerit*. De quo etiam collegit aliqua ad Livii verba XXXIII. 23. *Plerosque etiam, cum apud hoſtes eſſent, ſervitute exceptos* IAC. GRON.

Ne quid iis quos amaſti mali putes contigiſſe) *Amiſiſti* magis placet, quam *amaſti*, veteribus libris præſertim conſentientibus. F. VRSIN.

Id nos

tum. Relinquetur enim ſimplex illa jam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, ſed ad te ipſum proprie referetur: in qua non eſt jam gravitatis ac ſapientiæ tuæ, quam tu a puero præſtitiſti, ferre immoderatius caſum incommodorum tuorum, qui ſit ab eorum, quos dilexeris, miſeria maloque ſejunctus. Etenim cum ſemper te & privatis in rebus & publicis præſtitiſti, tuenda tibi ut ſit gravitas, & conſtantiæ ſerviendum. Nam quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit, id nos præcipere conſilio prudentiaque debemus. Etenim ſi nulla umquam fuit, liberis amiſsis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus: neque exſpectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione poſsimus. His ego litteris ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandum quiddam me eſſe adſecutum: ſin minus forte valuiſſent, officio tamen eſſe functurum benevolentiſsimi atque amiciſsimi: quem me tibi & fuiſſe ſemper exiſtimes velim, & futurum eſſe confidas.

EPI-

Id nos præripere conſilio, prudentiaque debemus) Quiddam in his verbis eſt, quod cum mutari juſſiſſemus, in noſtros etiam codices incuria librariorum irrepſit: *præcipere* enim, non *præripere*, legendum eſt, ex auctoritate & fide priſcorum exemplarium, & ratione ipſa id confirmante. *Præcipere* enim *antecapere*: ut nos infinita exempla prætereamus hujus ipſius auctoris, pulcherrimum eſt in elegantiſſima illa M. Antonii epiſtola, quam Cicero in Philippicis exagitat: *Sin autem aliud me fatum manet, præcipio gaudia ſupplicierum veſtrorum, &c.* Victor. *Id nos præcipere conſilio*) Sic eſt in editione prima, admonuitque Victorius: invenique hoc verbi in Pall. pr. quint. (ſic etiam legitur in Grævii primo) quorum hic gloſſam habet ad interiorem oram *anticipare*. Hoc verbum & aliis ſcriptoribus reſtituimus in crepundiorum noſtrorum veſtibulo: ceterum ſtatim ante Pal. ſec. legit, *quæ maximos luctus tollit*, omiſſo τῷ *vetuſtate*, quod ut gloſſam recte etiam adverſit Henricus Stephanus lib. II. Schediaſmatum. Gebhard.

Repræſentare ratione) Animo *præſentem reddere*, illa *in præſentia uti*. Cæſar I. B. G. c. 40. Adde Hirtium de B. Alex. c. 70. & quos ibi Daviſius: & præter eos Tennulium ad Frontin. I. Stratagem. c. 11. qui omnes fere hæc noſtri Ciceronis laudant. Cort.

Officio tamen eſſe functurum) Sic eſt in Pall. prope omnib. Grut. Siewech. Peck. alias *functum*, quod Pal. ſec. ſuo loco ignorat plane: ceterum τὸ *optandum*, ſicut & τὰ *forte valuiſſent* pro gloſſematibus obeluerunt Grutero noſtro. Gebhard. *Functurum* exſtat etiam in Grævii primo, libriſque aliis veteribus, quos vidi. Grav.

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Excusat tarditatem litterarum suarum: hortatur Sextium ut exsilii casum sapienter fortiterque ferat: idque ut ei persuadeat, & ut afflictum consoletur, argumenta sumit a communi omnium hominum conditione, ab ipsius Sextii virtute, ab exemplis, a statu reipublicæ, a Sextii filio, a judicio amicorum, ab ipsius conscientia: postremo, quod ipsum ad mœrorem minuendum pertinet, sua studia & officia vel ad consolandum, vel ad levandum ejus fortunam pollicetur omnia. Moralis est: scripta, ut opinor, Cæsare & Lepido Coss. anno V. C. DCCVI.

M. C. P. SEXTIO P. F. S. D.

NOn oblivione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas litteras misi; sed quod priora tempora in ruinis reip. nostrisque jacuerunt: posteriora autem me a scribendo tuis injustissimis atque acerbissimis incommodis retardarunt. Cum vero & intervallum jam satis longum fuisset, & tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus, non putavi esse alienum institutis meis hæc ad te scribere. Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in invidiam absens, & in crimen vocabare, defendi: & cum in tui familiarissimi judicio ac periculo tuum crimen conjungeretur, ut potui accuratissime te

EPISTOLA XVII.

Priora tempora] Statim post te prætor. def. ambitus, acculante T. Lunio, damnatum, & me paullo ante ab exilio revocatum. CORRAD. Vide tamen Manut. qui hæc de alio Sextio intelligit & interpretatur, omniaque, quæ ab aliis notata sunt, refellit. GRÆV.

In ruinis reip. nostrisque jacuerunt] P. Clodio reip. & meam privatam fortunas disturbante. CORRAD.

Posteriora autem me a scribendo] Te jam multo ante expulso. IDEM.

Quibus in invidiam absens & in crimen vocabare] Quibus acculabaris invidiose de gravi crimine, & quidem absens in Macedonia quæstor. CORRAD.

Tui familiarissimi] C. Antonii: quidquid a nobis alibi sit dictum. IDEM.

Periculo tuum crimen conjungeretur, ut potui] Sic habent codices Memmiani, & ita edidit P. Victorius. Quidam tamen habent, *tuum nomen conjungeretur*, &c. LAMBIN. *Tuum crimen conjungere-*

te tuamque cauſam tutatus ſum : & proxime, recenti adventu meo, cum rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet, ſi adfuiſſem, tamen nulla re ſaluti tuæ defui ; cumque eo tempore invidia annonæ, inimici non ſolum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius judicii, multaque alia reip. vitia, plus quam cauſa ipſa, veritaſque valuiſſent, Publio tuo neque opera, neque conſilio, neque labore, neque gratia, neque teſtimonio defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitiæ diligenter a me ſancteque ſervatis, ne hoc quidem prætermittendum eſſe duxi, te ut hortarer rogaremque, ut & hominem te, & virum eſſe meminiſſes, id eſt, ut communem, incertumque caſum, quem neque vitare quiſquam noſtrum, nec præſtare ullo pacto poteſt, ſapienter ferres, & dolori fortiter ac fortunæ reſiſteres : cogitareſque, & in noſtra civitate, & in ceteris, quæ rerum potitæ ſunt, multis fortiſſimis atque optimis viris injuſtis judiciis tales casus incidiſſe. Illud utinam ne vere ſcriberem, ea te rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo

geretur, ut potui) Sic omnes MSi ac Victorius : alii tamen *tuum nomen conjung. quam potui* ; verum *eo crimen* irreptitium putat eſſe Guilielmius : neque ego diſſentio. GERHARD.

Cui ſum totus ſum) Ante meum exſilium. CONRAD

Proxime recenti adventu meo) Ab exſilio. IOAN.

Invidia annonæ) Cum homines quidam impulſu Clodii, mea opera frumenti inopiam eſſe clamarent IOAN. *Inv. annonæ inimici* : h. e. cujus auctor is erat, qui eſſet non ſolum tuus, ſed & amicorum tuorum inimicus. Vulgati male diſtinguunt poſt vocem *annonæ*. LALLEM.

Inimici non ſolum tui) Clodiani. CONRAD.

Iniquitas totius judicii) De ambitu. Nam de vi, Cicerone defendente, abſolutus fuit. IOAN.

Publio tuo) Filio tuo. CELL.

Et hominem & virum) *Hominem*, qui caſibus incertis ſit obnoxius : quo vulgo, ſed perperam, trahunt illa Terentii : *Homo ſum, nihil humani a me alienum puto* ; *Virum*, qui fortiter ferat, & *humanos caſus virtute inferiores putet*. Cic. Læl. c. 2. Sall. Cat. c. 44. CORT.

Ut & communem incertumque caſum) Meus antiquus codex, aſſentientibus Stewech. Peck. & tert. Palat. & ignorat, & merito ; expungendum enim eſt. GRÆV.

Tales caſus incidiſſe) *Taleis caſus accidiſſe* ſcriptum reperi in uno cod. MSo ceteris omnibus diſſentientibus : in quibus eſt *incidiſſe*, quod minus probo. LAMBIN. Medicæus tamen ; Græviі primus, omneſque alii libri ſtant pro vulgata. GRÆV.

Prudentem hominem res ulla delectet) Hoc modo emendarunt docti, cum eſſet in Med. *defectet*, taliſque error & noſtros contigit MSos *deferret* ingerentes. GERHARD. Sed recte emendaſſe viros doctos teſtis eſt Græviі liber vetus, in quo clare *delectet*. Amſtelod. vero, Mentel. *deferret*. GRÆV.

Deb

tuo autem filio, vereor ne si nihil ad te scripserim, debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse: sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim, ne refricem meis litteris desiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicumque eris, tuam esse, tecum esse duces. Nec enim minus nostra sunt, quæ animo complectimur, quam quæ oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, summusque in te amor magnæ tibi consolationi debet esse; & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus semperque pendemus: & maxime animi tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis, si & illud adjunges, homines sapientes turpitudine, non casu; & delicto suo, non aliorum injuria commoveri. Ego & memoria nostræ veteris

Debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse) Libris omnibus veteribus invitis, edendum curavi: *Debitum ejus virtuti videar testimonium non dedisse*. Nam quod illi habent *cepisse*, natum ex *dedisse*, cum pro eo *depisse* esset scriptum, oberrante librario, deinde ab alio ex *depisse*, factum *cepisse*. LAMBINVS. *Cepisse*) Non erat Lambini, jus ac majestatem omnibus antiquis codicibus eripere, illisque proculcatis suum *dedisse* reponere: tenemus firmiter hoc, ex quinque Pall. Gruteriano duobus Guilielmii, editionibus omnibus. GRANAEO. Meus primus liber, *testimonium non accepisse*. Sed eadem manus sic ~~ee~~ induxerat. Melior tamen est lectio hæc, quæ in meo libro reperitur, quam vulgata, sic enim potest exponi: ne videar non audivisse præconium, & laudes ejus virtutum, quas alii ad me pertulerunt. *Accipere* enim Cicero ni & aliis scriptoribus infinitis in locis est audire, intelligere. GRAV. Riccius ita interpretatur: *ne videar ignorare eum in bona opinione esse*: ut testimonium *aliorum* accipere videatur, quod Cicero *ceperit* h. e. audiverit. Lambinus mavult *dedisse*; sed contra libros, ut sæpe. *Capere* vero idem est quod *dare*, quod bene probat Io. Fr. Gronovius ad ea Cic. I. Off. c. 3. *Triplex autem est, ut Panetio videtur, consilii capiendi deliberatio*. Nec aliter hæc exponenda; multo minus ad sequioris ætatis notiones *τὸ capere* confugiendum esse arbitror. CORT.

Tuam esse, tecum esse) Deest conjunctio, qualem defectum ipse Cicero Orat. ad Brut. p. 209. inter *lumina*, & *insignia* orationis numerat. Liv. X. c. 4. Præterea *tecum esse* signanter de absente. Rutilius Itiner. I. v. 211. Terent. Eunuch. A. I. Sc. 11. v. 112. IDEM.

Et maxime animi tui conscientia) *Et maxime si animi tui conscientiæ, cum tibi &c.* Hæc est vera hujus loci lectio, ex antiquis & MSis libris petita: cujus hæc sententia est: *Et maxime* (subintellige, *magnæ tibi consolationi debet esse*) *si adjunges animi conscientiæ*, per quam *nihil tibi merito accidisse reputabis*: *si adjunges* (inquam) illud quod sequitur, *homines sapientes, &c.* LAMBIN. *Et maxime animi tui conscientiæ*) Sic emendavit primus hunc locum Bapt. Egnatius, cum in Medicæo reperisset, *& maxime amici tui conscientiæ*, quod est in omnibus nostris: recepit postea Victorius, sicque exstat in MSis Antwerpiensi, ac Vaticano. Vulgo: *pendemus: maxime etiamsi tuæ conscientiæ*. GRANAEO: Omnes quidem libri, quos Manutius, Gebhardus, Lam-

ris amicitiæ, & virtute atque observantia filii tui monitus, nullo loco deero neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam. Tu, si quid ad me forte scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

Consolatoria est: valet autem ad consolandum societas ægritudinis: index enim benevolentiæ dolor est; itaque Cicero orditur a significatione doloris sui, quem ex Fabii ceperat incommodo: sic ad Titium epist. 16. sic Sulpicius epist. 5. lib. IV. & Cicero in ea, qua respondit, levatum se aliqua fatetur luctus parte non solum oratione Sulpicii & auctoritate, verum etiam societate pæne ægritudinis. Hoc igitur initio ad consolandum Fabium aggressus, subjungit hæc, quæ ad minuendam molestiam valeant; primum eam esse omnium hominum conditionem, ut adversa sæpe accidant; qua de re sic ad Titium: Est autem consolatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus fortunæ telis proposita sit vita nostra; neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione vivamus. *Alterum, perdita esse tempora mutato reip. statu; quod ideo dicit, ut eam conditionem, quæ bonis quoque temporibus, tamen omnium communis est, & eodem loco in eadem ad Titium epistola; nam cum de communi conditione posuisset ea, quæ proxime recitavi, adjunxit hoc de ratione temporum:* Neque hæc neque ceteræ consolationes, quæ a sapientissimis viris usurpatæ memoriæque litteris proditæ, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostræ civitatis, & hæc perturbatio temporum per-

Lambinus & ego quoque consului, habent *conscientiæ*. Sententia tamen postulat, ut retineamus quod in editis est, *consilientia*. Sed *amici*, quod & ipsum in omnibus libris exstat, sine dubio corruptum est, rectèque emendatum ab Egnatio: si vero eum in locum posui, quo collocatum inveni in meo vetusto codice. GRAV.

Epi-

perditorum. *Tertio loco, bona virtute parta cum fortunæ damnis comparavit: quæ cogitatio maxime luctum levat: cui enim plus, quam abſtulit fortuna, virtus dedit, is niſi de ſuo ſtatu lætatur potius, quam angitur, imperitus rerum ſuarum ratiocinator eſt; & ea ipſa, quam poſſidet, virtute videtur indignus. Quarta ratio eſt, deſperatio rerum communium; dixerat jam de præſenti temporum ſtatu: nunc de imminenti ſubjungit: ne acerbum Fabio videatur ea rep. carere, in qua legum, judiciorum, bonarum omnium rerum timeatur interitus; præſertim cum ab ea diſceſſerit quam leviſſima pœna, relictis ei fortunis, liberis, amicis. Conſolatio concluditur opinione hominum de illius innocentia, & iniquitate judicii. Extrema officii promiſſio: quod ipſum conſolandi quoddam genus videtur: itaque ſimiliter claudantur duæ ſuperiores quæ conſolantur epiſtolæ. Conſolationis cauſam non opinor fuiſſe, quod repulſam in petitione magiſtratus Fabius tuliſſet, verum quod judicio damnatus eſſet; non enim ob ejus repulſam ſe eſſe conſolandum Cicero diceret; nec eam, ut puto,* incommodum *vocaret; nec argumentaretur a communi conditione; nec ad repulſam illud ſpectat,* Fortuna abſtulit; *nec illud* quam leviſsima pœna: *repulſa enim neque pœna eſt, neque nominatur; mentio vero judicii & ſententiæ unius potentiæ condonatæ, non video qui referri ad repulſam poſſit. Annum epiſtolæ plane non definio: ſed omnino videtur ſcripta ante civile bellum, atque etiam ante quam Cicero iret in provinciam, cum opes Pompeii maximæ eſſent, Cæſare in Gallia res gerente: quod illa verba demonſtrant:* Ea videtur conditione impendere legum, judiciorum; *& illa:* Potentiæ alicujus condonatum.

M. CICERO T. FADIO S. D.

ETſi egomet, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum: propterea quod nullam rem gravius jamdiu tuli, quam

EPISTOLA XVI.

T. FADIO) Is eſſe videtur T. Fabius qui Ciceronis fuit Quæſtor, & poſtea cum P. Sextio Trib. pl. ut quos idem honorum curſus, & fortaſſe etiam idem caſus eodem tempore conjunxit, eos epiſtolæ quoque conjungant. *CONRAD T. FADIO*) Sic eſt in Pall. quint. Vaticano: ſicque edidere Victorius & Lambinus; vulgo *T. Fabio*,

quam incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor ſolum, ſed etiam, pro amore noſtro, rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas; & qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſimus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abſtulit: propterea quod adeptus es, quod non multi homines novi: amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, judiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur eſſe, qui quam leviſſima pœna ab hac rep. diſceſſerit. Tu vero, qui & fortunas, & liberos habeas, & nos, ceteroſque neceſſitudine & benevolentia tecum conjunctiſſimos, cumque magnam facultatem ſis habiturus nobiſcum, & cum omnibus tuis vivendi; & cum unum ſit judicium, ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una ſententia, eaque dubia, potentiæ alicujus condonatum exiſtimetur: omnibus his de cauſis debes iſtam moleſtiam quam leniſſime ferre. Meus animus erit in te, liberoſque tuos ſemper, quem tu eſſe vis, & qui eſſe debet.

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Cum Pompeius, Italia pulſus a Cæſare, in Græciam magno cum bonorum civium comitatu, in quibus uterque conſul

bio, male. Fabii enim nobiliſſimi; hic autem fuit homo novus, ut innuit ipſe Cicero. GERHARD.

Te colligas] Animum turbatum in ſedem ſuam revoces, ut omnia tua tibi conſtent. Virg. XII. Æn. v. 491. Papin. Stat. XII. Theb. v. 759. adde ſupra I. ep. 9. CORT.

Plus tibi virtus tua dedit] Vt Quæſturam & Tribunatum. CONRAD.

Quam fortuna abſtulit] Sperni fortaſſe Præturæ. INGH. Sed melius Manutius, quem vide. GRAEV.

Ais habiturus] Hæc ipſe eſt reditus. Forte non perpetuo exilio damnatus fuit, ſed ad certos annos. CELL.

Vt quod una ſententia, &c.] Sic edidit Manutius. Alii fere omnes libri vulgati habent *idque una ſententia, &c.* cum quibus conſentiunt quidam libri MSi. Vnde quidam docti legi volunt *quodque una ſententia, &c.* Ego *idque una ſententia* improbare non poſſum LAMBIN.

Potentiæ alicujus condonatum] In quo reus non ob culpam, ſed ob potentiam adverſarii, vel alicujus judicum damnatus ſit. Vid. IV. Pec. Vet. 9. I. Fr. GRON.

Et qui eſſe debet] Beneficiis a te Tribuno pl. in me collatis. CONRAD.

Epi-

ſul fuit, revocandi belli cauſa navigaſſet, Rufus ad eum officii cauſa, quod ea reip. caſtra eſſe videbantur, tranſire cogitabat: ejus conſilium probat Cicero; idemque ſibi jamdiu ait eſſe conſtitutum. Pompeii cauſam meliorem judicat: de belli exitu non minus adverſa timere, quam ſperare videtur ſecunda: ad extremum tacite petit, non modo ut reipublicæ, verum etiam amicitiæ ſuæ cauſa in ſententia maneat. Scripta eſt poſt ſequentem, profecto jam in Græciam Pompeio, C. Marcello, L. Lentulo Coss.

CICERO RVFO.

ETſi mihi numquam dubium fuit, quin tibi eſſem cariſsimus; tamen quotidie magis id perſpicio, exſtatque id quod mihi oſtenderas quibusdam litteris, hoc te ſtudioſiorem

EPISTOLA XIX.

CICERO RVFO] Hos titulos epiſtolarum quemadmodum in antiquis exemplaribus invenimus, ita ſcripſimus: id alii poſtea facere neglexerunt. Quod ſi res magni ponderis non eſt, non eſt fortaſſe tam levis, quam quiſpiam exiſtimaret. Ita frequenter ſcribere ſolitos eſſe veteres duobus in locis, quod nunc meminerimus, teſtatur Cicero: in quibus etiam non parum referre docet, prænomina ponantur, & tituli honorumque gradus; an nominibus tantum, qui ſcribit, utatur: alter eſt in epiſtola ad Volumnium 5. *Quod ſine prænomine, familiariter ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti*, &c. alter in Oratione pro Domo Sua: *Litteras in contione recitaſti, quas tibi a C. Cæſare miſſas dicebas: CÆSAR PVLCRO. Cum etiam ex argumentatus amoris eſſe hoc ſignum, cum nominibus tantum uteretur: neque adſcriberet Proconſul, aut Trib. pl.* Ita enim legendus ille locus eſt, non Proconſuli: pertinet enim ad Cæſarem vox illa, quemadmodum alia ad *Pulcro*. Tertium exemplum eſſe poteſt, ſi quis his contentus non ſit, titulus epiſtolæ M. Antonii, quæ in XIII. Philipp. incluſa eſt. Hujus autem & ſequentis epiſtolæ nomina nuda ſunt in priſcis & bonis libris. VICTORIVS. *RVFO*] L. Meſcinius Rufus fuit Ciceronis in Cilicia Quæſtor, unde paullo poſt Ciceronem deceſſit, & Romam venit, Cicerone jam oræ maritimæ præfecto. COMM. In vetere quodam libro *Meſcinio Rufo* hæc epiſtola inſcribitur, & recte: eſt enim *Rufus* Meſciniæ familiæ cognomen. *L.* autem hujus *Meſcinii Rufi*, ſive ejus, ut ego puto, filii mentio eſt in Auguſti denariis, quos cum eſſet Triumvir monetæ cudendæ ſignavit cum titulo L. MESCINIVS L. F. RVFVS III. VIR. F. VRSIN.

Etſi mihi numquam dubium fuit] Si temporum ordo ſervatus eſſet ab eo, qui has Cic. epiſtolas retulit in volumina, quædam (ut arbitror) nobis magis plana eſſent, neque in multis locis tantopere hæſitaremus. Hæc, niſi fallor, illam ſequi debebat, cujus initium eſt, *Quoquo modo potuiſſem*, non præcedere. Obſcurum eſt totum negotium, de quo hic agit: quid tamen ſentiamus, libere pronunciabimus, freti æquitate lectorum. Cum illa non multo poſt quam e provincia Cicero rediit, ſcripta ſit: hæc jam ſuſcepto civili bello, & pulſo ex Italia Pompeio, ſcripta eſt. Exornabat jam Tullius fugam, & in caſtra Pompeiana proficiſci cogitabat, cupiebatque comitem habere illius conſilii & itineris Rufum: de quo ipſe

Rufus

rem in me colendo fore, quam in provincia fuiſſes (etſi, meo judicio, nihil ad tuum provinciale officium addi poteſt), quo liberius judicium eſſe poſſet tuum. Itaque me & ſuperiores litteræ tuæ admodum delectaverunt, quibus & exſpectatum meum adventum abs te amanter videbam, &, cum aliter res cecidiſſet ac putaſſes, te meo conſilio magnopere eſſe lætatum: & his proximis litteris magnum cepi fructum & judicii, & officii tui: judicii, quod intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile eſſe, niſi quod rectum honeſtumque ſit: officii, quod te mecum, quodcumque cepiſſem conſilii, polliceris fore; quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honeſtius eſſe quidquam poteſt. Mihi conſilium captum jamdiu eſt; de quo ad te, non quo celandus eſſes, nihil ſcripſi antea, ſed quia communicatio conſilii, tali tempore, quaſi quædam admonitio videtur eſſe officii, vel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem vel periculi, vel laboris. Cum vero ea tua ſit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector talem animum: ſed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) ſi feceris id, quod oſtendis, magnam habebo gratiam: ſi non feceris, ignoſcam: & alterum timori, alterum mihi te negare non potuiſſe arbitrabor. Eſt enim res profecto maxima: quid rectum ſit, apparet, quid expediat, obſcurum eſt: ita tamen, ut, ſi nos ii ſumus, qui eſſe debemus, id eſt, ſtudio digni

Rufus in epiſtola ſua ſpem aliquam Ciceroni dederat: quod tamen cum cupide Cicero optaret, modeſte cauteque rogat: quia res multum periculi, ſi emanaſſet, habebat: ideo obſcure loquitur, ne ſi forte litteræ in alienas manus incidiſſent, aliquid mali moleſtiæque ex ea re ſuſciperet. VICTORIVS.

Quibus & exſpectatum meum adventum) Ex ora maritima, & Capua ad urbem CONRADVS.

Cum aliter res cecidiſſet ac putaſſes) Non veniſſem. Id.

Te meo conſilio magnopere eſſe lætatum) Quod cepiſſem in ora maritima manendi, & poſtea Pompeium ſequendi. IDEM.

Nihil putare utile eſſe, niſi quod rectum honeſtumque ſit) Vtile enim videbatur, Cæſarem ſequi: honeſtum vero, Pompeium: ſed ſapientes utile ab honeſto non ſeparant. Id.

Mihi conſilium captum jam diu eſt) Eundi ad Pompeium. Id.

Si feceris id quod oſtendis) Te mecum fore. Id.

Alterum timori) Si non feceris. *Timori* nimirum, qui impendet a Cæſare. IDEM.

Alterum mihi) Si feceris. Id.

Quæ

digni & litteris noſtris, dubitare non poſsimus, quin ea maxime conducant, quæ ſunt rectiſsima. Quare tu, ſi ſimul placebit, ſtatim ad me venies; ſin idem placebit, atque eodem, nec continuo poteris, omnia tibi ut nota ſint faciam. Quidquid ſtatueris, te mihi amicum, ſin id quod opto, etiam amiciſsimum judicabo.

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe Ruſo querenti per litteras, quod rationes provinciæ ad ærarium, eo non exſpectato, Cicero deferre properaſſet; cum ipſe vel adăita, vel immutata quædam in iis cuperet. Hæc argumenti ſumma eſt: partes autem ſingulæ ob ignorationem hiſtoriæ fortaſſe non ſatis apertæ; nos in tollenda obſcuritate pro viribus enitemur. Animus epiſtolæ videtur eſſe, Marcello & Lentulo Coſſ. exorto jam civili bello: quod is maxime locus indicat: Pro ea ſpe facultatum, quam tum habebamus: *tempus autem anni poſt hiemem, id eſt, aliquanto poſt relatas rationes, ut infra demonſtrabitur; nam rationes, quas Ruſus cum ipſe ad urbem non collocatas, referri ad ærarium noluerat, unde argumentum epiſtolæ manavit, quis dubitet, continuo poſt reditum Ciceronis relatas eſſe? quod ipſe juſtis de cauſis a ſe factum dicit.*

CICE-

Quare tu) Pene eamdem ſcripturam habet Medicæus libet cum illa, quam Manutius in omnibus ſuis manuſcriptis inveniſſe ſe tradit: *quæ* enim in eo legitur, non *que*, quod minus a recepta lectione diſcrepat. Nam ſi forte ex *que*, *quare* fieri debet, duas litteras addere neceſſe erit: ſi ex ea ſcriptura, quam nos invenimus, unam. Quid tamen facere oporteat, doctiores cogitabunt. VICTOR. Sic & Amſtelod. & Grævii primus, *que tu*. Mentelianus vero, *quare tu*. GRAEV.

Atque eodem modo, nec) Al. *atque eodem nec*. Quidam vero legunt: *Sed neque eodem modo, nec*. CORR.

Nec continuo poteris) Meus primus, *nec continuo poterit*, ſcilicet fieri, ut viæ te des mecum. GRAEV.

Sin id quod opto) Ad me venire. CONRADVS.

EPI-

CICERO RVFO.

QVo modo potuiſſem, te conveniſſem, ſi eo, quo conſtitueras, venire voluiſſes. Quare etſi mei commodi cauſa commovere me noluiſti, tamen ita exiſtimes velim, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me miſiſſes, voluntatem tuam commodo meo. Ad ea, quæ ſcripſiſti, commodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius, ſcriba meus, adeſſet: a quo mihi exploratum eſt, in rationibus dumtaxat referendis (de ceteris rebus affirmare non poſſum), nihil eum feciſſe ſcientem, quod eſſet contra aut rem, aut exiſtimationem tuam: dein, ſi rationum referendarum jus vetus & mos antiquus maneret, me relaturum rationes, niſi tecum pro conjunctione noſtræ neceſſitudinis contuliſſem confeciſſemque, non fuiſſe. Quod igitur feciſſem ad urbem, ſi conſuetudo priſtina maneret, id, cum lege Iulia relinquere rationes in provincia neceſſe erat,

EPISTOLA XX.

Qvomodo potuiſſem) Sic editio prima ar Victoriana, eaſque & MSos ſecutæ Gebhardi, Grævii, Gronovii: non *quoquo modo*, quod ex vulgatis rapuerat Cellonius. Brutus infra XI. ep. 23. *Si te omnes, quot ſunt, conantem loqui ferre poterunt.* CORT.

Si ad me veniſſes) Quis non videat, ſi diligenter conſideret, legendum eſſe cum antiquis codicibus, *ſi ad me miſiſſes*? id eſt, ſi mihi notum feciſſes, ſi miſiſſes, qui mihi id nunciarent. Ad D. Brutum: *Mitte ad Lupum noſtrum, ut is eas centurias conficiat.* Et hujus ſignificationis hujus verbi plurima ſunt apud Ciceronem exempla, quæ nunc in re clara non proferemus. Terentius in Eun. *Miſit porro orare, ut venirem ſcrio.* Si enim Rufus ad Ciceronem veniſſet, morem geſſiſſet ei Cicero nullo ſuo incommodo. Dicit autem ſe ante laturum fuiſſe illius voluntatem ſuo commodo. Quare penitus convicta vulgata lectio explodatur. VICTOR. Etiam ex libris noſtris manuſcriptis aliqui habent *ſi ad me miſiſſes*: quo modo ſcriptum eſſe in ſuis Manutius teſtatus eſt; pro quo vulgati habent, *ſi ad me veniſſes*, &c. Hanc præterea diſſimilitudinem reperi in nonnullis manuſcript. qui habent, *ſi ammoniſſes*, pro *ſi ad me veniſſes*, ſeu *ſi ad me miſiſſes*, &c. LAMB. *Si ad me miſiſſes*) Ita eſt in Pal. quinto, Vaticano, Victorii editione: fuiſſetque credo in reliquis, niſi tota hæc epiſtola deeſſet Pal. ſecundo, tertio: Gruteriano, Stewechiano, vulgo *veniſſes*. Principio Epiſtolæ ſcripſi *quomodo*, non *quoquo modo*: auctoritate Pall. prim. quart. quint. Vatic editionum primæ ac Victorianæ. GRÆV.

Si rationum referendarum jus vetus) Mos vetus erat, ut ad urbem is, qui proconſul erat, cum quæſtore ſuo rationes conferret, priuſquam ad ærarium referret. Ius autem vetus eſt, quod fuit ante legem Iuliam. GRÆV.

Id, cum lege Iulia relinquere rationes) De lege Iulia idem dicit in oratione in Piſonem; quo loco inducit ipſum cum genero ſuo Iulio Cæſare ita loquentem: *Rationes ad ærarium retuli continuo, ſicut tua lex jubebat; neque ulla alia in re legi tuæ parui.* VICTORIVS.

rat, eaſdemque totidem verbis referre ad ærarium, feci in provincia. Neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem; ſed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe numquam me pœnitebit; totum enim ſcribam meum, quem tibi video nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi; tu ei M. Mindium, fratrem tuum, adjunxiſti. Rationes confectæ me abſente ſunt tecum, ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Ita accepi librum a meo ſervo ſcriba, ut eumdem acceperim a fratre tuo. Si honos is fuit, majorem tibi habere non potui: ſi fides, majorem tibi habui, quam pæne ipſi mihi; ſi providendum fuit, ne quid aliter ac tibi & honeſtum & utile eſſet referretur, non habui cui potius id negotii darem, quam cui dedi. Illud quidem certe factum

Id feci in provincia] Contuli eas rationes tecum in provincia ex Cæſaris lege; vid. ep. 17. lib. II Grav.

Sed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe numquam me pœnitebit] Auctiores ſunt provocabulo *tibi* Pall. pr. quart. quintus, editioque Victorii: & poſteriore *me*, Vatic. Medicæus atque editio Victoriana. Gras.

M. Mindium] Epiſt. 26. & 28. lib. XIII. Conrad.

Ad quas ego nihil adhibui præter lectionem] Hoc eſt, confectas a ſcriba meo & fratre tuo legi. Grav.

Non habui cui potius id negotii darem quam Tullio ſcribæ] Sic omnes vulgati, & impreſſi. Antiqui vero cuncti codices hoc loco corrupti & diminuti aliqua dictione ſunt. Nos autem & hic, & aliis multis locis rectius eſſe putavimus inutila & imperfecta multa relinquere, ut in antiquis exemplaribus inveniuntur, quam ut a nonnullis ſupplera & reſtituta ſunt, legere pauca autem admodum, & fortaſſe nomen Tullii tantum deſideratur. Victorius. *Quam darem*, Cum fide olim antiquam lectionem repotuimus: quid autem noſtri iudicii eſſet, non valde aperuimus: alii quid ipſi conjicerent expoſuerunt; quos qui probabunt, ſequi poterunt: ea nubis nimis dura & violenta videntur. In *Darem, quam ſcribæ meo*] Hæc verba (poſt *ſcribæ meo*) *M. Tullio Laurea*, nulli codices MSi habent: quemadmodum nec illa quæ reperiuntur in aliis vulgatis, *quam ſcribæ meo*: niſi quod hæc quæ olim edenda curavi, ad unius libri veteris oram adſcripta reperi, idque aliena manu. Et vero licet, illa tollamus; nam his deletis ſententia eſt integra & aperta; facile enim ſubintelliguntur. Et credibile eſt, ex adnotatiuncula eſſe nata, vel ab aliquo conjectore, qui deeſſe putaret, addita. Quare ſic legendum puto, ab illo loco: *Si providendum fuit ne quid aliter ac tibi & honeſtum & utile eſſet, referretur: non habui cui potius id negotii darem. Illud q.* Lamb. *Non habui cui potius id negotii darem quam ſcribæ meo*] Pantagathus aliter legit: *Non habui cui potius id negotii darem, quam darem illud* &c. F. Vas. *Cui potius id negotii darem * quam darem*] Per nos vacua potius ſit hæc Ciceroni lacuna, quam ut impleatur alionum pluvia ac ſordida aqua: ſic autem eſt in Pal. pr. ac Vaticano; nam Pal. quartus ac prima editio, *cui potius id negotii darem quam tibi*, ſic & Pal. quint. niſi quod *id negotium*. Lambinus tamen emendat *non habui cui potius id negotii darem; illud q.* Vulgo: *Cui potius id negotii darem, quam ſcribæ meo*. Unde lacebat H. Stephanus *commenderem*, quod non dicam quale ſit. Pantagathus vero referente Vrſino: *Non habui cui potius id negotii darem, quam darem illud* &c. Gras.

ctum eſt, quod lex jubebat, ut apud duas civitates, Laodicenſem & Apameenſem, quæ nobis maximæ videbantur, quoniam ita neceſſe erat, rationes confectas & conſolidatas deponeremus. Itaque huic loco primum reſpondeo, me, quam-

GRAN. Amſtelodam. & Mentel. æque ut alii, *cui potius id negotii darem quam dixem*. Sed ille meus primus hic quoque ad veram lectionem reſtituendam plus opis fert, quam quos homines eruditi evolveruot, ipſeque Mediceus. In hoc autem legitur *potius id negotii darem, quam dedi*. Non longe abit Pal. quart. & edit. prima, qui pro *dedi* legunt *tici*. Cicero ſcripſit, *cui potius id negotii darem, quam cui dedi nimirum tibi*. Hæc iſtius perditi loci emendatio tam liquida eſt & certa, ut ne Carneades quidem de illa poſſit dubitare. GRAV. *Cui potius id negotii darem, quam dedi*) Sic MSus. Lege: *quam cui dedi*: hoc eſt, tibi. Nemo fuit, cui tutius ac fidelius hoc negotium committi potuerit. Io. F. GRONOV. *Non habui cui potius id negotii darem, quam dedi*) Cur hæc non ſit plena locutio, quæ in egregiis exemplaribus occurrit, ſed interponi debeat inter verbum poſtremum *eo cui*, quod nuſpiam reperitur, ita ut locus debeat aſteriſco inſigniri, nullus video. I. GRONOV.

Quod lex jubebat) Lex Iulia. CORN. *Rationes confectas & conſolidatas*) Nos ut in antiquis *conſolutas* legimus. VICTORIVS. Nuper eum Mediceum codicem accuratius ſuper hac caſtigatione conſulerem, nuniquam enim mihi illa penitus ſatisfecit, cognovi veterem ſcripturam me fefellitſe. Quare cum ea tantum nixus *conſolutas* legerim, & ipſa quoque iubet, diligentius eſſe puto totam rem conſiderandam, & fortaſſe ad priorem lectionem redeundum, Antiquam hic ponemus, quæ ſane valde manca & incerta eſt; nam & copula deeſt, quæ videtur tamen neceſſaria, *rationes confectas conſolidatas deponeremus*. IDEM in Addendis, *Conſolidatas*] Cur non mendum tollam ex divinatione in Verrem, nactus aliquam hujus rei occaſionem? Cupio enim omni tempore omnique in negotio ſtudioſos litterarum adjuvare. Scias igitur locum illum mendoſe legi: *At enim ſolum id eſt, ut me Siculi maxime velint*; alterum illud credo obſcurum eſt: legendum enim eſt *ſolidum*, hoc intellectu. Cum enim planum feciſſet autea ſe patronum fortunarum ſuarum Siculos maxime optare, idque ita confirmaſſet, ut labefactari non poſſet, incipit de altero capite differere. *Solidum* id ſit, id eſt, firmum, ſtabile, quod de gradu & ſede ſua dejici non poſſit. Quemadmodum etiam nos eleganter ſermone noſtro familiari dicimus: retinemus enim pene Latinam vocem, eaque cum idem ſignificare volumus, paſſim utimur. IDEM. *Rationes confectas & conſolidatas*] Sic habent omnes libri veteres, & ita edidit P. Victorius. Vulgati, alii *conſignatas*, alii *conſolutas*. LAMBINVS. *Rationes confectas & conſolidatas deponeremus*) Sic Pal. quint. unus Maffei, omnes denique Lambini. Quid ſit autem *conſolidare rationes*, ſuggeſſit Aſconius in III. Verrinam, ad verbum *quadrarint*. Victorius *conſolutas*, ex Med. Pal. pr. *ſolutas*; quart. *conſolatas*, alii *conlatas*, vel *conſignatas* habent. GERHARDVS. Oppugnat Manutius lectionem vulgarem *conſolidatas*; ſed male. *Conſolidatæ* enim *rationes* ſunt liquidæ, cum expenſis reſpondent accepta. Docet hoc ioſignis locus Aſconii Pediani, ad illa verba Orat. Cic. in Verr. de Prætura Urbana: *Quomodo de eodem quadrarint*) *Solida facta ſint, ut neque plus quidquam, neque minus inveniatur in ſumma; ubi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis, quadrare, & ſolidari, vel ſolida fieri, quin aut minus, aut plus aliquid reperiatur*. Hæc Aſconius, Unde patet *ſolidari rationes*, aut, ut hic Cicero loquitur, *conſolidari* dici, cum quadrant. GRAV. Detractis detrahendis, & additis addendis ſolidas

quamquam juſtis de cauſis rationes deferre properarim, tamen te exſpectaturum fuiſſe, niſi in provincia relictas rationes pro latis haberem. Quamobrem de Voluſio quod ſcribis, non eſt id rationum; decuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritiſſimus, tum mihi amiciſſimus C. Camillus, ad Voluſium transferri nomen a Valerio non potuiſſe: ſed prædes Valerianos teneri; neque id erat

& integras taſtas: ita *ſolidum* dicunt ICti Leg. 6. §. 1. Dig. de peculio legato, alibi. Petron. Sat. c. 43. Vbi vide Burmannum V. Cl. CORT.

Juſtis de cauſis) Inſtante bello civili. CONRAD.

Rationes deferre properarim) Querebatur Rufus, quod rationes deferre ad ærarium nimis properaſſet: quædam enim corrigi cupiebat. GRÆV. *Rationes referre properarim*) Ita legendum; ad ærarium puta. Etſi cauſæ impellerent atque urgerent graves, ut primo quoque tempore hoc officio edendarum ad ærarium rationum defungerer: tamen id dilaturum fuiſſe uſque in adventum tuum, niſi putarem fruſtra exſpectari, ut conferremus, cum jam in provincia confectæ & depoſitæ eſſent; nihil enim jam poterat mutari, cum utrumque codicem concordari oporteret. Io. FR. GRON.

Te exſpectaturum fuiſſe) Qui nondum de provincia deceſſeras. CONRADVS.

Pro latis) Alii legunt *pro relatis*, vel *delatis*. IDEM. *Pro latis haberem*) Videtur ſcribendum, *pro collatis*: ſupra: *Niſi tecum pro c. n. n. conjuliſſem*. Io. FR. GRON.

Quamobrem de Voluſio quod ſcribis) Duos Voluſios ſecum habuit Cicero in provincia, Cn. quem Attici quæſtorem ipſe appellat, & Q. quem in Cyprum miſit, ut ibi jus diceret. Sed utrum hic intelligat, eſt conſiderandum. CONRAD. Vid. Manut. *De Voluſio quod ſcribis*) Vocem, ſeu tres voces, *quam ob rem*, aliunde huc illatas, & ex verbo *haberem*, quod proxime antecedit, natas, fuſtuli. LAMBIN. Retinent *quamobrem* omnes Pall. Græevii pr. Amſtelodam. aliique. GRÆV.

Ad Voluſium transferri nomen a Valerio) Quod Rufus petierat. Vid. Manut. Veteres codices hic *traferri*. Qua ratione ad Atticum lib. XVI. *tralatum*. *Hanc in tralatum in Marcotum*: nec tamen ſic in noſtro ſcriptimus, ne omnia velle immutare videremur: tantum rem notaſſe antiquitatis cauſa placuit. Ille etiam locus in 4 epiſtola ad Lentulum in veteribus codicibus ita ſcriptus eſt: *Cauſam enim frequenti Senatu non magna varietate, magnaque invidia eorum, qui a te cauſam regiam alio transferebam, obtinebamus*. Quod etiam aliis non paucis locis obſervavimus. Nam *tralatio* pro *translatio* boni codices ſemper habent in libris oratoriis. Donatus etiam accuratiſſimus Terentii interpres ſic veteres dixiſſe teſtatur, cum locum hunc in prologo Phormionis exponeret: *Ut transſidere hominem in otium*; ſic enim inquit, *Transſidere* veteres ſonantius quod nos lenius dicimus *tradere*, ut *tralatum*, quod nos *translatum* e contrario. Conſuetudinem autem ita pronunciandi ad ætatem uſque M. Tullii productam eſſe veriſimile eſt: cum in vetuſtioribus cunctis ejus libris ita fere ſemper ſcriptum ſit. Nam Ciceronem inter veteres a Donato poni non mirum videri debet, qui tot ſeculis poſt eum fuit. Retinuiſſe etiam quædam libenter Ciceronem ab antiquioribus uſurpata notiſſimum eſt; ut poſtquam ita fere ubique in integrioribus exemplaribus ſcriptum invenitur, ita legendum omnino cenſeam: ſi auctoribus ſermo, qui eorum ætate vigebat, conſervandus eſt, & non ad poſteriorum normam & conſuetudinem conformandus. VICTOR.

Neque id erat ꝑs xxx, *ut ſcribis*) Repo-

erat HS xxx. ut ſcribis, ſed xix. Erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine: ex qua reliquum quod erat in rationibus, retuli. Sed ſic me & liberalitatis fructu privas & diligentiæ, & (quod minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Liberalitatis, quod mavis ſcribæ mei beneficio, quam meo legatum meum præfectumque maxima calamitate levatos, cum præſertim non deberent eſſe obligati: diligentiæ, quod exiſtimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec ſciſſe me quidquam, nec cogitaviſſe: ſcribam, quidquid voluiſſet, cum id mihi ne recitaviſſet quidem, retuliſſe: prudentiæ, cum rem a me non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes. Nam & Volu-

Repoſita eſt nota, quam habent MSi, in quibus & meus primus, & Amſtelodamenſ. legendumque videtur non *ſeſtertiis*, ſed *ſeſtertium tricies*, hoc eſt, ſeptuaginta quinque millia ſcutatorum: xix. ſunt ſeptics quadragies mille, quingenti ſcutati. Grav.

Neque id erat ſeſtertium tricies, ut ſcribis, ſed novies deciesi) Sic allegavit hunc locum, & notas exprimendas eſſe jamdiu monuit Pater in lib. II. Pecuniæ Veteris c. 3. In quo tamen mirratus aut taciturnitatem, aut conniventiam omnium; his totidem nec pluribus verbis eam periodum abſolventium, cum tam Naugeriana luntæ, quam Victoriana Stephani habeant, ut Lambinus in margine, *HS. xxx. ut ſcribis, ſed HS. xix*; quod credo ex bonis MSis ita illic factum, ac propterea revocavi, idque lectoris eſt more Romano eloqui. Iac. Gron.

Ex qua reliquum, quod erat, in rationibus retuli) Ita diſtingue. Ejus, quo uſus non eram, quodque reſtabat inconſumtum, id retuli, populo ſcilicet, in rationibus ſcripſi vel ſcribi curavi; ſeu teſtatus ſum & reſiduum ſalvum eſſe. Manut. vult ſimul cum rationibus eam pecuniam ad ærarium relatam: quod fieri poſſet, ut quandoque factum fuerit: ſed hoc proprie verbis his non explicatur. Io. Fr. Gron.

In rationibus retuli) Hoc eſt, in ærarium retuli cum aliis rationibus. Vid. Manut. Grav.

Legatum meum præfectumque Q. Leptam) Nihil ab ea quæ in noſtris impreſſis eſt lectione diſcedendum puto: nec duas illas dictiones ullo pacto delendas cenſeo. Nam quod Manutii argumentum primum eſt, qui eas inducit, in antiquo libro illas non eſſe; Medicæus codex eas habet, & nos olim illi voci nonnunquam, illius exemplaris auctoritatem ſecuti, prænomen addidimus. Alia item ejuſdem argumenta nullo negotio tentari reſellique poſſunt. Victorius. Argumenta tamen Manutii non video cur poſſint labefactari; ſunt enim firmiſſima. Accedit auctoritas veterum codicum, inter quos etiam meus optimus eſt, qui non agnoſcit *Q. Leptam*, quod merito cum Manutio rejecimus. Grav.

Legatum) Voluſium. Conrad.

Præfectum) Fabrum. Iorn.

Diligentiæ, quod exiſtimas) Pal. pr. & Amſtelodam. *diligentiæque qui exiſtimes*. Grav.

Cum rem a me non inſipienter eſſam, ne cogitatam quidem putes) Lacera aliquantulum ſunt in his verbis antiqua exemplaria. Quare vulgatam receptamque lectionem ſecutus ſum. Hic tamen viſum eſt diligentius hanc rem conſiderare, videteque, an ex vetere ſcriptura quamvis mutila & decurtata legitima lectio conjectura elici poſſit: maxime cum alii etiam qui Manutio-

Voluſii liberandi meum fuit conſilium; & ut multa tam gravis Valerianis prædibus, ipſique T. Mario depelleretur, a me

rum nomine has epiſtolas nuper Venetiis caſtigarunt, id facere tentaverint. Eam igitur primo cum fide proponam. Sic autem in melioribus cunctis legitur: *Cum rem a me non inſipienter excogitatam quidem putes*, manifeſto defectu. Quod ſi licet libere ſententiam ſuam proferre, ſic ego hunc locum reſtituendum putarim: *Cum rem a me non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes*. Vt ſimilitudine duarum illarum pene earumdem vocum deceptus librarius, incuria alteram cum monoſyllabo, quod eam præcedebat, omiſerit: qui lapſus frequens eſt, & quandoque totius clauſulæ damno ſterit. Senſus, ſi ita legas meo judicio optimus erit, ut queratur Cicero, mireturque Ruſum illam rem, quæ non ſolum a ſe cogitata ſit, ſed etiam acute & ſapienter excogitata, in mentem ſibi non veniſſe, neque a ſe cogitatam eſſe credidiſſe. *Excogitare* autem eſſe cogitando quod quærebatur invenire, notiſſimum eſt. Sic autem caſtigarunt Veneti: *Cum rem a me ne inſipienter quidem cogitatam putes*, antiqua ſcriptura in duobus verbis contaminata, & ſtigidiore ſane ſenſu; niſi intelligas voluiſſe Ciceronem oſtendere rem illam a ſe non tantum cogitatam, ſed perſpectam & animadvertam fuiſſe. Quare magis judicium Ruffi reprehendit, qui ab ipſo illam ne cogitatam quidem eſſe exiſtimaverit. Oſtendit autem infra ſuo conſilio geſta eſſe omnia, & a ſe initam rationem eſſe, quomodo ea recte fieri poſſet. Quam etiam ſententiam recepta lectio continet, quamvis a vetere ſcriptura recedat, & (ut puto) ab aliquo ſupplera ſit, qui ex ſuo arbitrio locum hunc reſtituere voluerit. VICTORIVS. *Non inſipienter excogitatum, ne cogitatum quidem putes*) Secutus eram initio libros quoſdam vulgatos, qui ſic habent: *Non inſipienter actum, ne cogitatum quidem putes*. Sed Victorio malui tandem aſſentiri, qui ſequitur optimum illum codicem Florentinum manuſcriptum: eum quo præſertim nonnulli ex noſtris congruunt. Nam manuſcriptorum noſtrorum alii habent: *Cum rem a me non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes* (quomodo edidit P. Victorius: quam ſcripturam nos ſecuti ſumus,) alii: *Cum rem a me non inſipienter excogitatam quidem putes*, plane mendoſe. Ego Florentinam editionem ſolam veram & rectam judico: vulgatam tamen, tolerabilem & probabilem eſſe puto. LAMBINVS. *Cum rem a me n. inſip. excog. ne cog. q. p.*) Libuit amplecti emendationem Victorii tanto opere laudatam ac probatam Lambino, eo magis, quod cum Mediceo codice congruant Pall. tres. GRANARD.

Et ut multa tam gravis Valer. pr. ipſique T. Mario) Videtur legendum: *Et ut multa tam grav. a Valeriinis prædibus ipſeque T. Mario depelleretur*, &c. LAMBINVS. *Multum* non mancipum ſed prædum fuiſſe hic notat Manutius. Sed utique & mancipum fuit & prædum. Mancipes enim & prædibus & prædiis cavebant publico. Si non præſtitiſſent fidem, & prædia ſive poſſeſſiones quas Reipublicæ obligaverant mancipes ipſi ſive redemtores, & prædum quoque facultates vendebantur. Neque hoc probo, quod paullo ante ſcribit idem Manutius, Valerium multam a Voluſio debitam in ſe ſuſcepiſſe exigendam, & prædes dediſſe. Sed quis unquam audivit ad exactionem multæ prædes requiri, aut exactores multæ mancipes appellari? Cui multa irrogabatur, is quoque prædes dare cogebatur. Gell. VII. 19. *L. Scipioni Aſiatico P. Scipionis Africani ſuperioris fratri C. Minutius tribunus pl. multam irrogavit, eumque ob eam cauſam prædes poſcebat*. Si itaque in re obſcura licet divinare, cenſeo Voluſium quemdam fuiſſe publicanum, & reipublicæ debuiſſe xxx ſeſtertium. In ejus locum poſtea ſucceſſiſſe Valerium, & non ſolum conduxiſſe veſtigal illud, ſed & reliqua Voluſii ſolvenda in ſe ſuſcepiſſe,

a me inita ratio eſt: quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant: &, ſi verum ſcire vis, hoc uni ſcribæ meo intellexi non nimium placere. Sed ego putavi eſſe viri boni, cum populus ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot vel amicorum, vel civium. Nam de Lucceio eſt ita actum, ut auctore Cn. Pompeio iſta pecunia in fano poneretur: id ego agnovi meo juſſu eſſe factum: qua pecunia

piſſe, & hoc nomine prædibus prædiiſque reipublicæ caviſſe; ideoque prædes ejus tenebantur, quos liberare cupiebat Cicero. *Multa* vero dicitur hic pecunia, quæ & a mancipe Voluſio, & eius prædibus ſolvenda erat. Hæc mea de hoc loco ſententia eſt: ſi modo ſit ſanus, ſed dubito. Prim. Pal. Amſtelodam. Mentel. meus uterque, *multi tum gravis* legunt. Sed meus primus, *& ut multi tam gravibus Valeriani prædiibus, ipſique T. Mario depelleretur*. Videant acutiores, num inde lectio melior poſſit elici. Meatum ego partium eſſe duxi veterem ſcripturam indicare. Grav. *Pr. ipſique Mar. depelleretur*. Verbis cum *De* compoſitis in primis jungunt tertium caſum. Ep 16. *Si tibi hoc unum detrahi poteſt*. Quod tamen non magis a vi verbi, quam tertii caſus, quæ alibi manifeſtata eſt, interpreteris. Sic cum Virg. Horatius l. Od. XVII. v. 3. *Et igneam eſſetem defendit capellis*. Nec aliter, credo, legendum apud Liv. I. c. 1. quam *Æneæ Antenoriique abſtinebant bellum*. Quæ omnia reddere quidem potes per *a quo*. Analogia autem requirit *commodo hujus*, vel ſimile. Cort.

Cum populus ſuum ſervaret) Alii emendarunt *populis*. Nos ut in antiquis libris invenimus, & ut ratio ipſa docet, *populus*, hac ſententia, Putavi eſſe boni viri cum poſſem, nullo populi damno, commodare civibus, & eorum fortunas ſuſtentare. Victor.

Nam de Lucceio eſt ita actum) Locus non nimium certus, & ſane tota epiſtola obſcurior, & fortaſſe mendoſior: parum enim conſtans eſt ſcriptura etiam in melioribus exemplaribus. Nos, ut in antiquo illo probatiore codice invenimus, ſcripſimus. *Lucceii* autem nomen in illo tempore per duo c ſcriptum eſt: hoc loco alii *Lucco* repoſuerunt, neſcio quam recte. Inem. Sic & MSus prim. Grav. Lucceio. Grav. *De Lucceio*) L. Lucceio, quamvis *Lycco*, vel *Iegeo* nonnulli ſcribant: & in vetere libro *De Iucco* legatur. Corran. *De Lucceio*) Scaliger ad Catullum *Iucello*, quod nullibi reperio, & puto verum non eſſe: alii *Iucretio*, alii *Lageo*. Gebhard. Scaliger ad Catullum emendat, *num de Iucello eſt ita actum*. Satis conſtat vitioſum eſſe ro *Lucceio*: ſed multo conſtat magis alieniſſimum eſſe *Iucello*, quod ille ſubſtituit: *Video*, inquit, *privatum amicorum ac civium vocari Iucellum*. Ego vero non video; nam duo genera diverſiſſima ſunt, hoc *quod in fano poſitum* eſt, & iſta *fortunæ amicorum vel civium*. Fortunæ iſtæ ſunt ipſum patrimonium vel bona Voluſii, & prædium Valerianorum & Marii: at illa pecuniæ publicæ pars: neutra ullam Iucelli hujus, quo de agitur, habet imaginem. Nam cur ponebatur in foro, ſi diſtribuenda erat prætoriæ cohorti? I.Fr. Gronov. III. de Pec. Vet. cap. 17. *Iegeum*, ſive λογεῖον eſt locus, ubi pecuniæ reponuntur, ut e Suida & veteri Lexico oſtendit Voſſius ad Catullum p. 69. Verburg.

Iſta pecunia in fano poneretur) Quam tu in fano poſuiſti meo juſſu, quam nunc quereris a me eſſe in rationibus referendis prætermiſſam. Veteres in fanis publicas privataſve pecunias ſolebant deponere. Cæſar III. de Bell. Gall. *Epheſi a fano Dianæ depoſitas antiquitus prædas S. Sipio tolli jubebat*. Vid. Cic. de Leg. II. 16. & Brod. Miſcell. IV. 17. Grav.

nia Pompeius eſt uſus, ut tua, quam tu depoſueras, Sextius. Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animadvertiſſe moleſte ferrem, ut adſcriberem, te in fano pecuniam juſſu meo depoſuiſſe, niſi iſta pecunia graviſsimis eſſet certiſsimiſque monumentis teſtata, cui data, quo ſenatuſconſulto, quibus tuis, quibus meis litteris P. Sextio tradita eſſet. Quæ cum viderem tot veſtigiis impreſſa, ut in his errari non poſſet, non adscripſi id, quod tua nihil referebat. Ego tamen adſcripſiſſe mallem, cum id te video deſiderare. Sicut ſcribis tibi id eſſe referendum, idem ipſe ſentio: neque in eo quidquam a meis rationibus diſcrepabunt tuæ. Addes enim tu meo juſſu, quod ego quidem non addidi: nec cauſa eſt, cur negem: nec, ſi eſſet,

Quam tamen depoſuerat Sextius) In veteribus codicibus ſic fere ut nos quoque ſcripſimus, locus hic legitur: *Qua pecunia Pompeius eſt uſus, ut tua, quam tu depoſueras ex tuis*. Etſi noſtri librarii pro *tu*, *tum* perverte, ut eſt negligens hominum genus, ſcripſerunt. *Sextius* ſane pro *ex tuis* habet ille vetus codex, ſed puto eamdem litteram, ultimam ſcilicet antecedentis dictionis & primam hujus, ut ſæpe accidit, bis inutiliter eſſe repetitam. Nam *Seſtius* nomen vix umquam per *x* ſcriptum invenies in antiquis exemplaribus, de quo paullo poſt. Sed tamen etſi nos antiquæ virtutiorem, & noſtro judicio meliorem lectionem ſecuti ſumus, non adeo recta hæc eſſe judicamus, ut non velimus totam rem in arbitrio eruditorum relinquere. VICTORIVS. *Vt tua quam tu depoſueras Sextius*) Sic etiam legitur, ne minima quidem varietate, in Medicæo: quod olim quomodo nos præterierit, neſcio: certe ſi id animadvertiſſemus, non tantopere laboraſſemus. IDEM. *Quam tum depoſuerat Sextius*) Nonnulli ita corrigunt, *quam tu depoſueras ex tuis*. CORR. *Vt tua, quam tum depoſuerat Sextius* | Sic habet caſtigatiſſimus Pal. prim quarr. *quam tua tamen quam depoſ. Sext.* quint. *tua tamen, quam diſpoſuerat Sextius*, alii, *quam tum depoſueras ex tuis*. GERHARD. Mediræi codicis ſcripturæ cum conſentiat meus primus, non dubitavi eam reponere, quamvis Gebhardus ex Palatino primo receperit, *ut tua, quam tum depoſuerat Sextius*. GRÆV.

Non adſcripſi id) Non ſcripſi in rationibus meo juſſu a te eſſe poſitam. IDEM.

Quod ego umquam addidi) Suſpecta mihi hæc lectio ſemper fuit, præſertim cum in melioribus exemplaribus aliter ſcriptum ſit, & tota etiam epiſtola non parvam obſcuritatem in ſe habeat. Medicæus ita legit, *quod ego qui non addidi*, quod diligenter conſiderandum eſt: nihil tamen adhuc certi ex vetere ſcriptura elicere potui; nam per ſe etiam vox illa *umquam* hoc in loco mihi parum probatur: etſi coniecturam noſtram non contemnendam putamus, qui olim particulam *qui* ſupervacaneam judicavimus, eamque ſuſtulimus, *non* autem retinuimus. Nunc tamen, ut unuſquiſque, quid ſui conſilii ſit, ſequi poſſit, antiquam ſcripturam omnibus propoſuimus. VICTOR. *Quod e. umq. a.*) Anton. Auguſtinus *quod ego tunc non addidi*: alii *quod ego quidem non addidi*: ſed nimis longe a vulgata ſcriptura, quamvis veteres libros ſe auctores habere dicant. F. VRSINVS. *Quod ego quidem non addidi*) Eſt e Palat. quinto, Vaticano, editione Victorii; nec longe abeunt reliqui duo, repræſentantes, *quod ego qui non addidi*.

eſſet, & tu nolles, negarem. Nam de HS nongentis millibus, certe ita relatum eſt ut tu, ſive frater tuus referri voluit. Sed, ſi quid eſt, quod de legato parum * gaviſum eſt, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere poſsim, de eo mihi, cum ſenatuſconſulto non ſum uſus, quid

di. Ant. Auguſtinus, *quod ego tunc non addidi*: noſtra omnino melior ac Cicerone dignior. Vulgo, *quod ego numquam addidi*. GERHARD.

Nongentis) Al. *nunc centum*. CORR. *De HS nongentis millibus*) Hoc eſt XXXX millibus & quingentis ſcutatis ſive Philippeis noſtratibus, non XVIII millibus, ut vult Manutius. GRAV.

Cum de logio parum gratioſum eſt) Videndum, an locus hic reſpondeat ſuperiori, *Nam de Lucrio eſt ita actum*. Fortaſſe enim Λογεῖον appellat locum, ubi rationes deponuntur. Quod ſi ita ſit, dubito, an illic etiam *de logeio* ſcribendum ſit, nihil tamen in dubia re certi aſſerimus: ſuſpiciones noſtras proponimus quæ nobis ex parum firma ſcriptura oriuntur, quas cupimus eadem animi ſinceritate qua proferimus accipi, & examinari: totamque rem accuratius a peritioribus perpendi & judicari. Nam quod in poſteriore loco quidam legunt *de Lucrio parum proviſum eſt. Logeio* habent omnes præter hunc ſuper Venetiis impreſſum excuſi codices: & vulgata lectio in voce illa *proviſum*, quam ipſi reſtituerunt, magis mihi placet; etſi in ea etiam dictione titubat antiquus cōdex. Totus enim locus ſic eſt in illo melioris notæ, ne amplius lectorem ſuſpenſum teneam, & is noſtræ hæſitationi veniam det, cum videat quot difficultatibus premamur, *quom de logeo parum graviſum eſt*: ſed & antiqua ſcriptura, & ſententia etiam magis convenire mihi videtur communi & vulgatæ lectioni quam huic novæ, & ab aliquo pro ſuo ingenio excogitatæ. Nos nihil quod in medium aſferamus certius habemus. VICTORIVS. *Proviſum*) Al. *gratioſum* vel *graviſum* legas: ut ſorte legendum ſit *gratum viſum*. CONRADVS. *Quando de logeo parum gratum eſt*) Ego quam proxime potui, acceſſi ad ſcripturam antiquam; nam libri manuſcripti hoc loco ſunt corrupti: ſed tamen partim ſic habent: *quando de logeo parum gratioſum eſt*, partim: *graviſſimum eſt*. Vulgati autem, *parum proviſum eſt*, quæ lectio tolerabilis eſt: nec eam damnamus. Præterea quod ad vocem *logeum* pertinet, nos putavimus utrobique, & ſupra, ibi, *nam de logeo ita eſt actum*, &c. & hic, *quando de logeo*, &c. eamdem rem agi: ideoque idem nomen poni oportere. *Logium*, autem, ſeu *logeum*, vox Græca eſt, quæ ſignificat præter alia, locum ubi rationes referuntur, & ubi deponuntur. LAMBINVS. *Quando de Lucceio parum proviſum eſt*) Panthagatus, *quom de Logeo*, vel *quom de Lucrio parum gratioſum eſt*. F. VRSINVS. *Cum de logio parum gratioſum eſt*) Mirum agitatus locus, quem compoſitum ivit Scaliger, & in eo mire aliis latisfecit, *lucrio* pro *logio* reponendo. Nos ut in his Cimmeriis nihil poſt alios cernere poſſumus, ita nihil cupide, nihil temerarie feciſſe videri volumus. Habebat Mediceus, *quom de Logeo parum graviſum eſt*; ex quo emendarat Egnatius, *quando de Lucio parum proviſum eſt*. Pal. primus, quem non inferiorem bonitate Medic. experimur, *quomodo de logeo parum graviſum eſt*: alii, *quando de logio parum gratum eſt*. Alii, *quando de logio parum eatum viſum eſt*. Eligat inde quod quiſque velit. Ego cum Claudiano navabo operam, ne *eximium ſtimulando vulnus acerbem*. GERHARD. Quam varie hic locus in veteribus libris ſcribatur vel ex Lambidi nota patet. Meus primus liber ab aliorum omnium ſcriptura recedit. Sic in illo habetur: *Si quid eſt quod de legeto parum graviſſime, quod ego in rationibus referendis*, &c. Amſtelodam. Mentel. Pal. prim. *quomodo de logeo parum graviſum eſt*, æque fere ut Mediceus qui ſcribit, *cum de logeo parum*

quid per leges liceat, conſiderandum eſt: te certe in pecuniæ exactu * ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit, niſi quid me fallit: ſunt enim alii peritiores. Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ intereſſe tua, aut etiam velle te exiſtimem, ſi ullo facere modo poſsim. Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales dumtaxat meos delatos eſſe. In quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tem-

rum graviſam eſt. Forte ſcripſit Cicero: *Si quid eſt, quod de legata parum gratum viſum eſt*. Nimirum de legato, quem cum præfecto maxima calamitate levare cupiebat, ut ſupra oſtendit. GRAV.

Te certe in pecunia exacta ita efferre) Ita nos quoque olim ſcribi volebamus ea melioribus codicibus, in quo tamen una in littera noſtri librarii peccarunt: prilca certe ſcriptura hæc eſt, *in pecuniæ exactæ ita efferre*: ut facile inde hæc lectio concinnari poſsit: rectum tamen eſſe judicavimus, in re obſcura lectori omnia indicare. VICTORIVS. *In pecunia exacta iſta*) Al. *in ſumma pecuniæ exactæ ita*. CORNARVS. *Te certe pecuniæ abs te exactæ rationem referre*) Etiam hoc loco ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus ſum; nam cum in veteribus libris partim hoc modo ſcriptum reperiſſem, *te certe in pecunia exacta iſta eſſere*, *ex meis*, &c. partim ſic, *te certe pecuniæ exactionem iſta referee*, &c. ego ex voce *exactionem*, feci *exactæ rationem*, ex *iſta* feci *abs te*: quas voculas operæ per imprudentiam omiſerunt. Cetera integra & immota ſervavi. LAMBINVS. *Se certe in pecunia exacta ita afferre*) Nullum mihi fore periculum judicavi, ſi ſequerer Victorii editionem; & a vulgata una littera diſcederem; illa enim *efferre*. Ceterum Politiani liber, *te pecuniæ exactæ iſta*; cum in Pall. quarto ac quinto reſtet, *te certe in pecuniæ exactæ iſta eſſeere*; nec multum diſſentiant Lambinlani ac Medic. ut notat Egnat. *te certe in pecunia exacta iſta referre*: unde Dionyſius ille nimis libere fecit, *te certe pecuniæ abs te exactæ rationem referre*. GERNARD. *In pecuniæ exactæ* habent præter Medicæum Amſtelodam. Mentel. Palat prim. aliique plerique omnes libri vetuſtiores. Sed in meo libro ſcriptum eſt, *te certe in pecuniæ exactu ita efferre*. Videre hinc eſt, unde *pecuniæ* in omnes propagatum ſit membranas; *exactu* vero quoniam non intelligebant ſcioli, hinc formatum alii *exactæ*, alii *exacta*, unde & neceſſario *pecuniæ* in *pecunia* fuit refingendum: alii vero *exactione*. Recte vero in meo libro ſcribitur, *in pecuniæ exactæ*. Cur non veteres *exactas* ut *abactas* dixerint? Et ſane ab hoc verbo eos non abhorruiſſe oſtendit etiam Quinctil. Declamat. 19. *Sacroſa ſibi mercator appetunum mercia exactam puta imve it*. Pro *ita efferre* nonnulli libri legunt, *iſta referre*. Hinc Ciceronis hæc fuiſſe verba colligo: *Te certe in pecuniæ exactu iſta referre ex meis rationibus relatis non oportuit*; hoc eſt, te non oportuit in rationes pecuniæ a te exactæ referre, quod ego in meas rationes ad ærarium relatas jam aute aliter retuleram. Videtur enim Cicero ns nongenta millia in rationes ſuas retuliſſe, quæ poſtea in pecuniam a ſe forte poſt Ciceronis deceſſum exactam quoque retulit Ruſus. Sed viderint acutiores. Nihil in re tam obſcura definio, nec mihi ipſe ſatisfacio. GRAV. *Ita efferi*) Sic lege: ex rationibus a me relatis cauſam capere cur mihi ſuccenſeres. Pro Cœl. 9. *Læſi dolent, ieati eſſ eunnur*. De Haruſp. reſp. 2. *Dolere me eiſum & iracundia lorgius paſpe digreſſum*. Io. FR. GRON.

Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & præfectos, & contu-

tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari: poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Sane moleſte tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reſervata eſſe, quam meæ, qui ambitione nihil uterer. De centurionibus tamen, & de tribunorum militarium contubernalibus, res eſt in integro: genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum eſt de HS centum millibus, de quibus memini mihi a te Myrina litteras eſſe allatas, non mei errati, ſed tui: in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modo erat, fratris tui, & Tullii. Sed cum id corrigi non poſſet, quod jam depoſitis ratio-

contubernales dumtaxat meos delatos eſſe) Comites & contubernales magiſtratuum & adjutores publicorum negotiorum deferebantur in beneficiis ad ærarium a Procos. & Propræt. & Quæſtoribus, cum redirent ex provinciis. Non hoc erat emolumentum, ut Scaliger ad Catull. notat, ſed merus honor & commendatio illarum perſonarum apud populum Romanum, profutura illis, vel ad majora emolumenta ab rep. conſequenda, vel ad pericula, ſi quæ exſtitiſſent, ſublevanda, tamquam olim meritis, ut judicio & beneficio principum honeſtarentur. Sic Archiam *in beneficiis ad ærarium delatum* ab Lucullo Prætore & Conſule, ſic L. Cornelium Balbum a Pompeio in illorum defenſione jactat Cicero. Male Scaliger hoc dicit *nomen in ærarium referri*, & *vocari in beneficiariis*; omni antiquitati ignoratur hoc loquendi genus, quæ dicebat *deferri in beneficii ad ærarium*. I.Fr.Gronov. III. de Pec. Vet. c. 17.

Sane moleſte tuli non illa beneficia tua potius ambitioni reſervata eſſe, quam meæ, qui ambitione nihil uterer) *Ambitionem* non recte interpretatur Manutius, quaſi oſtendere volucrint cohortem apud ſe fuiſſe leſtiſſimorum hominum, qui beneficia in rem publicam contuliſſent. Non quidem de nihilo eſt, & potuerunt hoc quoque nonnulli reſpicere: ſed non id intelligit Cicero, cui *ambitio* eſt gratia & demonſtratio ſtudii in clientes. Significat ſe facile pati potuiſſe, ut hanc apud delatos gratiam iniret Rufus, cum ipſe deferendo non ſit ſecutus gratiam, ſed morem & veritatem, & merita. Illud haud protritum, *qui ambitione nihil uterer*. Plaut. Trinum. *Apage a te amor, non places, nihil te ſtor*. Cæſar. III. Civ. *Si vero alteri paullum modo tribuiſſet fortuna, non eſſe veſtrum conditionibus pacis eum, qui ſuperior videretur, neque fere æqua parte contentum, qui ſe omnia habiturum confideret*. Liv. IX. *Tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluiſſent, adſpernatus*. Idem ibidem.

De H-S centum millibus) Hoc eſt, viginti quinque millibus ſeutatorum, non tribus millibus, ut vult Manutius. Grav.

Smyrna litteras eſſe allatas) Vetuſti codices omnes *Myrina*, quod nos reſtum judicamus: eſt autem *Myrina* Vrbs in inſula Lemno, Stephano, Ptolemæo, & Strabone lib. XIII. auctoribus. Plinius etiam lib. IV. in deſcriptione Lemni: *Oppida*, inquit, *habet Epheſiam & Myrinam, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbras*: Victor. *Myrina litteras eſſe allatas*) Sic & prim. Græv. & Amſtelodam. & Mentel. niſi quod in omnibus his libris ſcribatur *Mirina*. Eſt autem *Myrina* Vrbs Æoliæ, de qua Vell. I. 1. Grav.

Fratris tui & Tullii) Qui rationes me abſente confecerant. Idem.

De-

tionibus ex provincia deceſsimus, credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, proque ea ſpe facultatum, quam tum habebamus, quam humaniſsime potuerim, reſcripſiſſe. Sed neque tum me humanitate litterarum mearum obligatum puto, neque tuam hodie epiſtolam de HS centum ſic accepiſſe, ut ii accipiunt, quibus epiſtolæ per hæc tempora moleſtæ ſunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ ad me ſalvis legibus perveniſſet, Epheſi apud publicanos depoſuiſſe: id fuiſſe HS XXII. eam omnem pecuniam Pompeium abſtuliſſe: quod ego ſive æquo animo, ſive iniquo fero, tu de HS centum æquo animo ferre debes; & exiſtimare eo minus ad te, vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate perveniſſe. Quod ſi mihi expenſa iſta HS centum tuliſſes, tamen, quæ tua eſt ſuavitas, quique in me amor, nolles a me hoc tempore æſtimationem accipere: nam numeratum ſi cuperem, non erat. Sed hæc jocatum me putato, ut ego te exiſtimo. Ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, ſi quid ad rem putabis pertinere. Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſa nulla eſt. Vale.

EPI-

Deceſſemus) Sic recte Man. pro *deceſſiſſemus*, quam ſententiam male poſtea mutavit. Silius II. 457.

Tum Deus, ut liquidi diſcuſſet ſtagna profundi.

Iam abierat e provincia Cicero: itaque in rationibus, quas ſecum deportabat, Romæ referendis id corrigere non poterat, quia has cum depolitis in provincia conſentire oportebat. I. FR. GRON.

Pro animi mei voluntate) Hoc eſt, pro animi mei ſenſu, ut eram animatus. Vid. Manut. GRAEV.

Id fuiſſe HS XXII) Vt conjecerat Manutius, ſic legitur in meo primo, Amſtelodamenſi, & Menteliano, quos ſecutus ſum. In vulgatis ſic habetur: *HS XXII. millia*. Bis vicies autem ſeſtertium ſunt 55000. ſcutati, non 66000. ut Manutius vult. IDEM.

De H-S centum) Hoc eſt, bis mille, quingentis ſcutatis. IDEM.

De tuis cibariis) Quæ *ſalaria* cum modernis vocare videtur Vopiſcus Aureliano c. 9. Diſtinguit Sueton. Tiber. c. 46. CORT.

Quod ſi mihi expenſa iſta H-S centum tuliſſes) Hoc eſt, ſi mihi ea credidiſſes, dediſſes mutua: lib. X. ad Att. epiſt. 17. *Debet mihi multos nummos, nec habetur locuples: nunc ait ſe daturum, cui expenſum tulerit, morari.* Sic & IX. ad Fam. 10. & XV. ad Att. ep. 20. GRAEV. *Quod ſi mihi expenſa iſta H. S. centum tuliſſes*) Si mihi ea mutua dediſſes, aut in rem meam expendiſſes juſſu meo, ut juſtus tibi debitor forem. *Quod* eleganter παρελκει. Vide not. ad Liv. XXVII. 7. I. FR. GRON.

Æſtimationem accipere) Poſſeſſionem lege Cæſaris æſtimatam pro pecunia commodata. Vid. Manut. GRAEV.

EPI-

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

Meſcinio ſui videndi cupido mutua ſe teneri cupiditate ſignificat; ſubjungit hæc: frequentari domum ſuam a Cæſaris familiaribus; eorum tamen ſermonibus ita ſe non delectari, ut ſolitudinem, ſi ea uti poſſit, præponat: itaque litteras colere, & ab ils, & ab optimorum conſiliorum conſcientia conſolationem eam petere, quam Meſcinio quoque petendam cenſeat: Africani belli exitum appropinquare: utra pars vincat, crudelem fore victoriam: everſam funditus eſſe publicam fortunam: nihil tamen iis, qui culpa careant, horribile eſſe aut pertimeſcendum. De congreſſu, neque ſpem affert, neque adimit: valetudini ut ſerviat animoque tranquillo ſit, hortatur. Index benevolentiæ, ac negotialis omnino epiſtola, licet major ejus pars officii potius quam negotii ſit: dixi enim a principio, ſpectandam eſſe cauſam, cur ſcribatur epiſtola, & ab ea ſive negotialem epiſtolam ſive moralem vocandam; nam quæ adduntur præterea, declarandi amoris gratia, licet ad officium pertineant, quia tamen argumenti propria non ſunt, nomen epiſtolæ non tribuunt. Scripta eſt Cæſare tertium, & M. Lepido Coſſ. cum Cæſar in Africa adverſus Pompeii ſocerum Scipionem & Iubam regem bellum gereret.

M. T. C. L. MESCINIO S. D.

GRatæ mihi tuæ litteræ fuerunt, ex quibus intellexi; quod etiam ſine litteris arbitrabar, te ſumma cupiditate affectum eſſe videndi mei: quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam: nam tecum eſſe, ita mihi omnia, quæ opto contingant, ut vehementer velim. Vt,

EPISTOLA XXI.

MESCINIO) Ita Pall. pr. quint. Ha. & alius vetus codex: nec longe abit Victorius cum ſuo *Meſcino*; vulgo *Meſcinio*. GEBHARD.

Tecum eſſe mihi omnia) Ordo verborum non eſt immutandus, ſi expunxeris communia. Sic Sall. Iug. c. 43. Eſt autem *tecum eſt mihi hoc*, ita, ut tu, hoc cupio. Nempe Cicero viciſſim cupidum ſe eſſe Meſcinii videndi aſſeverat. CORT.

Ita mihi omnia, quæ opto, contingant) Medicæus liber, & alii veteres com-

Vt enim cum eſſet major & virorum, & civium bonorum, & jucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat

communia omnia ; in quibus verbis vitium ineſſe manifeſtum eſt : quomodo illud emendari poſſe arbitrati ſimus, ſpectari poteſt ; & fortaſſe non inelegantius quam alii, qui caſtigarunt *commoda omnia* ; magna enim vis eſt illorum verborum, *ita mihi omnia, quæ opto, contingant*. Cupimus enim ſæpe, precamurque a Diis immortalibus non nobis tantum commoda, ſed amicis etiam & aliis, qui nobis cari ſunt : non parvamque ex ea re, ſi impetramus, voluptatem capimus. Honeſtius enim eſt amicis ſuiſque commoda, quam ſibi ipſi optare. Hæc ratio fecit, & alia etiam argumenta, ut priorem vocem deleremus : arbitramur enim cum *omnia* ſcribere vellet perperam librarium *communia* ſcripſiſſe : cumque erratum ſuum cognoviſſet, *omnia* poſtea ſcripſiſſe, nec priorem vocem inducere curaſſe, quod multis locis facit. VICTOR. *Ita mihi omnia q. a. c.*) Secutus ſum & hic editionem Victorii, præeunte tamen Lambino, & eamdem in ſuam admittente. Vulgo : *Ita mihi commoda omnia, quæ opto, contingant* ; cum Pall. pr. ſec. quart. quint. habet Sicwech. & Gruterianus (nec non Amſtelodam. & Meniel.) *Ita mihi communia* (quart. quint. *communia mihi*) *omnia quæ opto.* His omnibus puto melius Pal. tert. *Ita mihi coram omnia, quæ opto, contingent*. Nam inde ſcaturiit illud *communia*. Nam & *commoda* & *communia* additamen. eſt, ut etiam poſt ep. 3. fin. *το omnia* additum eſt in V. GUERARD. Primus Grævii : *Nam tecum ita eſſe communia omnia, quæ opto, contingant, ut vehementer velim : το communia* delere inviris omnibus codicibus temerarium eſt. Sed hic locus ex veſtigiis veterum codicum ſic reſcribendus eſt ; *Nam tecum eſſe mihi communia omnia, ita quæ opto contingant, ut vehementer velim*. Vides nihil hic tolli, nihil immutari plane ; tranſponi tantum voculam *ita*, quæ ſuo loco vitio librariorum fuit deturbata. Senſus autem eſt clariſſimus, & quæ ſequuntur clamant, Ciceronem ita ſcripſiſſe. Præſtat tamen Victorium ſequi. Nam erat ſollemnis formula juris-jurandi. Sueton. Octav. 28. *Ita mihi ſalvam ac ſoſpitem rempublicam ſiſtere in ſua ſede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi ſtatus auctor dicar*. GRAV.

Vt enim cum eſſet major) Hæc eſt Medicæi codicis & aliorum etiam veterum lectio, quam tamen nonnulli damnant, qui olim & ipſi eam valde amaverant, etſi ut omnia componerent, infra ſuo ex ingenio lectionem mutaverant. Quam reſtituerunt lectionem, nullo modo probo : neque hoc facio concertationis ſtudio, ſed quod ita verum eſſe exiſtimo. Si quis acute perſpiciet, ſi *etenim* (quemadmodum illi volunt) legatur, videbit multo minus verba inter ſe cohærere, quam ſi priſca lectio conſervetur. Quare peccaſſe nobis non videmur, qui, ſi aliquis error eſt, una cum antiquis libris peccare voluimus. Potius animadvertendum eſt, an ſit e genere eorum, quæ ſpeciem ſolœciſmi habere videntur, de quibus nos aliis in locis locuti accurate ſumus, & Paullus etiam in ſuis Scholiis ad hunc locum agit. VICTOR. *Ita en. cum eſſ. maj.*) Sic autem habent Pall. omn. Grut. editio prima, ac Victorii. Alii *etenim*. GERNARD. Palatinis ſubſcribunt Amſtelodamenſis & Mentelianus. Sed nondum locus eſt perpurgatus & recte vidit Manutius : nihil eſt quod ad *ut* referatur ; recte quoque vidit Victorius æque male cohærere verba, licet legatur *etenim*. Vide quid meus primus ſuggerat, in quo ſcribitur : *Tu enim cum eſſes*. Ciceronem ſcripſiſſe credideriim : *Tu enim mecum cum eſſes major erat & virorum, & civium bonorum & jucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat nemo, qui cum eſſem libentius, quam tecum* : *mecum* abſorpſit ſequens particula *cum* ; *το erat* vero ultima ſyllaba *το major*, ac ſequens vocalis *&* ; quod ſæpe factum eſſe, norunt, qui non hoſpites ſunt

erat nemo, quicum eſſem libentius, quam tecum, & pauci quibuſcum eſſem æque libenter: hoc vero tempore, cum alii interierint, alii abſint, alii mutati voluntate ſint, unum, medius fidius, tecum diem libentius poſuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuſcum vivo neceſſario. Noli enim exiſtimare, mihi ſolitudinem non jucundiorem eſſe, qua tamen ipſa uti non licet, quam ſermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut ſummum altero. Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, litterulis noſtris, præterea conſcientia etiam conſiliorum meorum. Ego enim is ſum, quemadmodum tu facillime potes exiſtimare, qui nihil umquam mea potius, quam meorum civium cauſa fecerim: cui niſi invidiſſet is, quem tu numquam amaſti, (me enim amabas,) & ipſe beatus eſſet, & omnes boni. Ego ſum, qui nullius vim plus valere volui, quam honeſtum otium: idemque, cum illa ipſa arma, quæ ſemper timueram, plus poſſe ſenſi

ſunt in veteribus libris: ſic autem omnes ſalebræ ſunt ſublatæ. GRAEV.

Quicum eſſem libentius) *Quicum* eſſe *quocum*, omnes norunt. Deſcendit autem ab antiqua declinatione *quis*, *quis*, *qui* tertio & ſexto caſu: & ab hoc erat *quibus*; contra a *quo*, veniebat *quis*, ut notat Donatus ad Terent. Adelph. A. II. ſc. 3. Conter Nannium ad Cic. II. Verr. c. 59. & quæ nos alibi latius diſputamus. Hinc *qui* pro *quomodo*, Comici ſæpiſſime. CORT.

Tecum diem libentius poſuerim) Hoc eſt, tecum tranſegerim. Cic. VI. ad Attic. 2, *Nonis Maii in Ciliciam cogitabam: ibi cum Iunium menſem conſumſiſſem, atque utinam in pace (magnum enim bellum impendet a Parthis) Quinquilem in reditu peterem*; hoc eſt, tranſigere. GRAEV.

Cum pleriſque eorum) Cæſarianorum. CONRAD.

Vti non licet) Ne offendam Cæſarem, ſi abſim. IOAN.

Eorum qui frequentant domum meam) Cæſaris familiarium. GRAEV.

Summum) Sic primus Græcii alique, pro quo vulgatius dicitur *ad ſummum*. Vid. Manut. IDEM.

Cui niſi inviſiſſet is) Vel Pompeius, ut quibuſdam placet: vel M. Cato, quem Cicero ſibi invidiſſe ſæpe teſtatur. CONRAD. Quid ſi Pompeium intelligat? qui fœdus cum Craſſo Cæſareque inierit, ut reſiſtere Ciceronis Catonilque factioni, nimium, ut ipſis videbatur, libertatis cupidæ poſſet. Nota eſt enim illa M. Tullii ſuſpiratio: *Vtinam, Cn. Pompei ſocietatem cum Cæſare aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes*. BERN. RVTIL.

Et omnes boni) Optimates, de quibus multa Cicero in Orat. pro Sextio. Sall. Cat. c. 19. & 23. CORT.

Ego ſum qui nullius vim) Lege, *Ego ſum is, qui nullius vim*. LAMBIN. *Qui nullius vim plus valere volui*) Si penes me ſtaret, abiicerem cum Pal. ſec. illud *plus* ut minime neceſſarium, ſinaque abſentia plus elegantiæ relicturum. Quod autem legit Lambinus, *ego ſum is, qui &c.* in nullo Palatinorum codicum reperi, niſi quod eamdem lectionem ex Stewech. notet Guilielmius. GRONAN.

Cum illa ipſa arma) Cæſariana. CONRAN.

Effe-

ſenſi, quam illum conſenſum bonorum, quem ego idem effeceram, quamvis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa alia coram brevi tempore licebit. Neque me tamen ulla res alia Romæ tenet, niſi exſpectatio rerum Africanarum: videtur enim mihi res in propinquum adducta diſcrimen. Puto autem mea nonnihil intereſſe (quamquam id ipſum, quid interſit, non ſane intelligo): verumtamen, quidquid illinc nuntiatum ſit, non longe abeſſe a conſiliis amicorum. Eſt enim res jam in eum locum adducta, ut quamquam multum interſit inter eorum cauſas, qui dimicant; tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt multum, quem etiam tuæ ſuperiores litteræ confirmarunt, quibus intellexi quam fortiter injuriam ferres: juvitque me, tibi cum ſummam humanitatem tum etiam tuas litteras profuiſſe. Verum enim ſcribam, teneriore mihi animo videbare, ſicut omnes fere qui vita ingenua in beata civitate, & in libera viximus. Sed

Effeceram) In conſulatu. IDEM. *Quavis tuta*) In veteribus libris fere ſemper ſcribitur *quamvis tota*. IDEM. *Quavis tuta conditione*) Etſi minus honeſta. GRAV.

Videtur enim mihi res in propinquum adducta diſcrimen) Hoc eſt, videtur mihi inſtare tempus, quo de ſumma rerum Cæſar cum Scipione, & Iuba certaturus eſt, lib. VI. epiſt. 13. *Cum recordaret tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque communium*. GRAV.

Non longe abeſſe velim a conſiliis amicorum) Vox *velim* abeſt a libris noſtris MSis, & vero tollatur licet; nam ſententia pender ab illo loco, *puto autem nonnihil mea intereſſe*: ſequitur deinde interpoſitio (*quamquam id ipſum &c.*) Licet etiam retinere, ut intelligamus, propter illam interpoſitionem, muratam eſſe orationis formam, & de integro additum verbum *velim*. LAMBIN. At ego verbum *velim* Stoica conſtantia tollo, ex Pall. omnib. Gruteriano, Vaticano, editione Victorii, ſicut & paullo ſtatim provocabulum *ipſe*. GERHARD.

Tamen intra victoriam non multum interfuturum putem) Vtriuſque victoriam ſore crudelem putat. Vid. ep. 9. & 14. lib. XIV. GRAV.

Qui vita ingenua, in beata civitate, & in libera viximus) Pal. ſec. *Quia in vita ingenua & in beata civitate viximus*. Forte ſcripſit Cicero: *Qui in vita ingenua, & in libera civitate viximus*. Vt ſit genus loquendi, quale apud Senecam Conſol. ad Helv. cap. 10. *Quaſi in ultima fame victurus, ſi in ſeſtertio centies viviſſet, veneno vitam finivit*. Et apud C. Nep. in Pomp. Att. *Neque in ſeſtertio centies adſluentius vixerit, quem inſtituerat*, de quo pluribus agit Gronov. lib. de Pec. Vet. cap. 1. GRAVIVS. *Vita ingenua*) Ovid. I. Triſt. 4.

Illi corpus erat durum patienſque laborum:
Invalidæ vires ingenuæque mihi.

III. Amor. 10.

Ergo ego juſſimus foribus tam ſæpe repulſus,

Inge-

Sed ut illa ſecunda moderate tulimus ; ſic hanc non ſolum adversam, ſed funditus everſam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc ſaltem in maximis malis boni conſequamur ; ut mortem, quam etiam beati contemnere debeamus, propterea quod nullum ſenſum eſſet habitura, nunc ſic affecti, non modo contemnere debeamus, ſed etiam optare. Tu, ſi me diligis, fruere iſto otio, tibique perſuade, præter culpam ac peccatum, qua ſemper caruiſti & carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. Ego, ſi videbitur recte fieri poſſe, ad te veniam brevi : ſi quid acciderit, ut mutandum conſilium ſit, te certiorem faciam ſtatim. Tu ita hac cupidus mei videndi ſis, ut iſtinc te ne moveas tam infirma valetudine, niſi ex me prius quæſieris per litteras, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas, valetudinique tuæ & tranquillitati animi ſervias.

Ingenuum dura ponere corpus humo. Martial. III. 46.

In tuebam incideria ? cunctos umbone repellet :
Invalidum eſt nobis ingenuumque latus.

Homines enim liberi & liberaliter educati neque animo, neque corpore conſueverunt tam multa indigna iniqua pati, quam ſervi per fortunam in omnia obnoxii, ut Florus III. 20. Io. Fr. Gron. Cl. Grævius ampleſteretur *in vita*. Sed *vita vivere* dictum, uti Lucæ XXIII. commate 46. φωνὴ φωνῇ μεγάλῃ. Liv. XXXV. c. 9. *ruinis collapſa* : quomodo & Lucanus IV. v. 43. Auſon. Profeſſ. Epigr. XVI. Cort.

Vt illa ſecunda moderate tulimus) Cum reſp. floreret. Grav.

Funditus everſam fortunam) Cum Cæſari ſerviamus. Io.

Propterea quod nullum ſenſum eſſet habitura) Rerum mortalium. In.

Non modo contemnere debeamus, ſed) Leg. *Non modo contemnere audeamus, ſed.* Lambin.

Præter culpam ac peccatum, qua ſemper caruiſti) Sic eſt in Pall. quatuor, Grut. Vat. editione prima ac Victorii Pal. tert. *culpam ac pœnam qua*, male, vulgo, *quo*. Grav. Grævii primus, Amſtelod. Mentel *qua* habent etiam. Grævius. *Qua* hic reſpicere id, quod dignius eſt, dicerent Grammatici. Sed nullo tali reſpectu Terent. Andr. A. III. Sc. I. v. 5. Noſter X. ep. 25. Aliter ibid. ep. 24. Cort.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD A. TORQVATVM ET CETEROS

LIBER SEXTVS.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

Athenis exſulantem Torquatum, qui contra Cæſarem a Pompeio ſteterat, revocare ſtudet a ſollicitudine ac mœrore animi ad tranquillitatem; in quam ſententiam colligit hæc, quæ ad conſolandum valeant: primum, ita perturbata eſſe omnia, ut ſua fortuna contentus nemo vivat: deinde, conditionem eorum, qui Romæ ſint, & ea cernant, quæ quotidie fiunt, deteriorem eſſe quam eorum, qui abſint: quare non eſſe ei moleſte ferendum, quod urbe careat: quod ſi ſuos ſuaque deſideret, ne hoc quidem nomine dolendum; quando illa nullo ſint in proprio periculo, nec ut meliore ſtatu fruantur, ipſum præſentem præſtare poſſe: quod vero ad ejus fortunam pertineat, nec deſperandum eſſe, nec timendum aut a Cæſare, aut a Pompeianis, ſi acciderit ut vincant: ſin ob commune reipub. periculum angatur, ſolatio eſſe debere conſcientiam optimorum conſiliorum; ut virtus licet rebus omnibus deſtituta, ſe tamen ipſa ſuſtentet: nec vero eum, qui alios olim excitaverit, abjectiore eſſe animo debere: propterea, cur non aliquam ab ipſa Athenarum urbe, rationis ac moderationis parente atque altrice, doloris medicinam petat? cur non Servii Sulpicii amiciſſimi hominis

ac

ac ſapientiſſimi conſuetudine recreetur? extremum illud, quaſi extra conſolationem, ſubjungitur; quod mihi tamen ad leniendum dolorem vim habere aliquam videtur; de ſua in eum, ejuſque liberos voluntate, & de ſpe proficiendi aliquid in ejus cauſa; quod aſſiduitas uni rei dedita, vel ſi abſit auctoritas, nonnihil tamen præſtare poſſe videatur. Suſpicor interdum ſcriptam eſſe hanc epiſtolam non Africani belli tempore, ſed Hiſpanienſis; quia quarta hujus libri ſine dubio ſcripta videtur Cæſare in Hiſpaniis rem gerente: ſignificat enim Sulpicium Athenis diſceſſiſſe; qui cum in Græcia fuerit, quo tempore M. Marcellus interfectus eſt, ut ex epiſtola 12. lib. IV. intelligitur; Marcellus autem, Cæſare in Hiſpaniis contra Pompeii liberos pugnante, obierit; quod indicant epiſtolæ quædam ad Att. lib. XIII. non videtur Sulpicius ante bellum Hiſpanienſe Athenis diſcedere potuiſſe; præterea, Tullia, Ciceronis filia, bello Hiſpaniensi periit; Cæſarque ex Hiſpaniis, & Sulpicius e Græcia conſolatorias ad Ciceronem litteras miſerunt: cum Sulpicius breui diſceſſurus eſſet; quod indicat epiſtola 6. lib. IV. in qua eſt: Sperabam tuum adventum (ſic enim audiebam) jam appropinquare; *quo patet, diſceſſum Sulpicii in Hiſpanienſe bellum cadere. Nec putetur illa quarta Hiſpaniensi bello, hæc vero prima Africano ſcripta; nam in quarta, in qua de Sulpicii diſceſſu mentio fit, appellatur hæc prima, in eo loco:* Vt antea ad te ſcripſi, tempus eſt hujuſmodi, ut ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet; *& ibi quiſque ſit, ubi eſſe minime velit. Quod, opinor, Cicero non diceret de litteris ante tot menſes conſcriptis, quot inter Africanum & Hiſpanienſe bellum interſunt.*

M. CICERO A. TORQVATO S. D.

ETſi ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat, nemoque ſit, quin ubivis, quam

A TORQVATO) Is in cauſa Milonis quæſitor fuit. GRAV.

Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum) Conſolatur a communi hominum conditione; & adverte in principio hujus epiſtolæ quater eſſe repetitum *etſi tamen*, quod in nobis vitio duceretur. GRAV.

quam ibi, ubi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore bono viro Romæ eſſe miſerrimum ſit. Nam, etſi, quocumque in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, & ſuarum; tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt. Quare etſi multarum rerum deſiderio te angi neceſſe eſt, tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romæ non ſis, animum tuum libera. Etſi enim cum magna moleſtia tuos tuaque deſideras; tamen illa quidem, quæ requiris, ſuum ſtatum tenent, nec melius, ſi tu adeſſes, tenerent, nec ſunt ullo in proprio periculo. Nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam poſtulare, aut communem recuſare. De te autem ipſo, Torquate, eſt tuum ſic agitare animo, ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem, aut timorem. Nec enim is, qui in te adhuc injuſtior, quam tua dignitas poſtulabat, fuit, non magna ſigna dedit animi erga te mitigati. Nec tamen is ipſe, a quo ſalus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem ſalutis ſuæ. Cumque omnium bellorum exitus incerti ſint, ab altera victoria tibi periculum nullum eſſe perſpicio, quod quidem ſejunctum ſit ab omnium interitu: ab alte-

Quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe malis) Concinnior foret hic orationis complexus, ſi obtemperes Pall. quart. quint. illud *ibi* longum relegantibus; paullo poſt refert Pal. tert. Grut. *Quin hoc tempore bono Romæ eſſe miſerrimum ſit*: excuſſo illo *viro*. Gran. *Quin ubivis eſſe malit*: in omnibus magis locis, quam ibi, ubi eſt. Eo autem Latini alterum membrum, ut hic *ubi eſt*, tanto intenſius vel laudant, vel vituperant. Sall. Iug. c. 14. Idem Cat. I, 25. quæ ſatis evincunt ea, quæ diximus. Cort.

Quocumque in loco quiſquis eſt) Sic habent omnes libri MSi. *Quiſquis* autem poſitum pro *quiſque*, ut *quidquid* ſæpe ab eodem & Lucretio, Terentio, Plauto, pro *quidque* uſurpatum eſſe alias docuimus. Lamb.

Tamen oculi augent dolorem) Lib. IV. epiſt. 4. & 13. & VII. 30. Aurium autem ſenſum plus doloris afferre quam oculorum dixit ſupra ad Marcellum IV. 9. Oratoris hoc eſt eiſdem rebus, ſi res poſtulet, vel contrariis uti. Grav.

Vt non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem) Vt non cogites de deſperando. Io.

Nec enim is) C. Iulius Cæſar. Corn.

Habet explicatam aut exploratam rationem ſalutis ſuæ) Ipſe non ſatis tutus eſt, nec ſatis novit, quomodo ſalutem ſuam contra hoſtium inſidias poſſit tueri. Grav.

Ab altera victoria tibi periculum nullum eſſe) Nimirum Cæſaris. Io.

Ab al-

altera te ipſum numquam timuiſſe certo ſcio. Reliquum eſt, ut te id ipſum, quod ego quaſi conſolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reip. cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne conſolatio ulla poſsit vera reperiri, præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum. Si enim bene ſentire, rectèque facere, ſatis eſt ad bene beateque vivendum, vereor, ne eum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſsit, miſerum eſſe nefas ſit dicere. Nec enim nos arbitror victoriæ præmiis ductos, patriam olim, & liberos, & fortunas reliquiſſe, ſed quoddam nobis officium juſtum, & pium, & debitum reip. noſtræque dignitati videbamur ſequi: nec cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet

Ab altera te ipſum) Pompeianorum. INDEX.

Certe ſcio) Sic reſcripſi ex meo primo & Stewechiano; vulgo *certo ſcio*: alii MSi *certum ſcio*. Io.

Reliquum eſt, ut te ipſum) Cum jam oſtenderim tibi de te ipſo nihil eſſe timendum. Io.

Vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri) Sic legendum eſt, vel (ut quidam alii libri habent) *vereor ut ulla conſolatio*, &c. quorum verborum eadem ſententia eſt, atque eorum quæ in hac editione poſita ſunt. LAMBIN. Non ſolum omnes libri Manutiani, ſed & quos Grævius conſuluit, habent *vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri*. Grammaticorum decreta de *vereor ne*, quod affirmare volunt, & *vereor ut*, quod negare tradunt, dudum exploſit Franc. Sanctius in Minerva, lib. IV. cap. de Homonymis. GRAV.

Non vereor ne eum qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit) Negativam particulam ante *vereor*, vetus ille codex non habet. Quæ tamen ſi non ſit, ſententiam non corrumpit. Puteſt enim cum interrogatione locus legi, quaſi dixerit, vereri debeo? &c. Nos nihil immutavimus: ſi quis vetere lectione magis delectatur eam reponat. VICTOR. *Vereor ne eum qui ſe opt. conſ. conſc. ſuſt. poſſ. miſ. eſſe, nef. ſit d.*) Sic legendum eſt: & ita ſcriptum eſt in noſtris libr. omnibus veteribus, & in pleriſque editionibus impreſſum. Neque vero legendum cum interrogatione (ut putat Victorius,) ſed contra: & ſic declarandum, *vereor ne nefas ſit*, &c. Id eſt: *Fortaſſe nefas eſt*; vel: *fieri poteſt ut nefas ſit*, &c. LAMB. *Non vereor, ne eum*) Solus Pal. quint. ignorat vo *non*; reliqui quatuor, ut & Gruterianus, tres Guilielmiani, prima, editio, ac Victorii præ ſe ferunt: nos majori conſenſui ſocios præbuimus. GRAN. In primo Grævii & Amſtelodamenſi non exſtat particula negandi *non*: exſtat tamen in Mentel. aliiſque ſcriptis & editis, ſed præſtat ſequi veterrimos codices, quorum ſcripturam egregie tuetur Manutius. GRA.

Nefas ſit dicere) Videtur deeſſe *non*, ut legatur *nefas non ſit dicere*. F. VRS.

Fortunas reliquiſſe) Pompeium ſequentes. CORRAD.

Debitum reip. noſtræque dignitati videbatur, qui neque cum id faciebamus) In vetere quodam libro aliter hic locus ſcriptus reperitur, nihilo tamen meliore ſententia: *Debitum reip. noſtræque dignitati videbamur ſequi, neque cum id faciebamus*. F. VRS. *Debitumque reip. noſtræque dignitati videbamur ſequi: nec cum id fac.*) Ita edidit Victorius eumque ſequutus Lambin. neque aliter in Va-

ſet victoria. Quare ſi id evenit, quod ingredientibus nobis in cauſam propoſitum fuit accidere poſſe, non debemus ita cadere animis, quaſi aliquid evenerit, quod fieri poſſe numquam putarimus. Simus igitur ea mente, quam ratio, & veritas præſcribit, ut nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eaque cum careamus, omnia humana placate & moderate feramus. Atque hæc eo pertinet oratio, ut, perditis rebus omnibus, tamen ipſa virtus ſe ſuſtentare poſſe videatur. Sed, ſi eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, quicumque ſtatus eſt futurus, carere non debes. Atque hæc mihi ſcribendi veniebant in mentem, me eum eſſe, cujus tu deſperationem accuſare ſolitus eſſes, quemque auctoritate tua cunctantem & diffidentem excitare. Quo quidem tempore non ego cauſam noſtram, ſed conſilium improbabam. Sero enim nos iis armis adverſari videbam, quæ multo ante confirmata per noſmetipſos erant: dolebamque, pilis & gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus noſtris de jure publico diſceptari. Neque ego ea, quæ facta

ticano. MSi hic corrupti ſunt, quorum Pall. prim. tert. quint. Gruter. *videbatur*; *ſed qui nec.* (ſic & Græv. prim. Amſtelod. & Mentel.) prima editio, Pal. ſec. Peck. *ſed quia nec.* quart. *ſed quid nec.* vulgo, *videbatur: qui neque cum id fec.* GEBH.

Cadere animis) Vt *cadere cauſa*, *formula*, & reliqua: v. VII. ep. 14. VI. ep. 13. *frangi* & *cadere* conjungit Ovid. XIV. Metam. v. 117. CORT.

Quam eat. & veritas præſcribit) *Virtus præſcribit*, in omnibus fere libris legitur. CORRAD. *Quam ratio & veritas præſcr.*) Quidam libri veteres habent *& rei veritas*: nonnulli *ratio & virtus*, &c LAMB. *Simus igitur ea mente, quam ratio & virtus præſcribit*) Sic Pall. ſec. Gruterianus quoque ad oram *virtus*; tertius vero Pal. *qua* non *quam*; vulgo, *quam ratio & veritas præſc.* quid agat hic *veritas* non excogito: eſt ex compendio nata vox. GEBH. *Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit*) Sic veteres libri, inter quos & meus primus & Amſtelodam. Male Gruterus & Gebhardus ex Palatino & margine Gruteriani MSi hanc ſcripturam immutarunt, reſtituerunt-que in iſtam, *quæ ratio & virtus præſcribit*. Quid agat hic *veritas*, inquit Gebhardus, non excogito: eſt ex compendio nata vox. Imo *ratio & veritas* eſt, per *ἑν διὰ δυοῖν vera ratio*: quam dictat ſana ratio, quam ſapientes homines ſequuntur. Sic inferius in hac epiſtola: *In ea urbe ea, ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitæ*; eſt ratio moderandæ vitæ. Iuſtinus lib. II. *Lanæ iis uſus ac veſtium ignotus*, hoc eſt, lanearum veſtium uſus ignotus eſt. Exempla paſſim occurrunt, & multa viri docti pridem congeſſerunt. GRÆV.

Vt nihil in vita præſtandum præter culpam putemus) Vt omnia nobis ſuſtinenda & ferenda ſint, quæcumque nobis imponuntur, præter culpam, ſi modo culpa abſit. Lib. IX. epiſt. 7. *Video philoſophis placuiſſe, nihil eſſe ſapientis præſtare præter culpam.* GRÆV.

Conſilium improbabam) Relinquendi Italiam, & pugnandi. CORR.

Iis armis adverſari) Cæſaris. Io.

Quæ multo ante confirmata per noſmet ipſos erant) Pompeio provinciæ Cæſaris propagatore. Io.

Cum

facta ſunt, fore cum dicebam, divinabam futura: ſed quod & fieri poſſe, & exitioſum fore, ſi eveniſſet, videbam: id ne accideret, timebam, præſertim cum, ſi mihi alterumutrum de eventu atque exitu rerum promittendum eſſet, id futurum, quod evenit, exploratius poſſem promittere. Iis enim rebus præſtabamus, quæ non prodeunt in aciem: uſu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe, quæſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas. Hæc eo ſcripſi, quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti, fideliſsimo animo (ut mihi quidem viſus eſt) narravit, te interdum ſollicitum ſolere eſſe vehementius: quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua rep. ſis futurus, qui eſſe debes; aut perdita, non afflictiore conditione, quam ceteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes & ſuſpenſi ſumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod & in urbe ea es, ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitæ: & habes Ser. Sulpicium, quem ſemper unice dilexiſti, qui te profecto & benevolentia & ſapientia conſolatur: cujus ſi eſſemus & auctoritatem & conſilium ſecuti, togati potius potentiam, quam armati victoriam ſubiſſemus. Sed hæc longiora fortaſſe fuerunt, quam neceſſe fuit: illa quæ majora ſunt, brevius exponam. Ego habeo, cui plus, quam tibi debeam, neminem:

Cum ſi mihi alterutrum) In Vaticano & Medicæo exſtat *alterumutrum*, quod receperunt Victorius, & Gebhardus. Sicut & in epiſtola tertia hujus libri *alterum utrum* ſcribitur in primo Græviano. GRAV.

Iis enim rebus) Dignitate & auctoritate. CORR.

Philargyrus tuus) In eburnea quadam apud me tabellâ; quæ CN. POMPEII & M. CRASSI Cos. nomina habet inſcripta, PHILARGYRVS LVCILI libertus notatus eſt. F. VRS.

Te interdum ſollicitum ſolere eſſe vehementius) Rectius meus primus, *te interdum ſollicitum eſſe vehementius*, poteſt commodiſſime abeſſe *ſo ſolere*. GRAV.

Aliqua rep.) Puta *exiſtente*, vel aliud quid, quod Græcorum ὄντος, ὄντος, ὄντος reſpondeat; ea nempe in hac ſtructura omitti, docuit Dionedes lib. 1. p. 303. Sic ep. 2. Liv XXXI. c 29. Sall. Hiſtor. I. Seneca Controv IX. adde ſupra IV. ep. 6. notata. CORR.

Suſpenſi ſumus) Expectatione belli Africani. CORR.

In ea urbe) Athenis. IN.

Ser. Sulpicium) Achaiæ præfectum. INDEM.

Cujus ſi eſſemus auctoritatem & conſilium ſecuti) Ep. 3. lib. IV. Io.

Togati) Cæſaris, quoniam depoſitis armis Col. eſſet factus. ID.

Armati) Cæſaris. ID

Cui plus quam tibi debeam) *Cujus quantum ſtudium & quam inſigne fuerit erga me temporibus illis, quæ non ſint omnibus, ſcire neceſſe eſt*, inquit lib. II. de Finibus. CORR.

minem: quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi hujus belli caſus eripuit. Qui ſim autem hoc tempore, intelligo: ſed quia nemo eſt tam afflictus, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſsit navare aliquid & efficere: omne meum conſilium, operam, ſtudium certe velim exiſtimes tibi, tuiſque liberis eſſe debitum.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Excuſat ſe, quia rarius antea ſcripſerit: ſpem aliquam affert de reconciliato Caſaris animo: nihil ei præcipue timendum ſignificat. Scripta videtur eodem anno.

M. T. C. A. TORQVATO S. D.

PEto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te ſcribere, quam ſolebam, ſed aut gravitate valetudinis, qua tamen jam paullum videor levari, aut quod abſim ab urbe, ut, qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſsim. Quare velim ita ſtatutum habeas, me tui memoriam cum ſumma benevolentia tenere, tuaſque omnes res non minori mihi curæ, quam meas eſſe. Quod majore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, quam homines aut volebant aut opinabantur, mihi crede, non eſt pro malis temporum quod moleſte feras. Neceſſe eſt enim aut armis urgeri remp. ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus

Qui, ſi nihil aliud ſtudeat niſi id quod agit, poſſit navare) Sic edidit ex Med. Victorius, ſpernuntque omnes Pall. *non*, ante *poſſit*; neque ſecus eſt in Vatic Pal tamen ſec. pro *agit eget*. tert. Gruter. Stewech. *agit*. Miram tamen oſtendunt ſcripturam, *quod agit, poſſit novare aliquid & reficere*. GRON. Grævii quoque libri, & Amſtelodam. Mentel. non agnoſcunt *ea non*, quod tamen omnino ſenſus poſtulat. GRÆV.

Tibi tuiſque liberis eſſe debitum) Forte, *tibi tuiſque liberis eſſe deditum*. GVIELELM. *Deditum* eſt præſens & quod ita conſtat, ut numquam deeſſe videatur. CORT.

EPISTOLA II

Quod abſim ab urbe) In meis prædiis. CORR.

Pro malis temporum) Pro conditione malorum, propter mala temporum, vide V. ep. 1. Liv. XXXIII. c. 46. CURTIVS.

Si ar-

tus interire. Si arma valebunt, nec eos, a quibus reciperis, vereri debes, nec eos, quos adjuviſti. Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit, & dignitate frui tibi, & fortunis licebit. Sin omnino interierint omnia, ſueritque is exitus, quem vir prudentiſsimus M. Antonius jam tum timebat, cum

Si arma valebunt, nec eos a quibus receſſeris vereri debes, nec eos quos adjuviſti] Etſi hic vulgatam lectionem conſervaverimus, magis tamen antiquam probamus: quæ neſcio quomodo tunc nos ſubterfugit; pro *receſſeris* enim *reciperis* legendum eſt, ut intelligat nunc Cæſarianas partes. Si enim *receſſeris* legas, Pompeianas intelligas oportet: ab illis enim diſceſſerat poſt adverſam eorum pugnam, quod ſententiæ nullo modo quadrabit. Eædem autem erant quas adjuverat, & a quibus receſſerat, cum hic de ambabus loquatur. Aut enim armis, inquit, urgebitur Reſp. ſempiternis, quo caſu nulla tua præcipua calamitas erit, ſed ut in malis res tuæ in tuto ſunt: nec enim Cæſarianos timere debes, a quibus *reciperis* (præſenti autem tempore utitur, quia nondum res confecta erat: nam, ut ſupra inquit, *in magna varietate ejus rauſa verſata eſt*, de qua tamen bene ſperare licebat, propter animum Cæſaris mitigatum:) nec eos quos adjuviſti: hi autem erant Pompeiani. Dirante igitur bello, inquit, malum a neutra parte exſpectare debes. Illi enim quibus favitti, & cum quibus in rebus gerendis fuiſti, propter priſtinam ſocietatem te incolumem volent: hi autem te recipiunt, & ſuum jam numerant. Sæpe autem veteres codices propter variam, & aliquantulum inquinatam ſcripturam primo ita perturbant, ut non mirum ſit, ſi quæ quandoque prætereunt. Nec enim facile eſt ſi quid boni lateat perſpicere. Nam parva quæque illuſio & labes, optimam lectionem occulere poteſt. *Reſperis* autem in illis ſcriptum eſt, cum *reciperis* eſſe deberet. Quod ſi ita ſcriptum fuiſſet, non alii fortaſſe, dum verbum illud corrigere vellent, mendoſum eſſe arbitrantes, nec ſatis ſententiam hujus loci intelligentes, deterius multo feciſſent. Eſt autem pro *i* ſæpe poſitum *e* in priſcis exemplaribus, & *i* pro *e*. Quin etiam hoc ipſum verbum eadem ratione in iiſdem codicibus ſcriptum eſt in epiſtola ad Brutum, *non recepi a Lepido Antonium*, pro *recipi*. Præterea in his verbis eſt *audiviſti*, Medicæus codex *adiviſti*, facili in aliam vocem lapſu, niſi obſervatum eſſet hoc verbum per unum tantum *u* in eo exemplari ſemper legi, & aliis etiam quos vidi vetuſtis codicibus. VICTOR. *Nec eos*] Cæſarianos. CORR. *A quibus reciperis*] Cæſare tibi jam fere reconciliato: al. *receſſeris*. In. *Nec eos*] Pompeianos. ID. *Nec eos, a quibus reciperis, vereri debes*] Hæc eſt codicis Vaticani lectio: cum exſtet in Medicæo, Pall. tribus, Grut. Stewech. (nec non Græv. primo & Amſtelodam.) *receperis*: in quart. *recepere*: in quint. *acceperas*: ſicque emendavit ad oram primæ editionis Baptiſta Egnatius Venetus, poſt eumque P. Victorius, quos ſecuti Manutius ac Lambinus; vulgo *a quibus receſſeris*. GRAN. *A quibus reciperis*. Non penetrare mihi videntur ad vim verbi plerique interpretum, qui non cogitant, *recipere* eſſe hoſtile, non minus quam apud Sall. Cat. c. 11. *Sed poſtquam L. Sulla armis receptis rep. bonis initiis malos eventus habuit*, ubi vide. CORTIVS.

Armis conditione poſitis] Tranſactione, pactione. Cic. in Topicis. Liv. XXIII. c. 7. XXXIV. c. 23. ubi plura, & hæc Tullii, Gronovius, & nos ad ea Sall. Iug. c. 112. *Poſſe conditionibus bellum poni*. Io.

Is exitus] Reipubl. everſio. CORR. *M. Antonius*] Orator. ID.

Quod

cum tantum inſtare malorum suspicabatur, miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidit univerſis. Quæ vis inſit in his paucis verbis (plura enim committenda epiſtolæ non erant) ſi attendes, quod facis, profecto etiam ſine meis litteris intelliges te aliquid habere, quod ſperes, nihil quod aut hoc, aut aliquo reip. ſtatu timeas: omnia ſi interierint, cum ſuperſtitem te eſſe reip. ne ſi liceat quidem, velis, ferendam eſſe fortunam, præſertim quæ abſit a culpa. Sed hæc hactenus. Tu velim ſcribas ad me quid agas, & ubi futurus ſis, ut aut quo ſcribam, aut quo veniam, ſcire poſsim.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Quatuor utitur rationibus ad conſolandum: primum, quia maxime ad timorem mors proponitur, miſerrimum eſſe oſtendit ita vivere, ut non ſit vivendum, quod malum impendeat, utracumque pars vicerit; deinde conſolatur a communi conditione, tum, a vita innocenter tradu&ta: poſtremo, ab ipſa etiam morte, quæ malorum ſenſum adimit. Scripta eſt paucis diebus poſt primam, quam ſignificari primis verbis videmus; itaque reſtituenda videtur in ſuum locum, unde retruſa eſt in tertium.

M. T. C. A. TORQVATO S. D.

SVperioribus litteris benevolentia magis adductus, quam, quo res ita poſtularet, fui longior. Neque enim confirmatione noſtra egebat virtus tua: neque erat ea mea cauſa

Quod accidit univerſis) Sic reſcripſi ex Primo Palatino, Amſtelod. Mentel. & duobus meis: vulgo, *accidat*. Grav.

EPISTOLA III.

SVperioribus litteris) Hujus libri primis. Corr.

Quam quo res ita poſtularet) Sic ex Pall. prim. quarto, quinto, Vaticano, (quibus accedunt Amſtelodam. Mentel. & Grav. prim.) reſcripſimus, non *quod*, ut vulgo, quomodo & lib. II. emendaſſe me recordor: ſicque legitur epiſt. ſeq. & lib. X. ep. 3. Lib. XI. Lib. XII. Grn.

Egebat virtus tua) Virtus eſt in adver-

cauſa atque fortuna, ut, cui ipſi omnia deeſſent, alterum confirmarem. Hoc item tempore brevior eſſe debeo: ſive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus eſt: ſive tum opus fuit, illud ſatis eſt, præſertim cum acceſſerit nihil novi. Nam etſi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas ad te perferri exiſtimo, ſumma tamen eadem eſt, & idem exitus, quem ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus: nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo ſcio. Nam etſi, quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt; tamen & belli exitum video, &, ſi id minus, hoc quidem certe, cum ſit neceſſe alterumutrum vincere, qualis futura ſit vel hæc, vel illa victoria. Idque cum optime perſpexi, tale video, nihil ut mali videatur futurum, ſi id vel ante acciderit, quod vel maximum ad timorem proponitur. Ita enim vivere, ut tum ſit vivendum, miſerrimum eſt: mori au-

verſis fortiter ferendis. GRAV.

Alterum confirmarem] Furte: *Ego alterum confirmarem*. LAMB.

Earum rerum] Hiſpanienſium rerum, quia ſcripta epiſtola, cum Cæſar in Hiſpaniam adverſus Pompeii filios profectus eſſet. CRAT. *Summa tamen eadem eſt*: idem præcipuum, in quo omnes res conveniunt. Quinctil. VII. Inſt. l. 4. Sueton. Cæſar. C. 34. Seneca Ep. 40. *Summa Summarum*. Hinc *ſummatim dicere*, *differre*, & alia. CORT.

Acies] Al. *hæc res*. CORR.

Si id] Mors. Io.

Alterutrum vincere] Vtriuſque victoriam video crudelem, lib. IV. ep. 9. & 14. & prim. & ſeq. hujus libri. GRAV.

Nihil ut mali videatur futurum, ſi id vel ante acciderit] Ita eſt in omnib. Pall. Grut. Stewech. (niſi quod in his eiidem binis *acciderit* ſolemni mutatione o pro a) item editione Victorii: vulgo, *eſſe futurum, ſi id vel ante accid.* GRAV.

Quod vel maximum ad timorem proponitur] Hoc eſt, mors, quæ Ariſtoteli τῶν φοβερῶν φοβερώτατον, *terribilium maxime terribile*. GRAV.

Ita enim vivere ut non ſit vivendum] Manuſcripti codices, *ut tum ſit vivendum* habent. Quantum autem intelligo, ex utraque lectione idoneus ſenſus elicitur: ex recepta, ut opinor, hic: Vivere amiſſa dignitate miſerrimum eſt: docti enim & graves viri rectum non eſſe judicabant vivere illi, qui dignitatem perdidiſſet. Quod etiam vetere proverbio declarabatur, quo Cicero ipſe uſus eſt in epiſtola tertia ad Marium: *Vŏi non ſis qui fueris, non eſſe cur velis vivere*. Ex antiqua vero ſic: vivere ut vivendum tum eſſet, ſi Cæſar, aut Pompeiani Remp oppreſſerint; quod omnino eventurum Cicero arbitrabatur miſerrimum. Eam unuſquiſque lectionem ſequatur, quam veriorem putat. VICTORIVS. Cum omnes libri quatuor, quos ego conſului, habeant, *ut tum ſit vivendum*, nec non quatuor Pall. & tres alii quos inſpexit Guilielmius, non dubitavi hanc lectionem hic reponere, quam recte Victorius expoſuit. IANI. *Ne beato quidem*: ſupple. *miſerum duxit*: quale Zeugma etiam in IIS V. ep. 2. *Tam amicus ſum reip. ut qui maxime*: & IX. ep. 8. & ſic in aliis. Liv. LX. c. 54. Vopiscus Aureliano c. XI. Quòd vero

ri autem nemo ſapiens miſerum dixit, ne beato quidem. Sed in ea es urbe, in qua hæc, vel plura, & ornatiora parietes ipſi loqui poſſe videantur. Ego tibi hoc confirmo, etſi levis eſt conſolatio ex miſeriis aliorum, nihilo te nunc majore in diſcrimine eſſe, quam quemvis aut eorum, qui diſceſſerint, * *aut eorum qui remanſerint* : alteri dimicant, alteri victorem timent. Sed hæc conſolatio levis eſt, illa gravior,

vero alteri membro caſus quidam nominis additur, qui in altero nullus eſt, unde durum quid enaſcitur, illud ejuſmodi eſt, cujus Terent. Adelph. A. I. Sc. I. *Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem* : ubi Donatus : *Separatim ſubaudiendum eſt inſuerit ut poſt eo mentiri*. CORT.

Aut eorum qui diſceſſerint) Quia uno membro deminuti hic ſunt omnes non ſolum veteres, ſed etiam recentiores manuſcripti codices, ipſe meum eſſe arbitratus ſum rem notam facere, lectoreſque admonere notha eſſe hæc verba (niſi fallor) & ſuppoſititia. Sic enim in melioribus cunctis nulla varietate legitur, *aut eorum qui diſceſſerint alteri dimicant*. Puto autem librarium in particula *aut* deceptum eſſe, totumque ſuperius membrum reliquiſſe. Ego vulgatam lectionem removere nolui, ſi quis illa delectetur : mihi non dubium eſt, quin ab aliquo ſuppleta ſit eorum, qui ſemper, quæ deſiderari eredunt, pro ſuo arbitrio reponunt : quantum diſſentiam ab his, alibi dixi. Eſt autem & in ſequenti epiſtola alter locus, quem pariter mancum cum invenerim, eodem judicio ductus, eadem nota ſignavi. Sic autem ille proculdubio lacer & decurtatus in antiquis codicib. legitur: *Equidem cum hæc ſcribebam, aliquid jam actum putabam : non quo, ſed quod difficilis erat conjectura.* Quot autem verbis additis reſtitutus ſit, & quam aptis, quivis nunc videt : itaque ſuam ſententiam ſequatur : nos in his plane divulſis & fractis locis, nihil habemus quod melius afferamus. VICTORIVS. *Quam quemvis*, &c.) Al. *Quam quemvis eorum qui diſceſſerunt, alteri*, &c. CONRADVS. *Quam quemvis eorum qui diſceſſerint alteri dimicans*) Ita Pantagathus. F. VRSINVS. Nec in iis codicibus, quos Græv ius vidit, nec ullo Palatino hæc verba, *aut eorum qui remanſerint*, exſtant. Vid. Manut. GRAVIVS. Locum quidem permiſi ineptiſſimo Gloſſemati *aut eorum qui remanſerint*, quod in nullis, ne recentioribus quidem MSis invenitur, neque ad ſenſum id, quod debuerat, confert ; ſed facile patiar plane hinc ejici, & auctoribus ſuis reddi. Potuit ne Cicero in tali re *remanſerint* ſcribere? Potuit ne? Sed non de eo litigabimus, quod facile ſemet ipſum damnat. Senſum potius in eis, quæ a Cicerone ſunt, quæramus. At is facilis & paratus eſt. *Quemvis* eſt alterum membrum, hoc eſt, *quos tu, litteris tuis voluiſti*, ubi beatos prædicaverat, qui eſſent in armis, & honeſta morte defungi poſſent. Hoc etſi *propeium* ſit denotare *τῶ quivis*, tamen ne inſolens quid ſubeſſe putes, accipias vulgari notione, & eodem res redibit. Neque hoc, credo, negotium faceſſivit librariis, aut cuivis alii, ſed provocabulum *eorum*, cujus nudum, ut videtur, poſitum, concoquere non potuerunt. At perpende hæc Criſpi mei Cat. c. 47. *Volturcius interrogatus de itinere, de litteris, poſtremo quid, aut qua de cauſa conſilii habuiſſet*. Vides penes *conſilii* adſumendum eſſe *quid*, vel potius *id*, per Synezeugmenon. Ita penes *eorum* adde *quemvis*, vel *quem* ; & priori loco penes *quemvis* adde *eorum*, ut ita demonſtrentur & defiguentur, qui pari ſint periculo. Talis eſt locus Cicer. I. de Offic. c. 41. quem examinamus ad dicta verba Salluſtii, ubi plura. CORT.

Sed hæc conſolatio levis eſt, illa gravior) In meo primo, *ſed hæc levis eſt, illa gravior*. Commodius ſane poteſt

gravior, qua te uti ſpero, ego certo utor: nec enim, dum ero, angar ulla re, cum omni vacem culpa: & ſi non ero, ſenſu omnino carebo. Sed rurſus γλαυκ' εις Αθηνας, qui ad te hæc. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ ſunt, &, dum vivam, erunt.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Tres partes habet hæc epiſtola: prima eſt de propinquo belli exitu, altera ad conſolandum pertinet, tertia ſtudium ac diligentiam pollicetur in iis rebus, quæ ad Torquatum pertineant. Scripta eſt paullo poſt ſuperiorem proximam: nam in illa dixit, videre ſe exitum belli: in hac idem ſignificat, cum ait: Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum: *& in illa, nihil acceſſiſſe novi; in hac, novi nihil eſſe quod ſcriberet.*

M. T. C. A. TORQVATO S. D.

NOvi, quod ad te ſcriberem, nihil erat: & tamen ſi quid eſſet, sciebam, te a tuis certiorem fieri ſolere. De futuris autem rebus etſi ſemper difficile eſt dicere, tamen interdum conjectura poſsis propius accedere, cum eſt res ejuſmodi, cujus exitus provideri poſsit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum: etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus. Equidem cum hæc ſcribebam, aliquid jam actum putabam: non quo * *ego certo ſciam*; ſed quod *haud* difficilis erat conjectura. Nam cum omnis belli Mars

eſt *conſolatio* ex præcedentibus verbis repeti animo, quam hic iterari. GRAEV.

Dum ero, angar ulla re) Pall. pr. tert. Grut. *tangar ulla re*: de qua quid ſentiam, differam dicere: paullo poſt, duo poſtremi Pall. legunt, *quis hæc te*: quæ lectio ut non abſurda, ita inde nata eſt vulgata, *qui ad te hæc*. GRONOVIUS.

Γλαυκ' εις Αθηνας) *Noctuam Athenas*. Et proverbium eſt loco maxime accommodatum: nam Torquatus Athenis erat. CORR.

EPISTOLA IV.

Non diuturnum bellum) Hiſpanienſe. At Egnatius vero, & Lambinus cenſuerunt legendum, *non diuturnum bellum fore*. GRAEV.

Non quo ego certo ſciram, ſed quod non difficilis erat conjectura) Al. *Non quo ſed quod difficilis erat conjectura*: unde ſuſpi-

Mars communis, & cum semper incerti exitus prœliorum ſunt: tum hoc tempore ita magnæ utrinque copiæ, ita paratæ ad depugnandum eſſe dicuntur, ut, utercumque vicerit, non ſit mirum futurum. Illa in dies ſingulos magis magiſque opinio hominum confirmatur, etiam ſi inter cauſas armorum aliquantum interſit, tamen inter victorias non multum interfuturum. Alteros propemodum jam ſumus experti; de altero nemo eſt, quin cogitet, cum ſit metuendus iratus victor armatus. Hoc loco ſi videor augere dolorem tuum,

ſuſpicantur multi hunc locum eſſe mendoſum. CONRAD. *Non quo ego certo ſciam*) Sic Victorii editio: at Pall. pr. tert. Grut. prima editio: *Aliquid jam actum putabam, non quo ſed quod difficilis erat conjectura*. Verum ad primam editionem notat Egnatius alios legi: *Non quo ſciem, ſed quod non difficilis erat conjectura*. Alii tamen putant legendum, *ſed quod facilis erat conjectura*. Mihi præſtant Victoriana. GEBHARDVS. *Quo* exſtat in MSis etiam iis, quos Grævius conſuluit, non *quod*: ſed hæc verba, *ego certo ſciam* inſarta ſunt a primis editoribus. In nullo enim ne recentiſſimis quidem exſtant codicibus, in quibus ſic diſtinguitur, *non quo: ſed quod difficilis conjectura, haut* etiam intruſerunt, qui omnes lacunas ex ingenio ſupplere in animum induxerunt ſuum. Pantagathus, *non quoeſum, quod difficilis erat conjectura*. GRAVIVS. Si quid conjectura adſequi poſſumus, Tullius in re dubia, & obſcura, dubiam & obſcuram dictionem non caſu, ſed conſilio elegiſſe videtur. Indagandæ vero ſententiæ facier ita ſupplere: *Non vero putabam, quo aliquid actum ſit*, i. e. *a quo*, vel *ad quid*, ſive *in cujus victoriam*, ut in illis dictionibus Senecæ I. Nat. Quæſt. c. 16. *Quo nequitiam meam, ſi ad naturæ modum pecco?* Idem I. Controv. 2. *Quo mihi Sacerdotem, cujus precaria eſt caſtitas?* Lege Gronovium utrobique, & N. Heins. ad Ovid. Heroid. ep. 11. v. 53. Horat. I. ep. 5. v. 12. ubi Bentleius eoſdem eiravit. Qui vero de ſuo aliquid addiderunt, *quo* acceperunt pro *eo quod*, de quo ſupra, ſed male. Alterum membrum planius eſt, ſi modo *difficilis* ſenſu ſuo prægnanti acceperis hoc modo: *Sed quod conjectura tantum aſſequi poteram, difficile eſſe victoriæ cupidos exercitus diu quieſcere*: id enim in ſequentibus docet. Eſſe autem hujuſmodi ſignificatum Adjectivis quibuldam, patet ex III. ep 8. *bimæ ſententiæ*, & quæ nos ibi. Sed de his, ubi locus permittet, plura. CONR

Cum omnis belli Mars communis) Cum victoria in omnibus bellis ſit anceps & incerta. Vid. Manut. GRAEV.

Ita paratæ ad depugnandum) Sic veteres codices *depugnandum*, quos ſecuti ſumus. Eſt autem *depugnare*, una pugna unoque prœlio de tota re, & toto bello decernere. Ad Attiçum lib VII. *Nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Cæſari, quod poſtularet, potius quam depugnandum*. In eodem lib. *Depugnes oportet, niſi concedis*. Sæpe & alibi Cic. ne longiores ſimus in re aperta, hac utitur voce. VICTOR.

Alteros) Pompeianos. CONRADVS.

Sumus experti) Lib. IV. ep 9. IDEM. *Alteros propemodum jam ſumus experti*) Cæſarianos. Et ait *propemodum*, quaſi ſignificet non omnino, & ad hæc modeſtiores fuiſſe, dum ſuperarent, quos timere poterant. Io FR. GRON.

De altero) Cæſare. CONRAD. Pompeio filio: præſagiunt omnes, ſi fuerit ſuperior, victoria crudeliſſime uſurum. Sen. Troad. 278.

Sed regi frenis nequit
Et ira ardens hoſtis & victoria
Commiſſa hoſti. Io. FR. GRON.

Cum ſit metuendus iratus victor armatus)

tuum, quem conſolando levare debeam, fateor me communium malorum conſolationem nullam invenire, præter illam: quæ tamen, ſi poſsis eam ſuſcipere, maxima eſt, quaque ego quotidie magis utor: conſcientiam rectæ voluntatis, maximam conſolationem eſſe rerum incommodarum: nec eſſe ullum magnum malum, præter culpam. A qua cum tantum abſumus, ut etiam optime ſenserimus, eventuſque magis noſtri conſilii, quam conſilium reprehendatur, & cum præſtitimus, quod debuimus, moderate quod evenit feramus. Sed hoc mihi tamen non ſumo, ut te conſoler de communibus miſeriis, quæ ad conſolandum maioris ingenii, & ad ferendum ſingularis virtutis indigent. Illud cuivis facile eſt docere, cur præcipue tu dolere nihil debeas. Ejus enim, qui tardior in te levando fuit, quam fore putaremus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia: de aliis autem non arbitror te exſpectare quid ſentiam. Reliquum eſt, ut te angat, quod abſis a tuis tamdiu. Res moleſta, præſertim ab iis pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtivius. Sed, ut ad te ſcripſi antea, tempus eſt hujuſmodi, ut ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet, &, ubi quisque ſit, ibi eſſe minime velit. Equidem nos quod Romæ ſumus miſerrimum eſſe duco, non ſolum, quod in malis omnibus acerbius eſt videre, quam audire; ſed etiam, quod ad omnes caſus ſubitorum periculorum magis objecti ſumus, quam ſi abeſſemus:

tus) Vulgo *quem ſit metuendus*: adnotat quoque Egnatius legi *ut ſit met.* ſed noſtrum traximus longe accommodatius ex Victorii editione, Pall. pr. tert. Gruteriano. GESNERVS. Quibus adſtipulantur Amſtelod. Mentel. & duo Græviani. GRAEV.

Eventuſque magis noſtri conſilii) Sequendi Pompeium. CORR.

Cur præcipue tu dolere nihil debeas) Cur tibi ſingulariter magis dolendum ſit, quam aliis. GRAEV.

Ejus enim) Cæſaris. CORR.

Ad te ſcripſi) Epiſtol. 1. hujus lib. CORR.

Ad omnes caſus ſubitorum periculorum) Sic etiam locutus eſt doctiſſimus & politiſſimus poeta Catullus in Hendecaſyllabo ad Furium: *Nec caſus alios periculorum*. Totum autem carmen & elegans eſt, & ſummo artificio confectum: ludit enim Furium mendicum hominem, & qui omnibus bonis fortunæ carebat, quem tamen jocans fortunatum eſſe ac beatum hominem oſtendit, cum ea ipſe quoque haberet, quæ vitam beatam conſtituere exiſtimantur. Nam valentem eſſe, bene concoquere, non metuere fures, non alia incommoda, quæ opulentos homines continue angere ac ſollicitare ſolent: omnibus denique hujuſcemodi malis carere, eſt fortunatum eſſe: & quibuſcumque hæc ſunt, illis bene ac beate eſt: ut poeta ipſe loquitur. Eſt autem captioſa oratio: quamvis enim beati homines ipſi

mus: etſi meipſum, conſolatorem tuum, non tantum litteræ, quibus ſemper ſtudui, quantum longinquitas temporis mitigavit. Quanto fuerim dolore, meminiſti. In quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me plus, quam ceteros, cum cupiebam, quamvis iniqua conditione, pacem. Quod etſi

ipſi qooque hæc, quæ videntur commoda, habeant, non tamen neceſſario, qui ea habent, ſtatim beati ſunt: nam qui oihil, quod amittant, habent, il quoque non metuunt fures: & qui propter egeſtatem famem explere nequeunt, pulere cibum concoquuot, nee eruditate umquam laborant. Hæc fallax ratio concludendi ob Ariſtotele exagitata eſt, & vitium illius accurate expoſitum in II. libro de Atte diceodi, & in commentario, quem appellavit Σοφιστικὸς ἔλεγχος, ac tota denique res elegantiſſimis exemplis explicata. Late autem patet hoc vitium, quemadmodum ipſe in Elenchis oſtendit, & multos hæc captio in fraudem ioducere conſuevit. Nam in Rhetorice docet eum, qui cum Alexandrum Priami regis filium laudibus ornaret, argumentatus erat illum magnanimum eſſe, quod ſpreta conſuetudine multotum, io Idæ montis ſolitudine degeret, hac captiuncula uſum eſſe. Quamvis euim magni animi viri multitudinem fugiant, ac ſola deſertaque loca libenter frequentent: non tamen neceſſario quicumque in ſilvis deſertiſque locis morantur, magnanimi ſuot. Inde autem errot ducitur, quod putant totam rem converti, & ut dialectici loquuntur, τὸν ἀκόλουθον ἀντιστρέφειν, quod falſum eſt. Eadem ratio erat ejus qui exſules beatos eſſe prædicabat, quod poſſent ſedem ac domicilia ſua ponere ubieumque terrarum ipſis viſum eſſet: quia (ioquit Ariſt.) hæc illis qui beati exiſtimantur, adſunt; omnes quibus hæc sunt, beati videri poſſunt. Si quis tamen acute perpexerit, intelliget rem magnum diſcrimen habere, aliterque (ut in exemplo Catulliano permaneamus) mendicos oon metuere fures, & aliter divites: nam auget etiam vitam beatam, habere res ſuas ita clauſas & cuſtoditas, ut fut damnum afferre oon poſſit. Quare cum hæc captio appellatur παρὰ τὸ ἑπόμενον, deduci etiam poſſe Ariſtotetes adfirmat ad aliam quæ παρ' ἔλλειψιν vocata eſt, quod quædam deſiderentur, nec ſermo plenus & abſolutus ſit. VICTOR. *Objecti ſumus*. Notanter *objecti*, & magis fere, quam *expoſiti*. Sic Virg. II. Æn. v. 750. Boet. I. Proſa IV. Sall Iug. c. 7. *Statuit eum obiectare periclis*, ubi vide. CORT.

Quanto fuerim dolore, meminiſti, in quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me plus, quam ceteros, cum &c.) Legendum eſt *in dolore*, etiamſi Ciceroniani quidam hanc locutioocm, ut quo rariorem, tanto elegantiorem, amplexi ſint. Dicant igitur eodem modo: *ego ſum lætitia*. Itidem vero, quia libri VII. epiſt 4. etiam in Manutiana editione legitur: *Quere ſi quod conſtitutum cum podagra habes*, hoc dicendi genus magis Ciceronianum eſſe jurabunt: *aliquod conſtitutum habere cum aliqua*, quam ſi dicatur: *aliquid conſtitutum*. Item quia proxime ſequente epiſtola legitur etiam in illa ipſa editione *ſingularis memoria*, ubi legendum eſt *ſingulari*, clamabunt, imo vero jam clamant, magis Ciceronianum ſtilum redolere hanc locutionem *hominem ſingularem memoria*, quam illam *hominem ſingulari memoria*. Nec tantum in his, ſed in aliis multis multoque maioris momenti locis ex librorum erroribus raras quaſdam elegantias homines hujuſmodi fecerunt. Quidni vern io his dicendi generibus fidem adhibeant, quantumvis mendoſis libris iſti minorum gentium Ciceroniani, cum quidam ex illis majorum gentium Ciceronianis depravatiſſimi cujuſdam exemplaris (manuſcripti tamen) auctoritate fretus *multiſſimus* ſuperlativum pro *plurimus* uſurpate non dubitarit, imo ſcriptum etiam reliquerit? Sciunt multi

etſi caſu, non divinatione mea factum eſt; tamen in hac inani prudentiæ laude delector. Deinde, quod mihi ad conſolationem commune tecum eſt, ſi jam vocer ad exitum vitæ, non ab ea republ. avellar, qua carendum eſſe doleam, præſertim cum id ſine ullo ſenſu futurum ſit. Adjuvat etiam ætas, & acta jam vita, quæ cum curſu ſuo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos jam natura ipſa pæne perduxerit. Poſtremo is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur eamdem fortunam, ſi res cogat, recuſare. Equidem mihi omnia propono, nec ullum eſt tantum malum, quod non putem impendere. Sed cum plus in metuendo mali ſit, quam in ipſo illo, quod timetur, deſino: præſertim cum impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit. Sed hæc ſatis multa, vel plura potius, quam neceſſe fuit: facit autem non loquacitas mea, ſed

multi quem dicam. HENR. STEPHANVS. *Vidiſſe me prius quam ceteros*) Sic prima editio, Pall. pr. tert. Grut. Vatican. (nam ceteros conſulere hic deſino, tempori conſulens meo) alias omnes, *vidiſſe me plus*. Paullo poſt, ex iiſdem codicibus, item editione Victorii, ejuſque compilatore Lambino repoſui, *cum cupiebam quamvis iniqua conditione pacem*. Aliter quam ſupra lib. V. epiſt. 21. *Quavis tuta conditione pacem accipere*: ſed ibi alia quoque res erat. GEBHARD. *Vidiſſe me plus*) Hunc lectionem optimarum editionum tuetur primus meus codex, reliqui habens *prius*, quod temere receperit Gebhardus. *Videre plus* Ciceroni eſt magis ſapere, rectius conſulere. Philipp. II. *Cum me vidiſſe plus fateretur, ſe ſperaviſſe meliora*. Id. pro Leg. Manilia: *Sin autem plus tum in republica vidiſtis*. Terent. Heaut. III. 2.

Ita comparatum eſſe hominum naturam omnium,
Aliena ut melius videant, & dijudicent
Quam ſua. GRAEV.

Tamen in hac inani prudentiæ laude delector) Sic Pal. tert. Grut. Vatic. editio prima, ac Victorii: (nec non Mentel. Amſtelod. & Grævii duo) vulgo *in* abeſt, non bono exemplo. GEBH.

Acta jam vita) Exacta & conſummata fere. X. ad Att. ep. 4. Oratio Cottæ apud Sall. in Incertis: *Cui miſero, acta jam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet*: ſic libri veteres; vulgo *ſenecta*. Sed illa etiam propter proxima hic legi meretur. CORT.

Quo nos natura i. p. perduxit) Sollenne ſolatium mortis, quo ii maxime uſi ſunt, qui eum periculo mortis aliquid agere debuerunt. Adfero exempla ad ea Sall. Iug. c. 106. *manſuetum potius, quam turpi fuga &c.* ID.

Poſtremo is vir) Pompeius. CONRADVS.

Vel etiam ii viri) L. Domitius, L. Lentulus, & alii. ID.

Ut impudentia videatur) Videtur legendum, *ut impudentis videatur*. LAMBINVS.

Plus in metuendo mali) Vere dictum, & de omnibus animi lubidinibus valet, quod in ſe potius, quam in rebus extra ſe poſitis bonum & malum maximum habeant. Quinct. Declam. XI. c. 8. Quo pertinet illud Senecæ ep.

ſed benevolentia longiores epiſtolis. Servium diſceſſiſſe Athenis molestè tuli: non enim dubito, quin magnæ tibi levationi ſolitus ſit eſſe quotidianus congreſſus, & ſermo cum familiariſsimi hominis, tum optimi & prudentiſsimi viri. Tu velim te, ut debes & ſoles, tua virtute ſuſtentes. Ego, quæ te velle, quæque ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe diligenterque curabo: quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non adſequar. Vale.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

A. Cæcinam, qui non modo contra Cæſarem pro Pompeio pugnaverat, verum etiam illi, edito libro, maledixerat, patria carentem conſolatur, beneque ſperare jubet de fortunis ſuis ac de ſeipſo. In extrema epiſtola pollicetur officia ſua, tamquam Cæcinæ meritis, & vetuſtæ debita neceſſitudini. Scripta videtur paullo ante, quam Cæſar in Hiſpaniam contra Pompeii liberos iret: nam de vivo Marcello & reſtituto, in ſequentibus litteris mentio fit; Marcellus autem reſtitutus eſt poſt bellum Africanum; interfectus, cum in Hiſpania pugnaretur: quod ſuo loco jam probavimus.

M. T. C. A. CÆCINÆ S. D.

QVotieſcumque filium tuum video (video autem fere quotidie) polliceor ei ſtudium quidem meum & operam, ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem, atque auctoritatem, cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque poſsim, Liber

ep. 22. *Nemo tam timidus eſt, ut malit ſemper pendere, quam ſemel cadere.* Quare & quidam opinati ſunt, Cæſarem *inſidias undique imminentes ſubire ſemel confeſſum, ſatius eſſe, quam cavere ſemper*, Sueton. Cæſar. c. 86. CONTIUS.

Tu velim te te ut deb.) Ita Palat. tert. Grut. Stewechianus, vulgo *te velim te, ut debes*: illud efficacius. GEBH. *Tu velim te, ut debes*) Sic meus primus: & Meurel. Amſtelod. vero, *te te*, ut & tres alii, quos inſpexit Gebhardus. GRAV.

EPI-

Liber tuus & lectus eſt, & legitur a me diligenter, & cuſtoditur diligentiſsime. Res & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ ſunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi & melicres videntur, multiſque video magnæ eſſe curæ, quorum de ſtudio, & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe certo ſcio. His autem de rebus, quas conjectura conſequi poſſumus, non mihi ſumo, ut plus ipſe proſpiciam, quam te videre atque intelligere mihi perſuaſerim: ſed tamen, quia fieri poteſt, ut tu ea perturbatiore animo cogites, puto eſſe meum, quid ſentiam, expouere. Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus, ut non poſsit iſta aut tibi, aut ceteris fortuna eſſe diuturna, neque hærere in tam bona cauſa, & in tam bonis civibus tam acerba injuria. Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum aliis communia), accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium ſummamque virtutem: cui mehercules hic, cujus in poteſtate ſumus, multum tribuit. Itaque ne punctum quidem temporis in iſta for-

EPISTOLA V.

Liber tuus) Epiſt. 7. hujus libri. LAMB. CORR.

Quæ quidem quotidie faciliores mihi & melicres videntur) Hoc eſt, lætiores. Liv. XXIII. cap. 11. *Tum ſi ita fortis Romani, veſtræ res meliores facilioreſque erunt*: utroque loco male nonnulli ſubſtituerunt *feliciores*. Vide ad hunc Livii locum notas Gronovii. GRÆV.

Vt tu ea perturbatiore animo cogites) Forte Cicero ſcripſit, *ut tua ea perturbatiore animo non cogites*: ut ea tibi mœrore perturbato non occurrant, non in animum veniant. Nam hac ſententia uſus eſt quoque alibi. IDEM.

Ea natura rerum eſt) Epiſt. ſequ. CORRAN.

Vt non poſſit iſta aut tibi, aut ceteris fortuna eſſe diuturna) Ep. 13. lib. IV. IDEM.

Quare ad eam ſpem quam extra ordinem) Hic locus plane mendoſus & inexplicabilis eſt in libris omnibus & veteribus, & MSis; ſic enim in illis ſcriptum eſt: *Quapropter ad eam ſpem, quam de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem & virtutem tuam, (hæc enim &c.) ſed etiam accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium, ſummamque virtutem, &c.* LAMBIN. *Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem*) Hic locus, ut edidimus, eſt in editione Victorii, & Palatino primo. (quibus accedunt Grævii primus, & Amſtelodam.) Tertius vero, *quam ex ordine*: & poſt ſicut quoque Grut. *per* non *propter*. Stephan. leg. contendebat, *quare adi eam ſpem*; & *ipſi*, non *ipſa*. GERHARD. *Extra ordinem*) Singularem, præ illis, qui ſunt tui *ordinis* atque conditionis. Sæpiſſime ita Suetonius: Vell. Paterc. *extraordinaria ſperare dixiſſet, ut reformidare*. Sed meliores illud alterum amplectuntur. CORR.

Eximium ingenium ſummamque virtutem) Legendum: Summam eruditionem. II. de Div. 63. *Et ingenio præſtanti & eruditione perfecta*. I. F. GRON.

fortuna fuiſſes, niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe violatum putaſſet: quod ipſum lenitur quotidie, ſignificaturque nobis ab iis, qui ſimul cum eo vivunt, tibi hanc ipſam opinionem ingenii apud ipſum plurimum profuturam. Quapropter primum fac animo forti atque magno ſis; ita enim natus, ita eductus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum ſit: deinde ſpem quoque habeas firmiſſimam propter eas causas, quas ſcripſi. A me vero tibi omnia, liberiſque tuis paratiſſima, eſſe confidas, velim. Id enim & vetuſtas noſtri amoris, & mea conſuetudo in meos, & tua multa erga me officia poſtulant.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Excuſat litterarum tarditatem: tum inducit divinationem quamdam a Cæſare ipſo, & rerum temporumque natura ſumtam: poſtremo conſolatur eum propoſita fortitudinis laude, conſcientia recte factorum, delectatione litterarum, calamitate ducum vel recentium vel veterum, perturbatione reip. Eodem anno, atque etiam ante proximam ſuperiorem.

M. T. C. A. CÆCINÆ S. D.

VEreor, ne deſideres officium meum, quod tibi pro noſtra & meritorum multorum, & ſtudiorum, & partium conjunctione deeſſe non debet: ſed tamen vereor, ne lit-

Significatur nobis ab iis) Balbo & Oppio. CONRAD.

Ita educatus, ita doctus es) Sic habent omnes libri vulgati: nec aliter edidit P. Victorius. Sed cod. Memmiani tres, & alii nonnulli habent, *ita eductus*: quod probo. LAMBIN. *Ita eductus, ita doctus*) Sic recte ex Memmianis Lambinus: vulgo *educatus*. in editione antiqua eſt *ductatus*. GRUTER. Alii tamen codices Græv. pr. Amſtelodam. Mentel. Pall. omnes habent *edutatus*. GRÆV. *Ita eductus*) Sic Græv. MSus pro *educatus*. Liv. XXI. 43. *In prætorio patris clariſſ. imp. prope natum, certe eductum*. Ter. Eun. I. II. 37. *Cœpit ſtudioſe omnia docere, educere, ita ut ſi eſſet filia*. I FR. GRON.

EPISTOLA VI

Vereor ne deſideres) Sic legendum, non, ut vulgo, *non vereor*. LAMBINVS.

Studiorum & partium) In codicibus etiam regiis deeſt conjunctio, unde Manu-

litterarum a me officium requiras, quas tibi & jam pridem, & ſæpe miſiſſem, niſi quotidie melius exſpectans, gratulationem, quam confirmationem animi tui complecti litteris maluiſſem. Nunc, ut ſpero, brevi gratulabimur. Itaque in aliud tempus id argumentum epiſtolæ differo. His autem litteris animum tuum, quem minime imbecillem eſſe & audio, & ſpero, etſi non ſapientiſsimi, at amiciſsimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis quidem verbis, quibus te conſoler ut afflictum & jam omni ſpe ſalutis orbatum; ſed ut eum de cujus incolumitate non plus dubitem, quam te memini dubitare de mea. Nam cum me ex rep. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt, memini me ex multis hoſpi-

Manutio videtur legendum *ſtudiorum partium*. Supra nonnulli addunt negantem particulam ante vocem *vereor*, ſed invitis codicibus, & ſenſu recuſante. LALLEM.

Quas tibi & jam pridem & ſæpe miſiſſem | Mutilatus locus, cui tamen nihil curant libri veteres. Pal. prim. *Quas tibi etiam pridem eſſe dimiſiſſem.* (ſic & Græv. prim. & Mentel.) Pal. tert. Stewech. (ut & Amſtelodam.) *etiam pridem Eſedi miſiſſem*: ſic quoque Grut. unica littera auctius *eſcais*. Videndum ne loci nomen delit; vulgata autem lectio debita eſt Egnatio, cujus emendationem ed orant primæ editionis poſitam exſcribo fidei cauſa, *quas tibi jam pridem eſſedi miſiſſem*: Ita repoſitum eſt in libris recentioribus omnibus. Et non video quo ſenſu, quod ad *eſſedum*. Is vetus (Medicæum intelligit) corruptus quidem eſt; habet enim, *quas tibi & jam pridem & ſe demiſiſſem*. Ego (ait porro Egnatius) una tantum littera *d* in *p* mutata, fuit enim inverſa, ſic lego collimans ut puto ad ſcopum: *Quas tibi & jam pridem, & ſæpe miſiſſem*. Veneta editio antiquiſſima, *pridem e ſedi miſiſſem*. In ea ſtatim altera ab initio, *& ſtudiorum & partium conjunctione*, legunt cum Victorio vulgatæ: ſed Pal. pr. tert. Grut. Stewech. (nec non Græv. prim. & Mentel.) poſteriorem copulam omittunt &. Palat. quoque tertius (& pr. Græv.) *pertum*. Mihi libuit hic mirari vel temeritatem, vel credulitatem Manutianam *ſtudiorum pariam* admittentis. GERHARD.

Sed tamen vereor | Eſt quædam quaſi Epanalepſis, non contrariorum Oppoſitio; ſed per interjecta poſt primum *Vereor* particulæ illæ Adverſativæ neceſſariæ reddunter, ut in aliis: vide IV. ep. 3. notas. Particulam vero *ſed* ſæpe inceptivam eſſe, & denotare *Atque* notat bene Donatus ad Terent. Andr. A. II. Sc. 1. v. 10. CORR.

Id argumentum epiſtolæ differo | Sic Victor. & Vatic. (Græv. prim. Mentel.) codex, & Grut. a ſecunda manu. Pal. vero pr. & Gruterianus a prima manu, *in argumentum epiſtolæ differet*: cum alias Pal. tert. *in argumentum epiſtolæ differretur*. Stewech. *differret*, vulgo *differretur*. GERHARD.

Quem minime imbecillem eſſe) Vulgo *imbecillum*. ſed noſtram accepi ex editionum antiquiſſima ac prima, Pal. tert. Grut. Stewech. IDEM.

Et omni ſpe ſalutis orbatum) Sic meus primus, Stewech. altique: vulgo: *Et jam omni ſpe ſalutis orbatum*. GRÆV.

Cum me ex republica expuliſſent ii) Clodius, Pito, & Gabinius. GERHARD. Tum Cæſar, Pompeius, Craſſus. GRÆV.

hoſpitibus, qui ad me ex Aſia, in qua tu eras, venerant, audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quædam Tuſcæ disciplinæ, quam a patre, nobiliſsimo atque optimo viro acceperas, non fefellit, ne nos quidem noſtra divinatio fallet, quam cum ſapientiſsimorum virorum monumentis atque præceptis, plurimoque, ut tu ſcis, doctrinæ ſtudio, tum magno etiam uſu tractandæ reip. magnaque noſtrorum temporum varietate conſecuti ſumus. Cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obſcuris rebus tamque perturbatis umquam omnino fefellit. Dicerem, quæ ante futura dixiſſem, ni vererer, ne ex eventis fingere viderer. Sed tamen plurimi ſunt teſtes, me & initio, ne conjungeret ſe cum Cæſare, monuiſſe Pompeium; & poſtea, ne ſejungeret: conjunctione frangi ſenatus opes: dijunctione civile bellum excitari videbam. Atque utebar familiariſsime Cæſare, Pompeium faciebam plurimi: ſed erat meum conſilium cum fidele Pompeio, tum ſalutare utrique. Quæ præterea viderim, prætereo. Nolo enim hunc de me optime meritum exiſtimare, ea me ſuaſiſſe Pompeio, quibus ille ſi paruiſſet, eſſet hic quidem clarus in toga & princeps; ſed tantas opes,

Ad me] Exſulem. CORRAN.

In qua tu eras] Negotiabaris. INEM.

Ratio quædam Etruſcæ diſciplinæ] Duo Pall. Grut. Peck. Amſtelod. Mentel. GRÆV. ſec. *ratio quædam vetuſtæ diſciplinæ*. Propius abſunt a ſcriptura vera duo Guilielmii codd. *ratio quædam hujuſce diſciplinæ*; legendum enim, ut in meo primo habetur, *ratio quædam Tuſcæ diſciplinæ*. Eſt autem *Tuſca diſciplina* ars divinandi, ut notum. Sic *Teſci libelli* Iuven. Sat. XIII. *Et Tuſcis digna libellis*, & *Tuſcus augur*. GRÆV.

A patre] Qui fortaſſe originem habuerit ab eo Cæcinna Volaterrano, qui augurum princeps fuit. CORRAD.

Ne conjungeret ſe cum Cæſare monuiſſe Pompeium, & poſtea ne ſejungeret] Nota eſt vox illa: *Vtinam, Cn. Pompeii, cum C. Cæſare ſocietatem aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes*. CORRAD. Mei libri primi ſcripturam, & hic ſaniorem puto, quæ præ ſe fert: *Ne conjungeret ſecum Cæſarem monuiſſe Pompeium*. Orat. pro Quint. *In quicum tr aut voluntas congregavit, aut fortuna conjunxit*. GRÆV.

Nolo enim hunc] Cæſarem. CORRAD.

Ea me ſuaſiſſe Pompeio] Duo: unum, ne quinquennii imperium Cæſari prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri, ut abſentis ejus ratio haberetur. INEM.

Clarus in toga & princeps] *Principes* libera Rep. erant, qui rebus geſtis & propterea gloria & auctoritate uni omnium maxime excellebant. Sic Pompeius *princeps* vocatur Orat. de Haruſp. Reſp. & Vellei. Pat. II. c. 53. *Principes Romani nominis*. Differt itaque quidem a *Principe Senatus*; ſed quia ex Senatu plurimi fuerunt, qui maxime benefecerunt Reip. accidit, ut haud raro confundantur utrique. Sed Ciceronis locus I. ad Att. ep. 13. hic memo-

pes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hiſpaniam cenſui; quod ſi feciſſet, civile bellum nullum omnino fuiſſet. Rationem haberi abſentis non tam pugnavi, ut liceret, quam ut cum ipso conſule pugnante populus jufſerat haberetur. Cauſa orta belli eſt; quid ego prætermiſi aut monitorum, aut querelarum, cum vel iniquiſsimam pacem juſtiſsimo bello anteferrem? Victa eſt auctoritas mea, non tam a Pompeio (nam is movebatur), quam ab iis, qui duce Pompeio freti peropportunam & rebus domeſticis, & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant. Suſceptum bellum eſt, quieſcente me: depulſum ex Italia, manente me, quoad potui: ſed valuit apud me plus pudor meus, quam timor: veritus ſum deeſſe Pompeii ſaluti, cum ille aliquando non defuiſſet meæ.

memorandus: *& ille ſecundus in dicendo locus habet auctoritatem pæne principis*: qui propter eos notandus, quibus *princeps ſenatus*, & *princeps ſententiæ* uni iidemque ſunt. Sic habemus apud Cæſar. IV. Gall. c. 11. *Vbiorum princeps*; & V. c. 4. *Trevirorum principes* propria hujus vocis notione. CORT.

Eundum in Hiſpaniam cenſui) Pompeio in ſuam provinciam, quæ in quinquennium ei data erat. GRAV.

Civile bellum nullum omnino fuiſſet) Nam Cæſar dimiſſo exercitu, ad comitia veniſſet. CONRAD.

Rationem haberi abſentis) Hoc eſt, ut abſens inter candidatos conſulatus reciperetur. *Ratio illius* dicitur *haberi* qui in numerum candidatorum recipitur, cui licet petere magiſtratum. Eſt proprium in hac re loquendi genus. Liv. XXVII. *Si ſuum nomen dictator occiperet, comitiis interceſſurum, ſi aliorum præterquam ipſius ratio haberetur, comitiis ſe morem non fecere.* Flor. IV. 2. *Nec ille abnuebat ſi ratio ſui proximis comitiis haberetur.* Suet. Cæſ. XVIII. *Sed cum edictis jam comitiis, ratio ejus haberi non poſſet.* Vitur & Cicero ſæpe in aliis locis: vid. Briſſon. de Form. lib. II. GRAV.

Ipſo conſule) Pompeio ſolo. CORR.

Populus jufſerat) Decem trib. pleb. ferentibus. IDEM. Populus proprie dicitur *jubere*, cum aliquid in comitiis ſuis ſuffragiis comprobat. Hinc ſollemnis formula ferentium aliquid ad populum, *Velitis, jubeatis, Quirites*. Vide Briſſon. lib. II. de Form. GRAV.

Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem) Lib. IV. ep. 9. CONRADVS.

Peropportunam e. r. domeſt.) Peſſimum genus hominum, quod turbis alitur, & ex novis rebus remedium æri alieno & cupiditatibus ſuis quærit. Harum enim rerum cauſa ſæpe inter homines bella fuere: nec aliunde cauſas Belli Catilinarii derivat Criſpus, quem vide c. 15. ſeqq. & c. 37. CORT.

Manente me) In ora maritima. CORRAN.

Cum ille aliquando non defuiſſet meæ) Al. *aliquando defuiſſet*: cum nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſublevabat quidem. IDEM. *Cum ille aliquando non defuiſſet meæ*) Ex loco ſimili in epiſtola ad Atticum, puto legendum eſſe, *cum ille aliquando defuiſſet meæ*. VRSIN. Omnes libri, *cum ille aliquando non defuiſſet meæ*: quo moneo, ne quis facile accedat Vrſino, negationem temere ejicienti. GRON.

meæ. Itaque vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. Quo in bello nihil adverſi accidit, non prædicente me. Quare cum ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurii & divinationis meæ, debebit habere fidem noſtra prædictio. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu ſiniſtro oscinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniviis tibi auguror: ſed habeo alia ſignа,

In fabulis Amphiaraus) Sciens ſe terræ hiatu abſumtum iri, ad bellum Thebanum profectus. GORRAD.

Ex meis ſuperioribus prædictis) Hoc eſt, vaticiniis. Plin. II. Hiſt. Nat. c. 27. *Prædicta augurum*. Iuſt. XII. 13. *Ibi ab Anaxarcho Philoſopho compulſus eſt rurſus Magorum prædicta contemnere.* Perſ. Sat. V.

Inceſſere Deos inſtantes corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaveris alli.

Hoc eſt, quod ſuperſtitionis cauſa guſtandum erat. GRAV.

Debebit habere fidem noſtra prædictio) Hoc melius ex Pal. pr. Vaticano atque editione Victorii: vulgo *debet*. GERHARD. *Debebit*) Sic MSi, etiam Græevii primus. Eſt autem elegans idiotiſmus, cujus hæc ſententia, quantum certis conjecturis adſequi poſſum, vera ſunt quæ tibi prædico: nemini, cui ſana mens eſt, dubitandum eſt aut dubitare poteſt de noſtris prædictionibus, cum earum fidem tot documentis aſſeruimus. Petron. *Hic boni neſcio quid debet eſſe*. GRAV.

Ex alitis) *Aves quaſdam* (inquit alibi) *& alites, & oſcines, ut noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſa eſſe natas putamus*. CORRAD.

Volatu) *Prepetis omina pennæ*, dixit Poeta. IDEM.

Ex cantu) *Et volucrum linguas*, dixit idem. IDEM.

Siniſtro) Proſpero. Nam Latinis ſiniſtra videtur, Grajis, & barbaris dextra meliora. IDEM.

In noſtra diſciplina) Augurali. IDEM.

Ex tripudiis ſoliſtimis) Quæ fiunt, cum quid ex ore pulli io ſolum cecidit: quæ tamen hic, & lib. II. de Divinatione, ab augurali diſciplina excludere videtur. IDEM.

Aut ſoniviis) Ipſe priſcam, quam reſtitui, vocem ex priſcis erui exemplaribus. Poſſe autem fieri arbitror, ut in Augurali diſciplina quædam *tripudia ſonivia* appellata ſint: ſed hæc tam obſoleta ſuot propter vetuſtatem, & diverſos ritus, ut penitus incognita ſint. Vocem certe hanc Sex. Pompeius exponit, *Sonivio* inquiens, *ſonanti*. Nam vulgata lectio procul dubio falſa, & inepta eſt: nec enim hic de divinatione per *ſomnia* agit, quæ etſi ſit (de ea enim Artemidorus Græce copioſe ſcripſit,) non tamen de hac intelligit: loquitur enim de Augurali diſciplina, & ut ipſe augur, & ut ad Etruſcum hominem, & Etruſcæ diſciplinæ peritum ſcribens. Ego alibi hanc vocem non inveni, nec mirum eſt rerum tam priſcarum, ac ne umquam quidem vulgatarum & communium vocabula penitus ignorari. Quod ſi etiam apud alios auctores hoc omen fuit, fortaſſe quia non intellectum, ut depravatum deletum eſt: oonnullæ enim hujuſmodi voces niſi e veteribus, & non contaminatis exemplaribus reſtituantur, obliteratæ ſunt, & e finibus Latinæ linguæ ejectæ & expulſæ. Videndum tamen accuratius, an hujus vocis certior ulla ratio, & ſigni-

gna, quæ obſervem; quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent vel obſcuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum ſigna duplici quadam via: quarum alteram duco a Cæſare ipſo, alteram e temporum civilium natura atque ratione. In Cæſare hæc ſunt: mitis clemenſque natura, qualis exprimitur præclaro illo libro Querelarum tuarum. Accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale eſt tuum, delectatur: præterea cedit multorum juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambitioſis volun-

ſignificatio haberi poſſit. Nam quod paullo ſupra nos ſcripſimus *involatu* pro *volatu*, ex antiquo etiam codice accepimus. VICTOR. *Aut ſomniis*) Excubabant antiqui in templis ſomniandi cauſa, quia vera quietis oracula ducebant. Etſi quidam hoc loco *ſonivii* legunt. CONRAD. *Aut ſonivii*) Recte ſic Mediceus codex, modo commitras *ſoni vii*: neque aliter Vaticanus: quod optimus P. Victorius obſervavit primus; cupideque, ſed tamen diſſimulato auctore, ſuſtulit Lambinus: vulgo *ſomniis*. Sed quid *ſomnia* cum Auguribus: videatur Feſtus, ejuſque Caſtigator Scaliger. Ego puto profecto mutum fuiſſe Manutium, aut qui ad tam bona nullum habere ſenſum potuerit; aut adeo livore cæcum, ut noluerit. GERHARD. Feſtus: *Sonivio ſignificat in carmine, item in commentario augurali ſonanti*. Idem: *Sonivium tripudium dicitur, ut ait App. Pulcher, quod ſonet, ut cum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore*. Plinius de nucibus juglandibus: *Quæ cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt verosimilius, quam quia cadendo tripudium ſonivium faciant*. Manifeſto errore legitur in vulgatis Plinianis, *ſonumve faciant*. Servius Danielis in illud, *Tremere omnia viſa repente*: *Hoc augurium*, inquit, *juxta auguralem diſciplinam dictum eſt, quod appellatur tripudium ſonivium: id eſt, a ſonu. Ad quod pertinet, ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat, quod hic Æneæ factum oſtendit, antequam voce divina reſponſa perciperet*. Ios. SCALIGER. His autem auſpiciis credebant non ſecus ac oraculis, adeo ut Græci augurium avium Οἰωνοπτὰν, id eſt, *oraculum*, dixerint, Apoll. Rhod. lib. I. Argon. v. 66. Sunt quoque aves quædam certo hominum generi proſperæ vel infelices. *Pelicanus* bonum omen eſt fabris, Antonin. Liberal. c. 11. *Ἰυγξ* avis boni ominis euntibus ad venatum: Idem c. 22. *Upupa* eſt auſpicata & terra & mari: Idem c. 11. κόλοιοι, λάροι &c. Sunt item boni auſpicii: Id. c. 19. *πέρνης* gratiſſima Diis hominibuſque avis: *nycticorax* eſt κακαγγελὸς, Id. c. 15. ut & *λάγως* c. 21. ac *vultur* ibid. Aves nonnullæ futuram tempeſtatem prædicunt. Vide Scalig. ad Varr. p. 36. Quia autem aves frequenter auſpicia faciebant, hinc *δύσορνις* pro *inauſpicato* ſumitur apud Eurip. in Hippolyto v. 759. & quia ſedentes avium volatus, ſeu de cælo, ſervabant, hinc Græci eleganter *ἐπ' ὄρνιϑι καθεζόμενος ἐξετάζειν*, Ælian. lib. VIII c. 5. de Animal. qua in phraſi corruptum Plutarchum in Marcello corrigit vir ſummus Is. Caſaubonus ad Suetonii Auguſt. c. 95. Ita apud Ælian. V. H. lib XVI. c. 43. *καθῆσο ἐπὶ κυβείοις*, *conſederat ad teſſeras*. CUPER.

Præclaro illo libro) Sic Pall. pr. tert. Gruter. editio prima: vulgo *præclare*. GERHARD.

Cedit multorum juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambitioſis voluntatibus) Hoc eſt, facile patitur Cæſar. ſe exorari ab iis, quos juſtæ cauſæ, & officii ratio pro parentibus, cognatis, patronis & amicis intercedere compellit, non vero ab iis, qui nulla in-

voluntatibus. In quo vehementer eum conſentiens Etruria movebit. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt? Quia non putat ſe ſuſtinere cauſas poſſe multorum, ſi tibi, cui juſtius videtur irasci poſſe, conceſſerit. Quæ eſt igitur, inquies, ſpes ab irato? Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes suas, e quo ſit leviter adſperſus. Poſtremo homo valde eſt acutus & multum providens: intelligit te hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobiliſsimum, & in communi rep. cuivis ſummorum tuæ ætatis vel ingenio, vel gratia, vel fama, populi R. parem, non poſſe prohiberi rep. diutius. Nollet hoc temporis potius eſſe aliquando beneficium, quam jam suum. Dixi de Cæſare: nunc dicam de temporum rerumque natura. Nemo eſt tam inimicus ei cauſæ, quam Pompeius animatus melius, quam paratus ſuſceperat, qui nos malos cives dicere aut homines improbos audeat. In quo admirari ſoleo gravitatem, & juſtitiam, & ſapientiam Cæſaris. Numquam niſi honorificentiſsime Pompeium appellat, at in ejus personam multa fecit aſperius. Armorum iſta & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. At nos quemadmodum eſt complexus? Caſsium ſibi legavit, Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ, Marcellum, cui maxime ſuccenſebat, cum ſumma

la induſti ratione, aut ſaltem favoris aucupandi gratia pro aliis ſupplicant. GRAV.

Conſentiens Etruria] Pro te, qui Volaterranus es, rogans. CORRAD.

In parte Italiæ minime contemnenda] Etruria. IDEM.

Non poſſe prohibere republ. diutius] Sic eſt in Pal. prim. Grut. Vatic. editione Victorii. Lambinus ne non nihil novaret *prohiberi* edidit. Stewech. *prohiberi rep.* vulgo, *prohibere a rep.* GERNARD. *Non poſſe prohiberi republicæ*] Sic optimus meus liber, ut & Stewechianus, & quos Lambinus vidit. GRAV.

Temporis potius eſſe] Dum tempora incidere poſſunt, quibus neceſſario coactus tibi concedere debeat. Criſp. Cat. c. 51. Vt hic *temporis beneficium*, ſic V. epiſt. 16. dixit *temporis medicinam*. CORT.

Quam paratus] Sæpe de eo conqueritur Tullius & in his, & in ad Atticum epiſtolis. VII. ad Att. ep. 13. ducens ἀπαρασκεύατον vocat: & de eo, quam fuerit *imparatus*, mira legas ibidem, & VIII. ep. 3. IDEM.

At nos] Pompeianos quidem, ſed jam reſtitutos. CORRAD.

Caſſium] C Caſſium. IDEM.

Brutum] M. Brutum, qui poſtea conſpiravit cum Caſſio contra Cæſarem, lib. XIII. epiſt. 10. illum autem præfecit Galliæ Ciſalpinæ, cum ad bellum Africanum profecturus eſſet. IDEM.

Sulpicium] Serv. Sulpicium. IDEM.

Græciæ] Achaiæ. IDEM.

Marcellum] Lib. IV. ep. 4. IDEM.

Rerum

ma illius dignitate reſtituit. Quo igitur hæc ſpectant? Rerum hoc natura, & civilium temporum non patietur, nec manens nec mutata ratio feret, primum ut non in cauſa pari eadem ſit & conditio & fortuna omnium: deinde, ut in eam civitatem boni viri & boni cives nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reverterunt. Habes augurium meum, quo, ſi quid addubitarem, non potius uterer, quam illa conſolatione, qua facile fortem virum ſuſtentarem: te, ſi explorata victoria arma ſumſiſſes pro rep. (ita enim tum putabas) non nimis eſſe laudandum: ſin, propter incertos exitus eventuſque bellorum, poſſe accidere ut vinceremur putaſſes, non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, adverſam ferre nullo modo poſſe. Diſputarem etiam, quanto ſolatio tibi conſcientia tui facti, quantæve delectationi in rebus adverſis litteræ eſſe deberent. Commemorarem non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium vel ducum, vel comitum tuorum graviſsimos caſus. Etiam externos multos claros viros nominarem. Levat enim dolorem communis quaſi legis, & humanæ conditionis recordatio. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba quantaque in confuſione rerum omnium viveremus: neceſſe eſt enim minore deſiderio perdita rep. carere, quam bona. Sed hoc genere nihil opus eſt: incolumem te cito, ut ſpero, vel potius ut perſpicio, videbimus: interea tibi abſenti, & huic qui adeſt, imagini animi & corporis tui, conſtantiſsimo atque

Rerum hoc natura, &c.) Videtur legendum: *Rerum hoc natura non patietur: civilium temporum nec manens nec mutata ratio ferrt, &c.* LAMBIN. *Nec manens nec mutata ratio feret*) Amicus meus legebat, *nec communis vitæ ratio feret*: nimis a vulgata ſcriptura recedens. VRSIN.

Ita enim putabas) Scilicet te bellum gerere pro republica contra tyrannum. GRAV.

Communis quaſi legis) Fati atque neceſſitatis: ſtatus propterea & conditionis. Seneca I. Controv. p. 66. *ſuti maligna lex*. Et ſic *jus* pro eo, quod ex jure deſcendit, Sall. Iug. c. 3. Triſte hujuſmodi ſolatium innuit etiam Seneca Thyeſte A. IV. CORT.

Imagini animi & corporis tui) Rara, ut etediderunt olim, felicitate. Catullus Carm. LX. v. 216. & 221. Putabant autem ſimilitudinem liberorum indicium eſſe caſti conjugii. Martial. VI. Epigr. 27. De quo toto negotio vide inter multos Ariſtotel. IV. de Gener. Animal. c. 3. Plinium VII. c. 12. & Lactant. de Opif. D. c. 12. Sic & Sidon. VII ep. 13. Rutil. Itiner. I. v. 601. IDEM.

Fami-

atque optimo filio tuo, ſtudium, officium, operam, laborem meum jampridem & pollicitus ſum, & detuli: nunc hoc amplius, quod me amiciſsime quotidie magis Cæſar amplectitur: familiares quidem ejus, ſicuti neminem. Apud quem, quidquid valebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi. Tu cura, ut cum firmitudine te animi, tum etiam ſpe optima ſuſtentes.

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Excuſat Cæcina filium, quia Ciceroni librum ſero reddiderit. Queritur, ſibi Cæſarem iraſci, quod in eum ſcripſerit, cum ignoverit omnibus, qui deos venerati ſint contra ejus ſalutem. Rurſus, omiſſam repetit libri ſui mentionem: & quam parce quamque timide tum de ipſo Cicerone, tum etiam de Cæſare ſcripſerit, diligenter oſtendit. Non iturum in Aſiam, ſuadente Cicerone ut in Sicilia commoretur, confirmat. Petit, ut ſibi venia poteſtaſque redeundi a Cæſare impetretur. Librum cuſtodiri cupit, aut ita emendari, ne, ſi exeat, ejus rationibus obeſſe poſſit.

A. CÆCINA M. CICERONI S. D.

QVod tibi non tam celeriter liber eſt redditus, ignoſce timori noſtro, & miſerere temporis. Filius, ut audio, pertimuit (neque injuria) ſi liber exiſſet, cum non tam intereſt, quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur, ne ea res inepte mihi noceret; cum præſertim adhuc ſtili pœnas dem. Qua quidem in re ſingulari ſum fato:

Familiares) Subaudi, amplectuntur me. Familiares Cæſaris, iidemque amici Ciceronis, Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Marius, &c. CELL.

Cum firmitudine te animi, tum etiam ſpe optima ſuſtentes) Sic optimus codex Pal. primus; (ut & Græv. pr.) ſicque edidit accuratiſſimus P. Victorius. Pal. tert. Grut. (nec non Amſtelod.) editio prima paucis immutatis, *tum firmitudine animi te, tum etiam*. Sic quoque edendum eſſe dudum cenſuit Ioannes Rivius. Vulgo interpolatitie: *Vt cum fortitudine animi tui te, tum etiam ſpe optimorum ſuſtentes*. GEBHARD.

Epi-

fato: nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur, ſtultitia fama multetur, meus error exſilio corrigitur: cujus ſumma criminis eſt, quod armatus adverſario maledixi. Nemo noſtrum eſt, ut opinor, quin vota victoriæ ſuæ fecerit; nemo, quin, etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipſo tempore, ut quam primum Cæſar ſuperaretur, optaret. Hoc ſi non cogitat, omnibus rebus felix eſt: ſi ſcit & perſuaſus eſt, quid iraſcitur ei, qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa deos venerati ſint contra ejus ſalutem? Sed, ut eodem revertar, cauſa hæc fuit timoris: ſcripſi de te parce medius fidius & timide, non revocans me ipſe, ſed pæne refugiens

EPISTOLA VII.

Stultitia fama multetur) Meus optimus liber, *ſtultitiam fama mulcet*: legendum videtur, *ſtultitiam fama multet*. GRAV. Si facile perſuaderi poſſet, vel unicum librum contra omnes reliquos veram lectionem tenere, arriperem h. l. id, quod in uno Grævii apparet, *ſtultitiam fama mulcet*: neque plane eum Grævio ſcriberem *multet*; cum alterum æque probum ſit, & aeeommodatum huic loco. Imo melius: ſi *mulcare* eſt lædere, lacerare, quemadmodum *lacerare maledictis*, & contra *fama integra* elegantiſſime dicuntur. Vide de verbo, ut brevi defungar, Lambin. in C. Nep. Annib. c. 3. Gronov. ad Liv. XXVIII. c. 30. Grævium ad Sueton. Cæſar. c. 17. & Waſſeum ad Porcii Latron. Declamat. in Cat. c. 6. Librarios autem mutatum genus dicendi in *tollatur* & *mulcet* impulerit ad mutandum. Sed ſimilia adſero ad illa Critpi Cat. c. 53. *Sciebam contendiſſe*: *cognoveram*, *bella geſta*. CORT.

Vota victoriæ ſuæ fecerit) Propter victoriam ſuam, vel, *pro victoria*, ut alii loquuntur. Claud. III. Rapt. v. 64. Sueton. Aug. c. 10. Operæ pretium eſt, legiſſe *votum* illud *victoriæ* apud Homer. Iliad. H. v. 195. Io.

Qui multa Deos venerati ſint contra ejus ſalutem) Hoc eſt, qui ſæpe Deos precati ſunt, ut ipſum perderent. *Venerari Deos* frequens eſt, præſertim Comicis pro *precari*. F. Vrſinus in libro manuſcripto ſe reperiſſe ait: *Qui multa Deos venerati, multa precati ſint contra ejus ſalutem*. GRAV.

Non revocans me ipſe, ſed pæne refugiens) Hoc eſt, non quod priſtinam meam de te ſententiam mutarim, ſed quod pæne invitus mihi vim intulerim in tam parce ſcribendo de te contra animi mei ſententiam metu ſubactus. In Grævii primo libro legitur *ſed fugiens*. Io. *Non revocans me*) Optime Cellarius amici ſui Grævii explicationem ſequitur: ſed quæ verbis *revocans* & *refugiens* non ſatisfacit. Differunt illa gradu retentionis: *revocans* eſt *retrahens* me a more meo leviter; at *refugiens* eſt, qui plane *deſerit* ſe, alius eſt & omnino obliviſcitur moris ſui. Quare hoc vult Cæcina, ſe in libro de Cicer. timide ſcripſiſſe & parce: non modo quoniam ſibi *temperaverit* aliquantulum, ſed quia etiam *plane alius* fuerit, dum pro more ſuo ſcribere non potuiſſet, ſed exhorruiſſet. *Revocare* translatum a re militari & aliis pugnis: milites enim dicuntur *revocari* a prælio: vide Sall. Cat. c. 9. *Refugere* notum ex noto illo Virg. II. Æneid. v. 12. *Quamquam animus meminiſſe horret, luctuque refugit*. Sed quod *me refugiens* dixit, quamquam id per figuram Synezeugmenon dictum ſit, tamen ita ſe habet, ut V. ep. 12. Sic hoc loco *me* pro *morem meum*, *ingenium meum* ſcripſit Cæcina. CORT.

Inci-

giens. Genus autem hoc ſcripturæ, non modo liberum, ſed incitatum atque elatum eſſe debere, quis ignorat? Solutum exiſtimatur eſſe alteri maledicere, tamen cavendum eſt, ne in petulantiam incidas: impeditum ſe ipſum laudare, ne vitium arrogantiæ ſubſequatur: ſolum vero liberum, alterum laudare, de quo quidquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut invidiæ aſſignetur. Ac neſcio, an tibi gratius

Incitatum atque elatum eſſe debere) Sic etiam in Mediceo legitur, quare hanc prorſus lectionem ſequendam cenſeo. VICTOR. *Incitatum atque latum eſſe*) Sic edit. prima & Victor. exſtarque hæc lectio in Pall. primo, tertio, Grut. qui hanc non ceperunt, *elatum* intruſerunt. GRAV. Medicæo codici ſubſcribit meus primus, & Amſtelod. *elatum*, ut optime jam olim emendarat ex Bernardini Maffei codice Manutius, quod miror rejeciſſe Gebhardum. Cum facile videre ſit primam litteram hujus vocis abſorptam eſſe ab ultima præcedentis. Quid vero eſt *latum dicendi* genus? quis ſic loquitur? *Elatum* vero *dicendi* genus qui ignorat? Cic. de Clar. Orat. *Horum ſententiis efficit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuæ*; ſic alibi ſæpe. GRAV. *Incitatum* opponi eleganter *revocato*: eſt enim *vehemens* & *ardens*, quomodo equi *incitati* dicuntur. Sic Sueton. Cæſar. c. 7. *Eum conjectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt*: non autem poteſt eſſe ſcriptura *incitus*, ubi *affectus* ſæpe revocatur & retinetur, eique contrarium ſcribendum: *Elatum* genus dicendi eſt *altum*, in quod genio indulgentes quaſi raptu quodam *efferuntur*: unde vides, quomodo *illi*, qui ingenium ſuum *timide refugit*, contra ponatur. Cic. de Clar. Orator. Quinctilian. VI. Inſtit. c. 2. CORT.

Solutum exiſtimatur alteri maledicere) Hoc eſt, libere licere in adverſarium invehi, eumque atro ſale defricare. *Soluto* opponitur *impeditum*: eum non licet nobis ſcribere ut volumus, cum reſtringatur impetus cogitationum ſive ipſa materia, ſive alia quadam ratione. Sic Mela proœm. deſcriptionem ſitus orbis vocat *impeditum opus, & facundiæ minime capax*. Cicero vero II. ad Att. ep. 6. *Res difficiles ad explicandum & δμοειδεις, quæ non poſſunt ἀνυπογραφευτως*. GRAV.

Ne in petulantiam incidas) *Petulantia* Latinis ſignificat ſæpe maledicentiam, linguæ effuſam procacitatem, effrænem aliis obtrectandi, & acerbis dicteriis ac conviciis proſcindendi libidinem. Tacit. Hiſt. II. 27. *Poſtremo Valens e petulantia, etiam perfidiam ſpectabat.* Illam petulantiam non niſi linguæ procacitatem fuiſſe, & contumelioſa illa militum dicta, quæ jactabant: *Coercitos a ſe quartodecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipſorum manu ſitam*, præcedentia declarant. Cic. pro Cœl. *Maledictio ſi jactatur petulantius, convicium nominatur.* In II. ad Att. ep. 19. *Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter invectus eſt.* Orat. pro Muren. *Nullum ejus petulans dictum in vita proferetur.* Id. de Orat. *Si quis mihi maledixit, petulans & plane inſanus videtur.* Perſ. Sat. 1.

Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

Vbi *petulans ſplen* non eſt, qui juſto majus ſpatium petat & occupat, ut exponit vir ſummus, ſed qui proclivis eſt ad aliorum vitia irridenda & falſis dicteriis, quæ riſum pleriſque maxime movent, traducenda. GRAV.

Quidquid detrahas] De laudibus eius; intelligas etiam *de quo*, de laudando viro: utrumque recte dicitur. Ammianus XXX. c. 29. C. Nepos Chabr. c. 3. Quinctilian. Decl. V. c. 21. *Non quidem quidquam velim detractum de virtutum tuarum admiratione*: qui ibidem videtur dixiſſe pro *imminutum*, uti noſter pro *omittas*, quæ notiones ſunt propriæ. V. ep. 19. CORT.

Aut infirmitati aſſignetur) Adſcribatur infam-

tius opportuniuſque acciderit : nam quod præclare facere non poteram, primum erat non attingere : ſecundum beneficium, quam parciſsime facere : ſed tamen ego quidem me ſuſtinui : multa minui, multa ſuſtuli, complura ne poſui quidem. Quemadmodum igitur ſcalarum gradus ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum ſtruas, non adſcenſum pares : ſic tot malis cum vinctum, tum fractum ſtudium ſcribendi, quid dignum auribus aut probabile poteſt afferre ? Cum vero ad ipſius Cæſaris nomen veni, toto corpore contremiſco, non pœnæ metu, ſed illius judicii : totum enim Cæſarem non novi. Quem putas animum eſſe, ubi ſecum loquitur? hoc probabit : hoc verbum suspiciosum eſt : quid ſi hoc muto ? at vereor, ne pejus ſit. Age vero laudo aliquem, num offendo? cum porro offendam, quid ſi non vult ? armati ſtilum

infantiæ, aut ingenii imbecillitati. GRAV. *Infirmitati aut invidiæ*. Ad plura *infirmitas* illa referri poteſt : ſed duo ſunt proxima. Vel infirmitas eadem faciendi : vel *infirmitas dicendi* & facta dictis exæquandi, quod ſane requirit firmum & exercitatum ingenium. De *poſterioci* itaque intelligas. Quinctilian. Proœm. Inſtit. p. 8. Virgilius in Ceiri v. 42. De *invidia* vide Sall. Cat. c. 3. CORT.

An tibi gratius o, acciderit) Neſcio, an in te laudando non idem acciderit, quod tibi nec gratum nec opportunum fortitan fuerit. *An* poſt verbum *neſcio* hoc loco proprie eſt *ſcio*, vel *credo*, *non* gratus tibi acciditſe. C. Nepos Timol. c. 1. *Huic uni contigit, quod neſcio an ulli* ; ubi temere *nulli* referibunt temerarii : etſi, alterum illum horum verborum uſum non ignorem. IDEM.

* *Quod præclare facere*) Ordo eſt aliquantum trajectus, & ſic habet : *Nam primum erat non attingere beneficium, quod præclare facere non poteram*. De eo, quod Relativum ita præmittatur, vide notas V. ep. De Zeugmate illo, quo *beneficium* ex poſteriori membro repetitur, vide Sall. Cat. c. 46. Reliquum eſt, quid ſit *facere præclare*, exponere. Eſt autem *præclare deſcribere*, & cum multa laude (vide IV. ep. 7.) benefacta Ciceronis *memorare* : hoc eſt, dicere, præclare facta eſſe. Nam ita ſolere ſcriptores loqui, obſervavi ad II. ep. 10. Claudian. Coſ. Manlii v. 71. de Philoſophis diverſa principia ſtatuentibus : *Hic proceras omnia flammis*. IDEM.

Secundum beneficium quam parciſſime facere) Vocem *beneficium*, quæ huc in alienum locum irrepſit, delendam cenſeo. LAMB.

Sic tot malis cum vinctum, tum fractum ſtudium) Elegantiſſime ſic edidit P. Victorius, habetque Vaticanus codex ; cum in Pall. prim. tert. Grut. editione prima, unica tantum abhorreat littera, *tum vinctum* : in vulgatis vero deformatum ſit, *tum victum, tum fractum*. GERHARD.

Dignum auribus aut probabile) *Probabile* eſt hic, quod probent aures terſæ & limatæ. GRAV.

Verbum ſuſpiciosum] Suſpicionem Cæſari movere poteſt : in quo aliquid amplius latere putet. Sic Sueton. Domit. c. 10. Qua eadem voce opportune utitur Seneca ep. 114. CORT.

Laudo aliquem, num offendo ? cum porro offendam, quid ſi non vult ?) Legendum eſſe, *cum porro non offendam*, &c. Intelligent qui & attente legent, & non

lum perſequitur : victi & nondum reſtituti, quid faciet ? Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quæris. Vbi hoc omnium patronus facis, quid me, veterem tuum, nunc omnium clientem ſentire oportet ? In hac igitur calumnia timoris & cæcæ ſuſpicionis tormento, cum plurima ad alieni ſenſus conjecturam, non ad ſuum judicium ſcribantur, quam difficile ſit evadere, ſi minus expertus es, quod te ad omnia ſummum atque excellens ingenium armavit, nos ſentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, & auferret : aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum, hoc eſt, ſi totum alium faceres. De Aſiatico itinere, quamquam ſumma neceſsitas premebat, ut impera-

non erunt tardiſſimi. Hoc enim ſentit M. Tullius : Age, laudo aliquem : ſic mecum cogito : num offendo Cæſarem illius laudatione ? Sed finge me non offendere : quid ſi non vult illum laudari ? Fieri enim poteſt ut facto eliquo aliquis non offendatur, neque lædatur : id factum tamen non probet, aut id factum nolit. LAMB. Sic Lambinus contra omnes MSos, niſi quod in Gfuter. a manu interpolatrice, *non offendo? cum*. GRAN. Meus primus codex : *Laudo aliquem. Non offendo. Cum potero offendam, quid ſi enim vult?* Mentel. *Laudo aliquem non offendere. Cum porro offendam*. Ab alia manu ſuper *offendere* ſcriptum *offendo*. Eſt locus procul dubio corruptus. Medicina vero anceps. Legebam ex veſtigiis mei & Menteliani libri : *Laudo aliquem. Non offendo. At potero offendere ; quid ſi enim non vult?* ſcilicet illum laudari. Hæc mea de hoc loco conjectura eſt. Cogitent acutiores. Ceterum Lambinus memoria lapſus male hæc tribuit Tullio, cum ſint a Cæcina ſcripta. GRAEVIVS. *Laudo aliquem*) Alium. Forte quemquam alium honeſtate appello : quid ſcio, an eum laudari ferat? I. F. GRONOV.

Cum porro offendam) Forte quid dixi in alicujus præjudicium aut contumeliam : unde ſcio, an illum taxari nolit ? Io.

In Oratore tuo caves tibi per Brutum) Quem tu Bruto petenti negare non potuiſſe ſcribis, niſi malimus illum librum intelligere, qui Brutus, ſive de Claris Oratoribus inſcribitur : in quo & major de temporibus querela eſt, & Brutus ipſe loquitur. CORR.

Vbi hoc omnium patronus facis) Secutus ſum libros vulg qui legunt *ubi hoc omn. p. facio*. Nam MSi habent, *ubi hoc omnium patronus facis* : & ita edidit P. Victorius. LAMB. *Facis* habent Amſtelod. & Mentel. nec dubito mutatum hoc eſſe in *facis* ab iis, qui credideruot non niſi tertias, ut vulgo loquuntur, perſonas addi nominibus. Sed hoc vulgarium Grammaticorum præceptum dudum a viris doctis eſt explosum. Liv. *Hannibal peto pacem*. GRAV.

Me veterem tuum clientem) Pro quo exſtat oratio. CORR.

Sentire oportet) Lege, *ſentio oportere*. GVILIELM.

Calumnia timoris) Hoc falſo metu ; dum modo hoc modo illud metuo, & ſorte falſo. GRAV. Mala interpretatione verborum meorum, quam ſuggerit meus timor : iſtud enim proprie eſt *calumnia*, v. I. ep. 1. Phædr. Prolog. lib. III. v. 37. Timor autem ad peſſima quæque fingenda aptus. Curt. IV. c. 3. Quinctil. Declam. XI. CORT.

Quamquam ſumma neceſſitas premebat) Vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcerer. CORR.

Vt

perasti feci. Te pro me quid horter? vides tempus veniſſe, quo neceſſe ſit de nobis conſtitui. Nihil eſt, mi Cicero, quod filium meum exſpectes: adoleſcens eſt, omnia excogitare vel ſtudio, vel ætate, vel metu non poteſt. Totum negotium tu ſuſtineas, oportet: in te mihi omnis ſpes eſt. Tu, pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæſar, tenes: a te omnia proficiſcantur, & per te ad exitum perducantur, neceſſe eſt: apud ipſum multum, apud ejus omnes plurimum potes: unum tibi ſi perſuaſeris, non hoc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris, ut facias (quamquam id magnum & amplum eſt) ſed totum tuum eſſe onus, perficies: niſi forte aut in miſeria nimis ſtulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed utrique rei excuſationem tuæ vitæ conſuetudo dat: nam quod ita conſueris pro amicis laborare, non jam ſic ſperant abs te, ſed etiam ſic imperant tibi familiares. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat; aut ita corrigas, ne mihi noceat.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Datum ſibi a Balbo & Oppio ſcribit, ut Cæcinæ liceret eſſe in Sicilia, ibique ut commoretur, ſuadet.

M. C.

Vt imperaſti) Vt cenſuiſti in Sicilia commorandum. Io.

Vel ſtudio) Hoc eſt, nimio amore mei, vel nimio impetu meam reſtitutionem conficiendi. GRÆV.

Apud ejus omnes plurimum potes) P. Faber Tholoſan. putat legendum, *apud ejus homines*: a quo diſſentio. Ita enim ſæpe loquitur M. Tull. *Mei omnes*, *Tui omnes*: ubi ſubintelligitur familiares, ſeu domeſtici, ſeu comites. LAMBIN.

Sed totum tuum eſſe onus perficies) In vetere libro ſcriptum eſt, *ſed totum tuum eſſe omne onus perficies*; ut fortaſſe legendum ſit, *ſed totum tuum eſſe, omnia unus perficies*. VRS. *Non hoc... ſed totum*. Expone *non ſolum hoc.. ſed etiam*: ita tamen, ut poſteriori membro plus adfirmationis addas: quaſi ſcripſiſſet *non tam hoc, quam totum*. Liv. X. c. 6. Velleius Paterc. II. c. 28. ibi bene advocat Gerardus Voſſius Salluſt. B. Iug. c. 14. CORT.

Nam quod ita conſueviſti) Meus liber vetuſtiſſimus, *quod ita cenſueris*; leg. *quod ita conſueris*; paullo ante idem codex: *Aut inimicitia nimis imprudenter tibi onus impono*. GRÆV.

Non jam ſic ſperant) Affinis hæc ſuperiori obſervationi, quod *Non* ponatur pro *Non modo*, & excipiat *ſed etiam*: de quo vide Victor. ad Cic. III. ad Att. ep. 15. p. 317. Ed. Græv. CORT.

M. C. A. CÆCINÆ S. D.

CVm eſſet mecum Largus, homo tui ſtudioſus, locutus Kalendas Ian. tibi præfinitas eſſe: quod omnibus rebus perſpexeram, quæ Balbus & Oppius, abſente Cæſare, egiſſent, ea ſolere illi rata eſſe, egi vehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, eſſe uti liceret. Qui mihi conſueſſent aut libenter polliceri, ſi quid eſſet ejuſmodi, quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare, & afferre rationem cur negarent, huic meæ rogationi potius non continuo reſponderunt: eodem die tamen ad me reverterunt, mihi hoc dederunt, ut eſſes in Sicilia quoad velles, ſe præſtaturos, nihil ex eo te offenſionis habiturum. Quando, quid tibi permittatur, cognoviſti, quid mihi placeat, puto te ſcire oportere. Actis his rebus litteræ a te mihi redditæ ſunt, quibus a me conſilium petis, quid ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an ad reliquias

EPISTOLA VIII.

Cvm eſſet mecum Largus) Solet fere Manutius adnotare, cum Cicero nieminit hominis alicujus aliunde minus noti, ex qua gente is fuerit. Hic autem ſimpliciter adſcripſit, *Largus* eſſe cognomeo gentis Romanæ, ipſa gente non indicata, quæ eſt Licinia, ut multis oſtendit Illuſtr. Spanhemius Diſſert. X. de Præſt. & Vſu Numiſm. p. 10. VERAVAG.

Vt hoc mihi darent) In hoc mihi gratificarentur: propter me & preces meas facerent: vide ſupra IV. ep. 5. Mox *uti* pro *ut* terminatione antiqua & in Plauto, Terentio, Criſpo frequentiſſima. CORT.

Huic meæ actioni ſeu rogationi potius non continuo reſponderunt) Sic legendum eſt, quamvis aliter ediderit P. Victorius. LAMBINVS. *Huic meæ rogationi pot.*) Pro hac Victorii lectione ſtant Pall. pr. tert. Gruter. editio princeps; vulgata quam defendit Lambinus, *Huic meæ actioni vel rogationi potius*. GRONOVIVS. Sed ex hac lectione, quam mei quoque libri aſſerunt, nullus commodus ſenſus elicitur; nec fert Latina lingua expoſitionem Manutii. Fallor: an Cicero ſcripſit: *Huic meæ rogationi protinus non reſponderunt?* *eo continuo* eſt *eo protinus* explicatio a magiſtro margini adſcripta, aut *protinus* ſuperpoſita, quæ inde in contextum irrepſit, & monſtroſam hanc produxit lectionem. Bernard. Rutil. mallet ſcribi, *huic meæ petitioni vel rogationi potius*; ſed hoc nihil eſt. Turbas has dedit *potius* perperam ſcriptum pro *protinus*. GRAEVIVS.

Vt eſſes in Sicilia) In omnibus fere libris legitur *Gallia*: quam bene, nihil nunc ad me. CORR.

Nihil ex eo te offenſionis habiturum) Docti quidam legi volunt, *offenſionis aditurum*. LAMB.

Quando quid tibi permittatur cognoſci) Sic rejectis, quæ mediæ interceſſerunt, quorumcumque editionibus, inſtauravi, quod & Naugeriana, Iuntæ, & Victoriana Rob. Stephani exhibuerunt haud dubie ad fidem MSorum, cum toto inde tempore legatur *cognoviſti*. IAC. GRON.

Quid ſim tibi auctor) Quid tibi ſuadeam. GRAV. Intellige *faciendi*: aliter ſi eſſet, diceret *cujus*. Et quidem non inſolitum poſt *Quid* verbum *facere* omitti, quod ex unico Terentio cog-

liquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. Hæc tua deliberatio non mihi convenire viſa eſt cum oratione Largi. Ille enim mecum, quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat; tu autem, quaſi conceſſum ſit, ita deliberas. Sed ego, ſive hoc, ſive illud eſt, in Sicilia cenſeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adjuvat crebris litteris & nuntiis, vel ad reditus celeritatem re aut impetrata, quod ſpero, aut aliqua ratione confecta. Quamobrem cenſeo magno opere commorandum. T. Furfano Poſtumo, familiari meo, legatiſque ejus, item meis familiaribus, diligentiſsime te commendabo, cum venerint: erant enim omnes Mutinæ: viri ſunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi, & mei neceſſarii. Quæ mihi venient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus omnium ſtudia vincam. Ego etſi coram de te cum Furfano ita loquar, ut tibi litteris meis ad eum nihil opus ſit; tamen cum tuis placuit te habere meas litteras, quas ei redderes, morem his geſsi: earum litterarum exemplum infra ſcriptum eſt.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Brevis eſt epiſtola, ſed perfectæ commendationis exemplum.

M. T.

conſtare poteſt; neque tamen etiam Pronomina *quid*, *quod*, *id*, *hoc* caſibus ſæpe a communi regula diſcedere: quod ſuo loco pluribus declarabo. CORT.

Re aut impetrata quod ſpero) Librum veterem, in quo ſic legatur, poſtulat proferri Manutius, ſe tum facile & libenter aſſenſurum. En tibi veterem meum codicem illum tam bonæ notæ & ſpectatæ fidei, in quo ſcribitur: *Re aut impetranda* (vitioſe pro *impetrata*) *quod ſpero, aut aliqua ratione confecta*. GRÆV.

T. Furfano Poſtumo) Is videtur Allieno ſucceſſiſſe, qui tempore belli Africani Prætor in Sicilia fuit. CORRAD. *Furfanio* legendum hic eſſe, & in epiſtola quæ proxime ſequitur, conſtat cum ex veteribus libris, tum ex hac inſcriptione, quæ Romæ reperta eſt ad portam Capenam,

Q. FVRFANIO. C. F.
NIGRINO
PROC. FABRORVM &c.

F. VASIN. *T. Furfano Poſtumo* habent Pal. pr. (ut & Græevii primus) Victorii editio, ac codex Vatican. GRANAN. In Inſcriptionibus tamen perpetuo ſcribitur *Furfanius*. Vide Grater. inſcript. GRÆV.

M. T. C. T. FVRFANO PROCOS. S. D.

CVm A. Cæcina tanta mihi familiaritas conſuetudoque ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſsit, Nam & patre ejus, claro homine & forti viro, plurimum uſi ſumus: & hunc a puero, quod & ſpem magnam mihi afferebat ſummæ probitatis ſummæque eloquentiæ, & vivebat mecum conjunctiſsime, non ſolum officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibus, ſic semper dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem. Nihil attinet me plura ſcribere, quam mihi neceſſe eſt ejus ſalutem & fortunas, quibuſcumque rebus poſsim, tueri vides. Reliquum eſt, ut, cum cognorim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reipub. calamitatibus ſentires, nihil a te petam niſi

EPISTOLA IX.

T. FVRFANO PROCOS.) Al. *Praetori*; id quod nihil refert. Nam diximus alibi, Prætorem Procoſ. & Procoſ. quandoque Prætorem appellari. Conr.

Non ullo cum homine) Recte *non ullo*. Rutil. Itiner. I. v. 735. Plura ad illa Criſpi Cat. c. 6. *Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat*. Cort.

Quam mihi neceſſe ſit ejus ſalutem, & fortunas, quibuſcumque rebus poſſim, tueri vides) Sic hic locus legitur in Menteliano & aliis recentibus. Omnes vetuſtiores, ſicut & meus primus, & qui ex vetuſto deſcriptus, Amſtelodamenſis, legunt, *quam mihi neceſſe eſt*: & pro *vides*, *ut des*. Duo vero Guilielm. *quam quid mihi neceſſe*. Stew. cod. *quam quod mihi neceſſe eſt*. Scribendum: *Nihil attinet me plura ſcribere, quam quod mihi neceſſe eſt ejus ſalutem & fortunas, quibuſcumque rebus poſſim, tueri, ut vides*. In aliquot libris *ut* abſorptum eſt a *vides*, in aliis *ti* ab *ut*, hinc diverſitas iſta eſt orta. Graevius. *Quam mihi neceſſe eſt ejus ſalutem & fortunas quibuſcumque rebus poſſum tueri, vides*) Optime fecit Gebhardus, cum qualemcumque ſcripturam librorum veterum tenere maluit, quam conſtructioni inſerviendo ultra fas, ut faciunt alii, mutare. Nam dum duo, treſve codices habent vel *quam quod mihi*, vel *quam quid mihi*, id nil niſi certiſſimum hæſitationis ſignum eſt, & eodem loco habendum quo Rivianum & Lambino ita placens 7. 1. *quid quod ne id quidem leporis*, de quo vide. Non autem dubito, quin dederit Tullius: *Nihil attinet me plura ſcribere: nam mihi neceſſe eſſe ejus ſalutem & fortunas quib. reb. poſſum, tueri, vides*. Sic ſcribit IX. 6. *Vincere autem aut hos aut illos neceſſe eſſe*. Et neſcio qui iſta littera *q* ſæpius invaſit has epiſtolas tractu temporis, ubi ab initio non videtur fuiſſe. Ipſe Victorius ſic queritur de *eo liquiſſet*, pro *licuiſſet*. Sic etiam perſuadeo mihi contigiſſe Libro V. Epiſt. 4. ubi cum Cicero ſcripſerit per apoſiopeſio, *aliquid actum jam putabam; non quo ſcilicet vere id ita eſſet vel eſſe ſcirem, ſed non difficilis erat conjectura*, mali exiſtimatores non modo ſupplerunt, *non quo ego certo ſciam*, ſed & dein fecerunt, *ſed quod haud difficilis &c.* cum *eo haud* nuſpiam exſtet in ſcriptis; ex litteris item *no* quas videntur non bene agnoviſſe & putaſſe fuiſſe *vo*, repetiverunt *d* ex ſequente voce *diſſicilis*, & ante inolevit *q*, ut etiam hoc loco. Ia. Grow.

EPI-

niſi ut ad eam voluntatem, quam tua ſponte erga Cæcinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

EPISTOLA X.

ARGUMENTUM.

Hujus epiſtolæ neque conſolatio argumentum eſt, neque auxilii alicujus promiſſio: niſi ſi amoris quædam ſignificatio, & conſolationis loco eſt, & promittere etiam aliquid videtur: certe, cum Trebianus poſt pugnam Pharſalicam ab armis non diſceſſerit, quod epiſtola declarat, juſtam iraſcendi cauſam Cæſar habuit; unde illud epiſt. 13. Africanæ cauſæ iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictatum. *Quare nil mirum eſt, ſi Cicero ſpem ei perexiguam affert incolumitatis; parce enim & exiliter pollicetur in eo loco:* Si quis mihi erit aditus. *Scripta eſt poſt bellum Africanum: quod ex iis verbis conjicio:* Conſilium tuum, vel caſus potius, diutius in armis civilibus commorandi. *Deinde excuſationem affert, quod antea non ſcripſerit: tum hortatur eum, ut conſcientia ſe ſuſtentet factorum & conſiliorum ſuorum: ſperare etiam jubet, exſulem non diu futurum: eam porro ſpem ſumit a Cæſaris clementia, a ſtatu reipub. jam reviviſcentis, a ſuo ſtudio, ab amicorum Trebiani copia. Quibus cauſis ut forti magnoque animo ſit, hortatur. Scripta videtur ante ſuperiorem proximam: nam prima illa verba,* Antea miſiſſem ad te litteras, ſi genus ſcribendi invenirem; *nullas antea Ciceronem litteras ad eum miſiſſe, perſpicue demonſtrant. Eodem anno. Quod ad hujus Trebiani familiam aut vitam pertinet, eruere ex hiſtoria nihil potui. Cæſare* III. *Lepido Coſſ.*

M. T. C. TREBIANO S. D.

EGo quanti te faciam ſemperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe teſtis. Nam & conſilium tuum, vel caſus potius diutius in armis civilibus commorandi, ſemper mihi magno dolori fuit: & hic eventus, quod tardius, quam eſt æquum, & quam ego vellem, recuperas fortunam & dignitatem tuam, mihi non minori curæ eſt, quam tibi ſemper fuerunt caſus mei. Itaque & Poſtumuleno, & Sextio, & ſæpiſſime Attico noſtro, proximeque Theudæ, liberto tuo, totum me patefeci, & hæc his ſingulis ſæpe dixi, quacumque re poſſem, me tibi & liberis tuis ſatisfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas, hæc quidem certe, quæ in poteſtate mea ſunt, ut operam, conſilium, rem, fidem meam ſibi ad omnes res parata putent. Si auctoritate & gratia tantum poſſem, quantum

EPISTOLA X.

TREBIANO) Al. *Trebatio*. Sed videndum eſt, an *Torquato* ſit legendum; nos certe ad *L. Torquatum* verba accommodabimus, donec aliquis melius inveniat. CONRAD. *Trebiano*) Antea legebatur *Trebatio*, poſtea Paullus Manutius veterum librorum ſecutus ſcripturam, reſtituit *Trebiano*: atque ita plane eſt in manuſcripto apud me codice; ego tamen *Trebanio* legendum puto ex auctoritate argentei nummi, & item æræi, in quibus *L. Trebani* inciſum eſt: errorem autem ex tranſpoſitione litterarum fluxiſſe arbitror ab imperitis librariis facta, qui *Trebiano* ſcripſerint pro *Trebanio*. VRSTISIVS. *M. T. C. Trebiano*) Sic edidit Victorius, & ſic eſt in Pall. prim. tert. Vaticano, editione principe (ſic & Græevii primus & Amſtelod.) vulgo *Trebatio*. GERHARD.

Quod tardius quam eſt æquum & quam ego vellem recuperis fortunam & dignitatem tuam) Nos *recuperas*: vetus codex *reciperas* per *i*, quod fortaſſe fecit, ut *reciperis* jam ſcriberetur. Eſt ſane & hic & ſequenti epiſtola hoc verbum in Medicæo codice per *i* ſcriptum, *quid reciperaris cogitare*: & ſæpe eodem modo. Quandoque tamen, quod etiam in Pandectis Florentinis animadvertas, *recuperare* legas, quod hodie in uſu eſt, ſed tamen multo rarius quam *reciprare*. VICTOR. *Recuperas fort.*) Quia Medicæus *reciperas* habet, ego olim ſcripſi *recuperas*, quemadmodum tunc adnotavi. Alii *recuperes* malunt: res ſane parvi ponderis: ſed mea ut arbitror lectio verior. IDEM. *Reciperas fortunam & dignitatem*) Sic ſcripſi, cum eſſet in MSis tribus noſtris, & Stewech. *reciperas* ſicut in Medicæo, vel *recipetes*. Victorius ac Vatic. *recuperas*; vulgo male *receperis*. GERHARD. *Recuperas* habet Græevii primus, tres Pall. & Stewech. *reciperas*. GRÆV.

Attico noſtro) Ad quem ut ad Epicureum, de te Epicureo, & condiſcipulo ſæpe etiam ſcripſi, libro XIII. CORR.

Proximeque Theudæ lib. 1. totum me pat. & hæc his ſing.) Vulgo *Teudo* contra omnes libros, qua calamo exaratos, qua impreſſos: provocabulum quoque *hæc* ſperunt ſeu ignorant vulgati; immiſi id ex Pal. pr. ac Victorii edit. GERHARD.

Fidem... paratam putent) Vulgo *parata*, ſed invitis codicibus etiam regiis. LALL.

Cum

tum in ea repub. de qua ita meritus ſum, poſſe deberem, tu quoque is eſſes, qui fuiſti, cum omni gradu ampliſsimo digniſsimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed eum eodem tempore, eademque de cauſa noſtrum uterque cecidit, tibi & illa polliceor, quæ ſupra ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea: & ea, quæ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis priſtinæ dignitatis. Neque enim ipſe Cæſar, ut multis rebus intelligere potui, eſt alienus a nobis, & omnes fere familiariſsimi ejus caſu devincti magnis meis veteribus officiis me diligenter obſervant & colunt. Itaque ſi qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum ſermonibus adducor ut ſperem, agam per me ipſe & moliar: ſingula perſequi non eſt neceſſe: univerſum ſtudium meum & benevolentiam ad te defero. Sed magni mea intereſt, hoc tuos omnes ſcire, quod tuis litteris fieri poteſt, ut intelligant omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil exiſtiment eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum jucundum ſit futurum. Antea miſiſſem ad te litteras, ſi genus ſcribendi invenirem: tali enim tempore aut

Cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus) *Dignitatis* pro *digniſſimus* eſt in veteribus libris. VASIN.

Caſu devincti) Sane *caſus* quidam fuiſſe videtur, ut Cæſatis familiares Ciceroni devincti eſſent. CORR. *Devincti*) Vt Dolabella, Balbus, Rabirius, P. Sulla, & alii, quos defendi. IDEM. *Caſ. dev.*] Vulgo *quaſi devincti*: ſed illud recepi ex Pal. prim. Grut. Vatic. (quibus accedit Græv. prim.) editione Victorii. GRAEVIUS. *Caſu*) Hoc loco nihil ſignificat, & Manutius non explicat hanc vocem, ſed ſenſum qualemcumque fingere maluit, quam fateri, ſe, quid ea vox hic ſibi velit, ignorare. Mihi dubium nullum eſt, quin aliquis vocem *ejus* ex proxime antecedentibus explicaturus, in margine appoſuerit *Caſ.* compendioſa ſcribendi ratione pro *Caſaris*. Ex illo ſcripturæ compendio dainceps *caſu* factum eſſe ab imperito librario, plane mihi perſuadeo. HEUMAN.

Agam per me ipſe) Conjungunt utrumque, cum alterum ſenſui ſolum ſatisfaceret. Liv. II. adde ſupra III. ep. 2. CORT.

Patere Trebiano) Dedita & in promtu eſſe: ut Sall. Cat. c. 10. Phædr. I. Fab. 28. v. 2. IDEM.

Antea miſiſſem ad te litteras) In nonnullis editionibus hinc naſcitur novæ epiſtolæ initium: ſed non debet; nam quod ſequitur, pars eſt hujus 10. epiſtolæ. LAMBIN. In meis libris ſane priori adnectitur epiſtolæ. In aliis tamen initium eſt novæ epiſtolæ, quos ſecutus eſt Manutius, qui & eam ſcriptam putavit ante ſuperiorem proximam, quia prima illa verba, *antea miſiſſem ad te litteras, ſi genus ſcribendi invenirem*, nullas antea Ciceronem

aut consolari amicorum est, aut polliceri. Consolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter sapienterque ferres injuriam temporum, quamque te vehementer consolaretur conscientia factorum & consiliorum tuorum: quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis, in quibus te semper scio esse versatum; idque ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul & illud tibi, homini peritissimo rerum, & exemplorum, & omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse quam vellem, at in rebus atque usu plus etiam, quam vellem, versatus spondeo, tibi istam acerbitatem & injuriam non diuturne fore. Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur: & ipsa causa ea est, ut jam simul cum rep. quæ in perpetuum jacere non potest, necessario reviviscat atque recreetur: quotidieque aliquid fit lenius & liberalius, quam timebamus. Quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, litterarum genus quotidie mihi, ut spero, fiet proclivius, ut etiam polliceri possim: id re, quam verbis faciam libentius. Tu velim existimes, & plures te amicos habere, quam, qui in isto casu sint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potue-

litteras ad eum missse perspicue demonstrent. Hæc quidem ille in argumento hujus epistolæ declaravit, quæ cum mihi præcidenda fuerint, duxi de iis hic esse monendum. Nam quamvis mei libri adstipulentur vulgatis editionibus, has epistolas conjungentibus, & pro una habentibus, tamen sententia Manutii mihi videtur potior. Nam verba, quæ hæc præcedunt, plane ostendunt eis finiti epistolam. Ista vero *antea missem*, &c. initium novæ epistolæ arguunt. Sed sine libris nihil ausus sum immutare. GRAEVIVS.

Tali enim tempore) In adversa fortuna. INDEX.

At in rebus atque usu) MSi optimi. Pal prim. tert. Grut. Græv. pr. Amstelodam. Mentel. *& in rebus atque usu*. Sensus tamen *at* desiderat. IDEM.

Tibi istam acerbitatem & injuriam non diuturne fore) Sic Pall. pr. tert. Grut. Stewech. Vatic. prima editio ac Victorii (sic & Græv. prim. Amstelod. vero *diuturnas*) vulgo *acerbitatem istam & injuriam non diuturnam fore*. GRAEV. *Non diuturne f.* Sic libri veteres: unus Gravii *diuturnis*: vulgo *diuturnam*. Sed Adverbiis pro Adjectivis utuntur, uti contra. Sall. Iug. c. 4. adde supra IV. ep. 14. CORT.

Con-

tuerim, & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas & magnum, quod eſt in uno te: quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſiliis noſtris providebuntur.

EPISTOLA XI.

ARGUMENTUM.

Reditum in patriam Dolabellæ maxime beneficio impetratum nunciat: gratulationem ab ipſo expoſcit: gratiarum actionem repudiat: jacturam fortunarum ut æquiore animo ferat, hortatur: quando nec rei familiaris damnum cum adquiſitæ dignitatis lucro conferri debeat; nec privata res, cum publica ſit amiſſa, magnopere curanda videatur. Prædicationem ſuorum in illum officiorum ſibi non ingratam eſſe confitetur. Eodem anno.

M. C. TREBIANO S. D.

DOlabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus eſſe, & ille mihi debebat, quod non defueram ejus periculis. Nunc tanto ſum devinctus ejus beneficio, quod & antea in re, & hoc tempore in ſalute tua cumulatiſsime mihi ſatisfecit, ut nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere malim: alterum omnino non deſidero, alterum vere facere poteris. Quod reliquum eſt, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, eſt tuæ ſapientiæ, magnitudiniſ-

Conſiliis n. providebuntur) Cavebuntur, aut dirigentur. Terent. Andr. A. I. Sc. III. ibi Donatus: adde Sall. Cat. c. 51. IDEM.

EPISTOLA XI.

Dolabellam antea tantummodo diligebam) Sic ad Atticum: *Quid poſſum de Torquato, niſi aliquid a Dolabella, quod ſimul ac, continuo ſcietis.* CONRAD. *Dolabella* gener Ciceronis, II. epiſt. 16. 8. 12. GRAV.

Ejus periculis) Duobus capitis judiciis. CONR.

Et antea in re) Quod ad *rem* ipſam. Sed quam? Gratum animum erga illa, quæ præſtiterat ipſi Cicero? Sed *res* eſt, prout negotia obvenerunt. Sic Sall. Cat. c. 20. & Terent. Adelph. A. V. Sc. IV. v. 2. Puto tamen illa *in re* commodius abeſſe. CONR.

Veſte-

diniſque animi, quid amiſeris, obliviſci, quid recuperaris, cogitare. Vives cum tuis, vives nobiſcum: plus adquiſiſti dignitatis, quam amiſiſti rei familiaris: quæ ipſa tum eſſet jucundior, ſi ulla res eſſet publica. Veſtorius noſter familiaris ad me ſcripſit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi valde grata eſt, eaque te uti facile patior, cum apud alios, tum mehercule apud Syronem, noſtrum amicum. Quæ enim facimus, ea prudentiſsimo cuique maxime probata eſſe volumus. Te cupio videre quam primum.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Balbo de reditu impetrato; nec amplius conſolationem eſſe neceſſariam confirmat, re jam confecta: qua in parte dum verſatur, quædam colligit ad laudem: remp. tamen plane perditam ſignificat, nec ſe medicinam ullam, præter litteras, invenire. Eodem anno.

M. T. C. AMPIO S. D.

GRatulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor: nec ſum tam ſtultus, ut te uſura falſi gaudii frui velim, deinde frangi repente, atque ita cadere, ut nulla res ad æquitatem te animi poſsit poſtea extollere. Egi tuam cauſam aper-

Veſtorius noſter) Sic recte meus liber primus. Fuit Puteolanus, cujus ſæpe in epiſtolis ad Atticum mentionem facit. Amſtelodamenſis, Mentel. pr. Pal. aliique perperam *Neſtorius*, quos temere Gebhardus ſequitur. GRÆV.

Gratias agere) Hinc ad Atticum: *Torquato noſtra officia grata eſſe facile patior, eaque augere non deſinam*. CONRADVS.

Syronem) Epicureum: quem ſuum familiarem L. Torquatus lib. II. de Finib. vocat. In.

EPISTOLA XII.

M. T. C. AMPIO S. D.) T. Amplio Balbo, epiſt. 70. lib. XIII. CORR. *M. T. C. Ampio S. D.*) Vulgo *T. Ampio Balbo*, contra libros. Victorii editio recte ſolum medium nomen agnoſcit, ut & Vatic. & Grut. (nec non Amſtelodam.) codices. Pal. pr. (ut & Græv. prim. & Mentel.) hic in vitio leviter hæret: præſignat enim, *Cicero Appio ſaluiem plurimam*. GRUT.

Vſura falſi gaudii) Quo tantum ad breve tempus uteris. Quomodo fere Seneca ad Marciam c. 10. CORR.

Quem

apertius, quam mea tempora ferebant. Vincebatur enim fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ tui caritate, & meo perpetuo erga te amore, culto a te diligentiſsime. Omnia promiſſa, confirmata, certa, & rata ſunt, quæ ad reditum & ad ſalutem tuam pertinent: vidi, cognovi, interfui. Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine & benevolentia, ſic ut cum ab illo diſceſſerint, me habeant proximum. Hoc Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Poſtumius plane ita faciunt, ut me unice diligant. Quod ſi mihi per me efficiendum fuiſſet,

Quam mea tempora ferebant) Paullum a Pall. pr. tert. Grut. Stewech. Vatic. (Mentel. Græv. prim.) editione Victorii diſcedit prima editio, *quam tempora mea f.* unde credo prorepſit vulgata lectio, *quam tempora noſtra ferebant*. Gebh. *Quam mea temp. fer.*) Hoc eſt, conditio, fortuna mea, ſtatus iſte miſer meus permittebat, quo omni gratia, omnique auctoritate ſum exutus. Græv.

Vincebatur fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ) Sic olim hunc locum emendaram, *fortuna ipſa, debilitaſque gratiæ noſtræ*: nam vulgata lectio (a qua non admodum diſcrepat antiqua) ſic habet, *vincebatur enim fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ, &c.* plane mendoſe. Sed cum in uno codice manuſc. reperiſſem ſcriptum *debilitaſce*: in alio *debilitaee*, in ceteris, *debilitate*, ut in vulgatis, ex *debilitaſce*, feceram *debilitaſque*. Neque tamen tacueram, in nonnullis editionibus impreſſum eſſe, *debilitate gratiæ noſtræ*. Sed eam lectionem, quamvis mihi tolerabilis videretur, non æque tamen mihi placere ſcripſeram; atque illam, *debilitaſque gratiæ noſtræ*. Nunc ſententia mutata, hanc amplector, *fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ*; quod mihi ab antiqua & recepta minus longe abeſſe videatur. Lamb. *Vincebatur fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ, tui caritate*] Amor tui me coegit plura præſtare, quam nunc videbatur pati hic meus ſtatus afflictus, cum gratia, qua olim valui, imminuta valde eſt, & fere extincta. In omnibus libris tam Pall. quam quos Græv. excuſſit eſt *debilitate*. Græv. *Tui caritate*: eo, quod carus eras: ut in Catil. *Vterque pro ſui dignitate & pro eorum magnitudine*. Vide omnino Sanctium II. Min. c. 13. & quæ contra eum diſputat Perizonius p. 282. Cort.

Omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicitos) Meus optimus liber non agnoſcit *ſatis opportune*, & commode poſſent abeſſe. Græv.

Cum ab illo diſceſſerint) Hoc eſt, illo excepto. Vide Manut. In.

Matius) C. Matius, epiſt. 27. lib. XI. Cort. Ita Pal. pr. Vat. Victor. vulgo *Marius*, male. Codex Medicæus *Macius*: inde peccatum; ſed *Matius* Cæſarianus, cujus meminit Tranquillus. Gebh.

Poſtumius) Curtius, vel Fulvius. Cort.

Quod ſi mihi pro me effic.) Pall. prim. tert. Gruter. Stewech. Pack. *quod ſi mihi per me efficiendum*: non *pro me*: quod & habet prima editionum: quamvis non diſplicet, tamen nihil audeo mutare. Gebh. *Quod ſi mihi per me efficiendum*) Sic omnes vetteres libri, quos inſpexit Manutius, ſic & duo mei, Amſtelodam. Mentel. Pall. duo, prima edit. Quid ergo eſt, cur veterem lectionem hic relpuamus, quam rectiſſime Manutius expoſuit? Locutiones tales occurrunt frequentes. Suet. Iul. 56. *Cum Cæſar pleraque & quæ per alios erant geſta, temere credideris, & quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memo-*

tia

ſet, non me pœniteret pro ratione temporum ita eſſe molitum. Sed nihil eſt a me inſervitum temporis cauſa: veteres mihi neceſſitudines cum his omnibus intercedunt, quibuſcum ego agere de te non deſtiti. Principem tamen habuimus Panſam, tui ſtudioſiſsimum, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. Cimber autem Tillius mihi plane satisfecit. Valent tamen apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes, quam neceſſariæ: quam quia Cimber habebat, plus valuit, quam pro ullo alio valere potuiſſet. Diploma ſtatim non eſt datum, quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli civilis: mul-

rie lapſus perperam ediderit. Id. Aug. cap. 20. *Externa bella duo omnino per ſe geſſit*. Id cap. 64. *Neptes & litteras, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit*. Recentiores quidam libri, & vulgatæ editiones, *pro me*. Sed perperam. Ignorantia illius locutionis peperit hanc, quam vulgatæ præ ſe ferunt. GRAV. *Quod ſi mihi pro te efficiendum*) Qui ſi nunc demum conciliandi mihi fuiſſent, ut tibi per eos conſulerem. Io. FR. GRON.

Non me pœniteret) Non faſtidiſſem illorum gratiam ambire, ut quidem nunc ſunt tempora, quibus multis indignis etiam adulandum eſt. IN.

Nihil eſt a me inſervitum) Neminem colui, aut delinivi, nunc demum ob præſentem neceſſitatem. ID.

Cimber autem Tullius) Hic paullo poſt in Cæſarem conjuravit, etſi illum fuerat ſecutus. CORR. Cenſet Manutius reſcribendum *Tillius*. Et videtur ei ſuffragari meus liber vetuſtus, in quo ſcribitur mendoſe quidem, ſed ut veſtigia veteris lectionis ſatis appareant: *Cimber autem, illius mihi plane ſatisfacit*; quam ſcripturam etiam inveni in Menteliano. Τύλλιος etiam appellatur a Plutarcho & Appiano, ut merito videantur omnes codices Suetonii ac Senecæ corrupti eſſe, in quibus inſolentius nomen *Tillius*, mutarunt in *Tullius*. Nam non in omnibus Latinis codicibus *Tullium* appellari Cimbrum, ut ſenſit vir magnus ad Suetonium, teſtis eſt iſte meus Ciceronis liber, quo hic sum uſus. GRAV.

Quam quia Cimber habeb.) Sic ſcripſi ea omnibus noſtris, *quam quia Cimber hab.* cum vulgo ſeratur, *quæ quia*, nimis pædagogice. GRAN. Vulgo, *quæ*, quod *rogationes* præceſſit. At MSi *quam*. Intellige unam ſolius Cimbri rogationem, ſeu unam e multis: quæ quod *neceſſaria* erat, videtur Tillius propinquus Ampii fuiſſe. CELLAR.

Diploma ſtatim non eſt datum) *Diplomata* ſunt litteræ indices ac teſtes conceſſi beneficii ab eo, qui præeſt reipublicæ; proprie & per excellentiam diplomata dicebantur litteræ, quibus dabatur a ſummo reipublicæ rectore curſus publicus. Sunt ſic a forma appellata: nam formabantur in modum tabularum duplicum, ut docet Caſaubonus ad Sueton. Aug. cap. 51. quem vide. GRAV.

Quam illi appellant tubam belli civilis) Vnica ſyllaba auctiores ſunt codices Pall. prim. tert. Grut. Stewech. Peck. editio prima, *& quam illi appellant tubem*: vulgo: *quem illi appellabant*. GRONOV. *Quem illi app. tub. b. civ.*) Sic Græcii primus & meliores. Victorius & Gebhard. mutarunt in *quam illi appellant*, perperam. GRAV. *Quam illi*) Sunt multi veteres libri, in quibus ſcribitur, *& quam illi appellant tubam*; unde legendum fortaſſe,

multaque ita dicunt, quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe. Quare viſum eſt occultius agendum, neque ullo modo divulgandum, de te jam eſſe perfectum. Sed id erit perbrevi: nec dubito, quin legente te has litteras, confecta jam res futura ſit. Panſa quidem mihi, gravis homo & certus, non ſolum confirmavit, verum etiam recepit, perceleriter ſe ablaturum diploma. Mihi tamen placuit, hæc ad te perſcribi: minus enim te firmum ſermo Epuleiæ tuæ, lacrymæque Ampiæ declarabant, quam ſignificant tuæ litteræ: atque illæ arbitrabantur, cum a te abeſſent ipſæ, multo in graviore te cura futurum. Quare magno opere putavi, angoris & doloris tui levandi cauſa, pro certis ad te ea, quæ

ſe, *veniam dari ei, quem illi appellant*: aut *veniam daret, quam illi appellent*, ut in Vatinii ad Ciceronem epiſtola. GVILIELM. *Tubam b. civ.* Concitatorem. Nam de *Tuba* Seneca III. de Ira c. 9. & Auctor Paneg. Conſtantino dicti c. 1. Porro Victor. Gebhard. cum aliis dederunt *quam illi appellent tubam*: non ita male. Videſis noſtra ad illa Criſpi Cat. cap. 55. *Eſt locus in caecere, quod Tullianum appellatur*. CORT.

Id bellum incidiſſe) Ex quo potentes ſunt facti. CORRAD.

Ablaturum diploma) Impetraturum. Cic. in epiſtola ad Plancum, quæ eſt in XVI. ad Attic. epiſt. 14. *Adivimus Caeſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris.* Plaut. Moſtell. IV. 1.

. . . . *Bene merens*
Hoc pretium inde abſtuli.

Horat. lib. II. ep. 1.

—— *Aufert*
Pacuvius docti famam ſenis, Accius alti.

GRAV.

Seemo Eppuleiæ tuæ) Ita Victorius edidit: exſtatque in Pal. pr. ac Grut. (ut & Gtæv. prim. & Amſtelod. m.) *Epuleiæ*, vulgo *Appuleiæ*: editio princeps *Apuliæ*. GERHARD.

Magno opere putavi) Sic paſſim Victorii editio ac Vaticanus codex, & hoc loco Pal. pr. Guilielmius tamen legendum judicat *magnopere e re*, non abſurde; ita tamen, ut ei hanc non invideam εὐσχημοσύνην. Verbum *oportere* expungunt omnes MSi poſt *perſcribi*. IDEM. *Perſcribi oportere*) Verbum *oportere* abeſt a pleriſque libris MSis: quod tamen neceſſarium videtur. LAMBIN. Recte Lambinus oſtendit neceſſarium eſſe, ut τῷ *perſcribi* adjiciatur *oportere*: pendet enim ſenſus ſine hoc verbo. Immo iſtam locutionem quæ in editis exſtat, plane repudiat Latina lingua, quæ poſtulat, *magnopere putavi mihi perſcribendum eſſe*; aut *perſcribi oportere*, ut habent editiones multæ. In meo optimo totus locus ſic legitur & diſtinguitur: *Minus enim te firmam ſeemo Epuleiæ tuæ, lacrymæque Ampiæ declarabant, quam ſignificant tuæ litteræ, atque illæ arbitrabantur, cum ad te adeſſent. Ipſe multo in graviore te cura futurum quia magnopere putavi angoris & doloris tui levandi cauſa pro certis ad te ea, quæ eſſent certa, perſcripſi.* Videtur mihi is nunc ſic eſſe reſtituendus: *Minus enim te firmum ſermo Epuleiæ tuæ, lacrymæque Ampiæ declarabant, quam ſignificant tuæ litteræ, atque illæ arbitrabantur, cum apud te eſſent. Ipſe multo in graviore te cura futurum quia putavi, magnopere angoris & doloris tui levandi cauſa pro certis ad te ea, quæ eſſent certa perſcripſi.* Tranſpoſui ſolum *magnopere* & pro *cum ad te adeſſent*, reſcripſi, *cum apud te eſſent*: quamvis non ignorem *ad* non-

num-

quæ eſſent certa perſcribi. Scis, me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te, magis ut conſolarer fortem virum atque ſapientem, quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi quam ab ipſa rep. cum hic ardor reſtinctus eſſet, ſperari oportere cenſerem. Recordare tuas litteras, quibus & magnum animum mihi ſemper oſtendiſti, & ad omnes caſus ferendos conſtantem ac paratum: quod ego non mirabar, cum recordarer, te & a primis temporibus ætatis in rep. eſſe verſatum, & tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis, fortunarumque communium: & in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum, non ſolum uti victor, beatus, ſed etiam ut ſi ita accidiſſet, victus, ut ſapiens eſſes. Deinde, cum ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis, conſiderare debes, nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non ſimillimum præbeas. Sed hæc oratio magis eſſet apta ad illa tempora, quæ jam effugiſti. Nunc vero tantum te para ad hæc

numquam pro *apud* accipi. Friget *ea ipſa* in editionibus, & nihil facit ad ſententiam hujus loci. Nullus dubito, quin Cicero ita ſcripſerit &c. GRÆV.

Quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi ejus quam, &c.) Sic emendavi; nam quis non videt, hunc eſſe veterum ordinem, hancque ſententiam? Magis ut conſolarer fortem virum atque ſapientem, quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, *niſi ejus* ſalutis *quam* ſperari, &c. Hæc eo ſcripſi quod libri vulgati habent, *niſi eam, &c.* Hoc præterea diſſimilitudinis in libris antiquis reperi, quod alii habent *explocatam*, alii *explorate*. Ego *exploratam* magis probo, LAMBIN. *Niſi quam, &c.*) Sic ſcripſi ex editione principe, Gruter. Palat. tert. Stewech. Peck. *niſi quam ab ipſa rep.* cum vulgetur, *niſi eam, quam &c.* Lambinus pertentat, *niſi ejus, quam &c.* Denique ex omnibus MSis *reſtinctus*: pro quo exſtat *extinctus*. GRÆV. Cui ſubſcribunt Græv. prim. Amſtelod. Mentel. Victor. edit. male ex quibuſdam recentibus recepit Gebhardus, *explorate*. Recte tamen ex edit. prima Grut. Pal. tert. Stewech. Peck. repoſuit, *niſi quam ab ipſa rep.* quamvis Grævii primus, *niſi ea quam ab ipſa rep.* Amſtelod. vero, *niſi eam quam*. GRÆV.

Cum hic ardor extinctus) Supra *incendium* dixerat Reip. Hic vero *ardorem* de ſtudiis & ira partium in bello civili & maxime Cæſaris acceperit: de quo X. ad Att. ep. 4. Livius XL. c. 8. CORT.

Victus ut ſapiens eſſes) Sic MSi & Græv. prim. al. *victus & ſapiens eſſes. Et* abundat ſenſumque dehoneſtat. BERN. RVTIL.

Fortium factis) Nam & de Cæſare ſcripſit; ſi modo *T. Ampius*, apud Tranquillum in Cæſare, ut volunt docti, legatur. CONRAD.

Te non ſimillimum præbeas) Vnanimo conſenſu hanc lectionem præſtant Pall. pr. tert. Grut. Vatic. editio princeps ac Victorii. Lambinus tamen, ne nihil poſt Victorium novi addidiſſe putetur, legit *te non quam ſimillimum præbeas*; quam tamen video exſtare in V. C. ut hic ei ignoſcam: vulgo: *non te ſimilem præbeas*. GEBHARD.

EPI-

ad hæc nobiſcum ferenda : quibus ego ſi quam medicinam invenirem , tibi quoque eamdem traderem . Sed eſt unum perfugium , doctrina ac litteræ , quibus ſemper uſi ſumus : quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur , nunc vero etiam ſalutem . Sed , ut ad initium revertar , cave dubites , quin omnia de ſalute ac reditu tuo perfecta ſint .

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Bene ſperare Ligarium jubet ; hortaturque , ut interea fortem animum habeat . Scripta eſt poſt Africanum bellum , eodem fere tempore , quo M. Marcellus reſtitutus eſt ; quod intelligitur ex oratione pro ipſa habita , quæ exſtat . Eodem anno .

CICERO LIGARIO.

ETſi tali tuo tempore me aut conſolandi , aut juvandi tui cauſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia oportebat ; tamen adhuc id non feceram : quia neque lenire videbar oratione , neque levare poſſe dolorem tuum . Poſtea vero , quam magnam ſpem habere cœpi , fore , ut te brevi tempore incolumem haberemus , facere non potui , quin tibi & ſententiam , & voluntatem declararem meam . Primum igitur ſcribam , quod intelligo & perſpicio , non fore in te Cæſarem duriorem : nam & res eum quotidie , & dies , & opinio hominum , & , ut mihi videtur , etiam ſua natura mitiorem facit : idque cum de reliquis ſentio , tum de te etiam audio ex familiariſsimis ejus , quibus ego ex eo tempore , quo primum ex Africa nuncius venit , ſupplicare una cum

EPISTOLA XIII.

LIGARIO) Pro quo exſtat oratio : ILa hic revocatus , in Cæſarem paullo poſt (Appiano auctore) conjuravit . CONRAD.

Adhuc id non feceram) Sic Medic. codex , & ex eo Victorius , neque variat Vatic. at Pall. prim. tert. Grut. *fecerim* (ſic & Græv. prim. & Anſtelod.) vulgo *feci* . GERHARD.

Nuncius venit) Victoriæ Cæſaris , vel tua de re a te miſſus . CONRAD.

Fra-

cum fratribus tuis non deſtiti: quorum quidem & virtus, & pietas, & amor in te ſingularis, & aſsidua & perpetua cura ſalutis tuæ tantum proficit, ut nihil ſit, quod non ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem. Sed ſi tardius fit, quam volumus, magnis occupationibus ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: & ſimul Africanæ cauſæ iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictatum: ſed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſsius & placatius ferre. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id affirmaſſe, te in iſtis moleſtiis diutius non futurum. Cum quid ſentirem expoſui, quid vellem tua cauſa, re potius declarabo, quam oratione: &, ſi tantum poſſem, quantum in ea rep. de qua ita ſum meritus, ut tu exiſtimas, poſſe debebam, ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes: eadem enim cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed tamen, quidquid imago veteris meæ dignitatis, quidquid reliquiæ gratiæ valebunt, ſtudium, conſilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti, primum ob eas cauſas, quas ſcripſi; deinde, quod ea de rep. ſemper voluiſti atque ſenſiſti, ut non modo nunc ſecunda ſperare debeas, ſed etiam ſi omnia adver-

Fratribus tuis) Duobus, quorum alter T. Ligarius dicebatur. INDEX.

Et amor in tr) Meus. Nam *amor* & cura, ad Ciceronem: virtus & pietas, ad fratres eſt referenda. INDEX.

Quod non ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem) Sine cujuſquam interceſſione. GRAEV.

Africanæ cauſæ) In qua tu fuiſti. CORRAD. *Iratior*) Quia bellum renovaverant: lib. IV. ep. 13. INDEX

Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes) Cum in manuſcripto libro ante verbum *eſſes*, legatur *non*, videtur pro *nr* ſcribendum eſſe *ne*; ut ſit, *ne tu quidem in iſtis incommodis non eſſes*, elegantiore, ut videtur, ſententia. VRSIN. Omnes tamen alii libri ſtant pro vulgata. GRAEV.

Vt non modo cum ſecunda ſperare debeas) In aliis editionibus eſt, *ut non modo nunc ſecunda ſperare debeas*. Meus optimus codex, *ut non modo non ſecunda ſperare debeas*. Cauſas mutationis, cur *nunc* in *cum* reſinxerit Gebhardus, nullas reddit. Vulgata ſcriptura non eſt abolenda. Senſus enim hic eſt: Quia tam bene de rep. ſemper voluiſti & ſenſiſti, debes nunc ſperare ſecunda, tamquam bonæ hujus tuæ voluntatis & ſenſus præmia: non poterit enim ferre reſpublica, de qua tam bene ſenſiſti, te diutius in exſilio agere: ſed etſi fortuna tibi adverſaretur, ut numquam in patriam tibi redire liceret, non debes tamen inique hanc injuriam fortunæ ferre, ſed ut ſolent viri ſapientes & fortes in conſcientia tuorum factorum & conſiliorum conquiescere. GRAEV. *Vt non modo*

adverſa eſſent, tamen conſcientia & factorum, & conſiliorum tuorum, quæcumque acciderent fortiſsimo & maximo animo ferre deberes.

EPISTOLA XIV.

ARGUMENTUM.

Exordii loco ſignificatio officii & amoris eſt; narratio, quid actum cum Cæſare ſit de Ligarii incolumitate, demonſtrat: concludit epiſtolam cohortatio ad lætitiam, & conſtantis in eo juvando animi promiſſio. Eodem anno.

CICERO LIGARIO.

ME ſcito omnem laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere: nam cum te ſemper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos æque atque te ſumma benevolentia ſum complexus, ſingularis pietas amorque fraternus, nullum me patitur officii erga te, ſtudiique munus, aut tempus prætermittere. Sed quæ faciam, fecerimque pro te, ex illorum te litteris, quam ex meis malo cognoſcere. Quid autem ſperem aut confidam, & exploratum habeam de ſalute tua, id tibi a me declarari volo. Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis periculoſiſque rebus,

modo cum ſecunda ſperare debeas) Non peccavit opinor Gebhardus, cum ad priores Naugerii, & Victorii editiones revocavit Ciceronem, rejecta muratione, quam poſteriores attulerunt quaſcumque ob cauſas. Certe firma conſequentia non eſt, quia bene ſenſerit de rep. ideo nunc ſecunda ſperare licere, aut debere. *Cum ſecunda* autem dixit Ciceso, ſi reip. negotia proſpere quodammodo ſucceſſura ſint, ſi ſit aliqua futura reſp. ut ſolet alias loqui. Eſt enim præpoſitio cum ablativo. IAC. GRON. Vel intellige cum Gronovio *cum ſecunda fortuna*; vel, quod potius mihi videtur, agnoſce Ellipſin Particulæ *nun-*, *cum ſecunda ſperare debeas*, i. e. proſpera omnia. Sic & ante *cum maxime* modo addunt, modo demunt particulas *Tum*, *Nunc*, ſimiles. CORT.

Tamen conſcientia) Illud *tamen* ei tantum, quod proximum eſt, membro convenit proprie, aliter priori, cujus rei jam duriora exempla habuimus. Vide modo IV. ep. 3. Quare non debuerat ea res interpretes in errorem inducere. INDEX.

EPISTOLA XIV.

ME ſcito omnem meum laborem) In meo primo & Peck. abeſt, *meum*, & vix credo id eſſe a manu Tullii. GRUT.

Nam ſi quis eſt timidus) Ita fidenter ſcribo ex Pal. tert. Gruter. Stewech. quod ita meminerim loqui Plautum Moſtellaria de hac re: *Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.*

rebus, ſemperque magis adverſos rerum exitus metuens, quam ſperans ſecundos, is ego ſum: & ſi hoc vitium eſt, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen cum a. d. v. Kal. intercalares priores, rogatu fratrum tuorum veniſſem

ſem

Vulgo *quiſquam*. GRUTERO. Perinde quidem eſt ſcribatur ne *quiſquam*, an *quis*. Sed quoniam meus primus liber, ut & Amſtelod. & Meniel. nec non Pal. prim. Medic. Vaticao. ac vetuſtiſſimi quique ſtant pro *quiſquam*, id loco mutare ausus non ſum. Plauti locus, quem Guilielmius margini adſcripſerat, nihil ad rem facit: is ſententiæ cauſa adnotatus fuerat. GRAEV.

Cum ad II. Kal. intercalares priores) *Ad II Kal.* hoc eſt, *ad pridie Kalendas*. Sic enim ſæpe loquitur ad Atticum ſcribens. Hic ultimum diem menſis Novembris ſignificari, Ambroſius noſter Regienſis ſcribit. Sunt tamen, qui VI. *Kalendas* non II. *Kalendas* deſcribant. Nos ut de menſe Februario accipiamus, facit, quod Ligarium non multo poſt Marcellum legimus abſolutum, & Marcellum non ita multo poſt abſolutionem circiter X. Kalend. Iunii a Chilone interfectum. *Priores*; quoniam ſi VI. *Kalendas*, legamus, bis eodem anno VI. *Kalendas* dicamus, & *priores intercalares* appellemus, neceſſe eſt: ſin II *Kalendas* tueare, ita erit ponendum: *priores intercalares*, prioris menſis ex duobus menſibus inter Novembrem & Decembrem intercalatis. CONRAD. *Cum ad V. K. i pr.*) Numa Pompilius talem annum inſtituerat ut alternis annis, ſive poſt biennium quodque, modo dierum viginti duorum, modo viginti trium menſis intercalaretur. Hic menſis dicebatur *Mercedonius*, & *intercalaris*. Cujus meminit Cic. in oratione pro Quiotio, cum ait, *pridie Kalendas intercalares*: quo loco viceſimum tertium Februarii diem, qui proximus iotercedit primum intercalaris menſis diem, ſignificari non dubito: nam qui dies ſequebantur idus Febr. ii ſignabantur nomine *Kalendarum intercalarium*, ſi modo annus erat intercalaris. Ipſi vero dies ſic appellabantur, primus *Kalendæ intercalares*: alter, *quarto Nonas intercalares*: (nam quatuor tantum, non ſex Nonæ in menſibus erant intercalaribus, ut major eſt Kalendarum numerus, quam reliquorum dierum: quod in ordinariis quoque menſibus obſervatum) tertius, *tertio Nonas intercalares*: & ſic deinceps uſque ad menſis intercalaris idus, id eſt, diem intercalarem decimum tertium: deinde ſingulis diebus nominabantur *Kalendæ Martiæ*. Nam primus dies poſt Idus intercalares dicebatur, ſi dies viginti duo intercalabantur, *XV. Kal. Martias*, ſubductis hac ratione quinque poſtremis Februarii diebus, qui ſequebantur poſt intercalares, eodemque modo reliqui dies intercalares, & quioque prædicti dies Februarii, a Kalendis Martiis nomen accipiebant, deminuto numero uſque ad Kaleodas Martias. Fiebat alternis anois hæc intercalatio, non poſt ultimum Februarii diem, ſed poſt viceſimum tertium, id eſt, poſt Terminalia. Sed quia vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatus erat hic annus, eum rurſus correxit Iul. Cæſar, & ioſtituit annum 365. dierum, & illi anno, quo faſtos emendabat, inter Novembrem & Decembrem menſem interjecit duos alios, fuitque is annus quindecim menſium, eum intercalario, qui in eum annum inciderat. Eo anno dies illi omnes Novembris menſis, qui *Kalendarum Decembrium* nomine ſignari ſolebant, appellari cœpti ſunt, omiſſa Decembris mentinne, *Kalendarum intercalarium priorum* nomine, hoc modo, *quartus decimus Novembris dies* dicebatur *XVII. Kal. intercalares priores*, & ſic deinceps uſque ad ultimum Novembris diem, qui vocabatur *II. Kal. intercalares*, qui eſt hic dies in hac epiſtola. Quo loco legit vir doctus *V. Kal.* Ald. Manut. de Quæſitis per

Epi-

ſem mane ad Cæſarem, atque omnem adeundi & conveniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem: cum fratres & propinqui tui jacerent ad pedes, & ego eſſem locutus, quæ cauſa, quæ tuum tempus poſtulabat: non ſolum ex oratione Cæſaris, quæ ſane mollis & liberalis fuit; ſed etiam ex oculis & vultu; ex multis præterea ſignis, quæ facilius perſpicere potui, quam ſcribere, hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. Quamobrem fac, animo magno fortique ſis: &, ſi turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora læte feras. Ego tamen tuis rebus ſic adero, ut difficillimis: neque Cæſari ſolum, ſed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amiciſſimos eſſe cognovi, pro te, ſicut adhuc feci, libentiſſime ſupplicabo. Vale.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Epiſtolæ brevitas argumentum non deſiderat: quis enim

ea

Epiſtol. ep. 3. cent. prim. liber Amſtelodam. & Mentel. legunt *ad II Kal. Interkalares priores*, Grævii vero primus *ad V. Kal. interkalares priores*, ut & Vatic. & Vict. ac Gebh. edd. GRAV. Hanc epiſtolam anno ipſo conſulionis ſcriptam oportuit, quo anno Cæſar, ut in poſterum menſes ad ſuas rationes reverterentur, vide quid excogitarit. Ante Iulianam correctionem alter quiſque annus intercalaris erat, eoque anno inter Terminalia ſive XXIII. Februarii & Regifugium, ſive XXIV. ejuſdem menſis diem, menſis intercalarius infindebatur a Romanis ex Plutarcho Μερκηδονιος, aut Μερκηδονιος dictus. Iam Cæſar præter hunc Merkedonium, qui forte eo anno poſt Terminalia inmittendus fuit, duos alios menſes inter Novembrem Decembremque inſeruit, ita ut ille annus quindecim habuerit menſes. Quare poſt idus Novembres is, qui ſequebatur quartus decimus dies, ita enunciandus fuit, ut diceretur *XVIII. Kal. intercalares priores*, & ita deinceps: itemque poſt idus menſis intercalaris prioris Kalendæ, opinor, intercalares poſteriores numerabantur. MAZOCHIVS in Amph. Camp. p. 151.

Indignitatem) Dum multa perpetienda erant *indigna* & *inhoneſta* pro meo priſtino ſtatu. Cæſar II. B. G. c. 14. VII. c. 16. Curt. IX. c. 5. CORT.

Propinqui tui) Tullius Brochus avunculus, ejus filius, Lucius Martius, Caius Ceſetius, & Lucius Cornificius. CORRAD.

Quæ tuum tempus poſtulabat) Omnes MSi melius, quam vulgo *quæ tempus tum poſtulabat*: paullo poſt, *& vultu; ex multis præterea ſignis* habent cum omn. MSis editiones Victorii, ac prima: Lambinus tamen & *vultu & ex multis*: vulgo, *& vultu & multis præt.* GERHARD.

Hanc in opinionem diſceſſi) Eſt, veni in hanc opinionem. Dicitur, ut *diſcedere in ſententiam*. GRAV.

ea contineri non videt gratulationem, benevolentiam, officium?

CICERO BASILIO S.

TIbi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor: a te amari, & quid agas, quidque agatur, certior fieri volo.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Mutui amoris commemoratione quasi viam sibi ad petendum munit: petit autem, ut absentem se tueatur: siquidem gratum fore non dubitet. Scripta quo anno interfectus est Cæsar: si modo hic Bithynicus ille est, quem Siciliæ prætorem post Cæsaris necem præfuisse narrat Appianus. Antonio & Dolabella Coss.

BITHYNICVS CICERONI S.

SI mihi tecum non & multæ & justæ causæ amicitiæ privatim essent, repeterem initia amicitiæ ex parentibus nostris; quod faciendum iis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia, cujus fiducia peto a te, ut absentem me, quibuscumque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Vale.

EPI-

EPISTOLA XV.

CICERO BASILIO) Is esse videtur, qui cum Cæsarianus esset, in Cæsarem tamen conjuravit, & postea a servis est interfectus: quem L. Minucium Basilium vocant historici. CORRAD. Vid. ad Att. II. 16. Male scribitur Basilius, cum Minuciorum cognomen sit Basilus. Vide ad Att. II. 16. & quæ notantur ad Cic. III. de Officiis cap. 18. GRAV.

EPISTOLA XVI.

BITHYNICVS CICERONI S.) Videant docti, an is sit Bithynicus, quem Prætorem in Sicilia fuisse post Cæsaris mortem scribit Appianus. CORRAD.

Epi-

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Scribenti Bithynico, cupere ſe remp. conſtitutam, ut cum Cicerone ducere vitam poſſet, reſpondet, ſe quoque eadem teneri cupiditate; deinde confirmat; ſi beneficia ſpectentur, conjunctiores ei, quam ſe, alios eſſe; ſi neceſſitudo, neminem.

M. CICERO BITHYNICO S.

CVm ceterarum rerum cauſa cupio eſſe aliquando remp. conſtitutam, tum velim mihi credas accidere id etiam, quo magis expetam promiſſum tuum, quo in litteris uteris. Scribis enim, ſi ita ſit, te mecum eſſe victurum. Gratiſsima mihi tua voluntas eſt, faciſque nihil alienum neceſsitudine noſtra, judiciisque patris tui de me, ſummi viri. Nam ſic habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut valeant, conjunctiores tecum eſſe, quam me, neceſsitudine neminem. Quamobrem grata mihi eſt & memoria tua noſtræ conjunctionis, & ejus etiam augendæ voluntas.

EPI-

EPISTOLA XVII.

CVm ceterarum rerum cauſa) Non reſpondet hæc Ciceronis epiſtola, quemadmodum ego exiſtimo, ſuperiori Bithynici: id autem, qui attente ambas legerit, facile animadvertet. Scripſerat alias litteras Bithynicus ad Ciceronem, quibus cupere ſe oſtenderat cum eo vivere. Quæ aut poſtea periere, aut in hæc volumina relatæ non ſunt. VICTORIVS.

Accedere id etiam) Rectius meus liber primus, & nonnullæ veteres editiones, *accidere id etiam*. Melius tum cohærent ſequentia. Hiat alioquin oratio. Cum propter alia multa vellem, inquit Cic. rempublicam collapſam reſtitui, & recreari, tum hanc quoque ob cauſam, ut tui promiſſi te poſſem admonere. Græv. Manut. Lambin. Græv. *accidere*. Non ita bene. Senſus eſt: Promiſſum tuum accedit ad res ceteras, quarum cauſa cupio Remp. eſſe aliquando conſtitutam. *Id*, hoc ipſum eſt, Remp. eſſe conſtitutam. Doctiores videant: quibus morem geram, & libenter quidem. OLEV.

Patris tui) Q. Pompeii Bithynici; niſi me conjectura fallit. CORR.

Aut valeant) Prim. meus, & Palat. *ut valeant*. Sed puto hæc verba eſſe delenda, aut legendum *aut valent*. Græv.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

Audierat Lepta ſcriptam eſſe legem a Cæſare, quam ferre propediem cogitaret, cum aliis de rebus, tum de creandis municipiorum decurionibus: &, quoniam familiares quoſdam ſuos, qui præconium fecerant, fieri decuriones volebat; ideo quæſierat a Cicerone per litteras, ut ea de re quid in lege nondum promulgata ſcriptum eſſet, ex Balbo, Cæſaris familiariſſimo, cognoſceret. Reſpondit Cicero, quod ex Balbi codicillis cognoverat, licere iis, qui præconium feciſſent, in decurionibus eſſe; qui facerent, vetari. Reſcribit etiam de bello Hiſpanienſi, de Leptæ negotio, de Oratore ſuo, de manſione urbana. Præceptum in extremo dat Leptæ filio, ut Heſiodum ediſcat, ac ſæpe recitet ejus verſus de virtute per ſudorem comparanda. Scripta eſt eo anno, cum Cæſar quartum conſul ſine collega, contra Pompeii liberos in Hiſpania pugnaret.

CICERO LEPTÆ.

SImul accepi à Seleuco tuo litteras, ſtatim quæſivi e Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Reſcripſit, Eos,

EPISTOLA XVIII.

CICERO LEPTÆ) Qui Præfectus fabrum cum Cicerone in Cilicia fuit. CORR.

Simul accepi a Seleuco) In antiquis exemplaribus *ſimul*, ſine *ac*, quod alibi apud Ciceronem legimus, ſi vetuſtis codicibus fides habeatur. Ad Atticum libro VIII. *Simul aliquid audiero, ſcribam ad te*. Non, ut vulgati, *ſimul atque*. Item libro IX. in epiſtola Balbi & Oppii ad Ciceronem: *Ut primùm Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeii*. Quamvis hic etiam impreſſi omnes *ſimul ac*. Videnda res diligentius: cum enim tot probati libri ſæpe eamdem diverſis locis locutionem habeant, non facile exiſtimandum eſt corruptos eſſe. Rem fortaſſe aliquorum judicio parvi momenti non negleximus. Nihil enim in hoc auctore non accurate, quod ad ornatum ſermonis faciat, conſiderandum eſt. VICTOR *Simul accepi a Seleuco*) Rectiſſime & elegantiſſime ſic Pall pr. tert. Gruter. Peck. & Medic. Vulgo *ſimul ut accepi*. Alii *ſimulac. acc.* alii *ſimul atque acc.* Memini ſic loqui ſæpiſſime optimos auctores, & in illis Curtium meum. Videantur tamen ad hunc locum Manutiana, nam eum vix linguæ Latinæ elegantiis adſperſum dixerim, qui diſſentiatur aut ignoret talia. GRÆVIUS. *Simul accepi* agnoſcit quoque Amſtelod. Græcii tamen primus, æque ut codex Mediceus, *ſimul atque accepi*. GRÆV.

Quæſivi e Balbo) Cornelium, puto, Balbum Cæſaris familiarem intelligit. MADVIG.

Qui

Eos, qui facerent præconium, vetari eſſe in decurionibus, qui feciſſent, non vetari. Quare bono animo ſint & tui, & mei familiares: neque enim erat ferendum, cum, qui hodie haruſpicinam facerent, in ſenatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando præconium feciſſent, in municipiis decuriones eſſe non licere. De Hiſpaniis novi nihil: magnum tamen exercitum Pompeium habere conſtat. Nam Cæſar ipſe ad nos miſit exemplum Paciæci litterarum, in quo erat, illi undecim eſſe legiones: ſcripſerat etiam Meſſala Q. Salaſſo, P. Curtium fratrem ejus, juſſu Pompeii, inſpectante exercitu,

Qui facerent præconium) Qui *præcone*, ipſi merces venderent: quomodo translate Cic. XIII. ad Att. ep. 12. *Liguriane præclare vendidiſti: poſthac quidquid ſcripſero tibi præconium deferam.* Ab honeſtate autem remotum hoc negotium fuiſſe, videre eſt ex illis quæ Idem I Offic. c. 42. diſſerit, collatis quæ eo contulerunt viri docti. CORT.

Quid eſſet in lege) De ea *lege* agitur, quam Cæſar Hiſpanis municipiis dare volebat. Creditur enim Epiſtola hæc anno Vrbis DCCVIII. ſcripta, cum Cæſar Romam recens ex Hiſpania revertiſſet. In.

Qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur) Iocus (niſi fallor) in Cæſarem, qui in eum ordinem indigniſſimos legerat: ſupplevit enim ille Senatum: nam multi civilibus bellis Senatores defecerant. VICTOR. *Aruſpicinam*) Forte propter Spurinam. CONRAD. *In ſenatu legerentur*) Forte, *in ſenatum*. LAMB.

In municipiis decuriones eſſe) *Municipia* potiſſimum nominat, quod hujus conditionis illa eſſent, in quibus Lepiæ familiares decuriones fieri cupiebant. Atque hinc patet, cur in Hiſpaniis tam multa *municipia* (præter colonias) fuerint: quorum municipiorum leges diriſſima colligitur ex Auguſti & ſequentium Cæſarum nummis apud Vaillantium *in Coloniarum & Municipiorum numiſmatibus*. Ea municipia ſive Cæſar proxime ante mortem datis legibus conſtituerat, ſive eadem ex patris poſtea ſententia Auguſtus ordinavit. Nonnulla eorum *Iulii* cognomen gerunt, alia *Auguſti*, aut utrumque. MAZOCH.

Pompeium) Cn. Pompeium Magni filium. CORR.

Ipſe ad vos miſit exemplum Paciæci litt. —— illi undec. eſſe leg.) Sic, *ad vos*, Victor. ex Medicæo, quem ſequitur prim. Palat. & Amſtelodam. At Græv. prim. & Mentel. hic conſentit vulgatis editionibus, in quibus *nos* ſcribitur. Et vero ſimilius eſt *nos* legendum. Cicero enim Lepte ſignificat, quid ex Paciæci litteris ad ſe miſſis cognoviſſent. *Paciæci*) L. Iunii Paciæci, quem Cæſar ad ferendum ſubſidium Vllæ oppido præmiſerat. CORR. *Ad vos miſit exemplum Paciæci*) Sic Pal. pr. Victorius, ac Vatican. nec longe divertit Grut. in quo viſitur *paciai*: ceterum *vos* non *nos* ingerunt Pal. pr. Grut. Vatic. editio Victorii. Statim modo: *In quo erat, illi undecim eſſe legiones*. Pall. prim. tert. Grut. *illas undecim eſſe leg.* non male, ſed præferenda videtur ſcriptura Stewech. *ipſas undecim eſſe leg.* hoc eſt, expletas, integras. Peck. *in quo erit illas* xt. unde Guilielm. conjectabat, *erat illis*, neſcio quo ſenſu. GERHARD. *Illi undecim eſſe legiones*) XIII. ſcribit Hirtius. CORR. Multi libri vetuſtiſſimi, inter quos prim. Pal. & prim. Græv. hic legunt *illas* xt. *eſſe legiones*. Non male. Sed elegantius Stewech. *ipſas undecim eſſe legiones*, hoc eſt, integras, expletas, ut bene exponit Gebhardus. GRAV.

citu, interfectum, quod conſenſiſſet cum Hiſpanis quibuſdam, ſi in oppidum neſcio quod Pompeius rei frumentariæ cauſa veniſſet, eum comprehendere, ad Cæſaremque deducere. De negotio tuo, quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non deſinam cum illo communicare, ſi quid expediri poſsit: quod videbatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere a te probari, vehementer gaudeo. Mihi quidem ſic perſuadeo, me quidquid habuerim judicii de dicendo, in illum librum contuliſſe. Qui ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum: ſin aliter, non recuſo, quin quantum de illo libro tantumdem de mei judicii fama detrahatur. Leptam noſtrum cupio delectari jam talibus ſcriptis: etſi abeſt maturitas ætatis, jam tamen perſonare aures ejus hujuſmodi vocibus, non eſt inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cum ea, quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit, teneor tamen, dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem: &, mehercule, non tam ſum peregrinator jam, quam ſolebam: ædificia mea me delectabant & otium: domus eſt, quæ nulli villarum mearum cedat, otium omni deſer-

Si Galba conſponſor tuus) Forte is eſt, cujus lib. X. epiſtola exſtat ad Ciceronem, quæ numero in illo libro eſt XXX. GRAV.

Si quid expediri poſſit) *Effi.i* inter difficultates. Plaut. Captiv. Prolog. adde III. ep. 12. Sed hic Lepta *Sponſor* erat, cui fortaſſe aliquid ſolvendum erat: quare illud *expedire* eleganter in rem dixit. Phædr. I. Fab. 16. CORT.

Oratorem meum tantopere a te probari) Ad M. Brutum, de quo lib. II. de Divinatione ſic ſcribit: *Libri tres erunt de Oratore, quertus Brutus, quintus Orator.* CORR.

Partus) Ex quo deceſſit. IO.

Exigam primam penſionem) Tertiam partem dotis, quæ primum debebatur. Annua, bima, trima die numerabatur dos uxoris marito, hoc eſt, tribus penſionibus: & ſi divortium factum eſſet, eodem modo reddebatur: Vid. not. ad M. Senecæ Suaſor. I. Io. FR. GRON.

Ædificia mea me delectant) Nos ut in antiquis *delectabant* ſcripſimus, longe diverſo ſenſu, quam ſi præſenti tempore legas. Adfert enim rationem, cur non ſit tam peregrinator quam antea; ob id (inquit) peregrinabar libenter, quia ædificia mea me delectabant & otium. Magnificas enim villas & ſumtuoſe ædificatas habebat, quas ipſe *ocellos Italiæ* ad Atticum ſcribens appellat. Nunc ea, quæ quærebam in villis, domi habeo. Infert enim: *Domus eſt, quæ nulli mearum villarum cedat, otium omni deſertiſſima regione majus.* VICTOR. *Ædificia mea me delectabant*) In prædiis meis eſſe gaudeo, & quiete frui, vitatis negotiis. Videtur autem legendum *delectant*. Io. FR. GRON.

Ja

desertissima regione majus. Itaque ne litteræ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione versor. Quare, ut arbitror, prius hic te nos, quam istic tu nos videbis. Lepta suavissimus edisca Hesiodum, & habeat in ore,

Της δ' αρετης ιδρωτα.

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Lepta significaverat, diversatum se esse apud Maculam, beneque ab eo acceptum: deinde petierat a Cicerone, ut a Balbo curam sibi eorum ludorum impetraret, quos Cæsar, devictis jam in Hispania Pompeii liberis, per singulas regiones dare cogitabat; eaque jam de re ad Balbum & Oppium scripserat. De Macula respondet Cicero gaudere se, quod officio functus esset amicitiæ humanitatique debito, ejusque Falernum laudat. Ludorum curationem non probat. Scripta est revertente ad urbem Cæsare post Hispaniense bellum.

CICERO LEPTÆ S. D.

MAculam officio functum esse gaudeo: ejus Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio, si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Ceteroqui

In quibus sine ulla interpellatione versor) Vulgatur, *Sine ullo interpellatore versor*: sed nostram repositi ex Pall. pr. tert. Grut. Vatican. editione Victorii. GRUTER. *Sine u. interpellatore*: qui inter litteras meas veniat, & mediam meam actionem, ut Asconius interpretatur, interrumpat. Sueton Aug. c. 72. adde XI. ep. 10. CORT

Της δ' αρετης ιδρωτα) Quod non quatuor integros Hesiodi versus, sed primi partem scripsimus, in hoc etiam antiquorum codicum auctoritatem secuti sumus. Scimus præterea semper in his allegationibus Ciceronem brevem & concisum admodum esse, ut trium etiam dictionum proverbium non integrum quandoque adducat, nedum quatuor totos versus celebres & vulgatissimos recitaret. VICTOR.

EPISTOLA XIX.

Maculam) Pompeium Maculam: de quo meminit Macrobius. CORRADVS.

Officio functum esse gaudeo) Parando nobis (sic enim interpretandum videtur) hospitio IDEM.

Ad comitatum nostrum) Qui Cæsari ex Hispaniis redeunti ire obviam cogitamus. IDEM.

Ma-

qui mihi locus non diſplicet, nec ea re Petrinum tuum deſeram. Nam & villa, & amœnitas illa commorationis eſt, non diverſorii. De curatione aliqua munerum regionum cum Oppio locutus ſum: nam Balbum poſtea, quam tu es profectus, non vidi; tantis pedum doloribus afficitur, ut ſe conveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videtur, ſapientius faceres, ſi non curares: quod enim eo labore adſequi vis, nullo modo adſequere: tanta eſt enim intimorum multitudo, ut ex his aliquis potius effluat, quam novo

Munerum regiorum) Sciebam ſane nonnullos *regionum* in ſuo codice ſcripſiſſe, contra impreſſorum & meliorum omnium codicum fidem: in quo quod illos imitarer, non fuit. Hiſtoriam hujus loci paullo poſt explicabo. Cur *regia* appellaret *munera*, paucis nunc exponam, quæ Cæſar dictator daret: quem *regem* vocat multis in locis (ut etiam *regiam* domum ejus, *Te plane viſum in regia non reprehendo*, & *reginam* uxorem) quod regiam Romæ poteſtatem haberet, & cuncta pro arbitrio ſuo adminiſtraret. Cum ſexcenta alia exempla hujus nominis afferre poſſem, uno contentus ero, quod huic rei docendæ mirifice accommodatum eſt: agitur enim in eo quoque de curatione ludorum, etſi diverſi ludi fuerint, quos curaverat Matius ab his, quos Lepta curare cupiebat. In epiſtola ad Matium &c. *Sed te hominem doctiſſimum non fugit, ſi Cæſar rex fuerit, quod mihi quidem videtur*, & quæ ſequuntur. Quamvis autem munera per ſingulas urbis regiones Cæſar ediderit, nemo umquam *munera regionum* illa appellaret, niſi omnia me fallunt. Vocaſſe autem *regem* quandoque Ciceronem, quem Græci ευραννον dicunt, pertpicuum eſt: unde libet locum in Oratione prima contra Catilinam emendare: *Si in hunc animadverteſſem, crudeliter, non egregie factum eſſe dicerent*. Legendum enim eſt, *& regie*, id eſt, ευραννικως. Hanc ſcripturam, ſua ſponte planam, confirmat auctoritas optimi codicis: vidi enim librum litteris Longobardis exaratum, qui continebat hiſtoriam Salluſtii, & quædam Ciceronis, in quibus erant orationes hæ in L. Catilinam, in quibus ita legebatur. VICTOR. *Munerum regiorum*) Ludorum qui a Tarquinio rege inſtituti, modo Romani, modo Magni, modo etiam Circenſes ſunt appellati: ſed nunc *regii* a Cicerone in Cæſaris invidiam dicuntur. Legitur tamen etiam *regionum*, ut cum Suetonio exponas, regionatim faciendurum. CORN. Omnes libri manuſcripti, quos quidem viderim, etiam is quo uſus eſt P. Victorius, habent *regiorum*: præterquam quod in uno eſt *munerum regionis*: cujus auctoritate defendi poteſt Manutii conjectura, qui vult legi *munerum regionum*. LAMBINVS. *De curatione aliqua munerum regionum*) Ita optimus codex Palat. primus: ſed antea ita legendum conjecerat Paullus Manutius, non improbante Lambino, quandoquidem is aliquo ſuorum repererat *regionis*: vulgo *regiorum*. GEBHARD. *Mun. regionum*) Non poſſum in animum inducere, Ciceronem apud Cæſaris amicum auſum fuiſſe Cæſarem appellare *Regem*, præſertim cum id nomen tam invidioſum eſſet. Epiſtola ad Matium ſcripta eſt poſt Cæſaris cædem. Itaque non poſſum non aſſentiri Manutio & Gebhardo, præſertim cum & primus Palatinus, & primus meus, & Amſtelodam. libri præſtantiſſimi, legant *regionum*. GRAV.

Quod enim eo labore) Muneribus curandis. CORN.

Nullo modo adſequere) Ut ſis inter Cæſaris domeſticos. IOAN.

Potius effluat) Ex intimis, ut Cæſar ejus obliviſcatur, nec amplius inti-

novo ſit aditus ; præſertim qui nihil afferat præter operam , in qua ille ſe dediſſe beneficium putabit (ſi modo ipſum ſciet), non accepiſſe. Sed tamen aliquid videbimus in quo ſit ſpecies: aliter quidem non modo non appetendum,

intime admittatur. De ſignificatione hujus Verbi non multum diverſa, vide ad VII. ep. 14. Corr.

Præter operam) Qualis eſſet tua, quam velles illi navate curandis muneribus. Corr.

Si modo hoc ipſum ſciet) Adeo non curat hæc minima. Idem.

Aliquid videbimus, in quo ſit ſpes) Nos cum antiquis exemplaribus *ſpecies* legimus, id eſt, dignitas & honeſtas aliqua: ut ad Lentulum: *Hic meæ vitæ curſus offendit eos fortaſſe qui ſplenderem & ſpeciem hujus vitæ inſuentur*, &c. Hujus vocis hoc ſignificatu plurima exempla adjungerem, niſi tam obvia eſſent, ut quivis per ſe facile invenire poſſet. Potius conabor hiſtoriam hujus epiſtolæ ex nonnullis locis ad Atticum collectam explanare. Inſtabant hoc tempore Ludi Romani, qui magnifice ſemper edi ſoliti erant. Iamque Cæſar e bello contra liberos Cn. Pompeii geſto revertebatur, ſcripſeratque ad Lamiam ſe ante diem ludorum Romæ futurum: nonnihilque ſe properaturum, ut ludis ipſis intereſſet; mandaratque ut ad ludos omnia pararent. Deſiderabat igitur Lepta ſibi horum ludorum aliquam coronationem tradi: cum Oppioque & Balbo de ea re Ciceronem agere volebat: jamque domum ad Balbum propter hoc negotium eum perduxerat. Rem totam ſibi diſplicere Cicero hac epiſtola ad Leptam ſcribit, nec laborandum eſſe in ea re docet: ſe tamen, quoniam tam valde ille cuperet, ei non defuturum pollicetur, operamque daturum, ut ſi aliquid in ea curatione de quo aliquem ſplendorem habeat, inveniri poſſit, ab illis impetret, ut Leptæ committatur. Quod autem hic de hoſpitio loquitur, cogitabat obviam ire Cæſari, & hoſpitia ſibi parabat. Nam etiam libro XIII. ad Atticum, dicit ſe ad Muranam de hoſpitio ſcripſiſſe, ſed tunc Romæ erat: nunc fortaſſe jam exierat: dicit enim, *ſe arbitrari Aſturæ ſibi diutius commorandum eſſe, quoad ille quandoque veniet*. *Ille* autem Cæſar, κατ' ἐξοχήν; ſic enim de magnis & claris viris loqui mos eſt, ut nos ſupra adnotavimus: *ille* enim, & *ipſe* pro nominibus propriis ſumuntur, ut etiam Ariſtophanis interpres docet in Nubibus, eo loco: Αλλ' εισιθι ἑνα μη καινος ἡμιν επιτυχῃ; ſic etiam loquitur Thetis apud Homerum: Τοντε μ' ἐκατι νοωγε μεγας Θεος: & apud Pythagoricos κινος ἐφη, id eſt, Pythagoras, dicebatur. Vteron. *In quo ſit ſpecies*) Si rem ſemel de qua hic agit, nonnulli intelligere voluiſſent (poterant autem ex epiſtolis ad Attic. omnia accipere; his enim, quæ a me pro hujus loci declaratione ſcripta ſunt, fortaſſe parum fidebant) non tam multa peccaſſent, & veterem lectionem, quæ in Medicæo eſt, a me reſtitutam, veriorem eſſe cognoſſent. Sententia hujus loci, & vis illius nominis, copioſe a me in meis caſtigationibus explicata eſt, addam tamen hujus nominis eodem ſignificatu exemplum, e primo de Oratore ad Q. Fratrem: *Et quamquam in utroque noſtrum ſummum eſſe ingenium ſtudiumque perſpexi: tamen hæc quæ ſunt in ſpecie poſita*, &c. Sed magis adhuc ſimile huic loco eſt illud in L. Piſonem: *At fuit pompa, fuit ſpecies, fuit inceſſus*; nam locus ille ad Atticum non parum lucis rei de qua hic agit, adfert: *Balbum conveni. Lepta enim de ſua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat*. Idem. *In quo ſit ſpes*) Libros vulgatos ſecuti ſumus, quibuſcum conſentiunt tres manuſcripti: P. Victurius mavult legi *in quo ſit ſpecies*: quo modo dicit eſſe ſcriptum in cod. manuſcripto antiquiſſimo. Ego *ſpes* probo: *ſpecies* nullo modo probare poſſum: neque me exempla, quæ collegit Victorius, movent; non enim

aut

dum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Vale.

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

Accurate multa colligit ut Toranio exsulanti persuadeat, ne se commoveat. Consolationem unam illam affert, qua etiam usus est in epist. 4. ad Torquatum, nihil iis horribile aut extimescendum videri; qui tum recte vixerint, tum ætate etiam eo jam pervenerint, ut vitæ non multum superesse videatur. Scripta belli Hispaniensis tempore.

CICERO TORANIO S.

DEderam triduo ante pueris Cn. Plancii litteras ad te: eo nunc ero brevior, teque, ut antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter navigationis longæ, & hiemalis, & minime portuosæ periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non quantivis, subito cum certi aliquid audieris, te istinc posse profi-

aut ignoramus, aut negamus, in illis locis *species* & legendum esse, & locum habere: sed scimus illa exempla nihil ad rem pertinere. LAMBINVS. *Species*) Quandoquidem in omnibus non sequi tantum, sed etiam exprimere Victorianam editionem statuimus: lectionem quoque ejusdem ex Medic. libro adscitam, & eruditissime explicatam; frustra tamen ab ejusdem æmulis impugnatam pratulimus vulgatæ: cum illam quoque codex Vaticanus agnoscat. Vulgo *spes*: ex compendio nata. GERHARD. Hanc lectionem *species* agnoscit etiam Vaticanus, & Grævii primus: in quo scriptum *spes*, quo exprimitur *species*. Nota vero illa omissa in aliis libris hanc peperit mendam, quam pulcre sustulit P. Victorius. GRAV. *Aliquid videbimus; in quo sit species*] Aliquid inveniemus, comparabimus tibi officii vel negotii, quod sit solidum, non inane, sine corpore & specie, ut loquitur Sveton. Iul. 77. *Videre*, ut II. 16. Io. FR. GRON.

EPISTOLA XX.

CICERO TORANIO) Toranius vir prætorius, paullo ante Ciceronem a Triumviris interfectus fuit, nunc exsulabat. CORR.

Cn. Plancii) Epistola 14. libri IV. IDEM.

Ibidem opperiri) Fortasse Corcyræ. IDEM.

Ne illud quidem negligendum quamvis) *Negligendum* in antiquis codicibus non est, sed ejus loco negativa est particula *non*. Ipsi legimus *non quantivis*, hoc sensu: Præter pericula & molestias

proficiſci. Nihil eſt, cur adventibus te offerre geſtias: multa

ſtias quæ vitaris, commodum illud non parvum habendum eſt, ſed tale ut magni faciendum ſit, ſubito cum certi aliquid audieris te iſthinc poſſe proficiſci. VICTOR. *Ne illud quidem non quantivis, quamvis ſubito*) Secutus fueram olim libros vulgatos, in quibus ita legitur, *ne illud quidem negligendum quamvis ſubito*, &c. nam manuſcripti Memmiani habent *ne illud quidem non negligendum*, &c. plane mendoſe. Vnde in hanc opinionem veni, verbum *negligendum*, eſſe alienum, & foris profectum: eamque ſolam eſſe rectam & veram ſcripturam, quam P. Victorius ex illo optimo codice hauſit, *ne illud quidem non quantivis, ſubito cum certi aliquid*, &c. *Ne illud quidem non quantivis*, id eſt, illud eſt plurimi faciendum. Illud eſt quantivis æſtimandum, *poſſe ſubito*, &c. Vulgata tamen lectio tolerabilis eſt, & ſententiam continet planam & facilem. Verum quid tum poſtea, ſi non eſt Ciceronis oratio, ſed aliena? Omnino igitur Florentinam ſcripturam cenſeo eſſe amplectendam, & vulgatam reſpuendam. Sed ſcripturæ Florentinæ addendum cenſeo *quamvis*, poſt *quantivis*, ut ſit, *ne illud quidem non quantivis, quamvis ſubito, cum certi aliquid*, &c. *Quamvis ſubito* autem, id eſt, quantumvis ſubito. LAMB. *Ne illud quidem non quantivis ſubito*) Pall. primus, tertius, Gruterianus, *ne illud quidem non quamvis ſubito* (ſic & Amſtelodam. Græv. vero prim. *ne illud quidem non ſubito quamvis*:) ut liqueat vel cæco, illud *quantivis* degeneraſſe in *quamvis*, quod adſtruit Vatic. Vulgo, *ne illud quidem negligendum quamvis*. GERHARD.

Te iſtinc poſſe proficiſci) Hic veteres codices & in fine hujus epiſtolæ iterum pro *iſtinc*, *iſtim* habent, neque hac epiſtola ſolum, ſed multis etiam aliis locis, etſi nos numquam ita ſcripſimus, ne antiquitatis nimis cupidi & affectatores videremur: rem tamen quin adnotarenius facere non potuimus. Sic etiam eſt in hoc codice locus ille ad Plancum: *Ita erant omnia, quæ iſtim adferebantur, incerta*; & illud ad Tironem, *Iis enim ventis iſtim navigatur*. Et alibi etiam, idem adverbium multis locis eſt in illo codice epiſtolarum ad Atticum, quem nos omnium optimum atque integerrimum vidimus, ut ille locus in VII. *De malis noſtris tu prius audis, quam ego: iſtim enim emanant*; item ille: *Quæ mihi iſtim adferuntur? quæ hic videi?* Item ille in II. *Valde ego te iſtim exciterem.* Nam II. Æneidos: *Illi mea triſtis faſta*: *illi* pro *ibi* adverbium eſſe vult Donatus Terentii interpres. Et etiam alibi, *Patet iſti ianua leto*, pro *iſtic* quidam intelligunt: nam Petrus Eenubus in ſuo illo diſertiſſimo & elegantiſſimo de Terentianis fabulis dialogo, ſic hunc verſum legit in Phormione: *Interea ſedemus illi, intervenit*; & illum item in Hecyra: *Itaque ineptus hodie dum illi ſedeo, ut quiſque venerat.* Hæc igitur, quæ rara admodum, & abſurda videntur, videmus ab optimis auctoribus crebro eſſe uſurpata, & frequentius etiam inveniremus, niſi a junioribus quibuſdam caſtigatoribus tamquam menda, & errata librariorum ex omnibus fere libris ſublata eſſent. VICTORIVS.

Cur adventibus te offerre geſtias) Ita Pal. prim. Vaticanus, Victorii editio; vulgo *advenientibus*. Scio Magiſtellos, qui pueris ſuis has epiſtolas interpretabuntur, non adſecuturos emendationes noſtras; ſed per me illis in linguæ Latinæ arcana penitus ſe penetrare licet: non vacat ſingula nec lubet eviſcerare, & commentarios πολλῶν ῥημονίων ἀχθος exaggerare & undequaque coacervare: qui ſapit, ſapiat. Paullo ſtatim ſcripſi *quæ cum Cilone noſtro communicavi* ex auctoritate Pal. pr. Victorius *Chilone*; vulgo *Milone*. GERH. *Adventibus*) Lectionem Victorii meus quoque veterrimus confirmat. Non eſt, inquit, ut velis in illis verſari locis, in quibus ſolent advenire, qui Cæſaris partes ſequuntur. Sic & alibi loquitur, Orat. in Piſon. *Quid dicam adventus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis?* GRÆV.

Quo

ta præterea metuo, quæ cum Cilone noſtro communicavi. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo eſſe potuiſti, ex quo te, quocumque opus erit, facillime & expeditiſsime conferas. Quod ſi recipiet ille ſe, ad tempus aderis: ſin (cum multa accidere poſſunt) aliqua res eum vel impediet, vel morabitur, tu ibi eris, ubi omnia ſcire poſsis: hoc mihi prorſus valde placet. De reliquo, ut te ſæpe per litteras hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas, te in hac cauſa nihil habere, quod tibi timendum ſit præter communem caſum civitatis: qui etſi eſt graviſsimus, tamen ita viximus, & id ætatis jam ſumus, ut omnia, quæ non noſtra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, ſummaque pietate te deſiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura, ut valeas, & te iſtinc ne temere commoveas.

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

Conſolationis loco præterita colligit: & quid ipſe amiſſa reip. ſalute ſentiat, quaſi exemplum ad imitandum proponit: pluri-

Quæ cum Milone] Nos *Chilone*, ut ſit liberti nomen, Milo enim jam perierat. Vetus ſane codex *Cilone* ſine aſpiratione, ut etiam in epiſtola Sulpicii, *A. P. Magio Cilone*. Videndum igitur an ſic legi debeat, ut eſt in antiquo codice. *Cilo* enim ſine aſpiratione auctore Sexto Pompeio appellabatur, cui frons eſſet eminentior, ac dextera, ſiniſtraque velut reciſa videretur: ſive *Chila*, quî a magnitudine labiorum ſic nominabatur. Alibi etiam nomina quædam quæ aſpirationem exigunt, ſine ea in illo ſcribuntur, ut in epiſtola ad Lucceium, *Herculem Xenoponteum*: & ad Pœtum, *Pilrros tabellarius*, pro *Xenophontium*, & *Philetos*. VICTOR. *Milone*] Non T. Annio Milone, qui jampridem in agro Turino a Q. Pedio interfectus fuerat: ſed altero. Niſi *Chilone*, vel *Cilone*, ut quibuſdam placet, legas: ut ſit liberti, vel Clientis nomen, vel potius ſervi, de quo lib. III. ad Q. Fratrem fit mentio. CORR. *Cilone* habet etiam Pal. prim. & Græv. prim. GRÆV.

Ille] Cæſar. CORRAD.

Quam multa accidere poſſunt] Ita Victorius: malim tamen adminiculante Pal. primo, *cum vel multa acc.* vulgo *quoniam multo acc.* GRAN.

Id ætatis jam ſumus] Pro *eo ætatis*, hoc eſt, *eo ætate*. Cic. II. Verr. c. 37. VI. ad Att. ep 16. Auſon. ep. 4. Et ſic Tacitus XIII. Ann. c. 16. Sic Plaut. Amphitr. A. I. Sc. I. v. 1. Non alio modo iſta dicuntur, quam *dies & noctes*, *omnem ætatem*, cetera hujus commatis. Confer, ſi placet, adſcripta I. ep. 9. CORR.

Epi-

plurimum quidem ad levandum dolorem valere mentis optimæ conſcientiam, oſtendit: Toranio autem, præter communem caſum civitatis, nihil timendum: je quidem pro civili curaturum omnia, quæ ad ſalutem ejus, ac liberos pertinere videbuntur. Eodem anno.

CICERO TORANIO S.

ETſi, cum hæc ad te ſcribebam, aut appropinquare exitus hujus calamitoſiſsimi belli, aut jam aliquid actum, & confectum videbatur; tamen quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſentatorem, & me tibi: ſoloſque nos vidiſſe, quantum eſſet in eo bello mali, in quo, ſpe pacis excluſa, ipſa victoria futura eſſet acerbiſsima, quæ aut interitum allatura eſſet, ſi victus eſſes, aut ſi viciſſes, ſervitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri & ſapientes, Domitii & Lentuli, timidum eſſe dicebant (eram plane: timebam enim, ne evenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem eventum paratus ſum. Cum aliquid videbatur caveri poſſe, tum id negligi dolebam: nunc vero, everſis omnibus rebus, cum conſilio profici nihil poſsit, una ratio videtur, quidquid evenerit, ferre moderate: præſertim cum omnium rerum mors ſit extremum: & mihi ſim conſcius, me, quoad licuerit, dignitati reipub. conſuluiſſe: &, hac amiſſa, ſalutem retinere voluiſſe. Hæc ſcripſi, non ut de me ipſe dicerem; ſed ut tu, qui conjunctiſsima fuiſti mecum & ſententia, & voluntate, eadem cogitares. Magna enim conſolatio eſt, cum recordare, etiam ſi ſecus acciderit, te tamen recte vereque ſenſiſſe. Atque utinam liceat aliquando ali-

EPISTOLA XXI.

Hujus calamitoſiſſimi belli) Civilis & Hiſpanienſis. Corn.

Commemorabam) Memoria repetebam. Grav.

Te unum) Forte, *& te unum*. Lamb.

In tanto exercitu) Pompeiano. Corn.

Si viciſſes, ſervitutem) Injuſtos Dominos eramus habituri, Pompeium & paucos, quos ille audiebat: quamquam potius mallem, *ſi viciſſes*, propter proſcriptionem & cædes denuntiatas a Pompeianis: *aut ſi victus eſſes, ſervitutem*, nempe ſub Cæſare, quod evenit. Io. F. Grov.

Domitii) L. Domitius pater, & Cn. Domitius filius. Corn.

Lentuli) L. Lentulus, & P. Lentulus. Inem.

Aliquid ... caveri) Sic I. ep. 7. *Si aliquid eſſet offenſum*. XII. ep. 2. adde V. ep. 8. Corr.

Epi-

do aliquo reip. ſtatu nos frui, inter nosque conferre ſollicitudines noſtras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil eſſe, quod timeas, præter univerſæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem ſic velim judices, quantum ego poſsim, me tibi, ſaluti tuæ, liberiſque tuis ſummo cum ſtudio præſto ſemper futurum. Vale.

EPISTOLA XXII.

ARGVMENTVM.

Victo in Theſſalia Pompeio, boni cives multi ab armis diſceſſerunt: quorum alii ſpe veniæ a Cæſare impetrandæ in Italiam reverſi ſunt, ut Cicero, & hic Domitius: alii eodem conſilio in Aſiam ierunt, aut in Achaia remanſerunt, ituri obviam Cæſari ex Alexandrino bello redeunti: alii vero vel quia victori ſupplicare nollent, vel quod ei ſe committere non auderent, in oppida libera, bello vacua, ſuccederunt, ut M. Marcellus, qui Rhodi vel Mitylenis aliquandiu maluit vivere, quam Romæ. Sed in Italiam primi Cicero, & D. Lælius venere: unde illud epiſt. 7. lib. II. ad Attic. Edixit ita, ut me exciperet, & Lælium nominatim. *Domitii ſerior adventus fuit: quod & ex hac epiſtola, & ex ea ad Atticum ſcripta, quam appellavi proxime, cognoſcitur. Excuſat igitur Cicero officium ſuum, quia litteras ad eum antea non miſerit: oratque & obteſtatur, ut, cum reip. jam ſatisfecerit, incolumitati ſuæ conſulat, amicorumque, quos belli caſus eripuit, deſiderium æquo animo, aut forti ſaltem ferat. In extremo pollicetur ſe omnia facturum ſtudioſiſſime, quæ ſaluti illius, & dignitati conducere arbitrabitur. Cæſare III. & Lepido Coss.*

CICERO DOMITIO.

NOn ea res me deterruit, quo minus, poſtea quam in Italiam veniſti, litteras ad te mitterem, quod tu ad me nul-

EPISTOLA XXII.

DOMITIO) Cn. Domitio Ænobarbo L. F. Corbad.

In Italiam veniſti) Ex prælio Pharſalico. Idem.

Niki-

me nullas miseras: sed quia, nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem, cum mihimet ipsi consilium deesset, nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. Hæc quamquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora; tamen inanes esse meas litteras, quam nullas malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere reip. causa muneris, quam quantum præstare potuisses; tamen, quibuscumque rebus possem, ad eam conditionem te vivendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. Sed cum consilii tui bene fortiterque suscepti eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset, oro obtestorque te pro vetere nostra conjunctione ac necessitudine, proque summa mea in te benevolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, conjugi, tuisque omnibus, quibus es, fuistique semper carissimus, salvum conserves, incolumitati tuæ, tuorumque, qui ex te pendent, consulas: quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita memoria, & scientia comprehendisti, iis hoc tempore utare: quos conjunctos summa benevolentia plurimisque officiis amisisti, eorum desiderium si non æquo animo, at fortì feras. Ego quid possim nescio, vel potius me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me quæcumque saluti dignitatique tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu & studio, & officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam feminam, tuique amantissimam, detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero. Sin autem tu minus scripseris, ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque curabo. Vale.

Nihilo meliora sunt nunc etiam, atque etiam multo desperatiora) Leg. *Nihilo meliora sunt nunc, atque etiam multo desperatiora*. LAMB.

Parenti) Porciæ, M. Catonis sorori. COR. *Salvum conserves*) In commodum nostrum: vid. ep. 7. & alibi. CORTIUS.

Voluntatem ad matrem detuli) Vt Cæsar III. G. B. c. 23. *Hæc ea ad concilium delata*: & sic alii sæpissime. Petron. Satyr. c. 125. *Judicium ad amicos detulit*. IDEM.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD M. MARIVM ET CETEROS

LIBER SEPTIMVS.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

CNeus Pompeius Magnus, iterum conſul, in theatri a ſe exſtructi conſecratione, ut Pedianus, Plinius lib. VII. cap. 48. Plutarchus, Dio ſcriptum reliquerunt, ludos dedit. Sed idem Plinius lib. VIII. cap. 7. datos ait in dedicatione templi Veneris Victricis: at Gellius lib. X. cap. 1. in æde Victoriæ dedicanda: quæ controverſia ita ſedatur, ſi templum Veneris Victricis cum theatro dedicatum putemus: nam etſi de templo Veneris Plutarchus, ubi de theatro & ludis loquitur, mentionem nullam facit; idem tamen infra Pompeium ait, in campis Philippicis, nocte, quæ prælium proxima anteceſſit, ſomniaſſe, ire ſe ad theatrum, & Veneris Victricis templum ſpoliis exornare. Quod autem Gellius Victoriam, non Venerem, appellat, non differre, opinor: exiſtimavit victoriam a Venere Victrice; quoniam utrique cognomen idem eſſet, Cœligenæ. Itaque Varro lib. IV. de ling. Lat. Hinc, inquit, comicus: Victrix Venus vides ne hæc? non quod vincere velit Venus, ſed quod vincire, & vinciri ipſa. Victoria ab eo, quod ſuperati vinciuntur: utrique teſtis poeſis, quod & Victoria & Venus dicitur Cœligena. Ludorum igitur duo genera Pom-

Pompeius dedit, unum in theatro ipſo, alterum in circo. Græci αγωνας, id eſt, certamina, vocaverunt. Certamen autem in theatro vel ſcenicum erat, vel gymnicum: ſcenicum Pompeii fuit actione duarum tragœdiarum, Clytæmneſtræ Accii poetæ, & equi Trojani Livii Andronici, additis Græcis Oſciſque ludis: gymnicum athletæ. In Circo, qui & Hippodromus, & Stadium dictus eſt, equorum curſus, venationes binæ per dies quinque, in quibus leones quingenti cæſi ſunt, pugna elephantorum XX. ut ait Plinius, vel XVIII. ut Dio. Nec vero diſſentire quiſquam putet aut a Cicerone Plutarchum, & Dionem, quod neque de duabus tragœdiis, neque de ludis Græcis & Oſcis, a Cicerone nominatis, mentionem ullam faciunt; aut Ciceronem ipſum a Plutarcho, & Dione, quod muſicum certamen, ab ipſis nominatum non appellat: nam & tragœdiæ, & Græci Oſcique ludi in ſcena dabantur: ſcenicos autem ludos Græci ſcriptores in Muſicum certamen incluſerunt: qua de re Pollux libro III. Των αγωνων οἱ μεν γυμναστικοι, οἱ δε καλουμενοι σκηνικοι, ονομασθειεν αν Διονυσιακοι τε, και μουσικοι. *Latine ſic:* Certaminum alia quidem gymnaſtica, alia vero ſcenica vocata, Dionyſiaca, & muſica nominari poſſint. *Obſcure ne docet, ſcenica, & muſica idem eſſe? Sequitur:* Οἱ δε Αττικοι ου ῥαδιως λεγουσιν αγωνας μουσικους, αλλα μουσικης: *id eſt:* Attici autem non facile dicunt certamina muſica, ſed muſices. *Non igitur Attice locutus eſt Plutarchus, cum dixit,* αγωνας μουσικους: *nec mirum: natus enim Chæroneæ, Bœotiæ vico: at Dio Attice,* θεαν και μουσικης, και αγωνος γυμνικου. *Idem Pollux paullo poſt:* Χωρια δε, των μεν σταδιον, των δε θεατρον: *id eſt:* Loca vero, *inquit*, aliorum quidem ſtadium, aliorum autem theatrum. *Ludos enim dari ſolitos vel in ſtadio, id eſt, Circo, vel in theatro, ſignificat etiam Varro in proœmio lib. II. Rei Ruſt.* Manus (*ait*) movere maluerunt in theatro ac circo patresfamiliæ, quam in ſegetibus ac vineis. *Partes epiſtolæ quatuor præcipuæ ſunt. Prima, gratulatio, quod ludos Marius, omnis leporis expertes, non ſpectaverit; ſecunda, ludorum deſcriptio; tertia, Caninii defenſio, ejuſque tam-*

tamquam appendix, cupiditas diſcedendi a judiciis. Poſtremus excuſationis locus eſt, quia prolixior ludorum narratio fuerit. Annum epiſtolæ conſtat eſſe, quo Pompeius & Craſſus alterum conſulatum geſſerunt.

M. CICERO M. MARIO S. D.

SI te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quam ſapientiæ tuæ. Sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda duxiſti, & cum per valetudinem poſſes, venire tamen noluiſti, utrumque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe; cum ea, quæ ſine cauſa mirantur alii, neglexeris: modo ut tibi conſtiterit fructus otii tui, quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum eſſes in iſta amœnitate pæne ſolus relictus. Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Seianum, per eos dies matu-

EPISTOLA I.

Mario) Conjicimus hunc eſſe M. M. Marium Gratidium, qui fuit Q. Fratris in Aſia legatus, quique cum Ciceronibus cognatione erat conjunctus. CORRAN.

Si te dolor aliquis corporis) Vt podagra, epiſt. 4. hujus libri. In. *Dolor aliqui*) Sic Victorius & Vatic. & alibi ſæpiſſime reſtituimus *qui*, pro quo vulgabatur *quis*. (Grævii tamen primus *aliquis*) GRON.

Ad ludos) Factos a Pompeio in ſecundo Conſulatu. CORR.

Mirantur alii) Vulgus. In.

Ex cubiculo) Pro *in*: Cæſar II. B G. c. 13. infra ep. 18. Et ſorte Tacitus XIII. Ann. c. 46. CORR.

Ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Scianum) Quidam legunt *Scianum*: nos nihil immutavimus, etſi veteres codices *Senum*. Puto autem nomina eſſe locorum. Nam *Stabiæ* collis celebris in agro Campano, laudatus etiam a Galeno in Therapeutica propter caſei bonitatem. *Stabias* autem oppidum fuiſſe dicit Plinius, poſteaque deletum in villas abiiſſe. Colum. etiam de eo agit in Hortulo, *Stabiæque vetuſtæ*. VICTOR. *Patefeciſti Seianum*) Quæ ſcriptura eſſet in Medicæo, olim expoſuimus; quamvis autem multi multa dicant, a recepta lectione diſcedendum non puto, niſi aliquid firmius veriuſque reperiatur. Exiſtimavi ſemper nomina eſſe locorum: nam de *Stabiis* dubitari non poteſt. Columella etiam in Hortulo mentionem illarum facit: *Fontibus & Stabiæ celebres*. De *Seiano* obſcurius eſt: poteſt tamen oppidi ignobilis, vel montis nomen eſſe, a quo etiam Seianus fortaſſe vocatus ſit; qui tantam potentiam apud Tiberium Imp. conſecutus eſt. Nihil tamen nedum certi, quod ſine culpa temeritatis affirmari poſſit: nam ille Seianus a Seio poſſeſſore appellatus eſt. Qui autem *ſcenam* putant legi debere, meo judicio fallunturi: quod facile intelliget, qui ἔκνοιαν Ciceronis hujus epiſtolæ ſcribendæ acute ſpectabit. In. *Et patefeciſti Miſenum*) Alii legunt, *patefeciſti ſcenam*; alii, ut Turnebus, *ſcenum*, alii *Scianum*, ut eſt impreſſum in libris vulgatis: alii *Scianum*, alii

ali-

matutina tempora lectiunculis conſumſeris: cum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Reliquas vero partes diei tu conſumebas his delectationibus, quas tibi ipſe ad arbitrium tuum compararas: nobis autem erant ea perpetienda, quæ ſcilicet Sp. Mæcius probaviſſet. Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſsimi, ſed non tui ſtomachi: conjecturam enim facio de meo. Nam primum honoris cauſa in ſcenam redierant ii, quos ego honoris cauſa de ſcena deceſsiſſe arbitrabar. Deliciæ vero tuæ, noſter Æſopus ejuſmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret: is jurare cum cœpiſſet, vox eum defecit in illo loco, Si ſciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? noſti enim reliquos ludos. Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. Apparatus enim

aliter; ego *Miſenum*, non longe diſcedens ab antiqua ſcriptura *ſeaum*. LAMBIN. *Patefeciſti Seianum*) Prima editio, *ſenium*: Grutetianus, Medic. Palat. *ſeaum*: & hic præterea ad oram, *ſemnium*. Pal. alter, *ſeni nuper eos dies*. Lambinus, *Miſenum*, quod ſi a libris eſt, valde probo. GRON. *Ex quo tibi Stabianum præſtraſti*) Ex quo in Stabiano prædio tuo, prope Stabias Campani agri, feneſtram feciſti. Io. FR. GRON. Adde *proſpiciendum*, ut ſollemne optimis ſcriptoribus unum verbum ponere, cui alterum intellectu adjungendum. Cæſar I. B. G. c. 28. Ibid. c. 29. init. adde VI. ep. 15. CORT. *Et patef. Seian.*) Nomen vicini prædii, ſed unde ſit, incertum. Mire etiam in nomine libri variant. CELL.

Quas tibi ipſe ad arbitrium tuum) Sic reperi ſcriptum in codicibus Memmianis, cum vulgati habeant, *quas tibi ipſi*. LAMB. *Tibi ipſe* volumen in membrana deſcriptum, ubi recentiores codices, *quas tibi ipſi*. Quin autem prior lectio magis ſit Tulliana, nemo, opinor, negarit, qui ſit diligenter in ſcriptis Ciceronianis verſatus. Nam ſic fere Ciceto, *me ipſe*, *mihi ipſe*, *a me ipſe*, *te ipſe*, *tibi ipſe*, *a te ipſe*, *ſe ipſe*, *ſibi ipſe*, *a ſe ipſe*. Ac Feneſtellam quoque tale apud Ciceronem quiddam obſervaſſe, teſtatur alicubi Seneca. Sic primo de Divinatione: *In templo Herculis valvæ clauſæ eepagutis, ſubita ſe ipſæ aperuerunt*. Et ſecundo: *Dubitans plerumque, & mihi ipſe diffidens*. Ibidem: *Altee mortem ſibi ipſe conſcivit*. Rurſus: *A conſtantia atque a mente, atque a ſe ipſe diſceſſit*. Primo de Oratore: *Ita in judicio capitis pro ſe ipſe dixit*. Secundo: *Virtus autem, quæ eſt pee ſe ipſa laudabilis*. Et tertio: *Ut vita ſe ipſe peivaeet*. Io. RIVIVS.

Sp. Mæius) Tarpa; fuit cenſor fabularum & poematum. Vid. Manut. GRÆVIVS.

Æſopus) Tragœdus. CONRAD. Vid. Manut.

Vox eum defecit) Iam ſenem, qui juvenis non ſæpe Ajacem eligebat, in qua magna voce erat utendum. CONR.

Si ſciens fallo) *Si ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalva urbe, arceque, bonis ejiciar, ut hunc lapidem*. Hoc enim erat carmen jurantis per Iovem lapidem. IDEM.

Quid? ne id quidem leporis habuerunt) *Quid? quod ne id quidem leporis habuerunt*, emendavit Rivius multos abhinc annos: cujus judicium probamus; nam libri vulgati habent, *quid? ne id quidem*, &c. LAMB. Videtur ſcribendum, *qui ne id quidem leporis habuerunt*, VASIN. Lambinus obſecutus judi-

enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquiſſimo careueris. Quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Clytæmneſtra? aut in Equo Trojano craterarum tria millia? aut armatura va-

judicio Rivii introduxit, *quid*, *quod ne id quidem leporis hab.* quam quidem ſcripturam in nullo noſtrorum offendi. Guilhelmius ex conjectura ſanandum ſumebat hoc modo, *qui ne id quidem*. Sagacior omnino mihi Rivius. GERNARD. Sed omnes veteres codices huic lectioni adverſantur. Guilielm conjiciebat: *Qui ne id quidem*; quæ & Fulvii Vrſini ſententia eſt; quam ſuſpicionem confirmat meus primus, in quo ſcribitur: *Qui ne quidem leporis habuerunt, quod ſolent mediocres ludi.* Non tollicito vulgatam, præſertim cum eam quoque ſtabiliat Amſtelodam. & Mentel. Ea veſtigiis tamen mei libri perantiqui non abſurde colligas Ciceronem ſcripſiſſe. *Quinne quidem leporis habuerunt, quos ſolent mediocres ludi*; *leporis* antiqua ſcribendi ratione, ut *omnis*; quod cum alii acceperunt pro ſecundo caſu, interteruerunt illud *id*, & *quos* mutarunt in *quod*. GRÆV. *Noſti enim reliquos ludos, qui ne quidem leporis habuerunt, quod ſolent mediocres ludi*) Vix credibile eſt voces ſic in MSis poſitas tot coniecturis & ab multo tempore obnoxias fuiſſe, & quidem talibus, quæ viderentur certare in deferenda fide vetuſtæ lectionis. Nam quid aliud hic latet, niſi quod toties docuit Victorius in antiquiſſimo exemplari factas fuiſſe elliſiones vocalium; ut lib. V. *imminutaſſl*, pro *imminuta eſt*: ut ipſe Gebhardus XV. 18. in eo ſic cognoſcit poſitum *moleſteſſl*, pro *moleſta eſt*. Itaque lege, *qui neque idem leporis habuerunt*. Adde ad lib. IX. ep. 20. IA. GRON.

Sexcenti muli] Agamemnonis, veluti capta Troja redeuntis. CONRAD.

In Equo Trojano) Tragœdia Livii Andronici. GRÆV.

Craterarum tria millia) Joſephus Scaliger, vir ingenio & doctrina excellens, pro *craterarum t. m.* reſtituit *arcerarum t. m. Arcera* autem, genus eſt vehiculi, ut docent Varro, & Nonius, & alii. LAMBIN. *Craterarum*) Quid crateræ in equo Trojano? Forte ut heroes Achivi in iſto carcere lætius ſe iis invitarent, aut, ne capta Troja, cum diis eſſet libandum, crateras deſiderarent? Nugæ. Præterea equus Trojanus nulla præda fuit onuſtus. Joſephus Scaliger legi volebat *ercerarum*: quod laudat Lambinus. Sed quis credat currus equo fuiſſe incluſos? Aut in illa fabula tot plauſtra ruſtica ex tabulis compacta, quibus ſenes & ægroti veſtabantur, fuiſſe producta, quæ quotidie Romæ, & in agris videbant? Rara & inuſitata in ludis iſtis exhibebantur ſpectanda, non vulgaria. Prim. Græv. *creterarum*, Amſtelodam. *creterarum*, lege, *cetrarum*. Cetræ ſunt clypei exſecti ex corio elephantino, quibus variæ gentes utebantur, Hiſpani præcipue, & Afri, aliique. Hinc *cetratæ cohortes* apud Cæſ. cetris armatæ. Hæ *cetræ* quoniam tum temporis raræ erant Romæ, tantam vim earum ſecum adveſit Pompeius, ut omnes ea Equo Trojano Livii Andronici prodeuntes tali clypeo fuerint inſtructi, quod magnificentiam fabulæ auxit. Sic Suetonius narrat de novo atque inaudito ſpectaculi genere, quod excogitavit Caligula, in ejus vita c. 12. *Per hunc pontem ultro citroque commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, inſigniſque quercea corona, & ſecuri, & cetra, & gladio, aureaque chlamyde.* Curt. lib. III. de Barcanis: *Armati bipennibus levibuſque ſcutis, cetræ maxime ſpeciem reddentibus.* In Suetonii libris vulgo ſcribitur *& cetera*. Ignoratio vocis rarioris has mendas peperit. Hæc mea de hoc loco eſt ſententia, quam ſpero doctis & acutis viris me probaturum. GRÆV. *Cretarum*) Variæ iſtæ ſcripturæ hoc quidem loco inde ortæ ſunt, quod iam olim *Cretera* & *Crateras* dicebant a *Cratere*: vide Feſtum p. 102. & Nonium Marcel-

varia peditatus, & equitatus in aliqua pugna? quæ populárem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent. Quod ſi tu per eos dies operam dediſti Protogeni tuo, dummodo is tibi quidvis potius, quam orationes meas legerit, næ tu haud paullo plus, quam quiſquam noſtrum delectationis habuiſti. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cum Oſcos ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poſsis: Græcos ita non ames, ut ne ad villam

oell. c. 15. Iſidor. XX. Orig. c. 5. Et Nonius quidem inter prædam Sybaritanam *cesterras* recenſet. In Pompis autem illas prælatas eſſe, nullum eſt dubium, etſi parum haberent delectationis. Antequam Equus Trojanus fabula luderetur, tria millia craterarum ſpectare parum juvabat. Et ſic vulgata lectio bene habet; etſi hoc loco, quam minime poſſum, improbo factum Cl. Cellatii, qui ex doctiſſima & acutiſſima Grævii conjectura receperat *cetrarum*. CORT.

Equitatus in aliqua pugna) Scrib. *Equitatus ut in aliqua pugna*. LAMBIN. Pro *aliqua* videtur legendum *Iliaca*, vel *Attica*, vel aliquid tale, ut recte Anton. Auguſtinus coniecit. VRSIN.

Græcos aut Oſcos) Nam hos quoque Pompeius dedit ſua quoſque lingua. Similiter Brutus prætor XVI. Att. 5. *Commiſſionem Græcorum frequentiam non fuiſſe*. Sueton. Oct. 45. *Nullique Græco certamine interfuit, quo non, &c.* Sueton. Iul. XXXIX. *Ludos regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones*. Oſci vetus gens Campaniæ, & vicinæ regionis. Tacit. IV. Ann. 14. *Oſcum quondam ludicrum leviſſimæ apud vulgum oblectationis, quas alioquin Atellanas vocant*. Liv. VII. 2. & *Atellanum exodium* Suet. Tib. XLV. Cal. XXVII. Galb. XIII. I. FR. GRON.

Cum Oſcos ludos vel in ſenatu veſtro ſpectare poſſis) Ita eſt in Pal. pr. Vaticano, editione Victorii: *veſtro* quidem, pro quo vulgo *noſtro* Gruter. & alter Pal. poſtrema vero ita concipiunt: *Græcos vero ita ames*: vulgo: *Græcos vero ita non ames*. GRBHARD. *Oſcos ludos vel in ſen. noſtro ſp. p.*) Non videtur hic Cicero jocari in Senatorum Arpinatium linguam Oſca miſtam, quæ Manutii eſt ſententia: ſed in ſenatum Romanum, qui inconſtantia, levitate, de qua tot locis Cicero conqueritur, adulatione Pompeii & Cæſaris, ſæpe prudentibus viris riſum excitabat, aut æque ſe tidiculum præbebat, ac exodiarii, ſive Oſcorum ludorum hiſtriones. *Oſci* enim *ludi*, qui & *Atellanæ* dicuntur, ut dudum oſtenderunt viri docti, unice comparati erant ad riſum ciendum. Vnde Iuvenal. Sat. VI.

Vebicus exodio riſum movet Atellanæ.

Vbi vetus interpres: *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus eſſet, ut quidquid lacrymarum atque triſtitiæ coegiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi eius detergeret*. Nimirum *Oſci ludi*, ſive *Atellanæ* Belgis *eene klucht*, Gallis *une farſe*. Meus optimus liber legit *in ſenatu* ſine *noſtro*: alii vero ſcribunt *in ſenatu veſteo*; & ſic quidem etiam Amſtelodam. Vtrumque infartum eſt. Scriptura mei libri eſt antiquiſſima; poteſt tamen etiam *noſtro* ferri. GRAEV.

Vel in ſenatu noſtro) Arpini (unde ortus erat Cicero & ab inimicis *municeps Arpinas* vocabatur) inter decuriones ubi erant reliquiæ Oſcorum, non quod in ſenatu agerentur fabulæ, ſed quia ei conſilio interveniebant Oſci, hoc eſt Oſcorum poſteritas, (homines in veterum Oſcorum ſedibus habitantes.) Ipſam eorum conſultationem de rebus non magnis *ludos* vocat. I. FR. GRON.

Græcos vero ita ames) Sic omnes vulgati, quaſi ironice dictum ſit, ſed elegantius in antiquis, *ita non ames*,

villam quidem tuam via Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemseris? in quibus ipse Pompeius confitetur se & operam, & oleum perdidisse. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat: sed quæ potest homini esse polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia lania-

ames, id est, tam infenso odio prosequare, tam longe ſis ut φιλέλλην jure dicaris. Qua & alibi locutione utitur, ut in II. de Fin. *Atqui reperiemus eſtos, primum ita religioſos, ut edant de patella: deinde mortem ita non timentes, ut illud in ore habeant, &c.* Tantum, inquit, longe es ut *Græcos* ames, ut omnia quæ ejus gentis nomine appellantur, ferre non possis, adeo ut ne ad villam quidem tuam Græca via ire velis. VICTOR.

Ad villam quidem tuam via Græca] locus elegans. Erat ibi viæ publicæ pars, quæ vocabatur via Græca, octo stadiorum, quam Hercules munitisse credebatur. Eam vitabat Marius, quod quacumque de causa parum commoda esset. Id calumniatur lepide Cicero, quasi id faceret odio Græcorum. I. FR. GRON.

Qui gladiatores contemseris] Non intelligit gladiatorios ludos: sed & hic jocus est Cicerone dignus. Tu qui contemsisti Clodium cum suis gladiatoribus, & mihi semper contra illius vim præsto fuisti, nunc delecteris athletis. *Gladiatores* etiam Ciceroni nonnumquam dicuntur homines audaces ac feroces, quorum opera mali cives utebantur ad bonos vexandos, & exagitandos, si nollent eorum obsequi cupiditatibus. GRAEVIUS. Recte quidem Græv ius, sed notandum est, gladiatores habitos quoque fuisse a veteribus athletas, verum graviorum certaminum, ut describit Dionys. Halicarnass. lib. VII. cap. 72. in pompa ludorum: Μετ' ἐκεῖνο οἱ τῶν ἀθλημάτων, inquit, (πεζεύουσιν) ἀγωνισταὶ τῶν τε κουφων καὶ τῶν βαρεων, τὸ μὲν ἐλαφρὸν σῶμα γυμνοὶ, τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι. *Post hos* (sequuntur) *athleticorum certaminum certatores tum levicrum, tum graviorum: illi quidem toto corpore nudi, hi vero pudenda operti ceteri.* Vbi statuuntur duo athletarum genera, unum quidem leviorum certaminum, qui proprie athletæ, alterum graviorum, qui gladiatores. Atque ita, puto, patet, cur Cicero dicat Marium non desiderare athletas, quorum certamina erant leviora quam gladiatorum, cum vel ipsos gladiatores contemserit. VERHVG.

Oleum] Vsurpatum loco proverbium. Nam athletæ *oleo* perungebant corpora. CONRAD.

Venationes] Leonum CCCCC IDEM.

Sed quæ potest homini esse politio delectatio] Vetusti omnes codices, ut nos scripsimus, *homini esse polito* Latina voce habent. Frequens autem est apud hunc auctorem hæc elegantes homines significans elegans dictio, ut etiam apud Lucretium candidissimum & facundissimum Romanæ linguæ scriptorem:

—— *quamvis doctrina politos*
Constituat pariter quosdam, tamen &c.

VICTOR. *Homini esse polito*] Mediceus sane liber, & Petrarchæ manu (ut putant) scriptus, hanc lectionem retinent, quæ non video cur rejici debeat: est enim elegans & huic loco valde accommodata. Tantæ autem hi apud me auctoritatis sunt, &, nisi fallor, apud alios propter fidelitatem erunt, ut testimoniu duorum illorum magis credam, quam reliquorum omnium. II. etiam de Orat. 194. Cicero hac voce usus est: vel quod ipsum Oratorem *politum* esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum: Græci, ut opinor, hujusmodi homines χαριεντας appellant. Aristot. lib. I. de Vita & Moribus, ubi de vita beata disserit, inquit: Τῶν δὲ εὐδαιμονιαν, καὶ οἱ πολλοὶ, καὶ εἰ χαριεν-

laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? quæ tamen, ſi videnda ſunt, ſæpe vidiſti: neque nos, qui hæc ſpectavimus, quidquam novi vidimus. Extremus elephantorum dies fuit, in quo admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla exſtitit: quin etiam misericordia quædam conſecuta eſt, atque opinio ejuſmodi, eſſe quamdam illi beluæ cum genere humano ſocietatem. His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, ſed liber omnino fuiſſe, dirupi me pæne in judicio Galli Cani-

pueros λεγων. Felicitatem & multi, & politi homines deligunt. IDEM. *Homini politico*) Vetuſtus liber habet *polito*; quem Græci vocant χαριεντα. URSINUS. *Quæ poteſt homini eſſe polito oblectatio*) Ita Victorii editio, ac Vaticanus codex. Pal. alter *politio* r reliqui, ut & primus & Grut. *politico*: quod hic a Cicerone ſcriptum eſſe, decem Manutiis juratis non accredam. GERNARDUS. *Polito* etiam in meo fidiſſimo codice reperitur. GRAV.

Qui hæc ſpectavimus) Liber pr. Grav. Grut. Aniſtelodam. & Stewech. *qui hæc ſpectamus*, non fruſtra. IDEM.

Extremus elephantorum dies) Dion lib. XXXIX. magnificentiam & apparatum horum ludorum copioſiſſime narravit: multaque de *elephantis*, & de miſericordia, quæ in animis vulgi exorta eſt, diſputavit. Quod autem Cicero inquit, *venationes binæ per dies quinque*, Dion tradit, quingentos leones quinque diebus ferro abſumtos eſſe. VICTOR.

Delectatio nulla exſtitit) Grut. *adſtitit*: Pal. alter *extit*: ut apud Naſonem in Fabula Alcyones: *Quæ pars admonet abſtit*. GERNARD.

Quin etiam miſericordia quædam conſecuta eſt) Elephantis oculos ad cælum tollentibus, & quaſi cum Diis querentibus, fidem ſibi in Africa datam non ſervari. Si modo vera ſunt quæ ſcribit Dion. CONRAD.

His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte) Nullam varietatem inveni in priſcis codicibus: quid tamen repente, dum hæc ſcriberem, in mentem venerit, libet exponere: lectores ipſi, an penitus explodendum ſit, judicabunt. Vereor, ne duæ illæ dictiones *ludis ſcenicis* vacent, & Ciceronis non ſint, ſed declaratio quondam fuerint prioris illius partis, quæ poſtea ab imperitis librariis temere huc inculcata ſit, neque Ciceroni ad Marium ſcribenti id ſignificare neceſſe erat: non enim ille ignorare poterat, qui illi dies eſſent. Verum, quemadmodum diximus, tenuis hæc ſuſpicio; nec aliquid immutandum, niſi ita doctioribus viſum fuerit, cenſeo: potuit enim hoc addere, adhuc magis ſignificare volens infelicem conditionem ſuam: qui dum alii ludis oblectarentur, & a curis ſollicitudinibuſque animum reficerent, in rebus moleſtis odioſiſque implicatus eſſet. Mentionem fecit horum ludorum Cicero in Orat. contra L. Piſonem: *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi: quales non modo numquam fuerunt, ſed, ne quomodo fieri quidem poſthac poſſint, poſſum ullo pacto ſuſpicari.* Quem locum ſic interpretatus eſt Pedianus: *Cn. Pompeii ludos ſignificat, quibus theatrum a ſe factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in circo.* VICTOR. Cum ludi ſcenici eſſent. Livius XXXII. c. 26. Eadem appoſitione Sall. Iug. c. 38. De *Scena*, unde hi ludi nominati, vide Serv. ad I. Æn. v. 168. Originem eorum præclare deſcripſit Livius VII. c. 2. quem vide. CORT.

Sed nec libere omnino fuiſſe) Sic legendum, non ut vulgo, *ſed ne libet*,

Caninii, familiaris tui. Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Æſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem, tecumque, & cum ſimilibus noſtri viverem. Nam me cum antea tædebat, cum & ætas & ambitio me hortabantur, & licebat denique, quem nolebam non defendere; tum vero hoc tempore vita nulla eſt. Neque enim fructum ullum laboris ex his exſpecto: & cogor nonnumquam homines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti ſunt, defendere. Itaque quæro cauſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo; teque, & iſtam rationem otii tui & laudo vehementer & probo: quodque nos minus interviſis, hoc fero animo æquiore, quod, ſi Romæ eſſes, tamen neque nos lepore tuo, neque te (ſi qui eſt in me) meo frui liceret, propter moleſtiſsimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro (nam ut plane exſolvam, non poſtulo) te ipſum, qui multos annos nihil aliud commentaris,

ber, &c. niſi quis malit ita legi, *ſed ne libet quidem omnino fuiſſe*: vel ſic, *ſed liber omnino non fuiſſe*; ſed hic operæ omiſerant olim particulam *nec*. Non celabo lectorem tamen, in pleriſque libris MSis ita legi, *ſed liber omnino fuiſſe*: quæ ſcriptura fortaſſe nihil habet vitii, ut ita hic locus explicetur. Ne videar tibi non modo fuiſſe beatus, ſed vel liber omnino fuiſſe: ſubintellige, ne videar. Id eſt, Vt ſcias me non modo beatum non fuiſſe, ſed ne liberum quidem. Iudicent eruditi. LAMBIN. *Sed liber omnino fuiſſe, dirupi me pene*] Rectiſſime ſic Pall. duo, Grut. Stew editio Victorii. Ego quidem hujus lectionis longe aliam ſententiam video, quam non potuiſſe venire in mentem Lambino, demiror: vulgatum eſt: *Sed ne liber omnino fuiſſe, dirupi pene me*. GERNARD.

Aetem defineem) Suet. Tib. XXXVI. *Sed deprecantibus, ac ſe aetem defituros promittentibus veniam dedit*. Gell. XV. c. 16. *Cum jam natu grandis aetem athleticam defiſſet*. GRAV.

Vita nulla eſt) Nullus præclarus & gratus vivendi modus. Quinctil. Declam. XIV. c. 5. Tacit. I. Ann. c. 9. Ter. Phorm. A. II. Sc. II. v. 16. *Nulla* ut mox epiſt. 3. *Nullus Imperator*. CORT.

Neque enim fructum laboris ex his exſpecto) Non affirmarim cujus culpa mendum hoc natum ſit: incuria certe commiſſum eſt, & pro *expecto* Mediceus codex vetere ſcriptura fere habet *exſpecto* (quamvis hoc in loco *exiſpecto* mendoſe habeat) quemadmodum non multo poſt *exolvam*, & in epiſtolis Q. Ciceronis ad M. Fratrem *exſilui* gaudio, & a me jampridem ex meo codice ſublatum erat, quemadmodum aliud etiam ſeptimo ab hoc verſu: deleri enim debet vox illa *id*. VICTOR. *Neque enim fructum ullum laboris ex his exſpecto*) Ita Victorius, & Vaticanus codex: Pall. tamen bini, Grut. prima editio, quinque Guilielmio ſuper hoc loco conſulti, *fructum ullum laboris ex his peto*: vulgo *laboris exſpecto*. GERNARD.

Nonnumquam homines) Vt Vatinium. CONRAD.

Rogatu eorum) Vt Cæſaris, & Pompeii. IDEM.

Ea te ipſum quidem, qui multos annos nihil

ris, docebo profecto, quid sit humaniter vivere. Tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta & tuere, ut facis, ut nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te; quod me quadam epistola subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid hujusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. Quod si adsecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies, nosque vises, neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Emere M. Marius nescio quæ bona cupiebat, quæ Cicero

nihil aliud commentaris, docebo) Sic legerem, *Id ipsum, quod multos annos nihil aliud commentor, te docebo, &c.* nam varie hic legitur. CONRAD. *Non postulo: te ipsum, qui id multos annos nihil aliud commentaris docebo*) Accepi hanc lectionem ex editione Victorii, & cod. Vaticano, utpote rectissimam & elegantissimam. Pall. duo, Grut. tres Guilielm. *& te ipsum quidem, quod multos annos, &c.* ceterum primus, ac Gruter. *commentares*. Pal. alter *commentere*, a manu secunda: vulgatum est, *non postulo, te ipsum quidem qui multos, &c.* GERHARD. Victorius tamen jubet delere *id*; neque sane in ullo librorum, quos ego evolvi, conspicitur; & turbat sensum & omnino debet abesse. Mens prim. & Amstelodam. *& ipsum, quod multos annos nihil commentores*. Si *id* tantum deleatur, meo quidem judicio recte se omnia habent. GRÆV.

Quid sit humaniter vivere) Hoc est, ita vivere ut decet hominem elegantem, & litteris humanioribus deditum. Plauto est, *Musice etatem agere*. Sic Maximus Tyrius μουσικὸς λόγος, & *homines* μουσικοὺς vocat, qui Latinis sunt politi, elegantes. IBID.

Tu mihi imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta) Sic melius ex Gruteriano & Stewech. nam Pal. tert. ac vulgo, *tu modo istam &c.* Paullo statim post edidi, *& mecum simul lecticula concursare*, cum vulgo exstet *circumcursare* ex Pall. duob. Gruter. editione Victorii ac omnium antiquissima Veneta. Pal. tamen alter stabilit talem lectionem, *& mecum nostra simul lecticula concursare*. GERHARD. *Tu modo istam imbecillitatem*) Cum hanc lectionem vulgatam tueantur non commodior soluti sensus, sed & omnes mei aliorumque libri, non ausus sum eam immutare cum Gebhardo, auctoritate tantum duorum codicum, non antiquissimorum, Gruteriani, & Stewechiani. GRÆV.

Et mecum simul lecticula concursare) Ad Q. Fratrem: *Marium autem nostrum in lecticam mehercule conjecissem*. Sed etiam quod hic Cicero inquit: *Tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuæ*; eodem loco ad Quintum idem traditur: *Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc, invitare nolui*. VICTOR.

Eri-

cero, & alii, hereditate relicta poſſidebant: eam curam Ciceroni per litteras dederat; & ſimul condemnato Planco Burſa, ejus inimico, gratulatus erat. De Marii negotio primum jocatur Cicero; deinde ſe diligenter curaturum confirmat. De Burſa, rem non mediocri gratulatione dignam eſſe ſignificat: præterea, calere judicia, novas leges ferri: utriſque ſe vehementer diſtineri. Scripta Ser. Sulpicio, M. Marcello Coſſ. nam T. Munatium Plancum Burſam, de cujus damnatione in hac epiſtola fit mentio, damnatum ait Dio, cum primum exiit magiſtratu, id eſt, tribunatu pleb. quem geſſit Pompeio Magno tertium conſule: quem ſecuti conſules ſunt Sulpicius & Marcellus. Neque vero hoc ſolum conſtat, ſcriptam eſſe hanc epiſtolam Sulpicio & Marcello Coſſ. ſed illud etiam, primis fere diebus ejus anni, ante; quam ſenatus Ciceroni Cilicium provinciam decreviſſet: nam extremo Aprili menſe, aut ineunte Majo, ab urbe diſceſſit ut in provinciam iret: quod indicant epiſtolæ ad Attic. lib. V. at, cum has ad Marium dedit litteras, nondum ei decreta provincia fuerat: nec tamen ea decreta ſtatim diſceſſit: quo argumento, & magis etiam damnatione Burſæ, quam Dio, ut dixi, confert in primos anni dies, videor poſſe confirmare ſcriptam epiſtolam paucis diebus poſt initum a Sulpicio & Marcello conſulatum.

M. T. C. M. MARIO S. D.

MAndatum tuum curabo diligenter. Sed homo acutus, ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud venire quam plurimo. Sed eo vidiſti multum, quod præfiniſti, quo ne pluris emerem. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum coheredibus: nunc, cum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud

EPISTOLA II.

Sed eo vidiſti multum) Hoc eſt, in eo magis ſapuiſti. Vide Manut. GRAV.

Quo ne pluris emerem), Quo pretio non pluris æris pretio emerem. *quo a pluris* pendet; ut *plus uno*, de quo Gronov. ad Liv. V. cap. 30. Plaut. Menæchm. *Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam*. CORT.

Licitatorem) In vetere libro legimus *illicitatorem*: ut fortaſſe legendum ſit, *illi licitatorem*. CONRADVS. *In licitatorem potius ponam*) Sic Pal. pr. at-

lud minoris veneat : ſed de joco ſatis eſt . Tuum negotium agam , ſicuti debeo , diligenter . De Burſa te gaudere certo ſcio : sed nimis verecunde mihi gratularis . Putas enim , ut ſcribis , propter hominis ſordes minus me magnam illam lætitiam putare . Credas mihi velim , magis me judicio hoc , quam morte inimici lætatum . Primum enim judicio malo , quam gladio ; deinde gloria potius amici , quam calamitate . In primisque me delectavit , tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe contra incredibilem contentionem clariſsimi & potentiſsimi viri . Poſtremo , vix veriſimile fortaſſe videatur , oderam multo pejus hunc , quam illum ipſum Clodium . Illum enim oppugnaram , hunc defenderam :

pr. atque editio Victorii : alter vero , *in licitatorr potius ponam* . Gruterianus , *in licitationem potius ponam* : ſicut & editio priſca . Editum eſt , *lititatorem potius apponam* . GEBHARD. *Licitatorem potius apponam*) Optima hæc eſt lectio veterum editionum . Subornabo , inquit jocans , potius emiorem fictitium , qui pretium in auctione extendat , ne vilius vendatur , quam tu præfiniiſti . Lib. III. de Orat. *Tollendum eſt igitur in rebus contrahendis omne mendacium , non licitatorem venditor , nec qui contra ſe liceatur , emtor apponat* . Lib. III. in Verr. *Appoſitus erat Venulrius quidam qui emeret : is liceri non deſtitit* . Sic & in aliis locis dixit *apponere accuſatorem , apponere prævaricatorem* , pro immittere , ſubornare , ut in Auton. *Iam pereor P. C. ne , quod eſt turpiſſimum , prævaricatorrm mihi appoſuiſſe videar* . MSi corrupte , *inlicitatorem potius ponam* , quos ſequuti ſunt perperam Victorius & Gebhardus . Conradus conjiciebat , *illi licitatorem potius apponam* . BERN. RVTIL. *Mihi licitatorem potius apponam* . GRAEV. *In licitatorem potius ponam*) Hanc primam voculam ſic præpoſitam cum habeant quoque ſcripti libri omnes , non eſt noſtrum faſtidire . Puto autem eſſe tres lineas numerandi III , cum ſignificet *tertium licitatorem* . Iac. Gron. Subornabo (jocatur) qui licitando pretium extendat , ne vilius vendatur . CELLAR.

De Burſa te gaudere certo ſcio) T. Munatio Planco Burſa , ep. 18. lib. XII. CONRAD.

Quam calamitate) Vt Milonis exſilio. IDEM , Mihi vero hæc ad *inimicum* pertinere videntur : quaſi Cicero magis *gloria amici* , quam *calamitate* lætetur . Cujus generis Syllepſis eſt Ciceronis in Bruto p. 188. *Exiſtimabatur bene Latine , ſed litteras neſcirem* : pro eo , quod eſſet *latine ſcire* . Tac. XIII. Ann. c. 46. ubi vide doctiſſimos viros Mercerum , Gruterum , & Gronovios . CORT.

Clariſſimi & potentiſſimi viri) Pompeii . Nam Craſſus multo ante contra Parthos erat profectus . CONRAD.

Illum opp. . . . hunc defend.) Pronomina inta verſo ordine ad præcedentia referri ſolent , ut Quinctil. XII. Inſt. c. 10. Sed poſtquam Cicero penes ipſa Nomina *hunc* & *illum* vitandæ ambiguitatis cauſa poſuerat , tanto facilius illi licebat *illum* ad proximius , & *hunc* ad remotius referre , quod & aliis ſine tali cauſa licitum fuiſſe videmus . Plinius I. epiſt. 20. Prudent. Cathemer. Hymn. II. v. 39. Juſtin. XXII. cap. 3. Cic. pro Sex. Roſcio Com. c. 2. adde ibi , & aliis citatos Gronov. III. Obſerv. c. 16. Sanct. II. Minerv. c. 9. & ad illam p. 236. Perizonium . CORT.

Cum

ram: Et ille, cum omnis reſp. in meo capite diſcrimen eſſet habitura, magnum quiddam ſpectavit: nec sua sponte, sed eorum auxilio, qui, me ſtante, ſtare non poterant: hic ſimiolus, animi causa, me in quem inveheretur delegerat: persuaseratque nonnullis invidis meis, se in me emiſſarium semper fore. Quamobrem valde jubeo gaudere te: magna res geſta eſt: numquam ulli fortiores cives fuerunt, quam qui auſi sunt eum contra tantas opes ejus, a quo ipſi lecti judices erant, condemnare. Quod feciſſent numquam, niſi iis dolori meus fuiſſet dolor. Nos hic in multitudine, & celebritate judiciorum, & novis legibus ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur, ut quam primum te videre poſsimus.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Vituperatorum quorundam voces, diſceſſum ejus a civili bello reprehendentium, iniquo animo ferebat: cauſam igitur exponit, cur devicto acie Pharſalica Pompeio in patriam redire maluerit, quam vel bellum renovare, vel capere tamquam exſilio locum, vel mortem ſibi conſciſcere voluntariam. Scripta poſt bellum Africanum, ut Jubæ regis mentio declarat, Cæſare III. *& Lepido Coſſ.*

M. CI-

Cum omnis reſpublica in meo capite diſcrimen eſſet habitura) Lambinus legit, *aditura*: & ſic exſtare in vetere codice margo ejus editionis affirmat; alii tamen libri omnes, quos Victorius, Manutius, Gebhardus, ego conſului, præ ſe ferunt *habitura*. Præſtaret tamen *aditura*, ſi veteres libri ſubſcriberent. GRÆV.

Eorum auxilio) Gabinii, Piſonis, & aliorum. CONRAD.

Emiſſarium) Nam Ciceroni diem ſe dicturum oſtenderat. IDEM. *Se in me emiſſarium ſemper fore*) Se ſuborna-tum eſſe, ut ſemper me infeſtaret, & injuriis afficeret; lib. VIII. ep. 8. *Et præterea de vi reus a quodam emiſſario Titii fuiſſe eſt*. GRÆV.

Nos hic multitudine & celebritate) Legendum fortaſſe eſt: *Nos hic multis, & crebritate*, &c. LAMBIN. *Nos hic in mult. & celebritate judic.*) Ita emendavit & edidit Victorius, aſſentitur Vaticanus (& Græv. prim.) Vulgo *in* omittitur. GERHARD.

Et novis legibus) A Pompeio tertium Cos. latis. CORR.

Ne intercaletur) Menſis & tempus prorogetur. IDEM.

EPI-

M. CICERO M. MARIO S. D.

PErsæpe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & (ut video) versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus una: quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam a. d. III. Idus Majas, Lentulo, & Marcello consulibus, cum in Pompeianum vesperi veniſſem, tu miſſi sollicito animo præſto fuiſti. Sollicitum autem te habebat cogitatio cum officii, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deeſſem: ſi proficiscerer ad bellum, periculum te meum commovebat. Quo tempore vidiſti profecto

EPISTOLA III.

IN mentem venire illius t.) Res & negotium *illius temporis*. Alii putarunt Genitivum poni pro Nominativo, quos refutat L. Valla I Eleg. c. 15. adde Sanctium IV. Minerv. c. 4. p. 678. qui intelligit *mentionem* vel *recordationem*: & Linacrum VI. p. 386. CORT. Sc. recordato. Quod gloſſema alii adſcripſerunt textui, non ſatis caute. FVNC.

Lentulo & Marcello conſulibus) Qui temporibus his per notas *Conſulibus* ſcribunt, duobus *s s* uti conſueverunt, atque ita ſcribere *Coss.* quos non reprehendo: ſcio enim hunc morem ſcribendi veterem eſſe. In veteribus tamen codicibus, & in lapidibus priſcis, qui ſuperioribus ſeculis ſcripti ſint, *Cos.* ſæpe legi. Medicæus codex hic *Cos.* habet. Antiquus Florentiæ lapis eſt, in quo hoc nomen eodem pacto ſcriptum invenitur,

TI. CÆSARE TERT. GERMANICO CÆSARE ITER. COS.

Continet autem quædam quæ ad hiſtoriam pertinent, & ſane cognitu indigna non ſunt. De quo ego libentius mentionem feci, quod qui ea quæ in lapidibus leguntur in volumen redegerunt, & Epigrammata antiquæ urbis inſcripſerunt, truncum illud, lacerumque adpoſuere: in privata autem domo parieti adfixum eſt, non longe a porta, quam Divi Galli vulgo appellant. Quod autem ita in multis lapidibus ac vetuſtis libris ſcriptum ſit, culpa fabrorum librariorumque factum eſt; nam veram illam incorruptamque antiquitatem melius noſtri homines reddunt, ſi Quinctiliano credimus, qui primo libro inquit: *Et Conſules geminata eadem littera s s legimus*. Quoniam autem ea quæ ſequuntur Quinctiliani verba mendum continent, non patiemur ipſum amplius huoc locum ioquinare, præſertim cum poſſimus ſatis tuto (niſi fallor) illum delere. In cunctis codicibus legitur: *Et Suburra cum tribus litteris notatur* b, *tertiam oſtendit*: cum legi debeat, *c tertiam*. Qui, inquit doctiſſimus rhetor, per notas *Suburra* ſcribunt, cum tribus primis litteris totum nomen intelligi velint, non *b* tertiam, ſed *c* ſcribunt. Quod ſane mirum, cum *c* in hac voce *Suburra* non ſit. Differit autem de illis quæ ſcribuntur aliter atque enunciantur. Ita autem, ut nos caſtigavimus, legi debere, oſtendit doctiſſimus Varro lib. V. de lingua Latina ad Ciceronem: *Sed ego a pago potius Succuſano dictam puto Succuſam, nunc ſcribitur tertia littera* c, *non* b. Qui etiam hujus rei rationem reddit, quod antiquitus *Succuſa* appellata ſit: quamvis autem poſtea nomen variatum eſſet, ratio tamen illud ſcribendi permanſerit. VICTOR.

Sollicitum te habebat) Sollicitus fuiſti in cogitatione. CORT.

Ne officio deeſſem) Erga Pompeium & optimates. GRAV.

Salu-

cto me quoque ita conturbatum, ut non explicarem, quid eſſet optimum factu: pudori tamen malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere. Cujus me mei facti pœnituit, non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, quæ ibi offendi, quo veneram. Primum neque magnas copias, neque bellicoſas: deinde, extra ducem, paucosque præterea (de principibus loquor), reliqui primum in ipso bello rapaces; deinde in oratione ita crudeles, ut ipsam victoriam horrerem: maximum autem æs alienum ampliſimorum virorum. Quid quæris? nihil boni præter causam. Quæ cum vidiſſem, desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cujus fueram semper auctor; deinde, cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui, ut bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea ſententia videbatur fore; & fuiſſet fortaſſe, niſi quadam ex pugna cœpiſſet ſuis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille ſummus nullus imperator fuit. Signa tirone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſsimis contulit: victus turpiſsime, amiſsis etiam caſtris, ſolus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci, nec putavi, cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore. Diſceſsi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas inſidias

Salutis m. rat. ducere) *Ducere* proprium rationibus, ut optime oſtendit Gronov. II. Obſerv. c. 10. Supra V. ep. 20. *inire rationem* dixit. CORT.

In oratione ita crudeles) Sic ad Atticum: *Me diſceſſiſſe ab armis numquam pœnituit: Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata: ut jam omnium judicio conſtitutum eſſet, omnium veſtrum bona prædam eſſe illius victoriæ.* Epiſt. 9. lib. IV. CORR.

Victoriam horrerem) Quod civium prorſus nemini permitterent eſſe otioſo, & interim minitarentur omnibus, qui reip. cauſa non fuerint ſua caſtra ſequuti. Sueton. Cæſar c. 75. FVNC.

Ex alienum ampliſſimorum virorum) Vt Lentuli. CORR.

Cœpi ſuadere) Et quidem cum capitis periculo. IDEM.

Duceret) Lente gereret, præliorum aleæ non committeret. CELLAR.

Niſi quadam ex pugna cœpiſſet ſuis militibus confidere) Ad Dyrrachium facta, in qua Pompeius ipſe Imperator fuit appellatus. CORR.

Nullus imperator fuit) Hoc eſt, nullius pretii imperator, nihil geſſit dignum imperatore. Sic contra *imperator unicus* ap. Suet. eſt præſtantiſſimus, optimus Imperator. GRAV. Quia negligebat victoria uti, nec territum Cæſaris exercitum extemplo perſequebatur. CELLAR.

Signa contulit) In Theſſalia ad Pharſalum. CORR.

Solus fugit) Lariſſam. IDEM.

Cadendum fuit) Vt L. Domitio. IDEM. Opportunum eſt, quod hæc ſa pro-

ſidias incidendum, aut deveniendum in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum, aut capiendus tamquam exſilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Certe nihil fuit præterea, ſi te victori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis, quæ dixi, incommodis nihil tolerabilius exſilio, præſertim innocenti, ubi nulla adjuncta eſt turpitudo: addo etiam, cum ea urbe careas, in qua nihil ſit, quod videre poſsis ſine dolore. Ego cum meis (ſi quidquam nunc cujuſquam eſt), etiam in meis eſſe malui. Quæ acciderunt, omnia dixi futura. Veni domum, non quo optima vivendi conditio eſſet; ſed tamen, ſi eſſet aliqua forma reipub. tamquam in patria ut eſſem: ſi nulla, tamquam in exſilio. Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa nulla viſa eſt; cur optarem, multæ cauſæ. Vetus eſt enim: *Vbi non ſis, qui fueris, non eſſe, cur velis vivere.* Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium: præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, & maximam rerum gloriam: quarum altera mihi vi-

proxima cum hiſtoria contulit Sebaſtianus Corradus. Nempe *in acie cecidit* L. Domitius, *in inſidias incidit* Pompeius, *in victoris manus devenit* Caſſius, *ad Iubam confugit* Scipio, *exſilio locum cepit* M. Marcellus, *mortem voluntariam conſcivit ſibi Cato*. Vide Cæſarem, Lucanum, alios. Cort.

In aliquas inſidias incidendum) Vt Pompeio. Corr.

Deveniendum in victoris manus) Vt Caſſio. Idem.

Ad Iubam confugiendum) Vt Scipioni. Idem.

Capiendus tamquam exſilio locus) Vt Marcello. Idem.

Conſciſcenda mors voluntaria) Vt Catoni. Idem.

Si eſſet aliqua forma reip.) Sic Victorii editio, cui accedit item antiquiſſima, Pall. duo, Grut. (quibus ſubſcribunt Græv. primus & Amſtelodam. 1 vulgo *fortuna*. Paullo poſt iidem omnes libri, *cur optarem, multæ cauſæ*; vulgo abeſt *cauſæ*; & meo animo abeſſet rectius; ſed an ideo libros & ipſum Ciceronem in ordinem redigamus, quod non ſcripſit interdum ut volumus? Gebhard.

Optimarum artium ſcientiam, & maximarum rerum gloriam) Sic edidi relegeos veſtigia Naugerii, Victorii, Lambini, Manutii, & iſtius aurei temporis, cum neſciam unde prodierit in nuperis editionibus *maximam*. Sic lib. I. de Nat. Deor. 1. *In ſummo errore & maximarum rerum ignoratione verſari*; etſi illic in MSo vidi *maxima*. Mox non mutavi illa, quæ etiam firmantur ab omnium codicum conſenſu, *mihi ipſe feciſſe finem belli*, etſi conſtructionis vitium impingi audiam: quod crimen facile elido, ſi dixero me opinari Ciceronem una voce ſic locutum eſſe *mihipſe*, quod ego non dubito ei placuiſſe, ut *mihipte* placuit Catoni. Feſtus: *Mihipte, pro mihi ipſe Cato poſuit cum dixit* &c. Iac. Gron. *Maximarum*. Ita Vict. Man. Lamb. Sed Gruterus, ex quo deinde Grævius, & Cellarius, *maximam*. Neque tamen dicunt, cur prius illud mutaverint. Si conjectura tantum, minus placet. Oliv.

hi vivo numquam eripietur, altera ne mortuo quidem. Hæc ad te ſcripſi verboſius, & tibi moleſtus fui, quod te cum mei, tum reipub. cognovi amantiſſimum. Notum tibi omne meum conſilium eſſe volui, ut primum ſcires, me numquam voluiſſe plus quemquam poſſe, quam univerſam rempub. Poſtea autem, quam alicujus culpa tantum valeret unus, ut obſiſti non poſſet, me voluiſſe pacem: amiſſo exercitu, & eo duce, in quo ſpes fuerat uno, me voluiſſe etiam reliquis omnibus, poſtquam non potuerim, mihi ipſi finem feciſſe belli: nunc autem, ſi hæc civitas eſt, civem eſſe me; ſi non, exſulem eſſe non incommodiore loco, quam ſi Rhodum, aut Mitylenas contuliſſem. Hæc tecum coram malueram; ſed quia longius fiebat, voluſ per litteras eadem: ut haberes, quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim, qui, cum meus interitus nihil fue-

Hæc ad te ſcripſi verboſius & tibi moleſtus fui) Prim. Grav. *& tibi moleſtus fui*. Non male vetus codex Nic. Scell. *Hæc ad te ſcripſi verboſius & tibi moleſtius*. Grav.

alicujus culpa) Pompeii. Conrad. Cæſar enim Pompeii culpa tantam potentiam eſt conſecutus, ut plus potuerit unus, quam univerſa reſpublica. Grav.

Ut obſiſti non poſſet) Nullam controverſiam huic lectioni moveo, ſilentibus MSis. Vix tamen abeſt, quin ſcripſiſſe Ciceronem crediderim, *ut ſiſti non poſſet*, hoc eſt, ut reſpublica non poſſet ſervari, ut actum de ea eſſet. Sic enim loquebantur veteres. Liv. lib. II. *Totam plebem ære alieno demerſam eſſe, nec ſiſti poſſe, niſi omnibus conſulatur*. Vide quæ de hoc loquendi genere notavit Gronovius ὁ πανυ ad Liv. IV. cap. 12. Grav.

Eo duce) Pompeio. Conrad.

Me voluiſſe etiam reliquis omnibus: poſtquam non potuerim) Sic interpungendum; nam vulgata interpunctio, *me voluiſſe etiam, reliquis omnibus poſtquam*, &c. vitioſa eſt: eamque jam in priore editione damnaveramus, & poſtea a P. Manutio emendatam eſſe cognovimus. In iis verbis autem, *me voluiſſe etiam reliquis omnibus*, ſubintelligendum, finem belli facere. Lambinus. *Me voluiſſe etiam, reliquis omnibus poſtquam non potuerim, mihi ipſe finem feciſſe belli*) Hæc vera ac recta eſt diſtinctio lectioque huius loci. Lambin. eum Manutio edixere diſtinguendum atque interpungendum, *me voluiſſe etiam reliquis omnibus: poſtquam non potuerim, mihi* &c. qua totam ſententiæ elegantiam perire vel puer viderit; ceterum *ipſe* non *ipſi* ingerunt omn. MSi, editiones priſcæ, ac Victorii. Grav. Temere hic contradicitur Lambino & Manutio; quo illud *etiam* referendum, niſi ſic diſtinguatur, uti diſtinguendum viderunt, & meus præcipit liber primus; quamvis corrupte in illo pro *me voluiſſe* ſit exaratum *melius ſe*. Deinde *ipſi* legendum eſt, ut habet Amſtelod. Mentel. *ipſe* non ſert orationis ſtructura; dicendum enim *ipſum* eſſet. Grav. *Reliquis omnibus*. Scilicet finem belli feciſſe, non tantum mihi. Cicero enim poſt Pharſalicam cladem ſuaſit omnibus, ut tempori ſervirent, neque reparatent bellum. Cellar.

Mitylenas contuliſſem) Vt Marcellus. Conradvs. Supra lib. IV. ep. 7. Grav.

Non

fuerit reip. profuturus, criminis loco putent eſſe, quod vivam. Quibus ego certo ſcio non videri ſatis multos periſſe: qui ſi me audiſſent, quamvis iniqua pace, honeſte tamen viverent. Armis enim inferiores, non cauſa fuiſſent. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris. Ego, ſi, quæ volo, expediero, brevi tempore te, ut ſpero, videbo.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Præmonet Marium de adventu ſuo in Pompeianum. Eodem anno.

M. T. C. M. MARIO S. D.

AD. IX. Kal. in Cumanum veni cum Libone tuo, vel noſtro potius: in Pompeianum ſtatim cogito. Sed faciam ante te certiorem. Te cum ſemper valere cupio, tum certe, dum hic ſumus. Quare ſi quod conſtitutum cum podagra habes, fac, ut in alium diem differas. Cura igitur ut valeas: & me hoc biduo, aut triduo exſpecta.

EPI-

Non videri ſatis multos periſſe) Vid. lib. VI. epiſt. 6. IDEM.

Armis inferiores) Hoc eſt, non boni bello, minores militia. C. Nepos Datame c. 8. Cæſar III. B. G. c. 24. adde Capitolin. Macrin. c. 8. Ammian. Marcell. XXX. c. 8. CORT.

EPISTOLA IV.

AD Vm his ſumus. Vides enim quanto poſt una futuri ſimus. Quare ſi) Hæc verba *Vid. en. qu. poſt un. fut. ſim.* nec ſcio quid ad rem faciant, nec an ſatis Latina ſint. Si Latina ſunt, longe aliud ſignificant, quam quod Cicero voluit, quod & Manutius vidit. Nec in Palatino primo, nec in meo optimo libro illa leguntur. Delenda ſunt omnino, quod etiam in hac editione feci ſecutus auctoritatem veterrimarum membranarum. GRAV.

Si quod conſtitutum cum podagra habes] Locus dignus ingenio Tullii. Viri docti ſcholia ſuo offendunt, ſe eum non intelleciſſe, cum ſignificant intelligi propoſitum de podagra curanda. Qui cupit aliquem valere, quomodo auctur eſt in morbo curationis differendæ? Immo, ſi amica tua & familiaris, inquit, podagra patitur conſtitui ſibi, & bona fide ante conſtitutum non appellat, differ eam in aliam diem, & fac ea careas, dum nobiſcum eris. *Conſtituere alicui & cum aliquo*, eſt convenire cum aliquo de loco & tempore coeundi. Iuven.

Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

Sic *venire ad conſtitutum* Varroni, Cic. pro Cæcina, Petronio. Gronov. lib. I. Obſerv. cap. 1. quem vide pluribus ibi de hoc verbo agentem. GRAVIVS.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

C. Trebatium Teſtam juriſconſultum familiarem ſuum commendat C. Cæſari, Galliarum proconſuli. Scripta Domitio & Appio Coſſ. quod ex epiſt. 14. lib. II. ad Q. Fratrem intelligitur.

CICERO CÆSARI IMPER. S. D.

VIde, quam mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum, non modo in his rebus, quæ ad me ipsum, ſed etiam in iis, quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere, ut eum meis omnibus ſtudiis, beneficiis quam ornatiſsimum domum reducerem. Sed poſtea, quam & Pompeii commoratio diuturnior erat, quam putaram, & mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare, vide, quid mihi ſumſerim. Cœpi velle, ea Trebatium exſpectare a te, quæ ſperaſſet a me. Neque mehercule

EPISTOLA V.

Quocumque exirem) Legatus Pompeii ad rem frumentariam. CONRADVS.

Mecum ducere) Imperatores enim eorumdemque legatos ut plurimum ſequebantur Juriſconſulti: quorum opera in provinciis, cum rei eſſent faciendi, aut abſolvendi, aliaque judicia haberentur, præclara vulgo uti poſſent. FVNC.

Vt eum meis omnibus ſtudiis, beneficiis quam orn.) Sic Gruterianus, & Victorii editio ex Medicæo codice: (ſic & Græv. prim.) ita ut non diſpliceat lectio Vaticani: *Vt eum meis ſtudiis, beneficiis omnibus quam orn.* Vulgo. *Meis communibus ſtudiis & beneficiis.* &c. GERNARO.

Mea quædam tibi non ignota dubitatio) Qui & morem illi gerere, & in oculis civium eſſe vellem. CORR.

Vide quid mihi ſumſerim) Gruterianus, *quid mihi viderim ſumſ.* quid ſi legamus *quid mihi interim ſumſ.* Paullo poſt retinui vulgatam lectionem ſtabilitam a Medic. Pal. pr. editione Victorii, *quæ ſperaſſet a me*; cum præferant prima editio, Pal. alter, Grut. Guilielmiani quatuor, *quæ exſpectaſſet*. GERNARD. *Vide quid mihi ſumſerim*) Eleganter quidem mihi videtur invertere ordinem vocum codex Gruterianus, dum præfert *quid mihi interim ſumſerim*. Quo non aliud innui judico, quam *quid mihi vide tamen ſumſerim*. Nam *vide tamen* compendio ſcribi ſolet *tn.* IA. GRON.

Cœpi velle) Genus dicendi cum optimo cuique Scriptorum, tum Phædro in primis familiare; nec minus Petronio, qui cap. 9. *Cœpit mihi velle pudorem exprobrare*. Seneca de morte Claudii c. 18. Hygin. Fab. Epit. c. 4. Sidon. II. ep. 13. CORT.

Minus

cule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi, quam eram ſolitus de mea polliceri. Caſus vero mirificus quidam intervenit, quaſi vel teſtis opinionis meæ, vel ſponſor humanitatis tuæ. Nam cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratius domi meæ, litteræ mihi dantur a te, quibus in extremis ſcriptum erat, *M. ORFIVM, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ delega: ſi vis tu, ad me alium mitte, quem orneu.*

Minus ei prolixe) Minus *benigne*, ut interpretatur Donatus illa Terent. Adelph. A. V. Sc. VIII. v. 20. *Age, age prolixe Micio*. Dein *prolixe polliceri* in ea ſtructura jacet, qua ſupra IV. ep. 13. *benigne polliceri*. IDEM.

M. FVRIVM quem mihi commendas) Ego caſtigavi *M. Orſium*; vetus codex in hoc nomine nonnihil mendi continet: potius enim *Veſivium* ibi legas. Nos & ex his veſtigiis, & ex loco in epiſtola ad Quintum Fratrem *Orſium* legendum eſſe cenſuimus: nam hunc eſſe apparet, quem cum litteris ad Fratrem miſit, & quem illi commendat, & Tribunum militum eſſe dicit in Cæſaris exercitu. Verba autem hæc Cæſaris ita leguntur in omnibus antiquis exemplaribus, ut nos majoribus litteris (ut facilius diſtinguantur) ſcripſimus. VICTORIVS. Nonnulli conantur oſtendere diverſum hunc eſſe, de quo hic agit Cæſar, ab eo quem Cicero commendat Quinto Fratri in epiſtola, quæ eſt 237. potuit tamen fieri, ut domeſtici negotii cauſa ab exercitu diſceſſerit & Romam venerit, vel ab Imperatore miſſus fuerit; cum autem in Gallias rediret, epiſtolam ei dederit Marcus Cicero, qua illum fratri conciliaret: nam tunc primo eum ad Cæſarem profectum non eſſe, illud aperit, quod inquit de hoc ad Fratrem ſcribens, *Eſt tribunus militum in exercitu veſtro*. Si enim tunc primum illum ad Cæſarem miſiſſet, ita locutus non eſſet, nec affirmaſſet eum Trib. eſſe: neſciebat enim an id a Cæſare impetraturus eſſet. *Oeſium* autem ipſum litteras Ciceronis ad Cæſarem attuliſſe, quæ peterent ab eo, ut ipſum Tribunum militum faceret, Cæſaris verbis intelligitur, IDEM. *M. Furium*) Variæ leges *M. Roſſium*, *Irium*, *Leſinum*, *Ithium*, *Vficium*, *Veſivium*, ex quibus verbis colliget legendum *M. Curtium*, quicumque epiſtolas ad Q. Fratrem viderit: etſi *M. Orſium* nonnulli legunt, CORRAD. *M. Orſium*] Sic edidit VICTORIUS, ſic quoque eſt in Vaticano. Pal. pr. *M. Iſiſium* (in Græv. primo eſt *M. Idſunum*) ſec. *Muſium*. Grut. *Iſium*; vulgo *M. Fuſium*, alii, ut priſca editio, *M. Ruſum*. GERHARD.

Vel hunc Leptæ delega] Vereor ſane, ut in his verbis mendum ſit, nihil tamen auſim immutare: alii vulgatæ lectionis veſtigiis hærentes, hunc locum emendare conantur, quod prorſus faciendum non fuit: veriſimile enim eſt, in vetere ſcriptura minorem (ſi ulla eſt) labem eſſe: peritiores hoc diligenter conſiderabunt. Ad Atticum Cicero eumdem modum loquendi uſurpavit, qui hic eſt in priſcis exemplaribus, 504. *Quinto delegabo, ſi quid eri meo ſuperabit, & emtionibus.* Sed etiam aliis in locis. Quare videndum eſt, an omnis obſcuritas naſcatur ex rei ipſius ignoratione. Quod ſi hiſtoriam illius negotii teneremus, omnia plana eſſent & in verbis nullam maculam eſſe intelligeretur. VICTOR. *Vel Leptæ legatum*] Ita diſcrepant hoc loco inter ſe exemplaria vetuſta, & ea ipſa a libris vulgatis, ut putem mihi licere vel unam aliquam ſcripturam probare, vel unam fingere. Cum igitur ex manuſcriptis alii habeant *vel Leptæ delegem*, alii *delegam*, alii *delega*: vulgati partim *vel certe legatum*, partim *vel Leptæ le-*

ornem. Suſtulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud neſcio quod non fortuitum, ſed divinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea ſponte, poſt autem invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Cæſar, ſic velim omni tua comitate complectare, ut omnia, quæ per me poſſis adduci, ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas: de quo tibi homine hæc ſpondeo non illo vetere verbo meo, quod, cum

gatum: ego *vel Leptæ delegabo*, reponendum putaverim, hoc ſenſu, Leptæ delegabo, qui eum ornet & locupletet: non pugnaturus, ſi quis acutior meliorem lectionem reperiat. Quidam docti volunt legi *vel certe provegem*. Manutius, *vel tertiæ legionis legatum*. Turnebus ſcripturam in uno cod. vetere repertam, integram retinens, legit *vel Leptæ delega*, libro XII. Adverſar. cap. 18. quam minus probo. LAMBIN. *Vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum*) Octavius Pantagathus exiſtimabat huoc locum non vacare mendo, atque ita corrigebat ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis, *ut me regem Galliæ faciam Leptæ delegabo*; quid ſi legas? *vel leg. III. legatum*, pro *Leptæ legatum*. VRSIN. *Vel hunc Lepte delega*) Sic quoque editio priſca, Victorii, Pal. pr. Grut. Vaticao. Stewech. Peck. vulgo *vel Leptæ legatum*. LAMBIN. *delegabo*. Liber Politiani *delegatum*, quibus omnibus nihil opus eſt ad noſtram. GRONOVS. *Lepte delega* bono ſenſu mihi ſcriptum videtur, ut dicat jocans, tam divitem fore propediem eum hominem ipſum, ut creditori ſuo Leptæ Cicero qui ſolvat delegare poſſit: id enim eſt delegatione ſolvere. Nam ſi qui tua cauſa a me ditatus fuerit, tibi debebit, ut tuum æs alienum ſolvere debeat; aut dicit, niſi hoc faciam, eum delega & commenda non mihi Imperatori, ſed Leptæ. TVRNEBVS. Ego nulla propemodum licentia ſcribo: *vel Leptide Legatum*. Cum enim Leptis non nobiliſſima tantum omnium eo tempore Africæ urbium, ſed & colonia Iulia fuerit, credibile eſt, Cæſarem eam potiſſimum delegiſſe, in qua eius regionis præfecti ſedem atque domicilium ſuum collocarent. I. RVTGERS. Var. Lect. I. 5.

Vel hunc Lepte delega ſicut tu) Sic MSus: forte: *vel Iynge Lerinæ deligabo*; id eſt, commorationem in inſula Lerina vel Lerooe tam dulcem & gratam reddam, ac ſi philtrum vel amatorium medicamentum ibi bibiſſet: ac ſi ad Lotophagos Homericos veniſſet. Lerine, inſula circa Rhodani oſtia. Plin. III. 5. de Galliæ ora: *Lero & Lerina adverſus Antipolim*. Strabo IV. 185. Μετα δε τας Στοιχαδας ἡ Πλανασια, και Λερων, ἐχουσα κατοικιας. ἐστι δε τῳ Λερωνι ἐξω τοῦ ἱερου των Λερωνος. κειται δ' αὐτη προ της Αντιπολεως. *Poſt Stœchades Planaſia & Lero ſunt, colonias habentes. In Leronæ fanum eſt Ieronis: e regione Antipolis hæc ipſa jacet*. In ea prædia vel poſſeſſiones hic M. Orſius habuiſſe videtur. Iynges omne philtrei, vel ἰλκυστικα magici genus, ab avicula Iynge ſive motacilla, quæ a ſagis in hunc uſum adhibebatur. Vide Salmaſ. ad Solin. p. 943. *deligare*, quod alias *defigere*. Plin. XXVIII. 2. *defigi diris imprecationibus*. Paulus IC. V. Recept. Sent. 23. *Ut quem obcantarent, defigerent, obligarent*. Tibull.

. . . . *magico religatum brachia nodo*.

Tertull. de Spectat. *devinctiones magicas*. Auctor Ciris:

Iolciacis animum defigere votis.

Vide Salm. ad Solin. p. 1088. Io. FR. GRON.

More

cum ad te de Milone ſcripſiſſem, jure luſiſti: ſed more Romano, quo modo homines non inepti loquuntur: probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam, quod familiam ducit in jure civili, ſingularis memoria, ſumma ſcientia. Huic ego neque tribunatum, neque præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto: benevolentiam tuam, & liberalitatem peto: neque impedio, quo minus, ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eam omnes gloriolæ inſignibus. Totum denique hominem tibi ita trado de manu (ut ajunt) in manum tuam iſtam, & victo-

More Romano) Id eſt *ſimpliciter*, ſine falſa ſpecie vocabulorum. Cui enim *Romana ſimplicitas* non dicta, quæ fuit primis temporibus? Martialis epiſtola lib. I. dolet quoſdam, *apud quos Latiae loqui in nulla pagina fas ſit*: hoc eſt, ſimpliciter reri, quæcumque fuerit, proloqui, turpis illa ſive honeſta fuerit: adde epiſt. 16. Cort.

Pudentiorem eſſe neminem) Hanc lectionem ex v. c. oræ primæ editionis adſcripſit Egnatius, conſpiciturque in Pal. pr. libro aurum contra non caro ac probato; Vatic. (nec non Amſtelodam.) recepit denique Lambinus; vulgo *prudentiorem*. Grs.

Quod familiaritatem induxit) Sic omnes vulgati codices, omnino male. Ego veterem lectionem reſtitui, *familiam ducit*. Dicitur enim familia juriſconſultorum, familia gladiatorum, familia philoſophorum, id eſt, ſecta. Ad Attic. lib. II. *Puto enim me Dicaearcho aſſatim ſatisfeciſſe: eaſpicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modo ut requieſcam permittit, ſed reprehendit, quia non ſemper quieverim*. Ille autem *familiam ducere* dicitur, quem ceteri ejuſdem generis ſequuntur ut auctorem & ducem, ut in V. Philippica: *L. quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnaverit, familiam ducit*. In IV. de Finib. dicit *ſententiam ducere familiam*, quæ maiorem vim habet & majoris eſt ponderis, & quaſi caput aliarum: *Sed primum illud vide graviſſimum illam everſtam ſententiam, quæ familiam ducit, Honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum, honeſteque vivere, bonorum finem: communem ſuo vobis cum maiore*, &c Non parvæ igitur auctoritatis eſſe dicit Trebatium in jure civili, habereque ſuos ſectatores. Nam quod paullo ſupra erat *prudentiorem eſſe neminem*: ego *pudentiorem*, ut in melioribus libris inveni, ſcripſi: loquitur autem & in ſecunda poſt hanc epiſtola de pudore Trebatii. Nam & in alia ſic ait: *Sepe autem etiam, quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare*. Victorius. *Quod familiam ducit*) Quaſi diſcipulorum. Corr. *Familiam ducit in jure civili*) Sic Victurii editio, Pal. alter ac Vatican. nam unica littera diſpeſſa peccant Pal. pr. Gruter. prima editio, *familia inducit*; vulgatur ineptiſſime, *quod familiaritatem inducit, in jure civili ſingularis memoria, ſumma ſcientia*. Grs. Sed recte vidit Manutius hunc locum male diſtingui, & explicari a Victorio, quem vide. Male Gebhardus ſequitur Victorium, qui tamen in notis poſterioribus ſe ipſe pæne retexit. In Grævii primo libro & duobus aliis, quos vidit Guil. legitur: *In jure civili ſingulari memoria, ſumma ſcientia*; ſcilicet eſt. Grav.

De manu in manum) De iis proprie dicitur, quæ ſtudioſe ſcrutamur, & ſi omnino aliis committenda ſunt, e manu ſtatim in manus tradimus. Hinc & illa intelligenda Sall. Iug. c. 63. *Etiam tum alios magiſtratus plebes, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat*: ibi plura. Cort.

victoria & fide præstantem. Simus enim putidiusculi, quam per te vix licet: verum, ut video, licebit. Cura, ut valeas, & me, ut amas, ama.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Trebatium desiderium urbis vix ferentem hortatur, ut urbis urbanitatisque curam & memoriam, quasi quasdam ineptias, abjiciat; operamque det, ut quod ei ab urbe discedenti propositum fuerat, id assiduitate & virtute consequatur. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S. D.

IN omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut ad Balbum mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ, nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentiæ. Tu modo ineptias istas, & desideria urbis & urbanitatis depone: & quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ opulentæ, optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illæ verterent, quod abesset a patria.

Nam

Simus enim impudentiusculi) Al. *pudentiusculi*, *blandiusculi*, *putidiusculi*. CORR. *Simus enim putidiusculi*.) Mihi hæc placuit codicis Vaticani scriptura, quam gaudeo quoque probatam Victorio & receptam; (sic etiam codex prim. Græv. nisi quod in illo scribatur, *simus enim putiduiusculis*, sed addita nota *s* delendum esse) vulgo *sumus*; ceterum alii *blandiusculi*, alii *impudentiusculi*: utrique glossa decepti. GRÆ.

EPISTOLA VI.

Quam ignoverunt Medeæ) Vid. Polit. Miscell. cap. 27. CORR.

Quæ Corinthum arcem altam habebant) Sic meliores editiones omnes ac MSi: alii tamen *Cerinthu*; editum tamen est, *Corinthi*. GRÆ.

Manibus gypsatissimis) Hic notavit vir doctus ad editionem principem talem glossam, id est, *fugitivis*, *improbissimis*. Gypsati enim de cataста venalicii. Talis & Medea fugitiva erat patris & patriæ proditrix; quod & ex Politiani codice iisdem verbis exscripsit Ioannes Isaacius Pontanus. Victorii editio ac Pal. primus scribunt *cypsatissimis*. Pal. alter ad marginem *citatissimis*. GRÆ. Per *gypsatas manus* barbaram mulierem significari puto: nam barbaræ mulieres manus sibi pingere solebant, ut Valer. Flaccus scribit, &, ut opinor, ad candorem gypsare. TURNEB. Adverſ. XII. 18. quem vide.

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & poplicam, patria procul.

Multi, quei domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.

Quo

vide. *Medea gypſatis manibus* eſt Ennio, fraudulenta, quæ dolos ſuos prætextu exornat, & illis aliquam bonam cauſam prætendit, puta leges & jura, aut ſimile: quas fraudes ἐυπροσωπους ἐυπροφασιστους Græci vocant. Apud Plaut. iidem homines dicuntur *cereta ſe occultare*. Et *albo rete aliena oppugnare bona*. YVO VELLIOMARVS. *Illa manibus gypſatiſſimis*) Illa, ut perſona comica, manibus gypſo, ut candidiores eſſent, illitis gubernans vocem, ot Petron. c. 87. Io. FR. GRON. Licet etiam hæc verba Columnæ ad Ennium, & Manutio ad hunc locum, videantur redolere ſtilum poeticum & elocutionem Enniani, non credideriim tamen ea a Cic. aliunde adſumta, cum hæc profecto ſcribat joco. Majus quid hoc loco me torquet. Nempe nondum diſcere potui, unde vir ſummus, & alii interpretes, didicerint perſonas comicas manus habuiſſe gypſo illitas: nam de veneno quod ſcribit Columna, id ejuſmodi eſt, ut in cenſum venire non debeat, ut nec quod adſert ex Iſidori lib. X. Nic. Coenſ. Epiphill. lib. II. c. 8. Servorum pedes creta illini ſolitos, notiſſimum eſt, & a multis obſervatum; verum de manibus mihi nihil occurrit. Nam cum Valer. Flac. Argon. lib. II. v. 150. dicit:

Picta manus, uſtoque placet tibi barbara menta,

coloratas potius quam candidas innuit. E contrario certum eſt mulieres faciem creta, ſive gypſo aut ceruſſa illinire ſolitas fuiſſe, & non difficile eſt demonſtratu. Alia ut nuttam, ita legas apud Plin. lib. XXXV. c. 16. de creta Selinuſia: *Vſus ad mulierum maxime cutem*. Cui adde Plautum Moſtell. A. I. Sc. III. v. 101. Vt igitur dicam quod res eſt, videtur mihi Cicero ſcripſiſſe *malis gypſatiſſimis*, non *manibus*, quam vocem cum compendio ſcriptam putarent, qui nobis has epiſtolas deſcripſerunt, veram ſcripturam obſcuraverunt. Nunc omnes MSi io *manibus* conſpirant, ſenſu aut nullo, aut incommodo, cum *malis* nobis reddat ſenſum egregium. Scilicet ut mulieres, quarum malæ ſunt ioſucatæ, erubeſcere neſciant, & ita numquam coloris mutatione animi a verbis diſcrepantis ſenſum produnt: ſic Medea, cum longe aliud cogitaret, aliud diceret, vultu ſe ipſam nequaquam prodidit, ſed tamquam faciem fuco obleviſſet, mulieribus Corinthiis perſuaſit, quidquid volebat. Hoc modo erunt omnia, ut credo, planiora. Nec tamen hanc meam conjecturam, cum nullo MSo adjuvetur, in textu recipi velim. Si cui hæc minus placent, is ita legat: *Quibus illa membria Abſyrti ſparſis peeſuaſit*: quod quodammodo a MSo qui in margine citatus eſt, adjuvatur. VERR.

Nam multi ſuam rem bene geſſere) Ita hos verſus diſpoſuit Victorius:

Nam multi ſuam rem bene geſſere & poplicam, patria procul.
Multi qui domi ætatem egerunt, propterea ſunt improbati.

Alii aliter; vide Manutium. Ego præterquam quod in horum verſuum diſpoſitione ab iis diſſentio, longe plura Enniana in verbis Ciceronis latere puto. Tales autem Ennii fuiſſe ſuſpicor:

Matronæ opulentæ, optumates,
Quæ Corinthi arcem altam habetis,
Ignoſcite: quæſo ne mihi vitio vertite
Quod abſim a patria mea.
Nam moltei ſuam rem bene geſſerons,
Et poplicam, patria procul.
Moltei quei domi ætatem egeront,
Propterea ſont improbati.

Primus, ſecundus, quintus, & poſtremus ſunt Anacreontici. Sed io primo poſtremam vocem, in poſtremo primam in ſcandendo contrahe; hoc modo, *Optmates*, & *Propterа* ut apud Lucret. *Vnverſus*, apud hunc *Aſpra*; apud

Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. Sed plura ſcribemus alias. Tu qui ceteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris caveto: &, quando Medeam agere cœpi, illud ſemper memento: *Qui ipſe ſibi ſa-*

apud Lucill. *Frigdaria*; apud alios alia Tertius, quartus, ſextus & penultimus Iambici: tertius quidem trimeter, reliqui vero dimetri. Ac, ut quatuor poſtremos verſus apud Cic. eo quo ſcripſi modo diſponendos puto: ita priores quatuor ſuo more immutavit ac diſſolvit. IAN. RVTGERS. Var. Lect. VI. cap. 1. Nemo non videt poetæ cujuſdam verba eſſe, & quia *Medeæ* mentio infertur, ex Ennii Medea depromta eſſe. Victorius, Muretus, Manutius ex iis demum verbis, *Nam multi ſuam rem*, incipiunt verſus inveſtigare ac metiri, ſed aliter atque aliter ſinguli. CASS. Ex omnibus, qui in digerendis his verſibus laborarunt, ſolus operam non perdidiſſe mihi videtur Gerard. Io. Voſſius, qui ita ſcribit:

Matronæ opulentæ, optumates, quæ Corinthi um
Arcem altam habetis, Ne mi vitio vertite,
A patria quod abſum; Nam multi ſuam
Rem bene geſſere, & publicam patria procul;
Multique, qui domi ætatem agerent, propterea
Sunt improbati.

Vide illum ad Fragmenta Ennii p. 3364. Edit. Heſſelii. CORT.

In Britannia) Vbi illum jam eſſe ætedebat Cicero. CORR.

Ne ab eſſedariis) Militibus Britannicis, ex eſſedis pugnantibus. IN.

Et quando Medeam agere cœpi, illud ſemp. mem. Qui ipſe ſibi &c.) Ita loquitur Cicero, ut aperte oſtendat, hæc verba e Medea fabula ſumta eſſe: verſiculum autem Græcum, unde expreſſa ſunt, poſuit in epiſtola ad C. Cæſarem, qua commendavit Prætilium, & illum Euripidis eſſe docet: *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Euripidis*,

Μισω σοφιστην, ὁστις οὐχ αὑτῳ σοφος.

Odi ſapientem, qui ſibi non ſapit.

Eumdem etiam Plutarchus in commentario, quo diſſeruit ſi honeſte utiliterque pronunciatum eſt το λυθι βροτος; nec tamen in Græca Euripidis Medea hic ſenarius invenitur: quomodo hic nodus diſſolvi poſſit, fateor me ignorare. Nunius Marcellus cum Ennii teſtimonium e Medea adduceret, fabulæ illius nomen *Medea exſul* eſſe voluit, atque id duobus in locis, in *Eliminare ſemper*: ſic enim eum locum aliquantulum deformatum legendum arbitrantur: Ennius Medea exſule:

Antiqua herilis fida cuſtos corporis,
Quid ſis ante ædes examinata eliminas?

Quin autem intelligat Medeam fabulam, quam hodie habemus, Euripidis, dubium eſſe non poteſt: nam ſententia illa ex his verſibus, qui a cuſtode liberorum Medeæ cum ejuſdem nutrice loquente pronuntiantur, accepta eſt,

Παλαιον οικων κτημα δισποινης εμης,
Τι προς πυλαισι την δε αγω' ερημιαν,
Εστηκας, αυτη θρουιν ν σπυτη κακα;
Antiqua ancilla domus meæ dominæ
Cur præ foribus ita ſolitaria
Stas, tecum ipſa muſſitans triſtia?

Tertio adhuc loco in *ceruere* Nonius *Medeam exſulem* hanc fabulam vocat. *Ennius Medea exſule.*

Nam te ſub armis malim vitam cernere.

Eſſe autem hanc ſententiam in Græca quam habemus, notiſſimum eſt. Inde autem quiſpiam ſuſpicari poſſet duas Medeas ſcripſiſſe Euripidem, ambaſque Ennium expreſſiſſe, in Græco poeta tituli illius veſtigium nullum, quemadmodum Iphigeniæ, de qua cum duas fabulas confeciſſet, nominibus quoque ipſas ſeparavit. Docti viri totam hanc rem accurate cogitabunt, ego ſcrupulum, qui me diu ſollicitum habuit, aliis notum facere volui. VTCTOR. *Qui ipſe ſibi*, &c.) Carmen Euripidis vide in ep. 15. lib. XIII. unde hoc Ennius tranſtulit. CORR.

Ne-

bi ſapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit. Cura, ut valeas.

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Studium ſuum in commendando Trebatio ſignificat: monet, ut aſſiduam Cæſari operam navet, ab ejus liberalitate exſpectet omnia. Eodem anno.

CICERO TREBATIO.

EGo te commendare non deſiſto: ſed quid proficiam, ex te ſcire cupio. Spem maximam habeo in Balbo: ad quem de te diligentiſsime, & ſæpiſsime ſcribo. Illud ſoleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties a Q. mihi fratre afferantur. In Britannia nihil eſſe audio neque auri, neque argenti. Id ſi ita eſt, eſſedum aliquod ſuadeo capias, & ad nos quam primum recurras. Sin autem ſine Britannia tamen adſequi, quod volumus, poſſumus, per-

Nequidquam ſapit) Fruſtra ſapit, vide de *nequidquam* Sall. Cat. c. 20. In hanc ſententiam confer, quæ ſcripſit S. Sulpicius IV. ep. 5. Noſter III. Offic. c. 15. adde XIII. ep. 15. CORT.

EPISTOLA VII.

N Balbo] Qui Cæſaris familiariſſimus fuit. FVNC.

Quoties a Q. mihi fratre afferantur) Sic tranſponit Pal. pr. Grut. editio prima: ceterum *afferantur* Pal. ſec. Vatic. Victorii editio, Pal. vero pr. *efferantur*; vulgo *a Quinto Fratre mihi afferuntur*. Pal. alter *fratre meo aff.* ledeat, quod primo propoſui. GRON. Quam lectionem firmat etiam primus Græevii, & Amſtelod. niſi quod *afferuntur* hic præ ſe fert. GRAV. *Quot a Q. Fr.* puta datæ, ſcriptæ. Confer dicta ad III. ep. 13. *Quibus ego a tali viro contentus eram*. CORT.

In Britannia nihil eſſe audio neque auri, neque argenti) Sic ad Atticum: *Etiam illud jam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem prædæ*. CORR.

Eſſedum aliquod ſuadeo capias) Ita habet editio Victorii, Pall. duo; vulgo nimis importune *rapias*. Paullo poſt ex Pall. duobus, Gruteriano, editione Victorii ac Vaticano edidi, *adſequi quod volumus*, deleto *eo id*, quod vulgo male hic uberat: ſic *eo enim* paullo poſt; ideo & ibidem auctoribus omnibus libris noſtris ſcripſi, *multum te in eo frater adjuvabo*, cum Pal. alter tamen ſufficiat novam plane lectionem, *multa te adjuvavit in eo frater meus*. GRON. *Eſſedum*, vehiculum breve, duabus rotis, & celeritati aptum: duplicia illa erant; *militaria*, currus falcati, vide Iornand. Rer. Goth. c. 2. neque tamen illa ſemper falcibus armata, vide Cæſaris IV. 25. *Vulgaria* cum aliis rebus, tum iter faciendo utilia. Cic. VI. Att. ep. 1. Sueton. Calig. c. 51. CORT.

Epi-

perfice, ut ſis in familiaribus Cæſaris: multum te in eo frater adjuvabit meus, multum Balbus: ſed mihi crede, tuus pudor & labor plurimum. Imperatorem liberaliſsimum, ætatem opportuniſsimam, commendationem certe ſingularem habes: ut tibi unum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Quid Cæſar ad ſe de Trebatio ſcripſerit, quid ipſe Cæſari reſponderit, officioſe ſignificat: deinde Trebatium quaſi molli brachio reprehendit, quia delatum a Cæſare tribunatum mil. recuſaverit: hortaturque, ut in occaſione & facultate optima ſibi ne deſit. Eodem anno.

CICERO TREBATIO.

SCripſit ad me Cæſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certe fore: cui quidem ego reſcripſi, quam mihi gratum eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis ſuæ contuliſſet. Sed ex tuis litteris cognovi præproperam quamdam feſtinationem tuam, & ſimul ſum admiratus, cur tribunatus commoda, demto præſertim labore militiæ, contemſeris. Querar cum Vacerra, & Manilio: nam

EPISTOLA VIII.

Quam mihi gratum eſſet futurum) Pal. alter, Stewech. ſolemni errore *eſſe*: unde tamen velit Guilielm. *perquam mihi gratum eſſe futurum*. Ego nolim quidquam mutari. GRONAR.

Cur tribunatus commoda, demto præſertim labore militiæ, contemſeris) Hoc eſt, cur nolueris frui ſtipendio tribuni legionis, quod ſine ullo onere tibi volebat aſſignare. *Commoda* proprie dicuntur de ſtipendio & præmiis militaribus. Ovid. I. de Arte:

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.

Sueton. Cal. XLIV. *Commoda emeritæ militiæ ad ſex millium ſummam reſidit.* Id. Galb. XII. *Germanorum cohortem a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multiſque experimentis fideliſſimam diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam.* GRAV.

Manilio) Torquato, ad quem ſcribit Catulus, niſi fallimur. CORRAD. Quod te patiantur adeo deſipere: quem communibus illis amicis de meliori nota commendavi. FVNC.

Cor-

nam Cornelio nihil audeo dicere, cujus tu periculo ſtultus es, cum te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem, qua melior numquam reperietur? Quod ſcribis de illo Preciano jureconſulto, ego te ei non deſino commendare: ſcribit enim ipſe mihi, te ſibi gratias agere debere. De eo quid ſit, cura ut ſciam. Ego veſtras litteras Britannicas exſpecto. Vale.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Litterarum officium a Trebatio requirit: monet, ut reditum in urbem præpropere cupiat.

MARCVS CICERO TREBATIO.

IAmdiu ignoro, quid agas: nihil enim ſcribis: neque ego ad te his duobus menſibus ſcripſeram; quia cum Q. Fratre meo non eras: quo mitterem, aut cui darem, neſciebam. Cupio ſcire, quid agas, & ubi ſis hiematurus. Equidem velim cum Cæſare: ſed ad eum propter ejus * nihil ſum auſus ſcribere: ad Balbum tamen ſcripſi. Tu deeſſe

Cornelio) Epiſtola ſequenti. CONRADVS.

Cujus tu periculo) *Cum* periculo, vel, ita, ut ſit periculoſum Cornelio. Vide ep. 17. *pace tua dixerim*. Petron. Sat. c. 72. Plin. XXIX. c. 1. Cic. pro Sext. c. 22. CORT.

Quin tu urges] *Cur non* urges. Vellei. Pat. II. cap. 7. Sall. Cat. c. 20. IDEM.

Litteras Britannicas] Credebat Cicero, Trebatium cum Cæſare in Britanniam profectum. CONRAD.

EPISTOLA IX.

IAmdiu ignoro quid agas) Victor. & Ven. edd. *Tam diu ignoro quid agas*. Grav. pr. *Quam diu ignoro quid agas*: non inepte; ſed vulgatam non puto ſollicitandam. GRAV.

His duobus menſibus] Id eſt, proximis, proxime exactis. Phædr. I. Fab. 1. v. 10. ubi notas Scheffleri videas. CORT.

Hiematurus) Diverſis enim locis, ut imperatori commodum videbatur, legiones, æſtivis confectis, hiemare ſolebant. FVNC.

Sed ad eum propter ejus occupationes nihil ſum auſus ſcribere] Ipſe huic loco mendi notam adpoſui, quod fortaſſe multi mirati ſunt, cum ſententia loci ſatis plana & aperta ſit: reprehenderent etiam, niſi, quid me, hoc ut facerem, impulerit, explicaſſem. Primo ſcire debent omnes, me vocem illam *occupationes* in nullis paullo antiquioribus libris nedum vetuſtiſſimis legiſſe, quod mihi originem attulit ſuſpicionis. Deinde cum accuratiſſime conſideraſſem, non mihi viſa eſt ſatis digna cauſa eſſe, quæ retraheret Ciceronem a ſcribendo, occupa-

eſſe tibi noli: ſerius potius ad nos, dum plenior. Quod huc pro-

cupationes Cæſaris. Nam ſæpe ad eam Cicero ſcribebat, cum ille mirifice Ciceronis litteris delectaretur, & ipſas omni ratione eliceret: nec ea tempeſtate ullo majore negotio impediebatur, ut cavere deberet, ne ob id illi moleſtus eſſet. Nec tamen tantum temporis in legendis amicorum litteris collocatur, ut non quivis occupatiſſimus ſe ab illis de omnibus rebus certiorem fieri velit. Majus igitur quiddam eſſe putavi, quod Ciceronem ab inſtituto ſuo deduceret: & ut libere omnem meam ſuſpicionem proferam, ſi aliquando conjectari datum eſt, putarim *propter ejus luctum* legendum eſſe. Conſtat enim hoc tempore Cæſaris filiam mortuam eſſe, quæ Pompeio nupta erat, Iuliam ſcilicet: quod etſi valde notum ſit, tamen verba Dionis hiſtorici de hac re ponemus: Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ τοῦ Πομπηίου γυνὴ θυγατρίον τι τεκοῦσα ἀπέθανε. καὶ αὐτὴν εἶτε διαπραξάμενον τὸν τε ἐκείνου καὶ τὸν τοῦ Κικέρωνος φίλων ἢ καὶ ἄλλως πως χαρίσασθαι εἰδότες ἐθελήσαντες, συνῆραν, ἐπειδὴ ταχίστων ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε, καὶ ἐν τῷ ἀρίστῳ πεδίῳ ἔθαψαν. καὶ τοί τε Δομέτιος ἀνθίστατο, καὶ λέγοντες ἄλλα τε καὶ ὅτι οὐκ ὅσιον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦτον ἄνευ τινὸς ψηφίσματος θάπτοιτο. *Sub idem tempus Pompeii conjux filiolam ejus enixa obiit: eamque nonnulli, ſive ad hoc a Pompeii Cæſariſque amicis inducti, ſive quod alioqui rem eis gratam facere vellent, arripuerunt, quamprimum in foro funebri laudatione ornata fuit, & in Campo Martio ſepeliverunt: quantumvis Domitio reſiſtente, atque inter alia dicente, non fas eſſe eam in loco ſacro ſine decreto ſepeliri.* Dicit etiam lib. III. ad Quintum, ſe ad Cæſarem non reſcripſiſſe propter ejus luctum, de obitu filiæ intelligens: *Ex Britannia Cæſar ad me Kal. Septembr. dedit litteras, quas ego accepi IV. Kal. Octobr. ſatis commodas de Britannicis rebus, quibus ne admirer, quod a te nullas acceperim, ſcribit, ſe fine te fuiſſe, cum ad mare acceſſerit. Ad eas ego ei litteras nihil reſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa, propter ejus luctum.* De hac eadem re intelligit etiam illo loco ad Quintum, de virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet: *Magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem.* Nam & ipſe Cicero ad Dolabellam ſcribens de morte Tulliæ, nondum ſatis confirmatum ſe dicit ad ſcribendum, impedit enim officia mœror: & providi omnes homines eos, qui in dolore, & luctu ſunt propter cariſſimarum perſonarum interitum nolunt afflictos, & perturbatos amplius perturbare, & in ulla re illis moleſti eſſe. Hæc eſt cauſa, cur ſtellulam poſuerim, ut lector ſcilicet locum illum attentius accuratiuſque examinet: nec tamen conjecturis fretus receptam lectionem delere volui, etſi eam nullo modo probo. Si enim ulla reponenda eſt vox, ut defectum illum ſuppleat, noſtram potiorem judico. Sed tamen judicio eruditorum ſtare volo. VICTORIVS. *Sed ad eum propter ejus * nihil ſum auſus ſcribere*) Indicio Victorii, & hunc locum aſteriſco notavi, quia ſic quoque eum reperi in laudatiſſimo Pal. prim. & Gruteriano. Pal. alter ſic concipit: *Sed ad eum propterea nihil auſus ſum ſcribere.* Guilielm. talem affectabat medicinam, *ſed ad eum properius nihil ſum auſ. ſc.* Victorii tamen non abſurda conjectura injicientis, *propter ejus luctum.* GRAEV. Obtemperavi & ego hic Victorio, qui *occupationes*, quod præ ſe ferebant editi, ſecutus MSorum fidem ejecit, & aſteriſcum apoſuit, corruptionis notam. Nam nec in meo primo hæc vox exſtat. In Menteliano, qui eſt recentior, habetur *occupationes*. Probo conjecturam Victorii, qui Ciceronem ſcripſiſſe cenſet *propter ejus luctum*, quia tum Cæſar luxerit filiæ, quam Pompeio elocarat, mortem. GRAV.

Dum plenior) Dummodo ditior & pecunia, & favore Cæſaris: *dum* pro dummodo etiam Terent. Heaut. A. IV. Sc. 11. v. 35. Sall. Cat. c. 5. CORT.

Præ-

properes, nihil eſt, præſertim Battara mortuo: ſed tibi conſilium non deeſt. Quid conſtitueris, cupio ſcire. Cn. Octavius, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus, terræ filius, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe, crebro ad cœnam invitat, adhuc non potuit perducere: ſed mihi tamen gratum eſt. Vale.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Objicit hæc Trebatio vitia per jocum, ambitionem, inſcitiam, paupertatem, timiditatem: deinde petit, ut quamprimum ſignificet, quid profecerint litteræ ad Cæſarem de eo dili-

Præſertim Battara mortuo | Sic Pal. prim. (ut & Grav. prim. & Amſtelodam. | editio Victorii, Pal. alter, Grut. Stewech. & alius, quo Guilielmius uſus eſt codex, *Bittera*: MSus Politiani *Ballea*: vulgo *Vaccera*. GEBHARD.

Cn. Octavius eſt tuus familiaris | Hæc verba addidimus ex vetuſtis codicibus, *an Cn. Cornelius quidem*: quæ ab Angelo olim Politiano dum hunc locum citaret, etiam reſtituta fuerant cap. 18. ſuorum Miſcellaneorum: habuimus enim & nos perveterem illum codicem, quem Philelphi fuiſſe dicit, qui etiam nunc in bibliotheca Mediceâ cum multis nobiliſſimiſque librorum voluminibus cuſtoditur: & illum item non adeo veterem, qui in Divi Marci bibliotheca adhuc manet. Quorum ille maxime auxilio nonnulla corrigit: & quibus nos quæcumque fere in his caſtigavimus, accepta referimus. Non ſunt autem otioſa hæc verba: oſtendunt enim illum ſibi adeo ignotum eſſe, ut ne nomen quidem hominis recordetur, ut ſi vellet eum proprio numine appellare, neſciret utro, cum diverſa inter ſe ſint, nominaret. VICTOR. Pall. duo, Grut. edit. prim. *Cn. Octavius, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris*. In Grævii primo, & Amſtelodam. veſtigia ejuſdem lectionis manifeſta ſunt: quam merito probavit Gebhardus. GRÆV.

Summo g. n. terræ filius | Locum adfectat in *ſummo* genere, dum *terræ* filium dicit: *antiquo* quidem genere prognatum putat, ſed quod in obſcuro lateat; ultimum autem bene conſtare, nempe *terram*, ex qua omnia orta. Vide Wowerum, ceteroſque ad locum Minucii Fel. c. 22. Præterea multa in Ciceronе Oxymora, quæ Cacozela videri poſſent. Sed defendit ea Asconius ad Divin. in Verr. Sic *tacendo loqui*, pro Sextio c. 18. *abſentes adſunt*, Lælio c. 7. VII. ad Att. ep. 13. *Dux non dux*, quem locum ſupra laudavimus. Sic & alii. Sidon. II. ep 8. & 9. lege quæ ibi Io. Savaro. Plaut. Amph. A. I. Sc. 1. v. 90. CORT.

Terræ filius) Eſt homo obſcuriſſimus, ignobilis, Iuv. Sat. IV.

—— *gigantum feterculus*.

Perſ. Sat. III.

—— *Præſto eſt mihi Marius heres*
Progenies terræ: quære ex me, quis mihi quarius
Sit pater, haud promte dicam: tamen adde etiam unum
Vnum etiam, terræ eſt jam filius.

GRÆV.

Et-

diligenter ſcriptæ, & omnino de toto ſtatu ſuo, conſiliiſque omnibus certiorem ſe faciat. Eodem anno.

MARCVS CICERO TREBATIO S. D.

LEgi tuas litteras, ex quibus intellexi, te Cæſari noſtro valde jureconſultum videri. Eſt, quod gaudeas, te in iſta loca veniſſe, ubi aliquid ſapere viderere. Quod ſi in Britanniam quoque profectus eſſes, profecto nemo in illa tanta inſula peritior te fuiſſet. Verumtamen (rideamus, licet; ſum enim a te invitatus) ſubinvideo tibi, ultro te etiam arceſſitum ab eo, ad quem ceteri non propter ſuperbiam ejus, ſed propter occupationem adſpirare non poſſunt. Sed tu in iſta epiſtola nihil mihi ſcripſiſti de tuis rebus, quæ mehercule mihi non minori curæ ſunt, quam meæ. Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum cenſeo. Idem Mucio, & Manilio placebat, præſertim, qui ſagis non abundares: quamquam vos nunc iſtic ſatis calere audio: quo quidem nuntio valde me-

EPISTOLA X.

TE Cæſari valde Jureconſultum videri) locus, quem non ſatis intelligimus, quia neſcimus, quid ſcripſerit Trebatius; nam quod ejus levitatem, neſcio quam arguit notat Manutius, alienum videtur. Potius *valde Jureconſultum videri* eſt, ſapere videri & ſcire, quid ex uſu ſit. Pro hoc autem dixit illud, quod alio ſenſu *ro ſapere* tribuebatur juriſperitis, qui ſapientes dicebantur. Io. F. GRONOV.

Vbi aliquid ſapere viderere] Gruter. *videar*, unde legendum fortaſſe quemadmodum eſt in Pal. altero *videare*: paullo poſt legunt duo Pall. Grut. *ultra etiam arceſſit*: miſſo provocabulo *te*. GERHARD. *Vbi aliquid ſapere viderere*] Vbi non habearis de vulgo, non publici ſaporis. I. FR. GRON.

Subinvideo tibi, ultro te etiam arceſſ. ab eo, ad quem cet. non propter ejus ſuperb. ſed propter occupationem, aſpirare non poſſunt) Puto certam quamdam *occupationem* hic non notari, legendumque eſſe *occupationes*, ut epiſt. 8. *Nondum te ſibi ſatis eſſe famil. propter occupationes ſuas: ſed certe fore*. Item epiſt. 9. *Equidem velim cum Cæſare: ſed ad eum propter ejus occupationes nihil ſum auſus ſcribere*. HENR. STEPHANVS.

Valde metuo ne frigeas in hibernis) Nihil facias. CORRAD. *Ne frigeas in hibernis*) Ne per hiemem parum commodis tuis ſervire poſſis. I. F. GRON.

Camino luculento utendum cenſeo) Quaſi de vero frigore locutus eſſet. Sed & allegoricus ſenſus eſt, eam hibernorum partem eligas, ubi frigus, hoc eſt, paupertatem, camino luculento, id eſt, fructibus provincialibus pellere poſſis. IDEM.

Qui ſagis non abund.] *Sagum* veſtimentum militare, quod medium tantum corpus tegebat, idque anguſtius agilitatis cauſa. Militum erant denſa & villoſa, ut contra injurias cæli munitiores eſſent. Vide Schegkium ad Vellei. Pat. II. c. 16. Torrentium & Caſaubonum ad Sueton. Iul. c. 48. præter eos, qui de re veſtiaria integros nobis libros dederunt. CORT.

Calere] Bello. CORRAD. *Satis calere*) Satis negotii habere. Lib. VII. ad

mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus: qui neque in Oceano natare volueris, ſtudioſiſſimus homo natandi; neque ſpectare eſſedarios; quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus. Sed jam ſatis jocati ſumus. Ego de te ad Cæſarem quam diligenter ſcripſerim, tute ſcis; quam ſæpe, ego.

ad Att. ep. 19. & hic lib. VIII. ep. 6. GRAEV.

In re militari multo es cautior) A prælliis attingendis multo melius tibi caves, quam aliis cavere ſoles adhibitus in contractibus & teſtamentis ſignandis: non ob inicitiam Trebatii, ut ruſtice Manutius, ſed quia plerumque accidit, utcunque caveant I.C. tamen ne ſic tutos. Io. FR. GRON.

Neque ſpectare eſſedarios) Qui milites ſunt qui ex *eſſedis* pugnabant, & aurigæ, qui in ſpectaculis ſpectari ſolent, de quibus vid. Lipſ. II. Saturn. 12. GRAEV. *Spectare eſſedarios*) Britannos ex eſſedis prælliantes. Sed loquitur, ut de gladiatoribus eſſedariis, de quib. Lipſ. II. Saturn. 12. Io. FR. GRON.

Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus) Nos hic communem vulgatamque lectionem ſecuti ſumus, nulla re ab antiqua diverſam: alii *ne anabata quidem* legendum putant, permutato vocabulo & caſu. Nos tutius affirmare poſſumus de integritate hujus verbi, quam de ſignificatu reſpondere. Nonius certe ſæpe Varronem *Andabatis* citat. Eraſmus putat hic *Andabatam* vim proverbii habere, quo etiam ſæpe Divus Hieronymus utus ſit, quos locos diligenter ille colligit, ut cum nihil amplius viderim, malim ea ab eo peti, quam hic nulla neceſſitate deſcribere. Nec tamen vir ille eruditiſſimus potuit originem hujus proverbii aperire: fuerint enim populi Anabatæ clauſis oculis pugnare ſoliti, an gladiatores quidam, qui ſic in adverſarium tenderent, ſeu potius luſus genus, ſe non compertum habere ingenue fatetur; etſi in ultimam ſententiam potius inclinat. VICTOR. *Andabatam*) Vide Eraſmi proverbia. CORRAD. *Quem antea ne antanabatam quidem*) *Antanabatæ* non populi fuerunt, ſed gladiatores, ſeu certatores, qui ex equis pugnabant: idque oculis clauſis, aut capite operto, ne cernere alter alterum poſſet. Dicti autem ſunt antanabatæ a præpoſitione ἀντὶ & ἀναβάτης, quæ vox ſignificat eum qui equum conſcendit, quive in equo ſedet. Ita antanabatæ ſunt, qui ex equis inter ſe certant: ſeu qui in equis ſedentes inter ſe adverſantur & pugnant. Quod autem vulgo dicuntur *andabatæ*, vitium eſt temporum & chartarum. LAMBIN. *Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus*) Sic eſt in Pall. omnibus, editioneque Victorii. Grut. tamen *Andabatas*, unde forſan legendum *Andabatis*: quaſi dicat; noluiſti adeſſe ſpectandis eſſedariis, quem novimus adeo cupidum fuiſſe ſpectandi Andabatas, ut nulla te ratione intervertere atque averiere ab eorumdem ſpectaculo potuerimus: verum hoc quoque modo citat Lipſius lib. II. Saturn. ſermon. c. 12. quem vide. GRONOVIO Male hic Lambinus. *Andabata* eſt ex Græco ἀναβάτης, interpoſito *d*, ut in multis aliis, id eſt, *aſcenſor*, quia in equis pugnabant andabatæ, galea frontem oculoſque tecti. *Andabatem* agnoſcunt etiam Grævii primus, & Amſtelod. GRAEV. *Ne Andabatis quidem defraudari*) Qui adeo delectaris ſpectaculis amphitheatralibus, & muneribus gladiatorum, ut ne Andabatis quidem, in quibus minima voluptas eſt, introductis abeſſe ſpectaculo velis. Andabatæ oculis obſutis cæci pugnabant. Vnde proverbium *Andabatarum more pugnare*, in illos, qui litigant de re, quam ambo non intelligunt. Io. FR. GRON.

ego. Sed mehercule jam intermiſeram, ne viderer liberaliſsimi hominis meique amantiſsimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his litteris, quas proxime dedi, putavi eſſe hominem commonendum: id feci: quid profeceris, facias me velim certiorem; & ſimul de toto ſtatu tuo, conſiliiſque omnibus. Scire enim cupio, quid agas, quid exſpectes, quam longum iſtum tuum diſceſſum a nobis futurum putes. Sic enim tibi perſuadeas velim, unum mihi eſſe ſolatium, quare facilius poſsim pati, te eſſe ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam: ſin autem id non eſt, nihil duobus nobis eſt ſtultius: me, qui te non Romam attraham: te, qui non huc advoles. Vna mehercule noſtra vel ſevera, vel jocoſa congreſsio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Ædui. Quare omnibus de rebus fac, ut quam primum ſciam:

Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

Primum joçatur, ut ſolet, occaſione ſumta ab interregnis; deinde ſuadet, ut, ſi honeſtatem facultateſque ſuas auget, maneat apud Cæſarem; ſin minus, Romam ſe recipiat. Anno urbis DCC. *in interregno.*

CICERO TREBATIO.

NIſi ante Roma profectus eſſes, nunc eam certe relinqueres: quis enim tot interregnis jureconſultum deſiderat? Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut a

Fratres noſtri Ædui) Sic ad Atticum, *Ædui fratres noſtri pugnant*. CONRAD.

EPISTOLA XI.

Interregnis) Poſt M. Meſſalam & Cn Domitium Coſſ. CONRAD. Interregni autem tempore judicia jacebant Vid Manut GRAV. *Interregnum* eſt intervallum regni, aut tempus illud, quo imperium rege, ſeu magiſtratu vacat. Sic *interrex* proprie is eſt, qui regis defuncti adminiſtratione fungitur: poſtea vero etiam interregna extra regium imperium extenſa fuerunt. Livius V. c. 31. FVNC.

Omnibus unde petitur) Eſt propria juriſconſultorum formula. Sic appellabatur alter litigatorum, qui nimirum

ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent. Satis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe? Sed heus tu, quid agis? ecquid ſit? video enim te jam jocari per litteras. Hæc ſigna meliora ſunt, quam in meo Tusculano. Sed

rum in jus vocatus erat in judicio privato, ſicuti is, qui in jus vocabat, dicebatur *petitor*, ſive *actor*, quoniam ab eo, cui litem intendebat, petebat aliquid plerumque dicere aut facere oportere. Cic. pro Mur. *Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, unde petebatur, non habebat*, Cato: *Si quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſſent: ſive boni, ſive mali eſſent, quod duo res geſſiſſent, uti teſtes non intereſſent, illi, unde petitur potius credendum eſſe*. Terent. Prolog. Eunuch. v. 10.

Atque in theſauro ſcripſit, cauſam dicere
Prius, unde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quam ille, qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi.

Unde petitur eſt, *a quo petitur*. Cic. III. in Verr. *Ille autem, unde ablatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poſſit*. Liv. lib. V. *Unde minime quis crederet, accepta calamitas*. Gron. lib. IV. Obſ. cap. 11.

Binas advocationes poſtulent) Eſt & hoc loquendi genus ex Iuriſconſultorum ſchola. Proprie enim unde petitur *poſtulare advocationem* dicebatur, cum, poſtquam petitor actionem edidiſſet, peteret a Prætore tempus deliberandi, velit ne ſtare judicio, an facere quod petitor poſtulabat. Hoc tempus ideo dicebatur *advocatio*, quia tum amicos ſuos convocabat, cum quibus deliberabat, unde petitur, num velit cauſam excipere ac jure experiri, nec ne. Hi dicebantur *advocati* proprie, & tempus *advocatio*. Senec. proœm. lib. IV. Controv. *Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peteret*. Hinc *advocatio* pro quavis mora. Senec. Conſol. ad Marc. cap. 10. *Nihil de hodierna die promittitur; nimis magnam advocationem dedi: nihil de hora*: & *advocare* eſt moras nectere. Plinius lib. V. epiſt. 8. *Ideoque interim veniam, ne a forenſibus verbis recedam, advocandi peto*: hoc eſt, moras nectendi. Græv.

Satis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe) Quia uſus erat Iuriſconſultorum formulis, *unde petitur, advocationem poſtulare*, ideo jocans ſubjicit, *ſatis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe?* Græv. *Satis ne tibi videor*) Non intelligis me loqui etiam poſſe ut I. C.? nec fruſtra fuiſſe noſtram conſuetudinem, cum per eam mihi jam adhæſerit aliquid de veſtro jure civili. Erat autem genus interrogandi frequens antiquis per *Satin'*, vel *Satiſne*. Plaut. Amph. II. 11, 1. *Satin' parva res eſt voluptatum in vita*, Epid. V, 11. 1. *Satin' illic homa ludibrio non habet?* Moſtell. I. 1. 73. *Satin' abiit, neque quod dixi flocci exiſtimat?* Sic *Satin' ſalvæ?* Ter. Eun. V. vt. 8. Liv. I. 58. & XLI. 8. Io. Fr. Gron.

Quid agis? ecquid ſit) Variæ ſcriptorum codicum lectiones indicio ſunt hic aliter olim ſcriptum fuiſſe, ac nunc ſcribitur, Pal. prim. *Quid agis hæc? quid ſit?* Græv. pr. *quid agis? h ecquid ſit?* Amſtelodam. *quid agis? hem, G ſit hæc?* Meutel. *quid agis, hoc quod ſit*. Forſan Cicero ſcripſit, *quid agis? iſtic quid ſit?* Fieri aliquid elegans eſt loquendi genus: Plaut. Truc. *Manet aliquid fiet, ne abi*. Terent. *Interea fiet aliquid*: pro hoc paullo poſt Cicero in hac ipſa epiſt. dicit: *Erit his aliquid*. Cic. in ep. 18. hujus libri: *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te?* Græv.

Hæc ſigna meliora ſunt) Te jocari. Corrad. *Quam in meo Tuſculano*) Signa, hoc eſt, ſtatuæ, ſive imagines pictæ. Iovv. *Hæc ſigna meliora ſunt, quam in meo Tuſculano*) Ludit in *ſignorum* ſignificatione duplici. Nam & ſignificationes notat, & ſtatuas, quibus Tuſculanum ornaverat, & quarum emtio ei æs alienum conflaverat: vi-

Sed quid ſit, ſcire cupio. Conſuli quidem te a Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem: quod ſi aut fit, aut futurum putas, perfer iſtam militiam, & permane. Ego enim deſiderium tui, ſpe tuorum commodorum conſolabor: ſin autem iſta ſunt inaniora, recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando: aut ſi minus, una mehercule collocutio noſtra pluris erit, quam omnes Samarobrivæ. Denique ſi cito te retuleris, ſermo nullus erit; ſi diutius fruſtra abfueris, non modo Laberium, ſed etiam ſodalem noſtrum Valerium pertimeſco. Mira enim perſona induci pot-

de epiſt. 23. hujus libri. GRAV. *Hæc ſigna meliora ſint*) Hoc indicium eſt animi hilaris & rebus ſuis contenti, non ſpe carentis. Ter. Andr. III. 1. 2. *Quæque oportet ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.* Dein Cicero: *Hæc ſigna averte a hoc ſignum.* IV. Heaenn. 5. *Eum uſque adeo præmeditatum fuiſſe, ut confidentiſſime reſiſtras reſponderet, quæ ſigna confidentiæ non innocentiæ ſunt.* XIV. ad Attic. 5. *Signa bona, quod Calvena moleſte ferat, ſe ſuſpectum eſſe Bruto.* Denique ludit in *ea ſigna*: quod ſi referatur ad præcedens, ſignificat indicia: ad quod ſequitur, ſonat, quaſi pro ſtatuis dictum fuiſſet: iis enim prætoria, & villas ornabant. Io. FR. GRON.

Conſuli quidem te a Cæſare) Tamquam Iuriſconſultum, qui proprie dicuntur *conſuli*. GRAV.

Tibi ab illo conſuli) Commoda tua promoveri: ea, quæ tu volueris, ab illo fieri. Sic Sall. Cat. c. 31. quo plura contulimus. CORT.

Sin autem iſta ſunt inaniora) Si fruſtra hæc ſperas, ſi inanis eſt ſpes. GRAV.

Quam omnes Samarobrivæ) In Gallia Belgica, ubi Cæſar trinis hybernis hiemare conſtituit. Hanc Camaracenſem urbem quidam nunc vocant CORRAD. *Samarobrivæ* ſcribendum eſſe ex auctoritate Strabonis, & veterum librorum, docui in adnotationibus in Cæſarem. VRSIN. *Quam omn. Samarobrivæ*) In aliis vero *Samarobrigæ*: metropolis Ambianorum in Gallia Belgica: hodie *Amiens*. Sic autem recte ſcribitur in melioribus libris: *Briva* enim, & *Brigæ* ſunt antiqua vocabula Gallica, quæ pontem ſignificant; hinc *Samarobriva* eſt pons Samaræ fluvii, qui per illam urbem tranſit. *Samara* eſt fluvius, qui Ptolemæo *Phrudis*, in Notitia Imperii *Sombrica* dicitur, hodie *la Somme*. GRAV.

Sermo nullus) Iudicium deterius, fama maligna. IX. ad Att. epiſt. 2. XIII. ep. 10. Eodem idiotiſmo & noſtrates ea voce utuntur. CORT.

Non modo Laberium) D. Laberium poetam, ſcribendis mimis clarum & mordacem. CORRAN.

Valerium) Fortaſſe Catulum. IDEM. *Valerium*) Iuriſconſultum: vide Manut. Sed puto ſcenicum intelligi, cujus meminit III. de Oratore: *Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcenicus; quid faceret aliud? At Numerius Furius, noſter familiaris, cum eſt commodum, cantat; eſt enim pater familias, eſt eques Romanus.* GVILIELM. Volunt L. Valerium I. C. ad quem ſcribit I. 20. & Appio commendat III. 1. quem ſi accipimus, quare eum pertimeſcat, ignoramus. Si Valerium Catullum, quem nolunt, facilis eſt explicatio; nempe ne is epigrammate ſe traducat; & eum fuiſſe amicum Ciceronis apparet ex epigr. I. *Diſertiſſime Romuli nepotum, Quot ſunt, quotque fuere, Marce Tulli.* Io. FR. GRON.

Pertimeſco) Ne in te ſcribant, vel dicant. CORRAD.

Perſona induci) Fingi in mimo vel epi-

poteſt Britannici jureconsulti. Hæc ego non rideo, quamvis tu rideas: ſed de re ſeveriſsima tecum, ut ſoleo, jocor. Remoto joco, tibi hoc amiciſsimo animo præcipio, ut, ſi iſtic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium, honeſtatem, & facultates tuas augeas; ſin autem iſta frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quæ vis, & tua virtute profecto, & noſtro ſummo erga te ſtudio conſequere.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Iocatur more ſuo, & in joco reprehendit opiniones Epicureorum, ipſumque Trebatium, quem Epicureum eſſe factum, ex Panſa cognoverat. Eodem anno in interregno.

CICERO TREBATIO.

MIrabar, quid eſſet, quod tu mihi litteras mittere intermiſiſſes. Indicavit mihi Pansa meus, Epicureum te eſſe factum. O caſtra præclara! quid tu feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrivam miſiſſem? Iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare, quod & Seius familiaris

epigrammate, aut proponi. Sueton. Ner. II. *Inducta eſt & Afranii togata*. Io. Fr. Gron.

Induci poteſt] A poetis. Conrad.

Iſta frigebunt] Quaſi otio & languore, hoc eſt, non bene procedent. Sic *friget Venus*. Terent. Eunuch. A. IV. Sc. v. v. 6. adde ep. 18. Cort.

EPISTOLA XII.

Epicureum te eſſe factum] Te ſectam Epicuri adamaſſe, id eſt, te omnia referre ad tui ipſius utilitatem. Erat enim dogma Epicuri, ſapientem omnia facere propter ſe. Qua ſententia abutebantur, qui ſe juvabant damno & publico, & alieno; ſupra III. 9. Io. Fr. Gron.

O caſtra præclara] In quibus ſcilicet homines Epicurei & voluptarii ſunt. Inem.

Si te Tarentum] Quod *molle* dicitur, & molles homines reddit. Conradvs.

Non Samarobr. miſiſſem] Vbi ſunt homines duri & feroces. Inem.

Iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare &c.] Quid ſi legamus, *cum idem tuebare*, &c. Lamb. *Id. intue*, eodem ſpectabas, eidem ſtudebas. C. Nepos Themiſt. c. 8. & ſic Idem Attico c. 10. Cort.

Quod & Titius familiaris meus] Diverſa ab hac ſcriptura eſt in Mediceo codice: ita enim ibi legitur, *quod Zeius familiaris tuus*. Quare accurate videndum eſt an *Seius* legi debeat, quod ſane mihi non diſplicet: pro *ſe*, enim antiqui librarii ac fabri a, ſæpe ponebant, quod Romæ in multis lapidibus viſitur, & a doctis deſidi-

ris meus. Sed quonam modo jus civile defendes, cum omnia tua causa facias, non civium? Vbi porro illa erit formula fiduciæ: *Vt inter bonos bene agier oportet?* Quis enim est, qui facit nihil, nisi sua causa? Quod jus statues communi dividundo, cum commune nihil possit esse apud eos,

gentibus viris adnotatum est. *Seius* autem Ciceroni familiaris erat, quod intelligitur his verbis ex epist. ad Varronem 122. *Cænabam apud Seium, eum utrique nostrum reddita sunt a te littera.* 166. *Cognoscere ex M. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit.* Quia hoc nomen crebro legum interpretes usurpant, & Trebatius jurisconsultus erat, ideo (ut opinor) aliqui, cum locum mendosum putarent, *& Titio* reposuerunt. VICTORIVS. *Et Titius*) In antiquis libris varia est lectio, *Etheius, Ethirius, Canius.* Quare difficilis est conjectura, quo modo sit legendum. *Catius* qui fuit Epicureus, fortasse reponi posset: nisi magis placeret *Atticus*, qui & Epicureus, & Ciceroois familiaris fuit: quod nemo est, qui nesciat. CONRAD. Proxime a Medicæo abest primus Grævii, qui legit *quod Zeus familiaris.* GRAEV.

Ius civile defendes) Est enim justitia, virtus extra se patens, & magis consulens alii, quam sibi. Arist. V. Ethic. 3. Διὰ δὲ τοῦτο τοῦτο καὶ ἀλλοτρίων ἀγαθῶν δοκεῖ εἶναι, ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστι. Ἀλλοφερῆ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει. *Propter hoc ipsum Justitia sola inter virtutes alienum commodum esse videtur; quoniam adversus alterum comparata est. Quæ enim alteri conferunt, præstat.* Quomodo puteris retinere auctoritatem, tutari locum IC.? Io. FR. GRON.

Tua causa facias) Al. *facies*, ut Epicurei, qui dicunt sapientes omnia sua causa facere. CORR.

Non civium) Hæc duo verba non sunt in veteribus libris. IDEM.

Formula fiduciæ ut inter bonos bene agier oportet) Consentiunt ptisci, quos vidi, codices cum impressis. Et nobilissimus omnium Medicæus eamdem, quam vulgati libri, lectionem servat: aliis doctioribus quid faciendum sit, judicandum relinquo: ipse contra tot exemplarium consensum nihil ausim statuere. VICTOR. Hanc lectionem confirmant Græv. prim. Amstelod. Mentel. In Gruteriano autem & Stewechiano deest *ut*, & pro *oportet* Stewech. legit *oporteret*. *Int bon. b. ag. op.*) *Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione*, lib. III. de Offic. CONRAD. In vett. libris est, *inter bonos bene agier* sine particula *ut*, & sine verbo *oportet*; & ita videtur legendum. VRSIN. *Formula fiduciæ*) Io pignore vel hypotheca constituenda, excludens omnem fraudem. III. Off. 17. *Quam illa autem, ut inter bonos bene agier oportet & sine fraudatione.* Ibidem: *Idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis venditis, conductis locatis.* Io. FR. GRONOV.

Quis enim est, qui facit nihil, nisi sua causa) Hæc verba ita concepta sunt in Pal. in Grut. ad marginem, nam seriem ipsa destituunt in editionibus, prima ac Victoriana; (ut & Græv. prim. Amstelod. & Mentel. nisi quod in Amstelod. sit *quid enim est.*) Ante edebatur: *Quis enim est bonus, qui facit nihil.* GRONAEN. *Quid est enim qui facit nihil nisi sua causa?*) Sic MSi: nempe fur, aut latro, utique non bonus. I. F. GRON.

Quod jus statues communi dividundo) Vbi quod commune esse cœpit (ut si duo rem eamdem emerint, aut duobus idem legatum, eadem hereditas obvenerit) oportet dividi, & adhibeberis IC. An suadebis utrique, ut se tantum respiciat, socium fraudet. IDEM.

Communi dividundo) Rerum communium divisioni: qua de in eo legis capite agitur. CORR. Pro *dividendo*, ut *faciundum, gerundum*, de quibus ad Sall. Ceterum quid *commune*, vide Senec.

eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur? Quomodo autem tibi placebit, Iovem Lapidem jurare, cum ſcias, Iovem iratum eſſe nemini poſſe? Quid porro fiet populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris, πολιτεύεσθαι non oportere? Quare ſi plane a nobis deficis, moleſte fero: ſin Panſæ aſſentari commodum eſt, ignoſco: modo ſcribe aliquando ad nos, quid agas, & a nobis, quid fieri aut curari velis.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Intermiſſionis litterarum cauſam exponit: quam non agnoſcente Trebatio, inde occaſionem arripit liberius jocandi. Scripta eodem anno, & in interregno: quia dies adſcripta, III. *Non. Mart. Interregnum autem ſex menſibus hoc anno fuiſſe, jam diximus.*

M. CICERO TREBATIO S. D.

A Deo ne me injuſtum eſſe exiſtimaſti, ut tibi iraſcerer, quod parum mihi conſtans, & nimium cupidus decedendi viderere, ob eamque cauſam me arbitrarere litteras ad te jamdiu non miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui, quam

Senec. VII. de Benef. c. 12. & Cic. I. Off. c. 7. Præterea exſtat hodieque Titulus & in Digeſtis, & in Codice *Communi dividundo*: qui ab antiquis ICtis petitus eſt. Corr.

Iovem lapidem jurare) Vid. ſup. ad epiſt. 1. hujus libri. Corr.

Cum ſcias) Vt Epicurei, qui nihil tam verentur, quam ne dubitare aliqua de re videantur. Iorm.

Iovem iratum eſſe nemini poſſe) Epicurus enim dicebat, Deos nec ſibi fingere ullam moleſtiam, nec alteri quærere. Iorm.

Pop. Vlubrano) *Vlubræ* eſt oppidum parvum, frigidum, in ultima Italia. Sic Horatius:

Quærigis primus bene vivere, quod petis hic eſt,
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus. Pu. Melanct.

Πολιτεύεσθαι) Rempublicam adminiſtrare. Dicebat Epicurus, Rempublicam capeſſere hominem bene ſanum oportere. Corr.

A nobis) Academicis. Iorm.

Sin Panſæ aſſentari) Qui & ipſe Epicureus eſt, & ἡδονὴν ſequitur. Epiſtola 19. lib. XV. Iorm.

Modo ſcribe aliquando ad nos) Ita Pal. pr. Grut Victorii editio, & omnium antiquiſſima, ſcribunt: vulgo *ſcribas*. Sicur & illud ſuccinctius, *a nobis quid fieri, aut curari velis*; cum edatur, *a nobis quid agi, quid fieri, aut curari v.* Stewech. quoque illa duo non neceſſaria vocabula ſpernit. Gronnovs. Vtramque ſcripturam firmant Grav Amſtelodam. & Mantel. codd. Grav.

quam primis litteris perſpiciebam, moleſtiam attulit. Neque alia ulla fuit cauſa intermiſsionis epiſtolarum, niſi quod, ubi eſſes, plane neſciebam. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Audi, Teſta mi: Vtrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quod te imperator conſulit? Moriar, ni, quæ tua gloria eſt, puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari. Si vero utrumque eſt: quis te feret, præter me, qui omnia ferre poſſum? Sed, ut ad rem redeam, te iſtic invitum non eſſe, vehementer gaudeo: &, ut illud erat moleſtum, ſic hoc eſt jucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit. Nam ut audio iſtic

Non ex jure manu conſertum, ſed magis ferro
Rem repetunt.

Et

EPISTOLA XIII.

Auſa intermiſſionis epiſtolarum] *Litterarum* alias; ſed hoc eſt ex Pall. Gruter. Victorio; ſtatim poſt, tranſpoſui verba, ex Palatino (nam primum tantum, & Gruterianum perſequi decrevi ex temporis anguſtiis, cum queis ceteri in rebus bonis fere concurrunt) & Victorii editione, *Teſta mi*: licet paſſim feratur, *mi Teſta*. GERHARD.

Nec ſatisfactionem m. accipis) Excuſationem meam, qua tibi ſatisfacio pro commiſſo meo, nempe intermiſſione litterarum. Sueton. Cæſar. c. 73. adde Caſaubon. ad Claud. Eiuſdem c. 38. Cæſar. V. B. G. c. 1. CORT.

Ne artificium tuum tibi parum proſit) Iuris civilis prudentia. CORR.

Non ex jure manu conſertum) Non totos duos hos Ennii verſus ſcripſimus; reliquum enim poſterioris in nullis antiquis legitur. Quidam minime neceſſariam partem repoſuerunt, eaque verba omiſerunt, quæ & in antiquis leguntur, & ſententiam integriorem & coeinniorem reddunt, cum ſtatim illum interroget an & ipſe ad vim faciendam adhiberi ſoleat; qui autem hæc viderant, it quoque parum caſtigata ſcripſerunt: *non* enim incommode importuneque de ſuo addiderunt. Nollem tamen ea cum Ennii verbis conjuncta eſſe, quod vitio librariorum factum eſt in noſtris codicibus: ſeparentur igitur ab illis, cum verbiſque Ciceronis conjunganiur. VICTOR. *Ex jure manu conſertum*) Hæc verba ſunt loco Romani caſus. CONRAD. *Ex jure manu conſertum petere* eſt rem ſuam petere actione forenſi, rei vindicatione. Vid. Gell. XX. 9. GRVTERVS. Id eſt *ad manum conſerendum*, ori interpretatur A. Gell. Erat, ubi in vindicanda poſſeſſione agri, vel alius rei, adverſarii *manus conſerebantur*, & in agri vel alterius rei loco præſenti vindicabatur per Prætorem. Hæc fere ex eodem Gellio, qui integros hos Ennii verſus dedit:

Pellitur e medio ſapientia, vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis.
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex jure manum conſertum, ſed magis ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolide vi.

quos omnium optime illuſtravit Columna ad Ennii Fragm. p. 144. adde Manut. h. l. Briſſonium V. de Form. p. 374. & quæ viri docti ad Gellium. CORT.

Et tu

Et tu ſoles ad vim faciundam adhiberi? neque eſt, quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas: *Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris*. Scio enim te non eſſe procacem in laceſſendo. Sed ut ego quoque te aliquid admo-

Et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi) Legendum eſſe, *At tu non ſoles ad vim faciendam adhiberi*, ſententia ipſa clamat; hoc enim ſignificat Cicero, Vereor ne artificium tuum tibi parum profit: quia iſtic non eſt opus juriſconſulto, cum arma valeant. Nam tu quidem qui juriſconſultus es, non ſoles ad vim faciendam adhiberi. LAMBINVS. *Et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi*, eſt in manuſcripto apud me libro. VRSIN. *Adhiberi* eſt in conſilio adhiberi, conſuli. Vid. ſup. ad lib. IV. cap. 2. GRAV.

Illam exceptionem) Adiunctionem, quæ in interdicto addi ſolebat, ſine qua tamen fieri poterat. CORN.

In interdicto) De vi hominibus armatis; ſive, Vnde vi. IDEM.

Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris) De quo tot diverſæ ſententiæ, concertationeſque fuerunt: ſcripſimus ut in Medicæo eſt; eam lectionem ejus libri ſinceram & integram eſſe credimus: ut qui immutare aliquid velint, potius corrumpant quam corrigant: nam verba eſſe interdicti patet. Inveniuntur ea in oratione pro Cæcina multis locis, & in Pandectis ſæpius. Hunc autem eorum ſenſum eſſe exiſtimamus, ut dicat Cicero, non eſſe Trebatio pertimeſcendam exceptionem illam, qua utuntur illi ad Prætorem, qui cum confeſſi ſint ſe dejeciſſe, clamant tamen ſe non interdicto teneri, nec debere reſtituere: nam ſe *prius* ab adverſariis *vi hominibus armatis* dejectos eſſe: ſubjungit enim, *Scio enim te non eſſe procacem in laceſſendo*, ut injuriarum otigo a te orta eſſe poſſit; nam ut timidum & parvi animi hominem tamen, & qui libenter pugnas turbaſque fugeret, & bello minime eſſet aptus: quibus enim valebat armis, in prælio uti non poterat: cum autem cum juriſconſulto ſermo ſit, verbis juris frequenter utitur Cicero, joci cauſa. VICTOR. Medicæo adſtipulantur Amſtelod. Mentel. Græv. primus. Pal. prim. editio prim. niſi quod pro *vi* legat corrupte *in*. GRAV. *Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris*) Si hæc ſunt exceptionis verba, negatio tollatur neceſſe eſt: quoniam Prætor in interdicto eum alloquebatur, qui dejeciſſet, qui ſine dubio prior venerat. Sic Ciceronis ſunt ad Trebatium, negatio legi poteſt. CONRAD. *Neque eſt quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas, Quod tu prior* &c.) Id eſt, nemo te agentem, hac exceptione repellet, Recte ageres, niſi *prior vi, hominibus armatis* veniſſes. Numquam enim vim cuiquam prior inferes, neque quemquam hominibus armatis oppugnabis. At hæc exceptio convenit in eos, qui priores alteri vim intulerunt, & qui alterum laceſſiverunt. Sic puto hunc locum & legendum eſſe & intelligendum. Negatio ſcilicet, quæ debebat locari ante verbum *ſoles*, fuerat in alienum locum translata, & ante verbum *veneris*, collocata. LAMB. Vt Medicæus, ita quoque Pal. concepit, neque magnopere tutabat Gruterianus, tantum *omnibus* pro *hominibus* referens. Vaticanus hæc omnia ita transformat: *Rem repetunt, & tu ſoles ad vim faciundam adhiberi? neque eſt, quod tu prior vi hominibus armatis*. Mihi quoque interjacentia vulgo verba pro commento ac gloſſemate oboleſcunt: quod auget ſuſpicionem, quodque neque in Grut. editione prima *in* conſpectui ſit. Alias cetera ſic circumferuntur, *quod tu prior cum hominibus armatis veneris*. Prima editio ſinceram lectionem ſere exhibet, ſi modo pro *in* emendes *vi*. GRONAN. Habes ſimilem exceptionem L. 22. §. 2. D. quod vi aut clam. adde tit. *de vi & vi armata*: & miror quoſdam hic offendere potuiſſe particulam *Non*, cum frequenter in ipſis interdictis apparent *Niſi*, imo ipſum

moneam de noſtris cautionibus: Treviros vites cenſeo: audio capitales eſſe: mallem, auro, ære, argento eſſent. Sed alias jocabimur. Tu ad me de iſtis rebus omnibus ſcribas velim quam diligentiſsime. A. d. IV. Non. Mart.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Familiariter & jocoſe Trebatium, qui litteras nullas miſerat, objurgat. Eodem fortaſſe anno.

CICERO TREBATIO.

CHryſippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit, ut te non immemorem putarem mei: ſalutem enim verbis tuis mihi nuntiarat. Valde jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare, homini præſertim prope domeſtico. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſa

ipſum *quod non* L. 1. §. 7. de Cloacis, & aliis. Cort.

De veſtris cautionibus) Sic edidit Victorius & Gebhardus; ſic & Pal. prim. Grut. Grav. prim. & Amſelod. Senſus tamen poſtulat ut aliorum librorum lectioni ſubſcribamus, in quibus exſtat, *de noſtris cautionibus*. Et ſic in Menteliano. Non enim hæc, quam ſubjicit, juris prudentum cautio erat, ſed Ciceronis. Grav. *De veſtris cautionibus* | Mentionem aliquam faciam cautionum, quibus vos IC. uti ſoletis. I. F. Gron.

Trevicos vites cenſeo) Hic jocatur Cic. nam *Treviri* ſunt inter Belgas populi, ſed & Romæ capitales, & monetarii. Corr.

Capitales | In Gallia quidem bellicoſos & pernicioſos, ſed Romæ Treviri (*Treviei* enim dicebantur) *capitales* ii erant, qui carceris cuſtodiæ præerant, quos Sofia apud Plautum timet. Idem.

Auro, ære, argento eſſent | *Treviri*: qui ſic ab antiquis ſcribebantur. III. V. A. A. A. F. F. hoc eſt, triumviri, auro, argento, ære flando, feriundo. Idem. Hi erant præfecti monetæ. Grav.

EPISTOLA XIV.

Vettius) Ita nomen ſcribitur in MSis & editis veteribus. Recentiores maluerunt *Vettius*. Lall.

Valde jam lautus es) Hoc eſt, valde delicatus, faſtidioſus. Grav.

Quod ſi ſcribere oblitus es) Luſit in hoc verbo Cic. eleganter: nam *ſcribere* dicuntur juriconſulti, cum clientibus ſuis ſcripto cavent. Cum litteras ad ſe nullas Trebatius mitteret, aperit Cicero, quod incommodum ex ea re oriturum ſit: tranſit tamen ad alium minus communem hujus verbi ſignificatum: *Minus multi jam te advocato cauſa cadent*, paucos habebis clientes; nec multi ſuas cauſas ad te deferent. In qua etiam re exponenda, carpit illum ut malum advocatum & defenſorem cauſarum: quaſi omnes, qui ad eum patronum confugerent, cauſas amitterent, nec ius ſuum tueri poſſent. Vtitur autem in ea re narranda vocibus peculiaribus juriſconſul-

cauſa cadent: ſin noſtri oblitus es, dabo operam, ut iſtuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo; ſin æſtivorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut feciſti de Britannia. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chryſippo, te eſſe Cæſari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis litteris, quam ſæpiſsime cognoſcerem. Quod certe ita fieret, ſi tu maluiſſes benevolentiæ, quam litium jura perdiſcere. Sed hæc jocati ſumus, & tuo more, & nonnihil etiam noſtro. Te valde amamus, noſque a te amari cum volumus, tum etiam confidimus.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Declarat ſuum abſentis Trebatii deſiderium: gratulatur de C. Matii familiaritate. Eodem anno.

CICERO TREBATIO.

QVam ſint moroſi, qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt: moleſte ferebam antea, te invitum iſtic eſſe: pungit me rurſus, quod ſcribis eſſe te iſtic libenter: neque

ſultorum. Vidi antiquum exemplar Topicorum, in quo locus ille ita ſcriptus eſſet: *Etenim cum tu mihi, meiſque, multa ſæpe ſcripſiſſes*; cum formis excuſi omnes *caviſſes*. VICTOR.

Minus multi cauſa cadent) Quam cum reſpondebas de ſcripto, & jocatur Cic. CORR. Notanda eſt differentia inter *cauſa cadere*, & *formula cadere*; qui formula cadebat, poterat a prætore in integrum reſtitui; qui cauſa, is perdebat litem. Vide Rupeer. ad Tit. de Orig. Iur. p.107. & Chriſt. Coler. Parerg. c. 9. CVPER.

Ex animo tuo effluo) Animus tuus me plane obliviſcatur. Catullus Carm. 62. Silius Ital. II. v. 627. adde in primis Broekhuſium, quem ibi Drakenb. cit. ad Tibull. III. Eleg. I. v. 20. qui aliquot Ciceronis loca contulit. CORT.

De Britannia) Quo ne ires, neſcio quid excogitaſti. CORR.

Mallem id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis litteris quam ſæpiſſime cognoſcerem) Neſcio cur ita ediderint poſteriores nulla rationis præfatione addita, cum & Naugeriana, & Victoriana, & Lambinus, & Manutius habeant *cognoſcere*, & id ipſe malui ſequi, cum ita fere ſingulis paginis Cicero. I. GRON.

Si tu maluiſſes benevolentiæ quam litium jura prediſcere) Melior juriſconſultus, quam amicus. GRAEV.

EPISTOLA XV.

Moroſi qui amant) Amor enim *iniquus* interdum, *impotens* ſæpe, *improbos* ſemper, ut docet Plinius II. ep. 2. CORT.

Iſtic eſſe) In Gallia. CORR.

In C.

neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar : & nunc angor, quidquam tibi ſine me eſſe jucundum. Sed hoc tamen malo, ferre nos deſiderium, quam te non ea, quæ ſpero, conſequi. Cum vero in C. Matii, ſuaviſsimi doctiſsimique hominis familiaritatem veniſti, non dici poteſt, quam valde gaudeam: qui fac, ut te quam maxime diligat: mihi crede, nihil ex iſta provincia potes, quod jucundius ſit, deportare. Cura, ut valeas.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Laudare Trebatium videtur ut ſapientem, qui belli diſcrimina vitaret: ſed revera notat ut timidum: quod ſæpe facit: adſcribit quædam per jocum, de Cn. Octavio, de futuris Trebatii divitiis, de ejuſdem ſuperbia. Scripta videtur eodem anno: quod ex eo cognoſcitur, quia ſcribit Cicero, & in Britanniam ire Trebatium noluiſſe, & adhuc quidem Samarobrivæ eſſe; ubi eum fuiſſe cum interreges crearentur, indicat epiſt. 11.

M. CICERO TREBATIO S. D.

IN Equo Trojano ſcis eſſe in extremo: *Sero ſapiunt*. Tu tamen, mi vetule, non ſero: primas illas rabioſulas ſat

In C. Matii) Hic eſt, cujus epiſtola legitur 28. in lib. XI. GRAV.

Deportare) Iuſtin. XX. 2. *Soletis ſuis pro auxiliis deportant*. Vide I. Obſ. 12. I. FR. GRON.

EPISTOLA XVI.

IN Equo Trojano) Livii Andronici tragœdia. CORR.

In extremo) In extrema parte Vide ep. 5. Et nota inſuper Epanalepſin *in extremo*, de qua vide V. ep. 8. IV. ep. 7. CORT.

Sero ſapiunt) Phryges. CORR.

Tu tamen mi vetule, non ſero) Hæc & vulgata, & antiqua hujus loci lectio eſt: nos nihil mutavimus: etſi nonnullos ſcimus pro *vetule* βακχλε emendare conatos. Cujus tamen Græcæ vocis nullo in antiquo exemplari veſtigium ullum vidimus: ſcimus & nos βακχλας antiquo proverbio appellatos eſſe languidos, & diſſoluto corpore homines, & potius mulieres, quam viros. Non tamen recte facere exiſtimamus, qui tam facile veterem ſcripturam tollunt; appellat autem hunc variis ſæpe cognominibus, ut *teſtam* etiam, quorum rationem ſi velis coneriſque, fortaſſe non facile explicare poſſis. VICTOR. *Mi vetule*) Conſilio & prudentia. Sed jocatur more ſuo. CORR. *Mi vetule, non ſero: primas, illas rabioſulas*) Sic habetur in Pal. Grut. editione principe, ac Victorii.

ſat fatuas dediſti: deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθεωρον te præbuiſti, plane non reprehendo: nunc vero in hi-

ſtorit. Alii βακκας intrudunt. Vulgo *primum illis rab.* GRON. *Mi vetule*) Vetus Amiculo. *Vetulus ſenex* Plaut. Merc. II. tt. 43. I. FR. GRON.

Primas illas) Nam te ſapere argumentum ſunt illæ litteræ, quaſi poſtquam illuc veniſti (nondum cognito Cæſare, nondum & loco, & conditione, qua uſurus eſſes) ſcripſiſti primas illas plenas indignationis & inſceræ pœnitentiæ. Oſtendebant enim te nulle in bello perire. In. *Rabioſulas.* Ludit ICtum Trebatium, qui ſat *rabioſulas* litteras miſerat, ſive tales, quas ſolent *rubulæ ſat fatui*, quæ oſtenderunt *rapere* velle Trebatium a Cæſare, quæ poſſet, & Romam evolare. Senec. Herc. Fur. v. 172. Feſtus p. 419. Conſer hic ep. 10. Sive *rabioſulas* etiam ad nimium & quaſi *furiendi* deſiderium urbis pertinet: qua ratione *ſat fatuas* ad laudem pertinet, quomodo *inſanire* alibi. CORR.

Sat fatuas dediſti) Quando te iſtic invitum eſſe ſcripſiſti; ſed paullo poſt, cum ſapere inceperiſſes, ſcripſiſti item, te eſſe iſtic libenter. Propterea tu nun ſero ſapis. CORR.

In Britannia) De Britannia: nam eo profectus non es. In.

Non minus Philoctete te præbuiſti) Magna eſt eruditorum hominum diſſenſio in hujus loci declaratione, & ſcriptura: nos tamen opinionem noſtram inter tantos auctores libere proferemus, & forteſſe, in quo illi decepti ſint, demonſtrabimus. Et primo lectionem, quam Politianus reſtituit, cui tantum parum mutato verbo, non probamus: eadem enim exemplaria requirimus, quibus ille adjutus eum in hunc locum fecit, *minus* in *vanus* facili & frequenti additione literæ permutato. Nonnihil eo eodem intellectu horum verborum mutatio: ni fallor enim, non advertit ille in hujus rei hiſtoriam. Scimus enim Trebatium in inſulam Britanniam non acceſſiſſe, quod falſum eſſe ex his his Ciceronis: *Qui neque in Cæſaris ſuperiore, nec ſpectare Eſſedarios.* Item ex hoc loco confirmatur: *Sin æſtivorum timor te deviſiſſet, aliquid excogitaſſes, ut feciſti de Britannia.* Quæ declarant ſcire jam Ciceronem eum in Britanniam non profectum, cum dicat illi, ut aliquam cauſam quærat, ne faciat, quod non ſibi commodum ſit, ut fecerat de Britannia, quo ire noluerit excuſatione quapiam uſus. Nam primo crediderat Cicero illum eo cum Cæſare iſſe. Verba autem hæc *in Britannia*, &c. quæ (ut nos putamus) Politianum in errorem induxerunt, perſuaſeruntque illi, ut crederet eo profectum Trebatium, illicque valde *philotheorum* fuiſſe, non eam habent ſententiam quam ille exiſtimavit: ſed *in Britannia* ſic intelligo, in expeditione & negotio Britanniæ: quantum ad Britanniam, in navigatione illa, quæ in Britanniam facta eſt. Quo modo dicendi tam ſæpe utitur hic auctor, ut non millies obſervaſſe pudor ſit illis, qui aliquando ipſum viderint: nam credere Trebatium etiamſi in Britanniam acceſſiſſes, in theatris verſatum, ſpectationibuſque operam dediſſe fugitantem prælium, otioque ſe aſſerentem, ut ille exponit, nimis ineptum mihi videtur indignumque acerrimo hominis judicio. Paucis enim diebus, quibus in maximis periculis in inſula manſerunt, non locus erat ludis, delicitiſque. Nos hic φιλοθεωρον intelligimus φιλοθεαμονα, φιλοθεωρητην. Sic enim Græci appellant illum, qui novas terras, novaque loca ſemper viſere vult, ſtudioque peregrinationis mirifice, ut ſitum orbis terrarum ſpectet, moreſque diverſarum gentium, & inſtituta perdiſcat: quemadmodum Plutarch. in libello περι των εκλελοιποτων χρηστηριων dicit fuiſſe Cleombrotum quendam Lacedæmonium, his verbis: Κλεομβροτος δε ὁ Λακεδαιμονιος, πολλα μεν εν Αιγυπτῳ, και περι την Γραμματικην την παλαιαν, πορρω δε της Ερυθρας θαλαττης αναπλευσας και κατ' εμποριαν, αλλ' ανηρ φιλοθεαμων και φιλομαθης, νοιαν δε

ἐχων

in hibernis injectus mihi videris: itaque te commovere non curas. Vsquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octavio, familiari tuo, non defuissem: cui tamen dixi, cum me aliquoties invitaret, Oro te, quis tu es? Sed mehercules, extra jocum, homo bellus est; vellem, eum tecum abduxisses. Quid agatis,

ἐχων ἱκανὸν, καὶ τὸ πλεῖστον τῶν ἱκανῶν ἐχειν οὐκ ἀξιον πολλὰ πονησαντος, ἐχρητο τῇ σχολῇ πρὸς τὰ τοιαυτα. *Cleombrotus Lacedæmonius, multum quidem in Ægypto, ac per Troglodyticen terram vagatus, longe autem per Erythræum mare peregrinans non ad mercaturam, sed cum esset videndi ac discendi cupidus, atque ample patrimonio ditatus, & divitiarum copiam non magni faciens, ad hæc omnia otio usus est.* Et hanc denique sententiam esse horum verborum putamus, ut Cicero dicat se laudare consilium Trebatii, quod non fuerit ex hoc hominum genere, qui omnia visere cupiunt: multos enim illuc studio videndæ insulæ, quæ tunc tamquam novus orbis Romanis aperta erat, libenter accessisse verisimile est, cum navigatio illa multorum periculorum & incommodorum plena esset; ut sapientius fecisse viderentur, qui neglecta gloria, contemtaque etiam loci spectatione, aliquam causam invenerunt, quare illuc non irent: quod fecisse Trebatium lætatur: simulque ut parum militarem virum, nec bellicæ laudis avidum, clam taxat; quod etiam aliis locis joci gratia libenter facit. VICT. *Non minus, quam Philoctetem*) Qui vulnere impeditus, ire ad bellum Trojanum non potuit, sed in Lemno remansit: sic tu, simulato nescio quo dolore, ne in Britanniam ires, in Gallia restitisti, idque etiam fuit *non sæpe sapere*. Qui vero, *non nimis philotheoron*, scribunt, eum intelligi volunt, qui novas terras, & nova loca semper cupiat visere. Ne quod de spectaculis quidam dicunt, referam. CONRAD. *Non nimis φιλοθεωρον*) Firmat hanc lectionem Grævii primus. Sic enim in eo scribitur, *non minus philotheorum te præbuisti*. Sed recte emendarunt viri docti, *non nimis φιλοθεωρον*. GRÆVIVS.

Nunc vero in hibernis injectus mihi videris) Legendum est *vinctus*, non *injectus*. Sic autem reposui ab uno codice manuscripto adjutus, & quasi manu ad hanc conjecturam ductus: in quo scriptum est *innectus*; ex qua scriptura tamen licet facilius & propius facere *innexus*. Omnino lectio vulg. *injectus* mendosa est, neque ferri potest. Non enim dici potest Latine, *injectus in hibernis*: sed *injectus in hiberna*, dicendum. LAMBINVS. *Nunc vero in hibernis injectus mihi videris*) Ita est in Pal. primo, Grut. editione prima, & Victorii. Lambinus quod in unico MSo repererat *innectus*, fecerat *innexus* vel potius *vinctus*; quasi difficile fuisset, quod alii ante me viderunt, extricare *inectus*. Guilielm. tamen conjectat, *in lectis*. GERHARD. *In hibernis injectus*) Lego *illectus*, vel *inlectus*: id est, delinitus, inescatus, captus aliqua illecebra. Lucr. V. I. FR. GRON. Quia æstivo tempore Samarobrivæ hærebat, tamquam in hibernis; nec movebatur inde. CELL. Probe Cellarius; nec moratur Sextus Casus, cum hic *quies* denotetur. Præterea & Auson. Idyll. 31. & Commodianus Instruct. 45. *mittit in morte secunda*. Videndum tamen, an ne Cicero scripserit *inactus*? quod cum sequenti *commovere* elegantius cohæret: videndum, dixi, nam nihil censeo. CORTIVS.

Oro te, quis tu es?) Est hæc formula, qua compellabant illos, quos contemnebant præ se. Hinc imperius hunc Octavium appellavit *terræ filium*. Dux Mysorum ad Romanos apud Flor. IV. 12. *Qui vos*, inquit, *estis?* Et Arioviſtus apud eumdem lib. III. cap. 10. *Quis est autem Cæsar?* Ovid. epist. Phyllidis:

Hei mihi, si, quæ sim Phyllis, & unde, rogas, GRÆVIVS.

Respon-

tis, & ecquid in Italiam venturi ſitis hac hieme, fac plane ſciam. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum: id utrum Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum, an, quemodo Stoici dicunt, Omnes eſſe divites, qui cælo & terra frui poſſint, poſtea videro. Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere; ſed tamen eſt, quod gaudeas; conſtat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrivæ juris peritiorem eſſe.

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Trebatio, quod urbis urbanarumque rerum deſiderium aliquando depoſuerit: eumque cohortatur, ut Cæſaris amicitiam plurimi faciat: quam fore fructuoſam promittit, in ſeque ipſum recipit. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S. D.

EX tuis litteris & Quinto Fratri gratias egi, & te aliquando collaudare poſſum, quod jam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Nam primorum menſum litteris tuis vehementer commovebar, quod mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis urbanitatiſque deſiderio, inter-

Reſpondere) Idem de Valerio epiſt. 9. lib. I. dixit. Corr.

Conſtat enim inter omnes) Iureconſulti ſic loquuntur. Id.

EPISTOLA XVII.

Primorum menſum litteris) Plerique ex noſtris libris veteribus habent *menſum*, ubi libri vulgati, *menſium*. Lamb. Sic & Grævii & Pal. primus. Sane Carrio auctor eſt in MSis Codd. Centorini cap. 70 legi *duodecim menſum, & decem menſum, & menſum genera duo*, item *menſum nemina*. Paulus IC. in l. 101. de diverſis regulis juris: *Vbi lex duorum menſium fecerit mentionem.* Sic ſane Charondæ & Ruſſardi edd. Quin & ſic legi plurimum in Iuris libris, ſemper in codice Theodoſiano, olim tradidit Briſſonius. Ex in & Priſcianus teſtatur Ciceronem pro Sextio dixiſſe, *veſtrorum ſedum templorumque cauſa*, ut obſervavit Gerard. Voſſius lib. II. de analog. cap. 14. qui hæc pleraque debet. Grav.

Pace tua dixerim) Terent. Eunuch. A. III Sc. II. *Pace quod fiat tua.* Donatus: *Deeſt*, inquit, *cum.* Et ſic dicendum eſſet etiam de *Spe*, *Metu*, quæ ita nude proferuntur. Vide ep. 1. adſcripta: adde ep. 7. Corr.

Vrbanitatiſque) Rerum urbanarum; alia ſiquidem ſignificatione, atque lib. III. ep. 7. Fvnc.

Timi-

interdum piger, interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam, quod a te alieniſsimus, & ſubimpudens videbare: tamquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic, pecunia ablata, domum redire properabas: nec tibi in mentem veniebat, eos ipſos, qui cum ſyngraphis veniſſent Alexandream, nummum adhuc nullum auferre potuiſſe. Ego, ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maxime vellem: non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtra, vel utilitate ex conſilio atque opera tua. Sed cum te ex adoleſcentia tua in amicitiam & fidem meam contuliſſes, ſemper

Timidus in labore mil.) *Laborem* eleganter de militia dicunt. Virg. XII. Æn. v. 435. Sall. Cat. c. 7. CORT.

Quod a te alieniſſimus & ſubimpudens videbare) Revocavi hanc lectionem ex Pall. omn. Gruteriano, editione prima (quibus ſubſcribunt Amſtelodam. Mentel. Grævii primus, niſi quod in hoc pro *& ſubimpudens*, legatur *quam ſubimpudens*:) cujus acrimoniam facile tetigerit, cui ſagaciores nares: neque enim poſſum me in explicationes undantes effundere, quod forſan plerique quærent ac querentur. Vulgo interpolatitie eſt editum, *quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens vid.* Paullo poſt ſcripſi, *Alexandream* auctoritate Vaticani & editionis Victorianæ; vulgo *Alexandriam*. Ad rem quod attinet, ſignat decoctionem Ptolemæi Regis cum Rabirio Poſtumo & aliis creditoribus. Inepte ergo Lambinus *Alexiam* introduxit. GRON. *Quod a te alieniſſimus*, eſt, quod a te deſciveris ipſe, & a tuo ingenio, qui es pudentiſſimus, nunc vero factus ſis impudens. Quia in meo primo legitur *quam ſubimpudens*, poſſit quis conjicere non abſurde, Ciceronem ſcripſiſſe, *& quam impudens*, quod eſt, valde impudens. GRÆVIVS.

Syngraphas) Litteras, quibus ſe quis obligat ad præſtandum: *Signata utriuſque manu uteique parti ſervanda traduntur*, inquit Aſconius. Plaut. Aſin. A. IV. Sc. 1. v. 1. CORT.

Eos ipſos, qui cum ſyngraphis veniſſent Alexandream) *Eos*, C. Rabirium Poſtumum, & ejus amicos, ep. 1. lib. I. *Syngraphis*, in Albano Pompeii factis, de pecunia Regi Alexandrino a Rabirio ſuppeditata. CORRAD. Exiſtimo ſignificari C. Rabirium Poſtumum ceteroſque, qui Ptolemæo Alexandrino Regi pecuniæ crediderant, Cicero pro Rabirio: *Pulſus interea*, inquit, *regno Ptolemæus, doloſis conſiliis, ut dixit Sibylla, ſenſit Poſtumus, Romam venit: huic egenti & roganti hic infeliæ pecuniam credidit. Nec tum primum: nam regnanti credideeat abſens; nec temere ſe credeee putabat. Quod erat nemini dubium, quin is in regnum reſtitueeetur a S. P. Q. R.* Et infra: *Quamquam ad ſumtum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium ſuppeditata pecunia a Poſtumo eſt, factæque ſyngraphæ ſunt in Albano Ca. Pompeii, cum ille Romæ præfectus eſſet, &c.* Ibidem: *Dominatus eſt enim*, inquit, *Alexandriæ. Immo vero in ſuperbiſſimo dominatu fuit, pertulit ipſe cuſtodiam, vidit in vinculis familiares ſuos: mors ob oculos ſæpe verſata eſt, nudus atque egens ad extremum fugit e regno.* Denique pluribus verbis contendit in ea Oratione Cicero, creditam pecuniam numquam a Rege exegiſſe Poſtumum, in quem hoc loco jucunde ludit. BRAUN. RUTIL.

Cum te ex adoleſcentia tua in amicitiam & fidem meam contuliſſes) GRÆV. prim. *cum te adoleſcentiam tuam*. Pal. prim. Gruter. Amſtelodam. Mentel. multique alii libri, edit. prim. *Cum te & adoleſcentiam tuam in amicitiam & fidem*

per te non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ornandum putavi. Itaque quoad opinatus ſum, me in provinciam exiturum, quæ ad te ultro attulerim, meminiſſe te credo: poſtea, quam mea mutata ratio eſt, cum viderem me a Cæſare honorificentiſsime tractari, & unicé diligi, hominiſque liberalitatem incredibilem & ſingularem fidem noſſem: ſic ei te commendavi & tradidi, ut graviſsime diligentiſsimeque potui. Quod ille ita & accepit, & mihi ſæpe litteris ſignificavit; & tibi & verbis, & re oſtendit, mea commendatione ſeſe valde eſſe commotum. Hunc tu virum nactus, ſi me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſa putas, ne dimiſeris: &, ſi quæ te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit viſus, perferto, & ultima exſpectato, quæ ego tibi & jucunda, & honeſta præſtabo. Pluribus te hortari non debeo: tantum moneo, neque amicitiæ confirmandæ clariſsimi ac liberaliſsimi viri, neque uberioris provinciæ, neque ætatis magis idoneum tempus, ſi hoc amiſeris, te eſſe ullum umquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio videbatur.

fidem meam contuliſſes. Sed vulgata non temere movenda loco. GRAEV.

Augendum atque ornandum) In altum evehendum, extollendum honoribus. Suet. Claud. c. 12. ineunte. Plura ad Sall. Ing. c. 86. CORR.

Me in provinciam exiturum) Pompeii legatum, ep. 5. hujus lib. CORRAD.

Quod ille ita accepit, & mihi ſæpe litteris ſignificavit) Lege: *Quod ille ita accepit, ut & mihi ſæpe litteris ſignificarit, & tibi verbis, & re oſtenderit*. LAMBIN.

Et tibi verbis & re oſtendit) Ita elegantius Vaticanus, & Victorii editio: vulgo ſecundum ordine & negligitur: paullo ſtatim ex Vaticano ac Victorio ſcripſi, *& ſi quæ te forte res aliquando*: vulgo *ſi qua*: cum tamen omnes MSi & editio prima contra eat, *& quæ te forte res*. GERNARD.

Honeſta præſtabo) Honeſta *fore*, fide mea interpoſita tibi confirmare poſſum. Vide I. ep. 4. & V. ep. 17. Præterea præſens verbum tempus abſentis luſtinet, cum eſſe deberet *præſto*. Quod in nominibus æque in caſibus fieri ſolet: & alioquin non inſolens eſt dixiſſe: *immutiſſe non debes*, Auctor Dial. de Orat. c. 24. pro non debuiſti immutare. CORT.

Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio videbatur) Ad veterem Iuriſconſultorum conſuetudinem æqualium aut ſuperiorum auctoritatem ſententiis atque opinionibus ſuis adjungendi, adſpexiſſe Ciceronem certum eſt: quæ ad recentiores quoque Iuriſconſultos, quorum in Pandectis reſponſa exſtant, permanavit atque retenta eſt, ut exemplis pæne innumeris in eam rem prolatis confirmare poſſum. Celſus l. *ſi cui ſimplicius* 9. D. de ſerv. *Verum conſtitit, ut qui primum viam direxiſſet, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ ejus poteſtatem habere, ſicuti Sabino quoque videbatur*. P. Fab. Senieſtr.

tur. In Britanniam te profectum non esse gaudeo, quod & labore caruisti, & ego te de rebus illis non audiam. Vbi sis hibernaturus, & qua spe, aut conditione, perscribas ad me velim.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

Laudat Trebatium, quod videretur certa aliquando in sententia constitisse, & velle in militia permanere. Tum jocatur in ejus parsimonia, quia scripserat in palimpsesto. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S. D.

ACcepi a te aliquot epistolas uno tempore, quas tu diversis temporibus dederas, in quibus me cetera delectarunt. Significabant enim, te istam militiam jam firmo animo ferre, & esse fortem virum & constantem. Quæ ego paullisper in te ita desideravi, non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem. Quare perge, ut cœpisti: forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, assequere: ego enim renovabo commendationem, sed tempore. Sic habeto, non tibi majori esse

I. 21. quem vide. GRAV.

In Britanniam te profectum non esse) Ita Pal. prim. Grut. editio prima ac Victorii. Vulgatum antehac est: *In Britanniam te non esse profectum, vehementer gaudeo*. GERHARD.

Te de rebus illis) Magnifice & insolenter referentem, *non audiam*) cum fastidio: sed jocatur. CORRAD.

EPISTOLA XVIII.

Paullisper a te) Al. *paullisper in te*. CORRADVS.

Non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarem) Forte: *Non ut imbecillitate animi tui, sed magis ut*. LAMBIN. Pro vulgata tamen stant omnes veteres codices. GRAV. *Æstuare*, proprie est commoveri, & hinc de inconstantia & dubitatione optime dicitur, ut Cic. II Verr. c. 30. *Itaque æstuabat dubitatione*: & hac prima notione accipit Tullius in priori membro *imbecillitate animi æstuare*. Quod vero etiam de *desiderio* dixerit, tale est, quale Sall. Cat. c. 23. ubi plura. CORT.

Ego enim renovabo commendationem, sed tempore) Nos quin hæc lectio & integra & incorrupta sit, non dubitamus: volumus tamen antiquam quamdam scripturam a nobis animadversam notare, quæ fortasse aliquem, qui eam non observasset, perturbaret, molestiamque ei non parvam exhiberet, ut viderint omnes non posse quemlibet vetera exemplaria tractare. Hoc loco

eſſe curæ, ut iſte tuus a me diſceſſus quam fructuoſiſſimus tibi ſit, quam mihi. Itaque, quando veſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias: ego enim ignaviſsimo cuique maximam fidem habeo. Sed,

loco vetuſtiſſimus ille Medicæus codex, & alter etiam non malus, non æque tamen antiquus, pro *tempore* habent *tam*, fractam omnino & parum commodam hoc loco vocem. Ipſi unius litteræ mendum ibi eſſe exiſtimamus, deceptumque librarium *tam* pro *tem* ſcripſiſſe. Non ſeniel autem in priſcis exemplaribus, ſic conciſam hanc vocem reperies: ut prima ad Atticum epiſtola in vetere illo noſtro codice ſic locus hic ſcriptus eſt: *Nos initium prenſandi facere cogitaeamus eo ipſo tem. quo tuum puerum &c.* pro *tempore*, ubi vulgati codices *die* habebant, ab illis, ut putamus, repoſitum, qui hanc ſcribendi rationem non animadverterant, & quid intelligi deberet, ſuo ingenio ferme perſpexerant. Item ille lib. X. *Quod me moues, de vultu, & oratione, at tem. accommodanda*, pro *ad tempus*: qui locus etiam corrupte legebatur *ad rem*; cum enim non intelligerent poſteriores librarii, nimis temere & indocte *tem.* in *rem* converterunt. Harum minutarum, puſillarumque rerum inſcitia maximas perverſiones labeſque gignit in antiquis voluminibus deſcribendis. Nos tam tenuem notationem aſpernatos non eſſe neminem mirari volumus: ducti enim ſtudio juvandi pro imbecillis noſtris viribus hunc præclariſſimum auctorem, ad omnia, dum deſiderium noſtrum expleamus, deſcendimus. Cupimus autem hanc noſtram diligentiam in bonam partem accipi: illos certe, qui quandoque in hoc negotio laborarunt, ſedulitatem noſtram non contemturos credimus & ſperamus. Eo autem loco, qui paullo poſt ſequitur, *quando veſtræ cautiones*, antiqui codices etiam illi probatiores & antiquiores, *cauſationes* pro *cautiones* habent. Nos hoc erratum librarii putamus, ſed tamen non diſſimulavimus: peritiores rem ſubtilius conſiderabunt. VICTORIVS.

Prim Grævii habet *ſed tempr.* Et ſtatim idem codex quoque habet *cauſationes*, & *Græculam cauſationem*. GRÆV.

Vt iſte tuus a me diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit) Lego, *quam fructuoſiſſimus tibi ſit*: eſt enim in manuſcripto mendoſe, *tam fructuoſiſſimus*. VRSIN. *Diſceſſus quam fructuoſiſſimus tibi ſit quam mihi*) Ita edidit Vict. Palat. tamen, Grut. prima editio, Vatican. *tam fructuoſiſſimus*. Vulgo: *diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit, quam mihi* (Grævii liber prim. *tam fructuoſus tibi ſit quam mihi*) Qui paullo poſt *Græculam*, expunctum, pro eoque *graviculam* ſubſtitutum iverunt, viderint an Græca fide egerint; nam mihi conſtat eos hoc cæco die vidiſſe. GRONOV. Recte Victorius, & Vrſinus *quam fructuoſiſſimus*. Qui hunc locum depravarunt, neſcierunt *quam* etiam ſuperlatis addi. Terent. Andr. *Quibus id maxime vtile eſt illum eſſe quam deterrimum*. Alia dudum docti hujus locutionis congeſſerunt exempla. GRÆV.

Græculam tibi miſi cautionem) Puto ſenſum eſſe, commendavi te Cæſari litteris Græce ſcriptis. VICTOR. Ego potius crediderim epiſtolam eſſe eam ipſam Latinam, quam ad Trebatium mittit ſuo chirographo ſcriptam, quam *Græculam cautionem* vocat propter Græcam fidem, de qua apud Plautum in Aſinaria, Sc. Vnumquodque iſtorum: *Græca mercamur fide*: & apud Auſon. ep. 8. *Mutuatur ad Græcam fidem*. Iterum ep. 2. *Non Pœna, ſed Græco fide*. Vt enim Græca fides certa eſt, ſic Græca cautio certa firmaque intelligenda eſt. Nam in cautionibus nouram obligationem fidem, ut Cicero ſuam ea epiſtola obſtringit, cum promittat Trebatium multa aſſecuturum. TVRNEB. Adverſ. XII. 18.

Ignaviſſimo cuique) Trebatius enim

Sed, ut ad epiſtolas tuas redeam, cetera belle: illud miror: quis ſolet eodem exemplo plures dare, qui ſua manu ſcribit? Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam: ſed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc ſcribere; niſi forte tuas formulas.

Non

frigebat, nihil fiebat. Ignavis autem propterea maxime creditur, quia omnia, inquit Manutius, ſpectare & adoptare ſolent. Sed latere ſimul illud videtur, quod illis ignavis, qui nulli parti belligerantium *operam dant* neque ſtudent, maxime credi poteſt, de quo Criſpus Cat. c. 4. CORT.

Qui ſua manu ſcribit) Cum non habeat, qui deſcribant. CONRAD.

Quid in illa chartula fuerit) Vnus Guilielmii codex, *quid in ima charta fuerit*. Optime meus primus, *quid in illa chartula fuerit*; hoc enim magis facit ad deridendam ejus parcimoniam. GRAEV.

Quam hæc ſcribere) Vera ne ſit nonnullorum coniectura, alii iudicabunt: meliores certe libri, ac manuſcripti fere omnes a noſtris nihil diſcrepant. Ita quondam legebatur hic locus, ut non malus omnino ſenſus ex ea ſcriptura eliceretur, atque ille quidem ſatis placus: *Quam hæc non ſcribere*; ut dicat Cicero, ſe mirari, quidnam ibi ſcriptum ante fuerit, ut ſine culpa deleri poſſet, ut quæ ſcripſerat, poſtea reponerentur. Solemus enim inſulſa malaque delere, ut bona reponamus: nihil autem deterius iis frigidiuſque eſſe poterat. Quare oſtendit, ſe non probare conſilium ejus, & in hac re facetiſſime ludit. Verumtamen optima exemplaria diſſentiunt: unum tamen ex multis, quod negaotem illam particulam haberet, ſtudio ac diligentia amicorum inventum eſt. VICTOR. *Q. hæc ſcrib.*) Suſpicor meodum ſubeſſe. Mihi enim perobſcurus eſt ſenſus, &, ut libere dicam quod ſeotio, legendum crederent, *quam exſcribere*, nulla propemodum mutatione facta. Depravationis enim origo, ut opinor, ea fuit: deſcribendis libris ſæpe duos præficimus, qui legat, & qui de legente excipiat, ut ſcilicet celerius & certius id muneris conficiatur. Cum autem is, qui legeret, protuliſſet *exſcribere*, credidit ſcriptor *eſcribere*, dictum eſſe: itaque fecit in libro. Alius deinde errorem, quem per imprudeotiam commiſſum debuit tollere, remeritate auxit, una dictione in duas divila, priori duabus litteris, & quas falſo deſiderari credidit, adſcriptis *h* & *a*, ut legeretur *hæc*, ſenſu fortaſſe commodo, ſed, ut dixi, mihi perobſcuro. Quod ſi legatur *exſcribere*, hoc dicet: Video te parum diteſcere, cui charta deſit, io qua tuas formulas aut aliud quidpiam exſcribas. Ea enim ſi ſuppediraret, numquam profecto ad oos in palimpſeſto. Iofert enim: *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* Dixit autem, *quod delere malueris, quam exſcribere*, per jocum ſignificaos, non habuiſſe Trebatium, in quo exſcriberet id, quod deleverat, itaque ſe mirari quid fuerit in illa chartula, quaſi moleſte ferat id periiſſe: chartæ enim ioopiam oſtendit, eum ſcribat in palimpſeſto. Idem errot in 3. epiſtolam VIII. libri ad Atticum irrepſerat: ubi enim antea legebatur, *faſces laureatos hæc ferre ex Italia*, nemo non videt legendum eſſe *eſferre*, ut ex vetuſtis codicibus Florentini repoſueruot. IDEM in Poſt. Hoc totum, ſive, *quam hæc ſcribere*, ſive *quam exſcribere*, ſive *quam hæc non ſcribere*, (nam varie in libris vulgatis legitur) delendum euravi. Eſt enim ex adnotatione natum, & ex ora libri in contextum verborum Ciceronis invectum, quod & antea Mureto venit in mentem. LAMBINVS. Quod illa poſteriora verba *quem hæc ſcribere* inducit, atque ejicit Lambinus, ſolens more ſui ingenii facit, non ex veritate, ſed ex libidine: reſtant illa in libris omnibus, atque adeo editione principe, niſi quod ad eam-

Non enim puto, te meas epiſtolas delere, ut reponas tuas. An hoc ſignificas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi ſuppeditare? Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, cum ad vos proficiſcetur, more Romano commendabo. Tu, ſi intervallum longius erit mearum litterarum, ne ſis admiratus: eram enim abfuturus menſe Aprili. Has litteras ſcripſi in Pomptino, cum ad villam Metrilii Philemonis devertiſſem: ex qua jam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliaſti. Nam

eamdem notet Egnatius, legi alias (ut Manut. volebat poſtea, adnotatumque ad Politiani librum) *quam exſcribere*. Canterus tamen amplius malebat, *quam hæc exſcribere*. GRONAR. *Quam hæc ſcribere*) Hæc ab aliquo imperito adjecta videntur. Intelligitur enim, quam ſervare, & alia charta ad ſcribendam epiſtolam uti. Sic & Mur. & Lamb. I. Fr. GRON.

Tuas formulas) Sc. delere maluiſti, quas vos IC. multas ſcribitis. *Formulas componendarum actionum*. III. Off. 14. *Nondum Aquilius protuleras de dolo malo formulas*. INSM.

Feigere te) Te ignavum eſſe, non conſuli, nihil agendum habere: quomodo Perſius Sat. I. v. 109. Supra ep. 11. Contra Hirtius apud Cic XV. ad Att. epiſt. 6. *An ego, cum omnes calent, ignaviter aliquid faciam?* Et ipſe IV. ep. 6. ad eumdem: *judicia calent*. Innuit autem adeo nihil negotii eſſe Trebatio, quo aliquod lucrum facere poſſet, ut ne chartam quidem emere queat. CORT.

Iam iſta tua) *Iam* pro *Atqui*, *At vero*, ut II. ep. 8. pro quo Virgilius, Apulei. & Sall. Iug. cap. 14. *Iam jam* eadem notione. INSM.

Cum ad villam Metrilii Philemonis) In cunctis antea impreſſis ita legebatur: manu etiam ſcripti quos vidi, neque inter ſe, neque ab impreſſis diſſentiunt. Scripſerunt tamen nonnulli, ſatis levi conjectura ducti, *M. Æmylii Philemonis*: quos, niſi aliquid certius invenerint, non ſequar. Non mirum autem videri debet, tenuis hominis ac libertini mentionem alibi non reperiri. VICTOR. Cum in libris manuſcriptis varie legeretur: (quidam enim *Mevilii*, quidam *Metilli* habent) auſus tum emendare *M. Æmylii*: procul enim dubio libertus fuit adoptatus in Romanam familiam, ut alii multi. Cum autem *Metriliorum* mentionem nondum invenerim: & codicum vetuſtorum varietate, in quibus veræ lectionis quaſi quædam veſtigia cernuntur, & Pediani verbis, qui ejuſdem (ut opinor) liberti meminit, adductus ſum ut *M. Æmylii* corrigerem. Libet autem ipſius Pediani locum recitare, ut ſtudioſis quærendi labor abſit; is igitur ita in argumento orationis pro Milone: *Munatius Plancus Tribunus pl. produxerat in concionem M. Æmylium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi*. Ita tamen hoc ſentimus, ut afferentibus aliis meliora, perlibenter de noſtra ſententia diſceſſuri ſimus. INSM in Poſter. *Ad villam Metrilii Philemonis devertiſſem*) Sic Pal. primus, Vaticanus, editio Victorii. Vulgo *aivertiſſem*: ſicut & *Philomeas* pro *Philemenas* ſubingerunt editiones. GRONAR. Rutgerſius III. Var. Lect. cap. 2. legit *Mretilii*, quem vide. GRAV.

Fremitum clientum meorum) Coaxationem ranarum in Paludibus Pomptinis profectarum (ut fingit) ex Vlubrano, quod oppidum Ciceroni commendaverat Trebatius, effeceratque, ut nescio quam eorum cauſam apud Senatum ageret. I. Fr. GRON.

Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. Cura, ut valeas. VI. Idus April. de Pomptino.

Epiſtolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conſcidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi poſſet. Sed & Arruntius ita te mandaſſe ajebat, & tu adſcripſeras. Verum illud eſto: nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror, præſertim tam novis rebus.

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Poſt obitum Cæſaris, M. Antonio, P. Dolabella Coss. cum civitas reſpiraſſe, & quasi revixiſſe reſp. videretur; repente

Honoris mei cauſa) Quaſi ut mihi obviam prodirent venienti. III. 7. IDEM.

Ranunculorum) Vlubranorum, qui in paludibus habitant. CONRAD. Vid. Manut.

Se commoſſe) Ab Vlubris in Pomptinum ſaltitando ſe contuliſſe. *Commoſſe*, ut *cognoſſe*, *decreſſe*. I. FR. GRON.

Epiſtolam tuam, quam accepimus ab L. Arruntio] Ante hæc verba titulus nullus eſt in manuſcriptis codicibus, quod nos quoque ſervavimus: nec nova epiſtola hæc eſt, ſed potius addita ſuperiori. Cum enim jam litteras ſcripſiſſet, diemque, quibus dari debebant, adpoſuiſſet, aliud in mentem rediit, quod prætermittere noluit, quemadmodum ſæpe in ſcribendo fit. Vnde apud nos quoque pars illa epiſtolæ nomen inde accepit, quod poſt priora illa jam ſcripta confecta ſit. Ex indice, qui ante ſingulos libros in Medicæo exemplari eſt, hoc præclare etiam intelligi poteſt; cum enim ſingulis epiſtolis tituli addantur, nulli leguntur ante verba illa, *epiſtolam tuam, quam accepi*. Quia tamen novum hoc erat principium litterarum poſt primum illud verum initium, hujus etiam membri primæ voces adponuntur: ita enim ibi legitur:

CICERO TREBATIO SAL.
ACCEPI A TE ALIQVOT
EPISTOLAS.
EPISTOLAM TVAM QVAM
ACCEPI
AB L. ARVNTIO.

Adde quod dies adſcripta non eſt[a], quod in fine ſuperioris epiſtolæ jam adpoſita erat. VICTOR. Hæc omnia firmat Grævii primus, qui Medicæo hic plane reſpondet. GRAV.

Ab L. Arruntio) Quidam ſcribunt *Aruntio*, unico r, ſed male: exſtat enim apud me tabella ænea, in qua ita inciſum eſt:

SVB. L. ARRVNTIO
STELLA
NAVIS. HARENARIA
QVÆ. SERVIT
IN. ÆMILIANIS

URSINVS.

Tam novis rebus) Cum res tam *novæ* acciderint: quod neſcio, utrum per jocum ad epiſtolam tranſtulerit conſciſſam, an eo, quod nihil in Gallia ageretur. CORT.

EPI-

pente Kalendis Ian. Antonii conſulis culpa, ita mutata ſunt omnia, ut boni viri tum de ſtatu reipub. tum de ſua quiſque ſalute vehementer timere cogerentur; quæ cum Cicero vidiſſet, deſperata libertate, conſilium cepit in Græciam proficiſcendi, diſceſſitque ea mente, ut adeſſet Kalendis Ian. quod initium cogendi ſenatus, Panſa & Hirtio conſulatum ineuntibus, fore videbatur: hanc rem attingit Cicero epiſt. 1. lib. X. & epiſt. 25. lib. XII. & in Philippica 1. & lib. III. Offic. Cum igitur in Græciam proficiſcens Veliam perveniſſet; ab ipſa urbe, Trebatii amantiſſima, admonitus, Topicorum librum ſcripſit, de quo jam rogatus erat a Trebatio, cum in Tuſculano ſimul eſſent: id ſignificat in hac epiſtola: Topica vero ipſa obſcuriora eſſe dicit, nec legenda ſine interprete: exercitationem eſſe neceſſariam, ſi expeditam in quæſtionibus habere doctrinam velit. Hanc epiſtolam poſt ſequentem ſcriptam eſſe, adſcripta utrique dies oſtendit.

CICERO TREBATIO S.

VIde, quanti apud me ſis, etſi jure id quidem: non enim te amore vinco. Verumtamen, quod præſenti tibi prope ſubnegarem, non tribuerem certe, id abſenti debere non potui. Itaque, ut primum Velia navigare cœpi, inſtitui Topica Ariſtotelea conſcribere; ab ipſa urbe commoni-

EPISTOLA XIX.

VIde quanti apud me ſis) In meo primo codice legitur, *vide ne quanti apud me ſis.* Cicero forte ſcripſit: *vides ne quanti apud me ſis*; quamvis vulgatum non reprehendam. Nam ſic ſæpe Tullius loquitur. Lib. XVI. epiſt. 5. *Vide quanta in te ſit ſuavitas. Duas horas Thyrri fuimus. Xenomenes hoſpes tam te diligit, quam ſi vixerit tecum.* GRÆV.

Verumtamen quod præſenti tibi prope ſubnegarem) Ex veteribus libris, & Topicorum proœmio ſic legendum cenſeo: *Verumtamen, quod præſenti tibi prope ſubnegaram, non tribuerem certe, id abſenti debere non potui.* CONRAD. A vulgata tamen lectione ſtant MSi pr. Pal. Vatic. Græv. pr. & ſec. Amſtelod. Mentel. GRÆV.

Id abſenti debere non potui) Hoc eſt, volui perſolvere: vid. Manut. IDEM.

Velia) Vbi tua tuoſque vidi, & admonitus ſum hujus æris alieni. CONRAD. *Velia* urbs fuit Lucaniæ ad Pæſtanum ſinum, ante *Elia*, *Eles*, *Hyela* dicta, ad quam eſt portus Velinus. GRÆV.

Navigare cœpi) In Græciam proficiſcens, cum operam ea nec Reſpubl. nec amici uterentur: nec honeſte inter arma verſari poſſem, ne ſi tuto id quidem mihi liceret. CONRAD.

Topica Ariſtotelea) Hoc edidit Victorius ex Medicæo, & ſic quoque Vatican. Vulgo *Ariſtotelica*; poſt ſtatim,

monitus, amantiſsima tui. Eum librum tibi miſi Rhegio, ſcriptum, quam planiſsime res illa ſcribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem litteris ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Non longe abieris: num jus civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quamquam plurimi ſunt, doctorem tamen unum, quem deſiderant. Quamquam tu ſi attente leges, ſi ſæpius, per te omnia conſequere, ut certe intel-

tim, edidi *planiſſime* ex Pal. prim. Grut. Stewech. editione prima atque Victorii: vulgo *planiſſime*. GEBHARD. Vtramque lectionem firmat Grævii primus: ſecundam etiam Amſtelodam. GRAV.

. *Nullam artem litteris*) Hoc eſt ex ſolis libris. Sic litteræ pro libris Liv. lib. II. *Eum clavum, quia raræ per ea tempora litteræ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt*. Iuſtin. XI 11. *Exemta comitate, quam Græcorum litteris didicerat*: hoc eſt, ex Græcorum libris. Cic. III. de Nat. Deorum: *Ioves plures in priſcis Græcorum litteris invenimus*. Ibidem: *Illud nomen veterum litteris uſitatius*. GRAV.

Sine interprete) Orali doctorum inſtitutione. EVNC.

Doctorem tamen unumque deſiderant) Nos enim fide in antiquis cunctis exemplaribus inventam lectionem reſtituimus, *unumque deſiderant*: nec enim vulgata lectio *lumenque deſid.* nobis valde ſatisfaciebat, & hanc non ineptum ſenſum habere judicavimus. Ipſi quoque hunc modum dicendi vulgo fere habemus, cum aliquid uno indigere dicimus, qui regat & inſtituat: ut hoc in loco, qui lucem afferat rebus obſcuris; quamvis enim libri Iuriſconſultorum, qui jus civile continent, tot ſint, tamque explicati; non tamen ſine doctore & aliquo, qui aliquantum in illorum lectione exercitatus ſit, & quem rudes ejus diſciplinæ ſequantur, intelligi poſſunt, quaſi quivis, dum non omnino rudis ſit, poſſit hoc munus ſuſtinere. Non diſplicet tamen Paulli conjectura; nam & veſtigiis hæret priſcæ lectionis, & ſententiam idoneam habet. VICTOR. *Lumenque*) Al. varie legitur *unum*, *unumque*, *unumquodque*. CORRADVS. *Deſ. tam. nonnumquam deſ.*) P. Victorius ſuum, nos noſtros (hoc eſt, Memmianos) codices ſecuti ſumus, in quibus omnibus (præterquam in uno, qui congruens cum vulgatis, habet *lumenque*) ſcriptum eſt plane *nonnumquam*: quod nobis videtur probabilius, quam quod Victorius repoſuit, *unumque*. Quod ſi conjecturæ locus daretur, ego magnopere probarem Manutii conjecturam, qui legit *doctorem uſumque deſiderant*. Interea hanc lectionem antiquam, quam repoſui, cenſeo retinendam, longeque illis, *lumenque* & *unumque*, anteponendam: nec tamen eos reprehenderim, qui lectionem illam, *doctorem uſumque deſiderant*, probaverint; nam eam & quæ antecedunt, & quæ ſequuntur, confirmant. LAMBIN. *Doctorem tam. unumque deſiderant*) Ita eſt in Palat. Stewech. Peck. Vaticano, editione prima & Victorii: nec erat quod Manutius iſtam emendationem *uſumque* pro ſua nimis venditaret, cum eam adnotarit ad editionem primam, neſcio unde, Egnatius. Grut. habebat *numquam*, fronti deinde diverſo calamo additum *no*: quod tamen glacie fragilius (licet a Lambino omni judicio præfertur) durare non poteſt. Vulgo: *Doctorem tamen lumenque deſiderant*. GEBHARD. *Doctorem tamen unumque deſiderant*) An non *virumque*? IAC. GRONOVTVS. Grævii primus, *doctorem unum, quem deſiderant*. Sed Manutii conjecturam certiſſimam eſſe duco, qui ſcribendum ſcilcit: *Doctorem tamen uſumque deſiderant*: hoc eſt, exercitationem, ut paullo ante appellat. GRAV.

Ipſi

intelligas: ut vero etiam ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequere. In qua quidem nos te continebimus, ſi & ſalvi redierimus, & ſalva iſta offenderimus. v. Kal. Sext. Rhegio.

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

Scribit de amore Velienſium in Trebatium: & hortatur, ne paternas poſſeſſiones vendat, quæ, tam miſeris temporibus, perfugium eſſe poſſint. Adſcripta dies indicat, ante ſuperiorem datam eſſe.

CICERO TREBATIO S. D.

AMabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea ſenſi amari. Sed quid ego dicam te, quem quis non amat? Rufio, medius fidius, tuus ita deſiderabatur, ut ſi eſſet unus e nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad ædificationem tuam traduxeris. Quamquam enim Velia non eſt vilior, quam Lupercal, tamen iſthuc malo, quam hæc omnia. Tu, ſi me audies, quem ſoles, has paternas poſſeſſiones tenebis (neſcio quid enim Velienſes verebantur), neque

Ipſi tibi loci) Inveniendorum argumentorum. Corr.

In qua nos te continebimus) Ego tibi præceptor ero. Verbum proprium de magiſtris. Petron. *Nondum juvenes declamationibus continebantur*. Gell. XIX. 1. *Nam parva virum auctoritate, ſatiſque attente diſcipulos juvenes continentem.* Io. Fr. Gron.

Salva iſta) Remp. nunc a M. Antonio vexatam. Corr.

V. Kal.) Hoc docet, ſequentem epiſtolam huic præponi debere. Idem.

EPISTOLA XX.

RVfio) *Rufus*, *Rufius*, *Rufius* etiam legitur. Conrad. *Rufio medius fidius*) Hujus Rufionis meminit etiam Att. V. 2. Io. Fr. Gron.

Ut ſi eſſet unus e nobis) Vetus liber habet, *ut ſi eſſet unus homo nobis*, melliore, ut videtur, lectione. Vastvs. Alii tamen codd. non agnoſcunt *ve homo*, & jure. Grav. *Unus e nobis*) Vel Senator Romanus, ut ego; vel I. C. ut tu. I. Fr. Gron.

Te non reprehendo) Utcumque illi eum requirant, tu bene feciſti, quod illum pellexiſti Romam, ut præſit domui ſtruendæ, quam paras in Lupercali. Idem.

Lupercal) Locus in urbe Roma, ſic appellatus a Lupercali, ſive fano Panis Luperci. Varro IV. d. L. L. 24. *Luperci, quod Lupercalibus in Lupercali ſacra faciebant*. Iuſtin. XI. III. 1. Idem.

Tamen iſthuc malo) Nempe ut domus tibi ſit, in qua nobiſcum vivas Romæ. Idem.

Neque

neque Haletem nobilem amnem relinques, nec Papirianam domum deſeres: quamquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenæ teneri ſolent: quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris. Sed in primis opportunum videtur, his præſertim temporibus, habere perfugium, primum eorum urbem

Neque Haletem nobilem amnem) *Heletem* legi debet; hujus fluvii mentionem fecit libro XVI. epiſtolarum ad Atticum his verbis: *Erat enim cum ſuis navibus apud Haletem fluvium citra Veliam*: quo in loco noſtrum illud exemplar *Heletem* habet. Strabo in initio VI. libri ubi de omni illa ora agit, plures ſententias adducit, unde *Velia* a Græcis *Helea* appellata eſſe poſſit, nonnulloſque tradit ab *Helete* fluvio ei nomen inditum voluiſſe. Stephanus inde nomen illam acceptiſſe affirmat; hæc ipſius verba ſunt: Ἐλυομένη δὲ Ἔλεα ἀπὸ τοῦ παραῤῥεῖν τὸν ποταμὸν, ἡ νῦν Βέλια. *Quæ nunc Velia nuncupatur, olim Helea dicta fuit a fluvio eam præterfluente.* VICTORIVS. *Helea* XXIV millia a Pæſto remotus, nunc vocatur *Halente*. GRÆV.

Quamquam illa quidem habet lotum] Nos antiquos codices in hoc etiam ſecuti ſumus, quos incorruptos eſſe cenſemus. De *lotorum* nobilitate, & quam jucunda earum opacitas eſſet, quantiſque olim in domibus æſtimarentur, Plinius docet in libri XVII. proœmio. Polybius a ſe viſam in Attica deſcribit lib. XII. hiſtor. quem locum, quia nondum integer vulgatus eſt Polybius, leges apud Athenæum *δειπνοσοφιστῶν* lib. XII. qui totam verbis ipſius hujus arboris deſcriptionem perſequitur; nam qui *lucum* emendarunt, deceptos eſſe putamus. Impium enim Ciceronis conſilium fuiſſet: cum enim ſacri eſſent luci, non ſine ingenti piaculo & ſcelere incidi poterant: domuſque privata non luci erat capax, cum *loti* deliciarum cauſa ſumma arte in domibus colerentur, advenæ autem raram arborem viſebant, & ejus jucundo aſpectu tenebantur: propter quam rem jocans (ut arbitror) jubet ipſum lotum illam exſcindere, quia ſibi eſſet ſumtus cauſa, cum ſæpe hoſpitum domus plena eſſet. Nam in verbo illo *proſpexeris* ambiguum ſenſum eſſe puto. Videtur enim dicere, *ſi lotum excideris*, majus exſtet ſpatium aſpicies: illa enim ſua capacitate proſpectum impedit & luminibus obſtruit: cum dicat, Rebus tuis conſules, minores enim ſumtus facies, non enim cauſa erit advenis, cur domum tuam frequentent. Et omnia hæc facete & cum joco, ut conſuevit; fere enim ſemper cum eo jocatur. Adverſatur ſolum antiquæ lectioni, quod *lotum* feminino genere alii auctores appellarunt, cum ipſe maſculino uſurpet: quare accurate conſiderandum eſt, vitium ne ea parte vetus habeat, ſive eo genere contra plurimorum morem, quod vix veriſimile eſt, Cicero appellare lotum voluerit. VICTOR. P. Victorius edidit *lotum*: Manutius *lucum*, ut habent omnes libri vulg. LAMB. *Habet lotum*) Nos quidem, qua licet, ne pilum a Victorio diſcedimus; quod & hic cavimus, quandoquidem illi ſecundas fert Vatic. licet hic diſſentiat Manutius, quod fere animadvertimus, eum facere animi morbo in Victorium; quem quidem poſt Politianum omnium maximi, ut debeo, facio; vulgo *locum*, alias *lucum*, quidam *lacum*. Canteri *tecteri* locum non habet. GEBHARDVS. Quoniam luci ſublucantur, non inciduntur ſine ſcelere, ut pluribus docet in notis poſterioribus P. Victorius, quas vide inferius in Manutianis, & quoniam meus primus codex proxime accedit ad Mediceæ libri ſcripturam: in eo enim legitur *lutum*, nullus dubitavi cum Gebhardo hanc lectionem recipere. Martialis VIII. 51.

Palladiæ teneo lotos ab ore ſonat.

GRÆV.

Multum proſpexeris) Et longe videris, & rebus conſulueris tuis. CORRADVS.

De-

urbem, quibus carus ſis: deinde tuam domum, tuoſque agros, eaque remoto, ſalubri, amœno loco: idque etiam mea intereſſe, mi Trebati, arbitror. Sed valebis, meaque negotia videbis, meque, diis juvantibus, ante brumam exſpectabis. Ego a Sext. Fadio, Niconis diſcipulo, librum abſtuli: Νικωνος περι πολυφαγιας. O medicum ſuavem, meque docilem ad hanc diſciplinam! Sed Baſſus noſter me de hoc libro celavit, te quidem non videtur. Ventus increbeſcit. Cura, ut valeas. XIII. Kal. Sext. Velia.

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

Silii cauſam, viri optimi, amici ſui, Trebatio commendat. Incertus videtur annus epiſtolæ: ego tamen ſuſpicor eſſe ſcriptam, quo anno Cæſar necatus eſt. Suſpicor autem ex mentione Q. Cæpionis prætoris: qui, niſi fallor, eſt M. Brutus, is, qui in Cæſarem conjuravit: geſſit enim prætoram eo anno, ut ex hiſtoricorum libris, & epiſt. 2. & 3. lib. II. cognoſcitur: & Q. Cæpio vocatur in Phil. 10. quod erat, ut arbitror, adoptatus ab avunculo Q. Servilio Cæpione; quem nominat Plutarchus in Catone Vticenſi.

CICE-

Domum . . . agros . . . eaque) Reſte *ea*, ut Livius XXIV. c. 21. Sall. Iug. c. 38. Idem Cat. c. 10. CORT.

Meaque negotia, meque diis juvantibus) Ejeci *eo videbis* poſt *negotia* ſuaſu Pall. Grut. Stewech. & editionis primæ hanc verbi reduviam præcidentium. Præterea plurima in hac epiſtola emendavi auctoritate librorum; ad quorum ſingulorum rationes conſiderare & immorari cujus tandem otii eſſet? GERHARD. *Meaque negotia videbis*) Palatini codices & Guilielmiani hic ſubleſtæ fidei ſunt, quid enim eſt, *mea negotia exſpectabis?* Itaque reponendum eſt *eo videbis* non ſolum ex iis libris, quos evolverunt Manutius & Victorius, ſed & ex iis, quibus ego ſum uſus, Amſtelodam. Mentel. & tam meo optimo, quam illo ſequioris ſeculi. *Videre negotia* eſt curare. Cic. XIV. ad Attic. ep. 21. GRÆV. *Videbis*: id eſt, curabis, quaſi providebis. Vide II. ep. 16. Et ſic Ovidius in primis cum tali caſu e. g. *Viderit iſta Deus*, & quæ ſunt alia. CORT.

Niconis) Al. *Miconis*, de quo apud Plinium fit mentio. CORR. Niconis liber *de Edacitate*, aut Tertulliani verbo, *Multivorantia*. CORT.

Te quidem non videtur) Ita ſine metu morbi eſcæ maximæ videris. Io. FR. GRON.

Epi-

CICERO TREBATIO S. D.

SIlii cauſam te docui: is poſtea fuit apud me, cum ei dicerem, tibi videri ſponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe: *Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem, Q. Cæpio Prætor ex edicto ſuo mihi dedit*, negare ajebat Servium,

EPISTOLA XXI.

Silii cauſam te docui) Is eſt, ad quem lib. XIII. ſcribit. CORRAD. *Cauſam te docui*) *Docet cauſam*, cuius res agitur, cum pro ſe acturum inſtruit, *diſcit*, qui defenſurus eſt. Seneca in nobili fragmento apud Auguſtinum lib. VI. de Civ. Dei, cap. 10. *Sunt qui vadimonia ſua Deos advocent: ſunt qui libellos offerant, & illos cauſam ſuam doceant.* Plin. III. ep. 9. *Legatos interrogabam, docuiſſet ne me aliquid, quod te probari poſſe confiderent.* I. FR. GRON. Silio quæ lis eſſet, tibi diligenter expoſui. II. Verr. 42. *Cn. Lentulum patronum Siciliæ dicere audiſti, Siculos, cum ſe cauſam, quæ pro his ſibi in Senatu agenda eſſet, docerent.* Pro Cluent. 70. *P. Helvidium Rufum, cum me hanc cauſam doceat.* IDEM.

Sponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe) Quæ fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur. CORR. *Sponſionem illam*) Iudicialem, ut judicio viciſſe credatur adverſarius, ni ita ſit. Vide Pithœi Adverſ. 18. Io. FR. GRON.

Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit) Verba ſponſionis; & ſane *ni*, & *ſi*, particulæ fere erant ſponſionum principia. CORR. *Ni bonorum Turpiliæ poſſ.*) Sic eſſe legendum declarat formula ſponſionum, quæ concipiebantur per *ni*. Hæc autem erat controverſia: *Turpilia* teſtamentum fecerat, eoque teſtamento Silium heredem, ſive ex aſſe, ſive ex aliqua parte, fecerat. *Silius* bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas ex edicto prætoris petiverat: ſeu potius prætor ediderat, ſe bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti Silio daturum. Silius, cum cognati bona ad ſe pertinere dicerent, quia Turpilia teſtamenti factionem non habuiſſet, & ita teſtamentum non eſſet jure factum, edicto prætoris fretus ſponſionem facere cum eis cogitabat huiuſmodi: *Ni bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit*, centum dare ſpondes? Sed Cicero Silii patronus, priuſquam hanc ſponſionem Silius faceret, Trebatium conſuluerat, poſſet ne hanc ſponſionem facere ſine periculo. Reſponderat Trebatius, poſſe. *Servius* autem Sulpicius item conſultus, negabat: rationemque hanc afferebat, quia tabulæ teſtamenti non eſſent ex, quas inſtituiſſet is, qui teſtamenti factionem non haberet. Omnino Trebatius bene reſponderat; ſatis erat enim eſſe tabulas teſtamenti, ſecundum quas bonorum poſſeſſio peteretur. Non enim quærebatur, teſtamentum eſſet ratum, an irritum: firmum, an infirmum: ſed eſſet ne factum teſtamentum: Itaque ſine periculo poterat illa ſponſio fieri. LAMB. *Si bonorum Turpiliæ poſſ. cæpio, prætor*) Verba ſponſionis ſunt, ubi tamen vereor ne legi oporteat, *quam prætor ex edicto ſuo mihi dedit*. Cum enim aut creditori ſorte hereditario, aut alii cuipiam promittere vellet *Silius*, quæſivit ex Trebatio Cicero, numquid fieri ea ſponſio ſine periculo poſſet. Sub ea conditione recte ac citra periculum ſponſurum reſpondit Trebatius, *Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem cæpio, quam prætor ex edicto ſuo mihi dedit*. Hoc enim magis probo, quam Manutii ſcripturam: etſi ne ipſa quidem ita abſurda eſt, quin ſenſum habeat. E. RVTG. *Si bonorum*) Manut. *ni*; ea enim particula propria Sponſionum. Cic. III. Off. 19. *Cum is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet.* Pro Quint. c. 8. *Iubet P. Quintium ſponſionem eam Sex. Nævio facere, ni bona ſua ex edicto P. Burrieni prætoris XXX. dies poſſeſſa eſſent.* Io. FR. GRON.

Tabu-

vium, tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet is, qui factionem teſtamenti non habuerit; hoc idem Offilium dicere; tecum ſe locutum negabat: meque rogavit, ut ſe & cauſam ſuam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Teſta, nec mihi amicior P. Silio quiſquam eſt, te tamen excepto. Gratiſsimum igitur mihi feceris, ſi ad eum ultro veneris, eique pollicitus eris: ſed, ſi me amas, quam primum: hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA XXII.

ARGVMENTVM.

Probat auctoritate juriſconſultorum, quod dixerat dubitari, poſſet ne heres, quod furtum antea factum eſſet, recte furti agere. Scriptam opinor eodem anno, quo ſuperiorem proximam.

CICERO TREBATIO S. D.

ILluſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram, controverſiam eſſe, poſſet ne heres, quod furtum antea factum eſſet, furti recte agere. Itaque, etſi domum bene potus ſeroque redieram, tamen id caput, ubi hæc controverſia eſt, notavi, & deſcriptum tibi miſi: ut ſcires, id, quod tu neminem ſenſiſſe dicebas, Sex. Ælium, M. Manilium, M. Bru-

Tabulas teſtamenti eſſe eas) Hoc eſt, teſtamentum non eſſe ratum. GRAV.

Qui factionem teſtamenti non hab.) Ius faciendi teſtamenti. IN.

Offilium) Iureconſultum. CORR.

EPISTOLA XXII.

Bene potus) Pro valde. Petron. Sat. c. 85. Terent. Andr. A. I. Sc. I. v. 105. ibi *multum* ſignificare docet Donatus. Auctor B. Hiſpanienſ. c. 4. CORT.

Id caput) Eam partem libri de jure civili quæſivi. Vid. de Pec. Vet. IV. 7. Io. FR. GRON.

Quod neminem ſenſiſſe) Cenſuiſſe pro ſententia: infra IX. ep. 16. CORT.

Sex. Ælium) Patum Iureconſultum, de quo in Quæſtura diximus. CONRADVS.

M. Manilium) Iureconſultum, de quo libro primo de Oratore, & in Bruto meminit. IDEM.

M. Brutum) Iureconſultum, qui tres libros de jure civili reliquit. IDEM.

Scævle & Teſte) Trebatii cognomina, quæ per copulam diſiungit, quaſi plures eſſent in uno Trebatio Iureconſulti. LALL.

Brutum ſenſiſſe. Ego tamen Scævolæ, & Teſtæ aſſentior. Vale.

EPISTOLA XXIII.

Argvmentvm.

Signa quædam Ciceroni, pictas potius tabellas cupienti, Gallus emerat: ex illis emtionibus nullam a ſe deſiderari, Cicero reſcribit. Tum ſubjungit, ſibi eſſe vehementer gratum, quod proximam domum cupiat conducere. Incertus epiſtolæ annus: non enim ſcripta videri poteſt eodem tempore, quo illæ ad Atticum libro primo, in quibus item de ſignis agitur: nam illæ ante conſulatum, quod probavimus olim in Commentariis, hæc vero poſt conſulatum ſcripta: quod (opinor) illa verba ſatis oſtendunt, Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? *Præterea de Tulliola, tanquam nupta, in hac mentio fit: illæ vero, nondum nupta, ſcriptæ ſunt. Accedit, quod in hac non de Xyſto, verum de particula ornanda cogitare ſe oſtendit: in illis de Xyſto, qui porticus amplior fuit, atque etiam de palæſtra & gymnaſio.*

Cicero Fabio Gallo S. D.

TAntum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litteræ redditæ ſunt: ab eodemque accepi Aviani lit-

Epistola XXIII. (*Cicero S. D. Fabio Gallo*) Cur hic omittitur Fabii prænomen *M.* quod apud Naugerium, Victorium, Lambinum, Manutium æque in hac inſcriptione legitur, quam in ſequentibus? Iac. Gron.

Tantum ex Arpinati veneram) Nos ex veteribus exemplaribus *tantum quod* reſtituimus. Quod primo multos miraturos credimus, & fortaſſe non nimium probaturos: aliquos etiam (qui recepta lectione non ſolum magis delectentur, verum etiam hanc, etſi non novam (non enim nunc primum in impreſſos codices migravit,) tamen ut ſæpius explosam & ejectam, nec ſatis primo adſpectu elegantem, abhorreant) fore qui noſtro judicio damnato, hanc iterum ſua ſede indigne dejicere conentur. Quod ne accidat, conabimur antiquorum exemplarium fidem auctoritatemque tueri, oſtendentes alibi etiam Ciceronem ſic locutum eſſe, ut libro XV. epiſtolarum ad Atticum, ep. 527. quod etiam in vulgatis libris inviolatum permanſit: *Hæc cum ſcriberem tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam: hui quam timeo, quid exiſtimes.* Exiſtimamus autem nos *tantum quod* idem fere ſignificare, quod *commodum*, quo frequenter utitur Cicero: ut libro XIII. ad Atticum: *Commodum diſceſſerat*

litteras: in quibus hoc inerat liberaliſsimum, nomina ſe facturum, cum veniſſet, qua ego vellem die. Fac, quæſo, qui

ſerat Hilarius librarius IV. *Kalend. cui dederam litteras ad te, cum venit tabellarius cum tuis litteris pridie datis*; & aliis infinitis locis: quod manifeſtum ſit, ſi duo hæc loca diligenter conſideres. Sed habeo aliud etiam non parvum teſtimonium. Eſt apud me Terentius ille, quem olim Angelus Politianus cum venerandæ vetuſtatis codice (ut ſuot eius verba) Petri Bembi contulit, ſuaque manu non tantum quæcumque in eo vulgatis diſcrepabant, verum etiam doctas quaſdam interpretationes, quæ in ejus libri marginibus adſcriptæ erant, accurate perſcripſit, quæ & multæ ſunt, & eruditi prorſus viri, judicio etiam optimi & doctiſſimi viri Petri Bembi, qui libri illius domicus ternionem elegantiſſimum de ipſius laudibus confecit, in quo declarationes etiam has & probat & amplexatur. Is igitur liber in Phormione, eo loco: *Tun' dixeras huic? Facinus indignum, Chreme, ſic circumiri*. Dem. *id cum hoc agebam commodum*: ſupra dictionem illam *commodum* ſcriptum habet *tantum quod*, cota juxta appoſita, qua Politianus ſignificabat ex antiquo exemplari ſe accepiſſe: ut nunc neque de integritate horum verborum, neque de ſententia dubitari amplius debeat. Credimus ſi vetera exemplaria haberemus omnium librorum M. Tullii, frequentius hujus etiam adverbii exempla reperturos nos fuiſſe: quod nunc tam raro inveoimus, quia vulgati codices contaminati ſunt: quodque hoc loco auſus quiſpiam eſt, ut probam lectionem perverteret, exiſtimare poſſumus aliis etiam plurimis accidiſſe. Donatus etiam Terentii interpres *commodum* ſemper per *tantum quod* declarat. VICTOR. *Tantum*) Al. *tantum quod*, quod docti exponunt, *commodum*. CONRAD. *Tantum quod ex Arpin.*) Sic legendum eſſe, & libri veteres evincunt, & P. Victorius, aliquot exemplis collectis, docet. Plurima autem collegimus in commentariis in Cornelium Nepotem. LAMBIN. *Tantum quod ex Arpinati veteram*) Ita Pall. Vatic. Peck nam Gruteriano & Stewechiano tota deeſt ita prima editio ac Victorii: vulgo edicto pædagogorum *et quod* exſulat. Paullo ſtatim ex Pall. Vaticano, editione Victorii ſcripſi: *Accepi Avianii litteras: in quibus hoc inerat*; cum vulgetur, *Avianni, in quibus hoc erat*. GRUTER. *Tantum quod*. Sic MSi & optimus quiſque librorum: deteriores ſine *quod*. Eſt autem *tantum quod*, vix, modo, commodum, ſimul ac. CRAT. *Aviani litteras*) M. Æmilius Avianus & C. Aviaous Flaccus, Ciceronis familiares fuere: ſed horum ne alter, an neuter hic intelligatur, ſcire non poſſumus; artifex certe is ſignorum, vel venditor eſſe videtur. CORN. In Græcii primo, veteribuſque libris aliis legitur *Anicni*. GRÆV.

Nomina ſe facturum) In codicem relaturum. CORN. *Nomina ſe facturum cum veniſſet, qua ego vellem die*) Se in tabulas accepti & expenſi relaturum, quæ deberent pro ſtatuis, ut ſolverem quandocumque mihi commodum videretur. *Nomen facere* dicitur creditor, cum in tabulis accepti & expenſi nomen ejus, cui pecuniam dabat, ſcribebat. Senec I. de Benef. *Nomina facturi diligenter in patrimonium debituri inquirimus*. Debitor dicebatur *locare nomen*. Phædrus lib. I.

Frandator nomen cum locat ſponſu improbo,
Non rem expedire, ſed malum dare expetit.

GRÆV. *Nomina ſe facturum*) Se nobis crediturum, traditurumque ſtatuas, quas ab eo emimus, non præſenti pecunia, ſed in diem. *Facere nomen* eſt credere alicui, vel cum aliquo in creditum ire, ſive pecunia mutua data, ſive merces tradita, pro qua pretium non præſens, ſed in diem dictam ſolvatur. Nomen facit creditor, cum ſcribit in libro expenſi ſe alicui tantum credidiſſe, aut mercem tradidiſſe, quam pecuniam mutuam, quave pro merce pecuniam ad diem placitam recipiat. Sen. II. de Benef.

qui ego ſum, eſſe te. Eſt ne aut tui pudoris, aut noſtri, primum rogare de die, deinde plus annua poſtulare? Sed eſſent, mi Galle, omnia facilia, ſi & ea mercatus eſſes, quæ ego deſiderabam, & ad eam ſummam, quam volueram. Ac tamen iſta ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata: plane enim intelligo, te non modo ſtudio, ſed etiam amore uſum, quæ te delectarint, hominem (ut ego ſemper judicavi) in omni judicio elegantiſsimum, quæ me digna putaris, coemiſſe. Sed velim, maneat Damaſippus in ſententia: prorſus enim ex iſtis emtionibus nullam deſidero. Tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego genus omnino ſignorum omnium non æſti-

27. *Idque fiebat præſente & vidente debitore*. Cic. pro Sex. Roſc. c. 1. debitor dicebatur *locare nomen* Phæd. I. 16. etſi eumdem *facere nomen* etiam dicat Cic. III. Off. 14. Vid. Salmaſ. de Vſur. p. 146. 147. Io. Fr. Gron.

Rogare die) Ita videtur legendum. Emere pro quo noo ſolvas, niſi ad diem. *Rogare*, puta emtum; nam cum conveniſſent, rogabat emtor: *Eſt ne mihi emtum hoc?* Plaut. Epid. III. IV. 35. *Eſt ne mihi emta hæc?* Pe. *iſtis legibus habere licet. Die*, ut Cato de R. R. 151. *Die lanam & agnos vendat*. Idem.

Plus annua poſtulare) Poſtulare ut ſummam, quam me illi debere in tabulas retulerat, intra annum non reſtituerem, ſed diutius retinerem, & ſolverem uſuras. *Annua die debere* eſt hac conditione & lege pecuniam mutuam accipere, ut poſt annum elapſum reſtituatur. Sueton. Aug. cap. 101: *Quibus ſolvendis annuum diem finit.* Senec. Suaſor. *Dicito illos tibi annua, bima, trima die debere*; hoc eſt, tribus æqualibus penſionibus intra tres annos ſolvenda eſſe. Grav. *Deinde plus annua poſtulare?*) Nam & bima & trima die, id eſt, ut poſt biennium poſt triennium ſolveretur, interdum paciſcebantur; quod ſibi non convenire judicat Cicero. Io. Fr. Gron.

Eſſent omnia facilia) Expedita. Sic Senec. de Tranquill. An. c. 1. *facilis cibus*, pro *facilis* paratu. Claud. de laud. Hercul. v. 102. Mart. X. Epigr. 47. Sall. Iug. c. 80. Cort.

Ad eam ſummam) Pro *ea ſumma*. Aug. Sueton. c. 71. Livius XLV. c. 4. Sed in his Sextum Caſum nondum ſatis perſpicere eſt, addo Cæſar. I. B. G. c. 15. Cic. II. Offic. c. 16. Dicitur tamen & alia ratione cum aliis tum Terent. Heaut. A. I. Sc. I. Et aliquo modo huc facit Propert. II. Eleg. 13. v. 21. Poſſes etiam hoc loco *ad* per *ſecundum* vel *ex* exponere, quod tamen non multum a nobis diverſit. Idem.

Attamen iſta ipſa) Sic edidit Victorius, ſic quoque prima, & Vaticanus. Pal. tamen optimus, *hæc tamen iſta ipſa*; vulgo, *iſtæc ipſa*; puſilla hæc ſunt, ſed tamen exoneranda, quia non Ciceronis. Gebhardus. *At tamen iſta ipſa*) Sic Græv. prim. aliique codd. Vulgo: *Attamen iſthæc ipſa*. Græv.

Maneat Damaſippus in ſententia) Emendi ſigna, quæ tu mihi comparaveras. Damaſippus ſe forte emturum ea ſigna dixerat, ſi minus Ciceroni placuiſſent. Bern. Rutil.

Ex iſtis emtionibus) Ex iſtis, quæ emiſti, ſignis. Græv.

Genus omnino ſignorum omnium) Sic Pall. Græv. prim. Amſtelod. ed. prim. Vict. Gebh. Vulgati: *Genus omne ſignorum omnium*. Idem.

Tanti

æſtimo, tanti iſta quatuor, aut quinque ſumſiſti. Bacchas iſtas cum Muſis Metelli comparas. Quid ſimile? primum ipſas ego Muſas numquam tanti putaſſem; atque id feciſſem Muſis omnibus adprobantibus: ſed tamen erat aptum bibliothecæ, ſtudiiſque noſtris congruens. Bacchis vero ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt. Novi optime, & ſæpe vidi: nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem, ſi probaſſem. Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum. Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe: hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe. Mercurii mallem aliquod fuiſſet. felicius, puto, cum Aviano tranſigere poſſemus. Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis: ſin autem ſententiam mutaſti, ego habebo ſcilicet. Iſta quidem ſumma

Tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti) Indicanda eſt ſcriptura veterum codicum, num forſan acutioris ingenii homines poſſint eruere aliud, quam quod in vulgatis legitur. Illi enim habent: *Tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſſe*. Sic nimirum Palatinus prim. & Amſtelod. duo Græviani: *Sumere* vero eſt emere. GRÆVIVS.

Bacchas) Baccharum imagines, id eſt, mulierum ebriarum, quaſi celebrantium Bacchi orgia. CELL. De Bacchis in univerſum earumque etiam, ut Bacchi cum Muſis, conſortio, lege late tractantem Chriſt. Gottl. Schwattzium in Miſcellan. politioris Humanitatis cap. maxime 4. CORT.

Bacchis vero ubi eſt apud me locus?) Quem nec Bacchus, nec Venus delectat. GRÆV.

At pulchellæ ſunt) Prim. Græv. *At pulcherrimæ*. IOAN.

Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori?) Hoc eſt, quid mihi prodeſt, quid me juvat Martis ſimulacrum? Horat.

Quo mihi divitiæ, ſi non conceditur uti?

Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe) Mars, & Saturnus infeſta ſigna, Mercurius boni eventus index. IOAN.

Mercurii mallem) Cujus ſignum *commune omnium* gymnaſiorum *ornamentum* nominat I. ad Att ep. 4. Hic vero in *Mercurio* joeatur, ut indicat Cellarius. CORT.

Felicius puto cum Aviano tranſigere poſſemus) Conjectura ductus arbitror legendum eſſe *facilius*; plura hoc mihi perſuadent, & quod uſitata perverſio eſt: multis enim locis has voces confuderunt librarii, ut ubi *felicior* legendum eſſet, *facilior* legeretur & contra ubi *facilior*, *felicior*. Præterea ſupra inquit, *ſed eſſent, mi Galle, omnia facilia*. Senſus denique totus elegantior & verior: nulla enim felicitas in hoc negotio reperiri poterat: ſed cupiebat Cicero invenire, quem illa capere & delectare poſſent; ſperabatque, ſi illa, quæ paullo ante expoſuit, Fabius emiſſet, facilius inventurum fuiſſe, qui ſe omni jactura moleſtiaque liberarent. VICTOR.

Trapezophoron) L. 3. D. Supell. leg. inter ſupellectilem numerantur *trapezophora*, Gloſſis *Calictaria* ſeu ligna quædam, quæ loco tripodum menſas ſuſtinent, in quibus calices ponuntur; quibus certe ſimilia apud noſtrates videre licet. CORT.

Ego habebo ſcilicet) Pal. prim. Amſtelo-

ma næ ego multo libentius emerim diverſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Omnino liberti mei video eſſe culpam, cui plane res certas mandaram: itemque Iunii, quem puto tibi notum eſſe, Aviani familiarem. Exedria quædam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani: ea volebam tabellis ornare: etenim, ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen, ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, ubi ſint, quando arceſſantur, quo genere vecturæ. Si enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem pſeudodamaſippum vel cum jactura reperiemus. Quod ad me de domo ſcribis iterum, jam id ego proficiſcens mandabam meæ Tulliæ. Ea enim ipſa hora acceperam tuas litteras: egeram etiam cum tuo Nicia, quod is utitur, ut ſcis, familiariter Caſsio. Vt redii autem, prius, quam tuas legi has proximas litteras, quæſivi de mea Tullia, quid egiſſet: per Liciniam ſe egiſſe dicebat: ſed opinor, Caſsium uti non ita multum ſorore: eam porro negare ſe audere, cum

ſtelodam. & Græcii duo, *ego habeo ſiliet*. GRÆV.

Liberti mei video eſſe culpam) In emendis iſtis ſignis. CORR.

Cui plane res certas) Cui ſic expoſueram ſententiam meam, ut ſi ille mandata tibi recte edidiſſet, errare non poſſes. Vide notas ad Sen. de morte Claud. Io. FR. GRON.

Exedria quædam mihi nova ſunt) Vitruv. V, 2. *Conſtituuntur autem in teibus porticibus exedræ ſpatioſæ, habentes ſedes, in quibus Rhetores, reliquique, qui ſtudiis delectantur, ſedere poſſunt.* GRÆV.

In porticula Tuſculani, ea volebam tabellis ornare) *Porticulas* appellat, quas Græci κοιδια; illas autem paries domus tabulis pictis veteres ornabant, quod ex Diogene quoque Laertio intelligitur, apud quem Theophraſti doctiſſimi hominis, elegantiſſimique omnium philoſophorum in teſtamento ipſius hæc verba ſunt: Ειτα τω κοιδιον οικοδομησθηναι το προς τω μαγειρω μη χειρον η προτερον, ανοιξαντα δε και τας πλινθους, εν οις αι της γης περιοδοι εισιν εις την κατω κοιλιν, *Deinde porticum parvam, quæ juxta muſeum erat, ædificari priore non deteriorem, tabulaſque, in quibus orbis ſitus ſunt, in inferiore porticu exponi.* In inferiore igitur porticu Græcus homo, & ipſe tabulas collocari mandavit, ſed in quibus terræ ambitus deſcripti eſſent, non aliquid quod poſſet coloribus, aut artificio magiſtri delectare. VICTOR.

Egerim etiam cum tuo Nicia) Epiſt. 10. libro IX niſi liberti nomen ſit hoc loco. CORR.

Is utitur, ut ſcis, familiariter Caſſio) Opinor ego quoque *Craſſo* legi propter Liciniam ſororem oportere. Io. Domus poſſeſſore. FVNC.

Per Liciniam ſe egiſſe dicebat) P. Victorius edidit *per Licinium*: quo modo ſcriptum eſt in omnibus libris manuſcriptis Memmianis. Idem Victorius edidit *Dexius*, pro quo noſtri libri habent *Decius*, & item vulgati. Ego *Decimus* legendum puto. LAMB.

Eam porro negare) Sic Pall. pr Græv. duo Amſtelodam. niſi quod in nonnullis legatur *meam*; vulgati *negat* legunt. GRÆVIVS.

Vt

cum vir abeſſet (eſt enim profectus in Hiſpaniam Dexius) illo & abſente, & inſciente, migrare. Eſt mihi gratiſsimum, tanti a te æſtimatam conſuetudinem vitæ, victuſque noſtri: primum ut eam domum ſumeres, ut non modo prope me, ſed plane mecum habitare poſſes; deinde ut migrare tantopere feſtines. Sed ne vivam, ſi tibi concedo, ut ejus rei tu cupidior ſis, quam ego ſum. Itaque omnia experiar. Video enim, quid mea interſit, quid utriusque noſtrum: ſi quid egero, faciam ut ſcias. Tu & ad omnia reſcribes, & quando te exſpectem, facies me, ſi tibi videtur, certiorem.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Exponit, quam injuſte ſibi Tigellius iraſcatur. Cæſare quartum conſule ſine collega.

CICERO M. FABIO GALLO S. D.

AMoris quidem tui, quoquo me verti, veſtigia: vel proxime de Tigellio. Senſi enim ex litteris tuis, valde

Ut migrare tanto opere feſtines) Sic edidi amplexus fidem Naugerii, & Victorii, cum vel Lambinus, vel Manutius inceperint edere *tantopere*, quod vulgo continuatur. Ut dicam quod ſentio, etſi hæ epiſtolæ fluctuent inter has duas lectiones, & modo hanc, modo illam occurrere videamus, ego tamen ſine dubitatione cenſeo, eam varietatem eſſe edentium culpam, qui veruſtiſſimum codicem non ſunt adſequuti, in quo ubi occurrit *tantopere*, factum eſt ab ſcriba vel forte, vel de induſtria, dum caute imitatur exemplum antiquius, quod paſſim diſcimus noluiſſe committere duas vocales. Etiam propter eoidem & Manutium dolevi Gebhardum in præcedenti periodo *eam porro negare ſe and.* cum Lambinus ſit, qui edidit *ea p. negat*. Ex quibus duobus etiam epiſt. 32. exhibui *cohortare & confirma & redde plane meum*, ut etiam habet Lambinus, cum nunc omittant ſecundam copulativam. JAC. GRON.

Ne vivam, ſi tibi concedo) Formulam *ne vivam*, vidimus ſupra ep. 13. quid ſit *non concedo*, videas ex illis IV. ep. 3. *Sic a me diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini*; adde V. ep. 21. CORT.

Si quid egero, faciam ut ſcias. Tu & ad omnia reſcribes) Pal. prim. *Si quid egre faciamus ſcias tu, & ad omnia reſcribas*, Meus primus: *Si quid ego faciamus ſcias tu, & ad omnia reſcribas*. Forte ſcripſit Cicero: *Si quid egero faciam ut ſcias tu, & ad omnia reſcribas*. GRAEV.

EPISTOLA XXIV.

VEL *proxime de Tigellio*) M. Tigellio Hermogene, Sardo cantore. CORR. In negotio & cauſa Tigellii, vi-

valde te laboraſſe. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de re. Capius (opinor) olim, non omnibus dormio: ſic ego non omnibus, mi Galle, ſervio; etſi quæ eſt hæc ſervitus? Olim, cum regnare exiſtimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore obſervor a familiariſſimis Cæſaris omnibus, præter iſtum. Id ego in lucris pono, non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua: eumque addictum jam tum puto eſſe Calvi Licinii Hipponacteo præconio. At vide, quid

de adducta ep. 14. ut *feciſti de Britannis*. CORT.

Capius, ut opinor, olim) Ita ſcripſimus, ut ab aliis reſtitutam fuerat. Medicæus tamen *Citius*. Apud Feſtum Pompeium, a quo hoc proverbium explicatur, *Capius* legitur. Nec tamen eſt, quod ſe tintonio hanc ſirmiter credamus: ipſius enim commentarii ut improbe olim detruncati fuerunt, ita nunc multis maculis fœdati ſunt. Plutarchus in Erotico, qui totam hiſtoriam accurate exponit, nequam hunc hominem Cabbam, vel Calbam potius appellat. Totus autem locus ab Eraſmo in Proverbiis expreſſus eſt. Animadvertendum tamen, quis fuerit ille Mecœnas, a quo uxorem ſuam ſubigitari tam æquo animo *Capius* hic, ſive Cabba paſſus ſit: non enim familiaris ille Auguſti Cæſaris eſſe potuit. nam antiquius ejus ætate hoc proverbium fuit: a Cicerone enim adducitur, & a Lucilio quoque, vetere poeta, celebratum fuit. Præterea in verbis Sex. Pompeii cogitandum, an παραγχος legi debeat, quod puto: quem enim locum ibi *parasencho* hoc caſu habeat, non video: quamvis docti viri mendum in illis eſſe ſuſpicati non ſint. VICTOR. *Capius*) Qui *Parasencho* dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius ejus uxor mœcharetur. CORR. *Capius* (*opinor*) *olim*, *non omnibus*, &c.) Sic legendum cenſet Anton. Auguſtinus: non *Cepius*, neque *Capius*: quamvis ita ediderit P. Victorius. Noſtri quidem codices, (Memmianos dico) partim ſic habent, partim *Citius*. Sed omnem dubitationem tollit Sex. Pompeius, in proverbio. *Non omnibus dormio*; ubi docet, proverbium videri natum a *Capio* quodam, qui *parasencho* dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunius uxor ejus mœcharetur. Eumdem commemorat & Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ, ubi tamen Καββας nominatur, ſi locus emendatus eſt. LAMB. MSus Pal. prim. Graeviani bini, Amſtelod. *Cicius*, aut *Citius* ſcribant. GRAEV.

Non omnibus dormio) Vide Eraſmi proverbia. CORR. Simulaverat enim ſe dormientem, quo impunitius uxor mœcharetur, inquit Feſtus. *Omnibus* eſt, in commodum omnium, pro omnibus, ut ſæpe monitum, V. ep. 3. VI. ep. 7. Sic Cicero non *omnibus* ſervit; etſi *in gratiam* quorundam ſervire videatur; non omnibus tamen procederet, qui ſervitutem ſibi intentare vellent, ex quorum numero Tigellius. Convenit fere Propert. II. Eleg. 18. v. 19. CORT.

Cum regnare exiſtimabamur) Nam Torquatus in cauſa P. Sullæ Ciceronem *Regem* appellavit. CONRAD.

Præter iſtum) Tigellium. IN.

Id ego in lucris pono - - - - patria ſua: - - Calvi Licinii Hipponacteo præconio) *Patria ſua*, Sardinia, quæ hodieque peſtilens eſſe dicitur. *Calvi Licinii*, Cornelii Licinii Calvi poetæ. *Hipponacteo præconio*) Iambico ſeazonti, ſic ab auctore appellato; quale eſt illud,

Sardi Tige li pavidum caput venit.

Præconio autem dixit, quia præco Sardos venales pronuntiabat. IN. *Id ego in lucris pono non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua: eumque addictum jam tum puto eſſe Calvi Licinii Hipponacteo præconio*] Manuſii interpretatio non poteſt probari. Ego *Hipponacteum* carmen

quid ſuccenſeat. Phameæ cauſam receperam, ipſius quidem cauſâ: erat enim mihi ſane familiaris. Is ad me venit, dixitque, judicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die, quo de P. Sextio in conſilium iri neceſſe erat: reſpondi nullo modo me facere poſſe, cum vellem: alium diem ſi ſum-

men ab *Licinio Calvo* in ipſum *Tigellium* ſtrictum fuiſſe cenſeo. Nam quid eſt ſtudioſum eſſe vertuum? num libenter eos legere? Si quia docti & diſerti erant, auctoris ingenio, non odio ejus, in quem facti erant, placebant: ſin, quia Ciceronem oderat, & gaudebat ejus contumelia, ulla gravior præceſſerat cauſa ſimultatum, neque pro magno putaret Cicero non ſolum ab homine carmina in ipſum ſcripta legente. *Calvus* immo *Tigellium* olim probroſo carmine infamaverat, & meritis, opinor, inuſſerat turpitudinis notis. Hoc dicit αλληγορικως Cic. *addictum Hipponacteo præconio*. Præconum eſt proclamare venales, eorumque prædicare virtutes & artes, ut citius emtorem inveniant: iidem addicebant emtori, ſeu jubebant emtorem ducere eatum, ubi de pretio convenerat. Cic. pro Rab. Poſtumo repetundarum reo: *Tua, Poſtume, nummo ſeſtertio a me addicuntur. O meum miſerum acerbumque præconium!* Ita proſcripſit proclamavitque Hipponacteo carmine Tigellium, & prædicavit publicavitque ejus ſcelera & vitia, & hominem duraturæ in æternum infamiæ quaſi addixit Calvus. Suſpicor autem ſupervacaneæ eſſe duo verba, *puto eſſe*; ut fuerit: *Non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua, eumque addictum jam tum Calvi Licinii Hipponacteo præconio*. Eum præſertim, inquit, quem jam ante tot annos prædicavit *Calvus* ut *Hipponax* Anthermum & Bupalum: quaſi præco venalem expoſuit cum ornamentis omnibus, tradiditque infamiæ velut proprium & addictum. GRONOV.

Vide quid ſuccenſeat) Propter quod, uti ſupra ep. 12. Sed non aliter dicitur, ac Claudian. III. Rapt. v. 295. de quibus ad IX. ep. 3. CORT.

Phameæ cauſam receperam) Contra pueros Octavii. COAN.

Ipſius quidem cauſa) Phameæ. IO.

Erat enim mihi ſane familiaris) *Phameæ*, qui mihi in conſulatus petitione pollicitus erat, ſi quid opus eſſet. IO.

Operam dare) Non tantum *aurium*, ut locutus eſt Plaut. Bacchid. A. IV. Sc. IX. v. 72. ſed etiam deciſionis. Nam hæc eſt opera, quæ a judicibus exſpectatur. Sic *tibicen* dicitur *operam dare Bathyllo*, apud Phædr. V. Fab. 7. v. 5. qui accinit ſaltanti Bathyllo. CORTIVS.

De P. Sextio) Epiſt. 18. lib. V. COAN.

In conſilium iri neceſſe erat) Magis placeret *ire*, ut ad Ciceronem referatur, ob ea, quæ ſequuntur. Eſt autem antiqua formula, quæ in fragmento etiam Serviliæ legis reperitur, quod exſtat apud me in ære inciſum: *Verba audeire, in conſilium eire indicere, dicam neive, iudicium, dimittere, iubeto, niſei quom. ſenatus*, &c. Vasin. Vid. Manut. *Neceſſe erat*) Lege Pompeia, qua dies judiciorum præfiniti fuerant. COAN.

Reſpondi nullo modo me facere poſſe, cum vellem) Ita olim emendavi, imprimique juſſi: nam, quemadmodum nunc oſtendam, in melioribus libris hæc fere ſcriptura invenitur, quam Manutii probant, quamvis inſimulent me alium ſenſum ex iis verbis acceptiſſe, quod culpa impreſſorum non bene interpunctionibus diſtincta ſint: quaſi ab illo, qui penitus ſtultus non ſit, alius ullus ſenſus ex iis verbis elici poſſit. Ego autem impreſſioni non interfui, nec quæ iſtud hominum genus quotidie turbaret, corrigere potui: nam ſæpe me queſtum eſſe de iſtorum negligentia in meis ſcriptis, omnibus notum eſt. Sed, his relictis, Mediceus codex hanc ſcripturam retinet: *Reſpondi me nullo modo facere poſſe, quem vellem alium diem ſi ſumſiſſet*, & quæ ſequuntur: non ſine aliqua omnino perverſione: aliquid enim neceſſario in ea vitii eſt, ſive prior

ſi miſiſſet, me ei non defuturum. Ille autem, qui ſciret, ſe nepotem, bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſceſsit a me, ut mi videbatur, iratior. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Cognoſti meam cauſam, & iſtius

illa, ſive poſterior lectio magis probetur. Quare ſæpe de hoc loco ſolliciti fuimus: ac quandoque veriti ſumus, ne peccaverimus, quod aliquid tunc immutarimus: nam ita peccatum eſſe potuit ab vetere librario a dictione illa *vellem*, ut in altera *quem*: peccatum enim omnino fuit. Aut enim legendum eſt *cum vellem*, ut nos tunc ſcripſimus, aut *quem vellet*, quemadmodum antea in impreſſis libris legebatur: nam recepta lectio non malum intellectum habebat: declaratur enim magis per illam liberalitas Ciceronis, & cupiditas ſatisfaciendi Phameæ, qui affirmat eum uno illo excepto omnibus aliis diebus in poteſtate ipſius fore. Hæc omnia accuratius acuti ac docti viri perpendent: & quid de tota hac re faciendum ſit ſtatuent. VICTORIVS. *Cum vellem* | Libri vulgati & nonnulli ſcripti habent *quem vellet*, *alium diem ſi ſumſiſſet*, &c. Nos P. Victorii emendationem ſecuti ſumus. LAMB. *Reſpondi nullo modo me facere poſſe cum vellem; alium diem ſi ſumſiſſet*) Vide num melius legatur: *Reſpondi nullo modo me facere poſſe; quem vellet alium diem ſi ſumſiſſet*. VRSIN. *Cum vellem al. d. ſi ſumſ.* | Hæc eſt Vaticani codicis lectio, in Victoriana quoque editione conſpicua; vulgo *quem vellet*. GRON. Lectionem, quam probarunt Victorius, Lambinus, Gebhardus, firmat meus fidiſſimus codex, ſed aliter diſtinguit, & meo judicio verius: *Reſpondi id nullo modo me facere poſſe cum vellem; alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum*; hanc ſcripturam ſecutus ſum, quam video & aliis probari. GRAV.

Qui ſciret | Quaſi ob hoc criſtas erigeret, & Ciceronem putaret negare ſibi nihil debere, quia Tigellii avus eſſet lo. FR. GRON.

Nepotem bellum | Tigellium. COBR. *Bellum tibicinem*. Si ad Horatianum Tigellium hæc epiſtola ſpectat, hoc ipſo ineptum ejus *cantandi* ſtudium perſtringitur, nec eſt, quod in proximis *unctorem* in *cantorem* refingatur, quod denotat vel ἀκυβόλους Tigellii, de quibus Creſoll. Theatr. Rhet. III. c. 18. vel, quod potius eſt, delicatulum Rhetorem fuiſſe. Simul *tibicen* appoſite ille, qui cauſam agit; dicitur, cum Sidonius ſerio Vl. ep. 1. Lupum Tricaſſinum ita alloquatur: *Noſti peritiſſimus tubicen ad Chriſtum a peccatis receptui canere*. Nec aliter alii ejuſdem præſertim ætatis. Iratus igitur Phameæ, quod Ciceronem requiſierit, cum haberet nepotem bellum Oratorem. Si hæc diſplicent, intelliges ſimpliciter iſtum iratum fuiſſe, quod Cicero illi non gratificatus eſſet, cum tamen vel propter Tigellium id facere debuiſſet, hominem tam gratum Cæſari. CORT.

Sat bonum unctorem) Alias *infectorem*, al. *cantorem*. CONRAD. *Vactorem*) Sic habent etiam noſtri libri veteres, non diſcrepantes a vulgatis. Quidem legendum putant *& ſat bonum cantorem*, ego nihil muto. LAMBIN. *Et ſat bonum uactorem*) Alii ex conjectura, *ſat bonum cantorem*: ego miror, cur hoc velit quoque Manutius. Sic autem eſt in Pal. editione primaria, ac Victorii: duo Guilielmii *victorem*: unde ille facit *vietorem*. GRON. Grævil prim. *uactorem*. Amſtelod. *auctorem*. GRAV.

Sardos venales | Eraſm. in proverbiis. COBR. *Habes Sardos venales, alium alio aequiorem* | Nempe Phameam, & M. Tigellium Hermogenem, nepotem illius, modulatorem optimum, in Sardinia natum, ut notat Acron. Proverbio hoc utebantur de hominibus impeobis, nequitia & fraude inter ſe certantibus, ut qui alteri præferendus ſit, non facile poſſit intelligi. Proverbio dederunt originem Sardiniæ captæ venales, qui nequiter ſervierunt, & improbitatis ac nequitiæ palmam tulerunt inter mancipia: non vero a Vejen-

iſtius Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte; cupio enim legere: me adhuc non legiſſe, turpe utrique noſtrum eſt.

EPISTOLA XXV.

ARGVMENTVM.

Epiſtolam Galli non conſciſſam ſignificat. Monenti, ut de Cæſare caute loquatur, & ſcribat, gratias agit. Hortatur, ne ſcribendi exercitationem intermittat. Eodem anno.

CICERO M. FABIO GALLO S. D.

QVod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare: ſalva eſt, domo petes, cum libebit. Quod autem me mones, valde gratum eſt; idque ut ſemper facias, rogo.

Vejentibus, qui quoniam Etruſci ſunt, hi vero Coloni Lydorum, quorum caput fuerit Sardes, a quo *Sardi* dicti ſint, ut Feſtus & Plutarchus docent. Nam a *Sardes* eſt *Sardianus*, a *Sardinia* vero *Sardus*. Sic recte hoc proverbium exponit, & pluribus refellit Feſti & Plutarchi ſententiam Gronovius IV. de Pec. Vet. c. 10. quod vide. GRAEV.

Cognoſti cauſam meam) Intellexiſti, & adprobas juſtiſſimam meam excuſationem. Vide de Pec. vet. IV. 3. I. FR. GRONOV.

Salaconis) Cœlius lib. VII. cap. 16. CORR. *Et iſtius Salaconis*) Vtitur hac eadem voce epiſtola 18. libri XVI. ibi *Salaco nequiſſimus*. Σαλακων (inquit Suidas) ὁ προσποιουμενος πλουσιος εἶναι, πενης ων, αλαζων: hoc eſt, *Salaco*, *is qui ſimulat ſe divitem eſſe, cum pauper ſit. Arrogans*. Alii *Salaconem* quemdam, Autolyci patrem, mollem, & delicatum fuiſſe tradiderunt; ab eo molles, & delicatos, & impudicos, *Salaconas* appellari: & Σαλακωνιζειν, τον προκτον αισχρος κινειν: quod Latini dicunt *Cevere*. Quamquam in epiſtola illa 18. alii legunt *helico*, alii *heluo*, alii *filico*. Eſt autem *Filico*, homo nullius uſus, ut docet Feſtus. *Heluo* vero, ſtupidum, hebetem, languidum ſignificat, LAMB. *Salaconis*) Hominis mollis, aut in paupertate valde ſuperbi. Vid. Manut. GRAEV.

Catonem tuum) Librum a te de M. Catone ſcriptum. CORR.

EPISTOLA XXV.

Salva eſt domi, petes cum libebit) Sic legitur in cunctis impreſſis, a quibus Medicæus diſſentit. *Domo* enim, non *domi* habet; quæ ſcriptura ſi attente conſideretur, fortaſſe pejor inelegantiorque non erit: ita autem diſtingui debet: *Salva eſt, domo petes cum libebit*. Cum enim dixit *ſalva eſt*, eripuit illi errorem, in quo erat, qui arbitrabatur illam conſciſſam, & ex ea re dolorem capiebat: cum addidit *domo petes*, declaravit penes ſe illam eſſe, ſeque illius copiam ei facturum ſemper eſſe. *Domo petes*, dictum eſt, quemadmodum etiam *petere a Græcis*, *petere e macello*, aliis in locis Cicero dixit: eſt enim peculiaris ipſius locutio, non alia ratione, quam *aſſerre domo*, *depromere domo*. Qui vero receptam lectionem retinere volet, non magnopere me adverſum habebit: atque is tamen non moleſte ferret, me

go. Videris enim mihi vereri, ne, si istum habuerimus, rideamus γελωτα σαρδονιον. Sed heus tu, manum de tabula: ma-

ea occasione alium locum manifeste corruptum restituisse. VICTOR. Hunc locum de Oratore, ut & alium quem in Oratione de Haruspicum Responsis hac occasione emendavit Victorius, quoniam prolixior est, reiicimus in calcem, & notis Manutianis subnectimus. Ceterum quoniam & meus vetustus codex contentit Medicæo, nullus dubitavi, eam lectionem recipere. GRAV.

Si istum habuerimus) Medicæus liber, *nisi istum habuerimus*. Semper mihi suspectus hic locus, ac merito quidem fuit: & est sane tota epistola obscurior. Quid mihi in mentem non multo ante venerit, libet narrare. Arbitror legendum esse, *nisi istum caverimus*. Quibus autem argumentis ductus hoc faciam, cum exposuero, qui non probat, totam opinionem meam rejiciat. Sententia, ut patet, egregia est: intelligit enim per *istum*, Cæsarem, cujus voluntatem lædebant, quod perpetuum inimicum ejus laudabant, quem Gallus putabat cavendum, ac pertimescendum, quod quibus vellet, incommoda multa conciliare posset. In dictione etiam illa immutanda, nulla aut parva licentia nos usos nunc ostendemus. Observavimus aliis in locis in Medicæo codice *h* pro *c*, positam esse, ut in epistola Lentuli ad Ciceronem locus ille sic legitur, 179. *Præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius horum*. In antiquis etiam lapidibus ita quandoque scriptum est, ut docti & diligentes viri adnotarunt: nam sæpenumero veteres librarios pro *v*, *b* scripsisse, & contra, magis notum est, quam ut exemplis confirmari oporteat. Addam (quamquam vereor ne hæc mea diligentia nimia nonnullis in re satis aperta videatur) aliis in locis in Medicæo me observasse duo *u u*, posita esse, ubi unum satis erat, ut in epistola ad Cælium sic locus ille legitur, 28. *Præsertim contra eum, cui spero me satisfeciſſe*. Nam apte respondere hoc verbum superiori perspicuum est. Sic enim crebro Cicero locutus est. II. Philipp. *Et simul admonent quidquam, quod cavebimus*. II. *A quo admoniti, diligentius & vigilantius cavemus Antonium*.. Memini disertum, nobilissimum virum, & summa ingenii laude florentem, cui ego & in secunda & in adversa fortuna valde amicus fui, sed magis in perditis ipsius rebus officii gratia familiaris, qui & ipse hunc locum depravatum esse censebat, sic eum emendare solitum, *ne si stilum acuerimus*. Nondum autem quæ a me supra exposita sunt, excogitaveram, ut videre potuerim, quid ipse acutissimi ingenii vir de hac mea suspicione sentiret. Illum autem nomine etiam appellarem, si arbitrarer hanc rem posse ei aliquam laudem afferre. VICTOR. *Si istum*) Tigellium, vel Phamean potius, quam Cæsarem significat, propter proverbium quod addit, & nescio quam suspicionem, de qua lib. XIII. ad Atticum scribit. CONRAD. *Nisi istum caverimus, &c.*) Locus est obscurissimus & corruptissimus: sic autem fere habent libri manuscripti, parum discrepantes a vulgatis: *Videris enim mihi vereri, nisi istum habuerimus, &c.* vulgati autem sic: *Vid. enim m. v. ne si istum habuerimus, &c.* Victorii igitur conjecturam, ut probabilem, secuti sumus jam olim in priore editione: neque hic mutavimus: sed videtur mihi longe acutior & ad sententiam accommodatior ea, quam ille refert, neque cujus sit, adscribit, *ne si stilum acuerimus, &c.* Itaque hanc libenter amplecteremur, si nobis per judicium & assensum eruditorum liceret. LAMBIN. Græcii liber primus legit *nisi*, non *ne si*. GRAV.

Γελωτα σαρδονιον) Proverbium de iis usurpatum, qui risu & jocis sibi nocivum concitant periculum: vide Erasm. in proverb. IDEM. Aliunde Zenodotus in Collectaneis suis originem proverbii derivat; aliunde Timæus apud eumdem. In hoc autem con-

la: magiſter adeſt citius, quam putaramus. Vereor, ne in Catonum Catoninos. Mi Galle, cave putes quidquam melius,

conveniunt, quod *riſus* ſit *ſollax*, hoc eſt, cum malo quodam conjunctus. Ab *herba Sardoa* homines ita decipiente derivat etiam Servius ad IV. Eclog. Virg. v. 24. & VII v. 41. quem vide. Cort.

Manum de tabula) De libro, in quo de Catone tu quoque ſcribis. Conrao. Alluſum putat Eraſmus ad dictum Apellis, quo ille dixerat uno ſe præſtare Protogeni, quod *hic manum de tabula neſciret tollere, memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam*, inquit Plinius XXXV. c. 10. Sic Ciceronem ſeſe & Fabium admonere, deſiſtendum eſſe a dicteriis. Sed forte ad illos pertinet, qui ſunt ſub magiſtro, & illo abſente tabulam, vel picturam, vel aliam rem contrectant. Saltem utrumque Cicero reſpexiſſe poteſt. Cort.

Magiſter) Auctioois, vel potius Dictator, qui *Magiſter populi* dicebatur. Corrad.

Adeſt citius) Ex bello Hiſpaoienſi, contra Pompeii filios geſto rediens. Idem.

Vereor ne in Catonium Cato nos) Locus valde obſcurus, nec uno modo in omnibus exemplaribus ſcriptus. Medicæus & quique optimi libri pro *Cato nos*, *Catoninos* habent: quod non improbavi. Mendi autem notam hic adpoſui, quia in priore quoque voce diverſos antiquos codices inveni: nec apud me conſtituere potui, quæ ſincerior lectio habenda eſſet. Quamvis autem certam ex tam dubio & contaminato loco ſententiam vix elici poſſe putem, tamen non veritus ſum quid ſentiam exponere. Per *magiſtrum* arbitror, eum intelligere Cæſarem dictatorem. *Manum* autem *de tabula*, proverbium eſſe exiſtimo ſumtum a puetis pictorum, qui abſente magiſtro ſumto penicillo aliquid & ipſi furtim in tabula pingere conantur: quo repeote ſupervenieote, admonentur a ceteris, ut cito manum de tabula removeant, oe in illos magiſter animadvertat. Monet igitur Cic. Fabium, ut appropinquante Cæſare manum & ipſe de tabula cito auferat: ſcribebat enim Catonem, quæ ſcriptio parum Cæſari grata & iucunda eſſe poterat, & quæ inimiciſſimum illi hominem ſummis laudibus ornaret. Cum autem ſe quoque cogitaret, quia & ipſe etiam Catonem ſcripſerat, apud eum offendiſſe, ſubjungit, *vereor ne in Catonium Catoninos*, id eſt, timeo ne Cæſar commotus ita ad inferos demittat Catoni deditos, & Catonem amantes, id eſt, meipſum, & te, qui Catonis laudes ſcripſimus. *Catoninos* autem pro *Catonianos* dictum videtur, quemadmodum ſæpe veteres locutos paullo poſt oſtendam. Nam & Aulus Gellius videtur oſtendere *Catonium* pro inferis ſumi quandoque ſolitum. Sic enim lib. XVI. Noctium Atticarum, c. 7. quod contra Labetium ſcriptum eſt, inquit, poſtquam oſtendit illum multa verba licenter novaſſe: *Neque non obſoleta quoque & maculentia ex ſordidiore vulgi uſu ponit, quale eſt in Staminariis:*

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium.

Vbi unum adnotandum eſt, quod vidi priſcum eius ſcriptoris & valde probatum exemplar, quod *Catonum* non *Catonium* in eo verſu habet, quemadmodum in hac epiſtola in melioribus exemplaribus ſcriptum eſt. Et hæc cauſa fuit, quod e regione ejus vocis aſteriſcum adpoſui. Quis enim dijudicare poſſit, impreſſis ne codicibus, an potius priſcis exemplaribus maior fides habenda ſit in dictione jam pridem obſoleta, & cujus certam rationem nemo aſſignare poſſit? niſi illa a Græco adverbio κατω originem ducat, quod & ipſum inferiora & ſubterranea loca ſignificat. Victor. Medicæus codex: *vereor ne in Catonum Catoninos*. Ita accurate olim de hoc loco diſſerui, ut neceſſarium eſſe non exiſtimem, verbum de hac re addere: omnino enim cenſeo *Catoninos* pro *Catonianos* ſcriptum fuiſſe, & intelligi debe-

lius, quam epiſtolæ tuæ partem ab eo loco: *cetera labuntur*. Secreto hoc audi, id tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris: præter duo nos loquitur iſto modo nemo: bene, male ne videro.: ſed, quidquid eſt, noſtrum eſt. Vrge igitur, ne tranſversum unguem (quod aiunt) a ſtilo: is enim eſt dicendi opifex: atque equidem aliquantum jam etiam noctis aſſumo. Vale.

EPI-

debere Catonis ſtudioſos. Nam quin, ſive *Catonum*, ſive *Catonium* legendum ſit (nihil enim certi de hac voce afferre poſſum,) ea dictione inferos & ſedem mortuorum intelligat, non dubito. IDEM. *In Catonium Cato nos*] Al. *In Catonem Catonianos*: de quo loco multi multa ſcribunt, ſed de *Catonio* Gellius lib. XVI. c. 7. CONRAD. *Vereor ne in Catonium Catoninos*] Etiam hic locus valde eſt obſcurus, & fortaſſe corruptus: ego quidem antiquam ſcripturam religiose ſecutus ſum. Videtur autem ſignificare, metuendum eſſe, ne Cæſar, quem *magiſtrum* dicit, eos, qui laudes Catonis ſcripſerunt, ad inferos præcipites agat. Vox *Catonium* a Laberio uſurpata eſt, ut refert Gellius lib. XVI. c. 7.

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium.

Quamquam doctiſſimi quidam viri legunt *Catonum*, & hic, & apud Laberium, interpretanturque catenam: & ita P. Victorius edidit. LAMBINVS. *Vereor ne in Catonium Catoninos*] Ita Pal. editioque Victorii; nec longe abit impreſſio prima, *in Catonem Catoninos*. Malebat tamen Victorius, ſicut & apud A. Gellium *Catonum*. Alii tamen, *ne in Catonium Cato nos*. Muretus vero pro *Catonium* malebat *Charonium* ex Polluce. Notat quoque Guilielmius ex ſuorum uno: *Catonum, Cato nos*. Vulgatum eſt: *ne in Catonem, Cato in nos*: quod licet multis logis explicet Manutius, cordatiorum tamen nemini probaverit. GERHARD. Grævii primus, *Vereor ne in Catonum Catoninos*. GRAV. *In Catonium*: id eſt, ne morte adficiat Catonianorum partium homines & orco demittat: ſic circumſcribit hæc Salmaſius ad Spartian. Adrian. cap. 28. p. 171, quem & de formatione vocis conſulas. Voſſius, & cum eo Cl. Græv. ad Iſidori Gloſſas p. XIV. 6. intelligit ergaſtulum: catonium enim IIII *ſubterraneum*, qualia ſunt ergaſtula. Tu intellige, quod volueris. CORT.

Cetera labuntur] Verba Fabianæ epiſtolæ. CONRAD.

Secreto hoc audi, tecum habeto] Pal. prim. *Secreto hoc audii, te cum habeto*; ſed optime meus vetuſtus: *Secreto hoc audi, id tecum habeto*. GRAV.

Vrge] Al. *urgeo*: & ſane his temporibus multa ſcripſit Cicero. CONRADVS.

Tranſvorſum unguem] Eraſm. in proverbiis. IDEM. *Nec tranſversum unguem, quod ajunt, a ſtilo*] Pal. pr. *Me tranſversum unguem, quod ajunt, a ſtilo*. Scribe, uti in meo habetur: *Ne tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtilo*. GRAV.

Is enim] Stilus. CONRAD.

Atque equidem] Rectius legitur in manuſcripto, *atqui ego quidem*. VASTIVS. Sed pro vulgata ſtant Grævii primus, Pal. prim. aliique complures libri. GRAV.

Epi-

EPISTOLA XXVI.

ARGVMENTVM.

Scribit ſe in morbum incidiſſe, quia ſuaviter conditas herbas parum caute comediſſet: ſibi tamen jam eſſe melius, & manſurum in Tuſculano, quoad ſe reficiat. Scripta videtur epiſtola eo anno, quo P. Lentulus, & Q. Metellus Nepos conſulatum geſſere: nam Lentuli filium, cujus auguris cœna hic nominatur, eo anno augurem creatum, oratio pro Sextio declarat his verbis: Video P. Lentulum in hoc miſero ſqualore & ſordibus: cui ſuperior annus idem & virilem patris, & prætextam populi judicio togam dederit.

CICERO GALLO S. D.

CVm decimum jam diem graviter ex inteſtinis laborarem, neque iis, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere, quia febrim non haberem, fugi in Tusculanum: cum quidem biduum ita jejunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. Itaque confectus languore & fame, magis tuum officium deſideravi, quam abs te requiri putavi meum. Ego autem cum omnes morbos reformido, tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat,

EPISTOLA XXVI.

GALLO S. D.) Fortaſſe Q. Fabio Sangæ Gallo; nam in veteribus libris ſuperiores epiſtolæ, poſt librum ad M. Varronem ſcriptum ſunt poſitæ: hæc & ſequens, hoc loco: & hic Gallus exſulabat Cæſare Dictatore, ille Romæ erat: hic Epicureus erat, ille Academicus: hic neſcio quid ad Ciceronem detulit, quod Sangæ propter conjurationem convenit: ille nihil, quod ſciam. CONRADVS.

Ex inteſtinis laborarem) Id eſt, δυσεντερία. IDEM.

Neque iis, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere) Meus codex omittit *iis*, & elegantius intelligitur, ut in plurimis aliis locis. GRAV.

Tum in quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt) Sic Gebhardus edidit: vulgo: *Tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt*. Sed rectius veteres libri, prim. Pal. Amſtelodam. meus, Victor. & Ven. edd. *Tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt*. Mallem tamen cum Manutio: *Tum quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt*. Sententia ſane hanc lectionem poſtulat. IDEM. *Tum quo Epicur.* Hoc eſt, tum hunc maxime, quo Epicurum laborantem Stoici reprehendebant, quia putabant eum his morbis exagitatum fuiſſe ob edacitatem & impudicitiam. QVART. Lectio hæc eſt Manutii

dicat, δυσεντερικα, και δυσεντερικα παθη ſibi moleſta eſſe: quorum alterum, morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Sane δυσεντεριαν pertimueram. Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam feneſcentis morbi remiſsio profuiſſe. Attamen, ne mirere, unde hoc acciderit, quomodove commiſerim: lex ſumtuaria, quæ videtur λιτοτητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fun-

nutii ex aliquot veteribus libris: adprobat Grævius, quod nempe ſenſus ita requirat. Reliqui *quod*: id Cl. Bengelius arripuit & per *quia* explicat, ita ut verba inde a *quod Epicurum* uſque *turpioris intemperantiæ* parentheſi ſimul includat, & *tum jam δυσεντεριαν pertimueram*, conjungat. Non ita male. CONT.

Quia dicat δυσεντερικα και δυσεντερικα παθη ſibi moleſta eſſe) Multis modis quidam peccant in hoc loco: tria enim verba nullorum antiquorum codicum teſtimonio citato, neque ullis etiam argumentis, quæ id ſaltem confirment, allatis, contaminant, aut tollunt. Nam quod erat *in* omnibus & manuſcriptis, & impreſſis libris, *quia dicat*, commutant, & ex illis verbis *sui dicent* faciunt: præterea *ſibi* ab ipſis etiam in priore ſua editione receptam vocem delent. Scriptura, quam ſecuti ſumus, in omnibus vetuſtis exemplaribus eſt. Sententia, quam habet, diligenter a nobis in prioribus noſtris ſcriptis expoſita eſt, & auctoritatibus doctiſſimorum virorum confirmata. Quod in epiſtola ſua confeſſus eſt Epicurus, ſe torminibus ac ſtillicidio laborare; acerrimi ipſius adverſarii Stoici, occaſione ea arrepta, maledicebant illi, & adhærebant, merito id ipſi evenire, quod intemperantiſſimus eſſet, ac obſcœnis voluptatibus deditus: res tota a nobis tunc explicata. Indicavimus epiſtolam Epicuri, in qua verba illa erant, expreſſamque eſſe docuimus a Cicerone elegantiſſime: cujus tamen (ut quæremus labore aliis libereamus) partem illam adducemus, quæ hoc narrat: Την μακαριαν αγοντες και αμα τελευτωντες ημερας τον βιον, εγραφομεν ὑμιν ταυτα, ερχομενοι εις τε παρακολουθουντα και δυσεντερικα παθη ὑπερβολην εκ απολειποντα τω εν αυτοις μεγεθει. Ita autem a Cicerone reddita eſt: *Cum ageremus vitæ beatum, & eumdem ſupremum diem, ſcribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant veſicæ, & tormina, ut nihil ad rerum magnitudinem poſſet accedere.* VICTOR. Expoſitionem hanc habes mox not. IX. Δυσεντ. παθ.) *Veſicæ & viſcerum morbi.* Sic enim ipſe interpretatur Cicero. CONRAD. *Tibi moleſta eſſe*) Nam Stoici nihil eſſe dicunt malum, niſi quod turpe, aut vitioſum eſt. IDEM. *Quia dicat*) Epicurus ad Idomeneum ſcribens, quam epiſtolam vide in Laertio. GRÆV.

Δυσεντεριαν) *Viſcerum morbum*, ſive *tormina*; ita enim quoque vertit Cicero. CONRAD.

Lex ſumtuaria) Vide Plinium, Gellium, & Macrobium. IDEM. Gell. II. 24.

Ea mihi fraudi fuit) Hoc eſt, nocuit, damno fuit. Vid. Manut. GRÆV. *Ea* ſignanter, & velut ex abundanti indicat, ut ep. 9. II. de Offic. c. 6. Sall. Cat. c. 37. CONT.

Terra nata, quæ lege excepta ſunt) Etſi nihil mendi ſit in his verbis, volui tamen ut melius hic locus intelligatur, verba ex Athenæo legis Fanniæ ſumtuariæ adponere, quæ & ipſa omnia, quæ oriuntur e terra excipiebat. Cum enim aliis cibis & dapibus modum quemdam ſtatueret, olera, legumina, & cuncta quæ terra fert, concedebat; ſunt autem lib.

fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius: in eas cum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διαρροια arripuit, ut hodie primum videatur cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis, & muræenis facile abſtinebam, a beta, & a malva deceptus ſum. Poſthac igitur erimus cautiores. Tu tamen cum audiſſes ab Anicio (vidit enim me nauseantem) non modo mittendi cauſam juſtam habuiſti, ſed etiam viſendi. Ego hic

lib. VI. Διπνοσοφιστων· Εκελευν δ' ὁ νομος τριων μεν πλειονας των εξω της οικιας μη υποδεχεσθαι· κατα αγοραν δε των πεντε· τουτο δε τρις τυ μηνος εγινετο· οφωνειν δε πλειονες των δυοιν δραχμων και ἡμισους, ου επετρεπε· κρεως δε καπνισε δεκα πεντε σκελεντα δαπανων εις τον ενιαυτον επεχωρει, και ὁσα γη φερει λαχανα και οσπρια ἑψηματα. *Lege ſi ſitum erat, ne praeter domeſticos convivas plures tribus exciperentur, aut ad ſummum quinque: & id ſingulis menſibus ter tantummodo fieret: ne pluris quam duabus drachmis & dimidia obſonarent e foro. Eadem carnis fumo inveterata in annum talenta quindecim abſumere permiſit, & olerum ac leguminum quaecumque terra gignit decocta.* Quod autem Stoicos dicit male accipere ſolitos Epicurum, quod lateretur ſibi veſicæ & torminum morbos valde moleſtos eſſe, narrat hoc ipſe de ſe in epiſtola ad Idomeneum, auctore Laertio: quamvis Cicero ad Hermachum miſſam dicat lib. II. de Finib. ibi enim elegantiſſime illam interpretatur. Græcam invenio apud Laertium in vita Epicuri, quam non inutile erit cum Latina conferre. Erant autem infenſiſſimi Epicuro Stoici, & iniquo animo rationem & vitam illius exagitabant: nam parciſſimi illum victus fuiſſe apud optimos auctores legimus. Modeſtius ſe gerit Plutarchus, qui nedum ob hoc Epicurum maledictis inceſſat, excuſat potius tueturque exemplo temperantium ſanctorumque virorum Pherecydis, & Heraclitι, qui ſumma abſtinentia corporis, victuſque moderatione, moleſtiſſimis tamen aegritudinibus impliciti & conflictati ſunt: atque hoc in libello facit, quem contra illius decreta ſcripſit, cui titulus eſt: Non poſſe jucunde vivi ſecundum Epicurum. VICTOR. *Terea nita*: qualia mox recenſet, fungos, betam, malvam, & alias herbas. CORT.

Heluellas] Oluſcula minuta. CONRADVS.

Apud Lentulum] Fortaſſe P. Lentulum, cujus filium in augurum collegium cooptatum fuiſſe eo anno, quo Cicero eſt revocatus, auctor eſt Dion. IDEM.

Διαρροια] Defluxionem vertit Cœlius, & variorum deſcriptionibus definit inter morbos acutos III. c. 22. Vides, cur dyſenteriam timuerit Cicero. CORT.

Vt hodie primum videar cœpiſſe conſiſtere] Ita Pall. Grut. priſca editio, Stewechianus: alii *videatur*. GESNERD. Non eſt, ut recedamus a vulgata lectione, quam & Mediceus, & meus primus tuetur. Nam *diarrhoea conſiſtere* dicitur, ut alibi *alvus conſiſtere*. GRAV.

Muræenis] Muræna quidem piſcis marinus eſt, anguillam magnitudine & figura referens, ſed qui corpore paullo eſt craſſiori. Plin. lib. IX. c. 23. Mart. lib. X. ep. 30. *Natat ad magiſtratum delicata muræna*. FVNC.

A beta etiam & malva deceptus ſum] Delevi *etiam*, ſecutus auctoritatem mei libri vetuſtioris: in Aniſtelodamenſi & omittitur. GRAV. *A beta & malva deceptus ſum*] Ab iſtis plantis parum cavi. Mart. X. 48.

Exoneraturas ventrem mihi villas malvas
Attulit, & varias quas habet hortus opes.

Idem

hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi. Sed, ſi morbum depulero, facile, ut ſpero, illa revocabo.

EPISTOLA XXVII.

ARGVMENTVM.

Iniquè Gallus Ciceronem litteris accuſaverat; viciſſim igitur eum Cicero repungit. Incertus eſt hujus epiſtolæ annus; id tantum conſtat, ſcriptam eſſe Cæſare dominante; quod illa verba demonſtrant: Et ais fore, ut te Cæſar reſtituat. *Quod ſi Gallus hic eſt P. Sextius, ut infra indicabitur, ſcripta videri poteſt vel quo anno Cæſar occiſus eſt, vel anno ſuperiore.*

CICERO GALLO S. D.

MIror, cur me accuſes, cum tibi id facere non liceat: quod ſi liceret, tamen non debebas. *Ego enim te in conſulatu obſervaram*; & ais, fore, ut te Cæſar reſtituat.

Idem XIII. 10.

Fatuæ fabrorum prandia betæ.

I. FR. GRON.

Corpus amiſi) Hoc eſt, carnem, macreſcere cœpi. Ovid. I. Am. el. 16.

Aptoque ſubducto corpore membra dedi.

Hoc eſt, poſtquam de pinguedine aliquid deceſſit. Contra *corpus facere* eſt pingueſcere Phædro lib. II.

Vt reſtiterunt: unde ſi, quæſo, nites?
Aut quo cibo feciſti tantum corporis? GRAV.

EPISTOLA XXVII.

CICERO M. FABIO GALLO S. D.) Is non fuit M. Fabius Gallus, ſed M. Fadius Gallus; & ſic legendum eſſe contendit Steph. Pighius Annal. XVI. quem vide. Sed veruſtiſſimi libri, & inter hos Græcii primus, non legunt *M. Fabio*, ideo & hic fuit expunctum. GRAV.

Miror cur me accuſes) Adnotationes duas prolixas P. Victorii, quibus diſputat de initio hujus epiſtolæ, & totius ſenſu, vide in calce explanationis P. Manutii, ei enim illas ſubjecimus. IDEM. *Cur me accuſes*) Ludit in hoc verbo, quod poſuit pro *culpes*, *arguas*, *reprehendas*; at quæ ſequuntur ſonant, quaſi id poſuiſſet de accuſatione in foro coram judice. Io. FR. GRON.

Cum tibi id non liceat) Male Man. Pighius propter ſortis quæſtoriæ neceſſitudinem. Divin. in Cæcil. c. 19. Fuerat autem quæſtor Ciceronis Coſ. A. V. 690. pro Sextio. Sed ex alia poteſt cauſa dari, quia erat exſul. IDEM.

Ego enim te in conſulatu obſervaram) Volunt docti, hæc verba ex epiſtola Galli eſſe repetita, niſi *conſervaram* legatur. CONRAD. Credibile eſt his verbis uſum Fadium in ſua epiſtola. Sed hic Cicero reddit ei ſua verba aliter accepta. Nam Fadius imputat Ciceroni cultum, & officia, quæ ei præ-

tuat. Multa tu quidem dicis, ſed tibi nemo credit. Tribunatum plebei dicis te mea cauſa petiſſe. Vtinam ſemper eſſes tribunus, interceſſorem non quæreres. Negas, me audere, quod ſentiam, dicere; quaſi tibi, cum impudenter me rogares, parum fortiter responderim. Hæc tibi ſcripſi, ut iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe vis, te nihil eſſe cognoſceres. Quod ſi humaniter mecum queſtus eſſes, libenter tibi me & facile purgaſſem. Non enim ingrata mihi ſunt, quæ feciſti, ſed quæ ſcripſiſti moleſta. Me autem, propter quem ceteri liberi ſunt, tibi liberum non viſum, demiror. Nam ſi falſa fuerunt, quæ tu ad me, ut ais, detuliſti, quid tibi ego debeo? ſi vera, tu es optimus teſtis, quid mihi populus R. debeat.

EPI-

præſtiterit, Cicero & ſic videtur accipere, cum ponit tamquam cauſam, propter quam non conveniat Fadio ipſum accuſare, Intelligit autem ſe intentum in eum fuiſſe, & actiones ejus ſpeculatum, ne quæſtor de pecunia publica quid ſuffuraretur. Sic Att. VIII 19. *Tibi eſſe in animo obſervare Cæſarem*. Suet. Iul. LXV. *Subinde obſervandum ſe admonens*. Io. Fr. Gron.

Nemo credit) Vel aliquid dicenti, vel pecuniam. Inem.

Tribunatum plebei dicis te mea cauſa petiiſſe) Cum exſularem: ſic enim exiſtimo. Conrad. *Tribunatum plebei d. t. m. cauſa pet.*) Sic eſt in Pall. Grut. Peck. editione principe, ſicque ex Medicæo notat Victorius (accedit his Græevii primus & Amſtelod.). Illud tamen quoque notandum, in Vaticano & Gruteriano (nec non Græviano, in Amſtelodam. *tribuno*) haberi *tribunum*. Vulgatur autem: *Tribunatum plebis dicis te mea cauſa petiiſſe*. Gebhard.

Interceſſorem non quæreres) Tribuni enim intercedebant. Gallus autem Ciceronem rogaverat, ut pro ſe intercederet apud Cæſarem; eſt igitur ὑπαινιγμὸς. Græv. *Interceſſorem non quæreres*) Nam qui Tribunus eſt, ipſe habet jus intercedendi; Manut. non rogares, ut ego pro te apud Cæſarem intercederem. Atqui *intercedere pro aliquo*, pro deprecari, Latinum non eſt. Immo hoc confirmat, quod diximus de *eo nemo tibi credit*. *Intercedere pro aliquo pecuniam*, eſt, fidejubere Phil. II. 18. *Orabat, ut contra ſuum patrem, ſi ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem; tantum enim pro ſe te interceſſiſſe dicebat*. VI. Att. 1. *Interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam*. Sen. ep. 119. *Nolo per interceſſorem mutuceis*. Hoc igitur ait, non quæreres, cujus fide, & quo ſponſore quiſquam tibi crederet nummos. Io. Fr. Gron. Reſpondet Gallo, qui petierat a Cicerone, ut de ſe reſtituendo cum Cæſare ageret. Itaque ludens in ambiguo, *interceſſorem* & pro tribuno vetante, & pro antico deprecante uſurpat. Factor.

Cum impudenter me rogares) Ita Pall. Vaticanus, Victorii editio (quibus ſubſcribit Græevii primus) prima tamen & Gruter. (nec non Amſtelod.) *cum parum impudenter*, mendoſe. Editum eſt, *cum parum pudenter me rogares*. Illud vero miror Victorium edidiſſe, *quod ſi inhumaniter mecum queſtus eſſes*. Sphalma accuratiſſimi typographi non puto eſſe Gebhard.

Iſto ipſo in genere) Acerborum ſalium, jocandi cum morſu, pungendi ſpecie urbaniratis. Io. Fr. Gron.

Quæ feciſti) Mea cauſa. Conr.

Quæ tu ad me, ut ais, detuliſti) De C. Antonii Conſulis tui conſiliis. Vide Manut. Grav.

Epi-

EPISTOLA XXVIII.

ARGVMENTVM.

Probat consilium Curii, qui, rep. desperata, in Græciam se contulerit: & adjungit, se totum, postea quam libertatem amissam viderit, litteris & scriptioni tradidisse. Scripta Cæsare dominante, anno tamen incerto.

M. CICERO CVRIO S. D.

MEmini, cum mihi desipere videbare, quod cum istis potius viveres, quam nobiscum. Erat enim multo domicilium hujus urbis (cum quidem hæc urbs), aptius humanitati & suavitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. Nunc contra & vidisse mihi multum videris, cum, prope desperatis his rebus, te in Græciam contulisti; & hoc tempore non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus: quamquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum, nosti cetera: nos

EPISTOLA XXVIII.

CVRIO) M. Curio, qui Trib. pl fuit, quo tempore Cicero ab exsilio est revocatus. CORR.

Memini, cum desipere) Fuit tempus, cum improbarem consilium tuum, cum mihi parum pro sano agere videbare. Sic autem MSus *cum*, non *quod*, ut Manut. I. FR. GRON.

Qui cum istis potius viveres) Ita melius Pall. Grut. prima editio ac Victorii (nec non Græv. prim. & Amstelodam.); vulgatam est *quod istic potius v.* GERHARD. *Quod cum istis*) Sic MSi non, quod istic; sc. Græculis. I. FR. GRON.

Cum quidem hæc urbs] Quasi nunc non sit urbs, ubi dominatur tyrannus cum satellitibus suis, latronibus, exsulibus: lex nulla, mos nullus, nullus pudor. IDEM.

Aptius humanitati) Studio tuo, eruditioni tuæ: vide Gellium ad ep. 1. CORT.

Nedum Patræ) Vbi negotiaris. CORRADVS.

Vidisse mihi multum) Hoc est, sapuisse, ut supra. IDEM.

Te in Græciam contulisti) Paullo ante bellum civile; nam Cicero ex Cilicia rediens, Tironem ægrum Patris, ubi erat Curius, reliquit. IDEM.

Hoc tempore) Quo in potestate unius sunt omnia. IDEM.

Vbi nec Pelopidarum] Subaudi, neque *facta audias, neque nomen*: epist. 30. hujus libri. *Pelopidæ* autem hic dicuntur mali cives, qui remp. oppresserunt. GRÆV.

Nosti cetera) Sic veteres loquuntur, pro quo vulgo dicunt *& cetera*. Cicero pro Plancio: *Hæc illi fideo præcipere, quæ ille a Jove ortus suis præcipit filiis:*

Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.

Nosti cetera.

Idem de Senectute: *Non dubitavit dicere*

nos idem propemodum conſequimur alia ratione. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum: quæ fit hoc etiam frequentius, quam ſolebat, quod, quaſi avem albam, videntur bene ſentientem civem videre: abdo me in bibliothecam. Itaque opera efficio tanta, quanta fortaſſe tu ſenties. Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum meam mœſtitiam & deſperationem accuſares domi tuæ, dicere te, ex meis libris animum meum deſiderare. Sed mehercule & tum remp. lugebam, quæ non ſolum ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis erat mihi carior: & hoc tempore, quamquam me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet valere, ſed etiam dies, quæ ſtultis quoque mede-

tere ille, quæ verſibus perſecutus Ennius:

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant

Antehac, dementi ſe ſe torquere ruina:

ceteraque graviſſime; notum enim vobis eſt carmen. Plin. III 9. *Iuſſit equi caudam, reliqua noſti.* A. Buchnerus.

Cum ſalutationi nos dedimus) Cum mane ſalutavimus amicos. Moris enim Romæ, mane ſalutare amicos. Martial.

Prima ſalutantes atque altera continet hora.

Hoc dicebatur *ſalutationis officium*. Gravius.

Quanta fortaſſe tu ſenties) Itidem tibi, ut mihi probabuntur. Idem. *Opera tanta quanta: talia qualia* eſſe, vide I. ep. 7. ubi videbis hæc verba non ſemper augere: adde III. ep. 7. nam & hic repetere licet *efficere*. Cort.

Dicere te ex meis libris animum meum deſiderare) Hæret hic ſenſus, & aut *te* hic inſerendum, aut ſubaudiendum: utrumque vero durum eſt: aut *dicere* delendum. Fateor in omnibus id exſtare codicibus, quos evolvi. Vide vero, quam liquida omnia ſint & plana, ſi expungatur: *Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum meam mœſtitiam & deſperationem accuſares domi tuæ, te ex meis libris animum meum deſiderare*. Sed nihil auſim invitis libris mutare. Eſt autem *te ex meis*. Grav. *Te deſiderare*, quod pronomen omittitur etiam II. ep. 13. & alio habitu IV. ep. 4. Vel intellige *aliquos* ut *eum* III. ep. 5. qua ratione Activum verbum pro Paſſivo ponitur *deſiderari*, Sic Sall. Iug. c. 47. ubi Gronovius legendum putat *amari*. Cort.

Te ex meis libris animum meum deſiderare) Non eum me eſſe, qui viderer in meis libris. Grav.

Quæ non ſolum ſuis erga me, ſed etiam) In cunctis, quos vidimus, manuſcriptis paullo antiquioribus codicibus locus hic mancus, decurtatuſque eſt. Nos tamen, cum vulgata lectio commoda ſit, eam loco non movimus; ſic autem legitur in illis, *quæ non ſolum ſed etiam a meis erga ſe beneficiis*, &c. procul dubio cum deſiderio nonnullarum dictionum. Victor. *Suis erga me*) Adnotavimus olim in antiquioribus libris hæc verba deſiderari: in Mediceo certe non leguntur: neque tamen cuique auctores fuimus, ut ea deleret: propoſitum nobis fuit, vitia etiam illius codicis indicare. Alii poſtea in nonnullis ea le invenisse affirmant: qui codices utinam tempor, quemadmodum hic fortaſſe ſunt, noſtris meliores eſſent. Idem. In Grævii primo: *Quæ non ſolum a me; ſed etiam a meis erga ſe beneficiis.* In Amſtelodam. *Quæ non ſolum ſuis erga me*. Grav.

Erat mihi carior) Quam nunc: quam figuram habes & VI. ep. 8. & IV. ep. 3. Cort.

ſcripſerit, egerit non multum. At illa noſtra prædicatio quanti

tractare animus non eſt. Ciceronis tantum locum in Oratione pro Muræna ponemus: *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio jura ad coemtiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt.* Noſtrum potius conſilium eſt maculas, quas poſſumus delere, quam vocabula (niſi neceſſe fuerit) interpretari: cum autem opus fuerit, dabimus operam, ut illa etiam pro infirmitate noſtri ingenii declaremus. VICTORIVS. *Si inter ſenes coemtionales venale proſcripſerit*) Pal. prima editio, Stewech. Peck. excerpta: *ſi inter ſenes contionales*. GRVT. *Si inter nos ſenes contionales ven.* Hottomannus vero ad LL. XII. Tabularum dicit legi in vet. libro, *inter vos concionalis*. At Egnatius, ad oram priſcæ editionis adnotat perſcriptum alias eſſe in cod. vet. *inter vos ſenes*, ſicut non multum diverſe ex Gruter indicavi. GERHARD. Alii ſunt *ſenes ad coemtionis interimendorum ſacrorum cauſa reperti*, alii *ſenes coemtionales*. De illis dicetur ad illum locum orationis pro Muræna. *Senes* autem *coemtionales*, ſunt mancipia reicula & veterana, quæ, quod non ita facile emtorem invenirent aut minimo æſtimarentur, ſolebant vel plura in cumulum vendi, vel quaſi mantiſſa & appendix dari melioribus, ut qui bene habitum conciliare cuperet, imparem contubernalem ſimul acciperet. Vnde *ſenes coemtionales* dicebantur, hoc eſt, ſimul venales. Plaut. Bacchid. IV. ſc. 9.

Nunc Priamo noſtro, ſi quis eſt emtor, coemtionalem ſenem
Vendam ego, venalem quem habeo, extemplo, ubi oppidum expugnavero.

Habeo venalem ſenem coemtionalem, hoc eſt, ex eo genere, in quibus ſingulis vix quiſquam facit pretium, ſed qui auctioni aliorum accedunt. Vendam, inquit, ubi oppidum expugnavero. Sic Curius hic dicit, ſi mihi inter reicula iſtiuſmodi mancipia titulum in venalitio pinxerit, vendideritque me, parum rei fecerit: quia inutiles ſumus & nullius pretii. Curius ſe vix ait prodeſſe Attico, cujus ſit κτῆσις, poſſe, niſi proſcribatur ab eo venalis inter mancipia veterana, quæ plerumque in cumulum venduntur, aut aliis rebus vel mancipiis melioribus acceſſiones dantur: ſic quoque non multum I. Fr. Grunovius IV. de Pec. vet. cap. 8. quem vide pluribus id explicantem, & multis egregiis illuſtrantem exemplis, aliorumque opiniones refellentem. Ceterum in meo vetuſto libro non legitur *venale*; corrupte autem in eo exaratur *perſcripſerit* pro *proſcripſerit*. Abeſſe poteſt ſine ullo ſenſus detrimento *venale*. Nam *proſcribere* eſt venale proponere adpoſito titulo, ſeu tabella appenſa, qua ſignificatur id venale eſſe. Cic. III. de Off. *Itaque Calpurnius, cum domicilium eſſet cognoſſetque Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe*. Et IV. ad Att. ep. 2. *Tuſculanum proſcripſi*, hoc eſt, venale propoſui; & ſæpe aliis in locis. Nec obſtat quod venales κατ' ἐξοχὴν dicuntur mancipia venui. Nam hoc ſatis indicat locutio *proſcribere inter coemtionales ſenes*. Nemo enim proſcribebatur niſi ſervus. Itaque ſcribendum: *Quod quidem ſi inter ſenes coemtionales proſcripſerit, egerit non multum*. GRÆVIVS.

Venale proſcripſerit) *Proſcribere* eſt addito titulo ſeu tabella, qua die & quibus conditionibus addici poſſet, proponere. Plin. VII. ep. 27. Vide quæ ex Briſſonio attulit Taubmann. ad Plaut. Trin. A. I. Sc. II. p. 1107. Terent. Heaut. A. I. Sc. I. Forſitan & ibi *proſcripſi ac venalidi* legendum. In Græcii vetuſto libro non legitur *venale*, & abeſſe poſſe, imo debere putat. Non placet. Nam *proſtare* etiam *committere*, *ponere*, *pugnare* per ſe ſæpe id ſignificant, quod additis *diris*, *facinus*, *quæſtionem*, *prælium*; nemo tamen facile ea ab auctoribus addita repudiabit. CORT.

Egerit non multum) Quoniam vile eſt mancipium. CORN.

At illa, noſtra prædicatio quanti eſt) Exponit, qui ſit Ciceronis fructus. INGEM. At tuus ille fructus ex me longe majoris eſt. Alludit ad præcones

quanti eſt, nos, quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur, id omne abs te habere? Quare, Cicero mi, perſevera conſtanter nos conservare, & Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis præceptis obtemperare poſsimus, teque ad ver lubentes videre, & noſtra defigere, deportareque tuto poſsimus. Sed, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine, eum errare, & putare, me virum bonum eſſe, nec ſolere duo

auctionibus adhiberi ſolitos. Io. Fr. Gron.

Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur) Poſt hæc verba, *quod ſimus*, in omnibus fere libris, ſcripta ſunt hæc, *quod habeamus*; quæ ſine dubio aliena ſunt, non Ciceronis: idcirco delenda curavimus. Lambin. *Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur*) Ita Pall. Stewech & editio priſca, ac Victorii. Gruterianus autem codex: *Quod ſimus, habeamus, quod homines exiſtimemur*. Neque erat Lambini, ædilitio faſtu tam bonam mercem effundere: nam illa verba, *quod habeamus*, abjecit: recte ergo revocantur præpoſtera importunitate pulſa innoxie. Gerhard. Merito nec Gebhardus, nec alii Ciceronis editores hic Lambino obtemperarunt, contra librorum omnium fidem expungenti: *quod habeamus*. *Habere* hoc loco poſitum puto, ut ἔχειν apud Græcos pro *poſſidere bona*: ſic ἔχοντες apud Ariſtoph. in Equitibus ſunt divites:

Ψήφει γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον
Τὰ τῶν ἐχόντων κτήματ'.

Dicunt illum devorare bona divitum; ἔχοντες κτήματ' ſunt divites; hinc *habentia* divitiæ. Caſſius Hemina, *Habentia, animos eorum inflant*. Grev. *Quod ſimus*) Quod non fuerimus; quod non ſimus nulli. Io. Fr. Gron. *Quod homines*) Id eſt, homo alicujus pretii, & ponderis, non deſpectus & nihili. Ter. Adelph. I. II. 28. *Si homo eſſes*. Plaut. Epid. III. IV. 57. *Pugnaviſti, homo eſt*. IV Att. 15. *Si vis homo eſſe, recipe te ad nos*. Idem.

Sulpicii ſucceſſori) Ep. 50. lib. XIII. al. *Sulpicio ſucceſſori*. Corn.

Tuis præceptis obtemperare poſſimus) *Præceptis*, de meo reditu. Idem. *Te poſſimus* reſidet in Pall. edit. prim. ac Victorii, Manutiique: videturque adeo in illo libro fuiſſe, ex quo Gruterianus tranſcriptus eſt: nam prior hoc deceptus, cum putaret ſe poſterius quoque ſcripſiſſe tota illa verba præteriit, *teque ad ver lubentes videre, & noſtra defigere, deportareque tuto poſſimus*. Gerhard.

Teque ad ver lubentes, &c.) Sic habent libri fere omnes manuſcripti, quibus uſi ſumus. Lambin.

Et noſtra defigere) Videtur legendum *& noſtra deferre*, vel potius, ut edidimus *refigere*, id eſt, auferre: non, ut eſt in libris vulg. *defigere*. Verumtamen judicent lectores. Idem. *Noſtra refigere*) Sic legendum; id eſt, pecunias, quas hic habeo collocatas & fundatas, & quaſi fixas, liberare & redigere; nam *refigere* contrarium τῷ *figere*. Infr. XII. 1. Juſtin. IX. ult. at *defigere* eſt idem, quod *figere*. Io. Fr. Gron.

Sed, amice magne) *Amicum magnum* appellat, quem Horatius *amicum potentem*, in epiſtolis, — *Tu cede potentis amici Lenibus imperiis*; & item alibi. Paulliſper in quibuſdam libris ſcriptum eſt, *Sulpicio ſucceſſori* ubi alii habent *Sulpicii ſucceſſori*: quos ſecuti ſumus. Lamb.

Sine rum errare & putare me bonum virum eſſe) Volebat enim Curius Attico & Ciceroni pariter videri ſummus, ac de ſe uno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Grev.

Duo

duo parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale, Tironemque meum ſaluta noſtris verbis. Dat. a. d. IV. Kal. Novemb.

EPISTOLA XXX.

ARGVMENTVM.

Improbat ea, quæ Cæſaris ex voluntate fiunt contra leges moremque majorum: ſuam ab urbe diſcedendi cupiditatem ſignificat: Caninium, Q. Fabio pr. Kal. Ian. mortuo, conſulem in ejus locum eſſe ſubrogatum, ut in magiſtratu eſſet uſque ad Kal. Ian. Addit de litteris commendatitiis ad Acilium, Sulpicii ſucceſſorem, ſcriptis. Cæſare quintum & M. Antonio Coſſ. quo anno, idibus Mart. Cæſar eſt interfectus.

CICERO CVRIO S. D.

EGo vero jam te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas, quin hinc ipſe evolare cupio, & aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Incredibile eſt, quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus

Duo parietes de eadem fidelia) Scripſi ex Victorii editione ac Vatteano (quibus adſtipulatur primus Græv.) *duo parietes de eadem fidelia dealbare*: ſicut ſupra epiſt. 25. ex Pall. atque iiſdem, *præter duo nos loquitur iſto modo nemo*: cum edatur ad guſtum quidem pullatorum ac veterum pædagogorum *duos*: ſed qui contra dicunt in lingua Latina barbari ſunt. GRONOVIVS. Significat autem hoc proverbium una eademque opera duas res conficere. *Fidelia* eſt fictilis urceus, in quo color habebatur tingendis parietibus. Vid. Eraſm. Adag. GRAEVIVS. Conjectura, qua Cl. Muratorius duſtus ait antiquos penicillo uſos ad inducendum parieti albarium, aliunde non confirmatur, niſi hodiernis moribus. Sed nodus erat vindice dignus, penicillone, an trulla, an aſcia, albarium opus parietibus illi inducerent, aut omnino dealbarent. Hic locus pro penicillo ſtare videtur. Nam *fidelia* erat κεραμιον, aut certe (quia in *fictili fidelia* dixit Colum XII. 38. ut videatur etiam non fictilis fuiſſe) vas erat. Quoniam autem albarium in vas infundebant, id liquidum erat, & penicillo, non ferramento inducendum. Eamdem paræmiam paullo aliter affert Suidas in Δυο, ubi ait: Δυο τειχους αλειφειν, *Duos parietes linire*: atque uſum paræmiæ docuit επι των επαμφοτερίζοντων, *de iis qui utrique fautoni blandiuntur*. Hæc ad hunc locum Ciceronis: cetera ad opus albarium pertinentia vide de Dedicat. ſub Acia p. 103. n. 132. MAZOCH.

EPISTOLA XXX.

Evolare) Excedere celeriter, & alio me conferre. Lælio c. IV. X. ad Att. ep. 10. Seneca de morte Claudii c. 16. CORT.

bus interſim. Næ tu videris multo ante providiſſe, quid impenderet, tum cum hinc profugiſti: quamquam hæc etiam auditu acerba ſunt, tamen audire tolerabilius eſt, quam vide.e. In campo certe non fuiſti, cum H. II. comitiis quæſtoriis inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet: quo mortuo nunciato, ſella ſublata

In campo certe non fuiſti, cum H. II *Comitiis Quæſtoriis inſtitutis*) Hiſtoria obſcurior, & quæ, ſi ignoretur, magnas tenebras huic loco offundat. Dion hiſtoricus rerum Rom. non indiligens ſcriptor, totum negotium, quemadmodum geſtum ſit, exponit, & jocum etiam Ciceronis adducit, qui ab ipſo in hac epiſtola Curio narratur (nam Plutarchus & alii auctores breviores in hac re explicanda ſunt,) tradit enim quemadmodum Cæſar abſens fieri voluit Coſ. & antequam urbem ingrederetur magiſtratum cepit: nec tamen ad exitum anni tenuit, ſed poſteaquam Romæ fuit, repudiavit, & Quinto Fabio & Caio Trebonio tradidit. Verum cum Fabius poſtremo Conſulatus die mortuus eſſet, ſubito illius loco alium Caium inquam Caninium Conſulem fecit, qui reliquas horas conſulatum gereret. Vide Dionem lib. XLIII. Hunc enim Ciceronis jocum in Caninium Rebilium celebravit Macrobius, qui oſtendit, non hunc tantum, ſed alios etiam illa occaſione a Cicerone, ut erat vir fœcundi ingenii, in Caninium dictos eſſe. Scrupulum alicui injicere poſſent verba illa Dionis, cum dicit, Cæſarem duos creaſſe Conſules, qui pro ſe magiſtratum eum gererent, qui hiſtoria cognita eximitur: factus enim Coſ. Cæſar erat ſine collega, quod etiam ex antiquo lapide intelligitur, qui eſt in hortis Colotianis: ſic enim eſt in illo:

C. IVLIVS CÆSAR IIII. SINE
CONLEGA DICT.
Q. FABIVS MAXIM.
C. TREBONIVS.
C. F. V. F.
C. CANINIVS. C. F.

Qui mirifice utilis eſſe poteſt ad hanc Ciceronis epiſtolam declarandam. Videſ enim Caninium locum Fabii mortui occupaſſe, & pro illo ſubſtitutum eſſe, quamvis ſpatio H. XVII. conſulatum geſſerit. VICTORIVS. *In campo*, Martio, ubi comitia habebantur, tum Tributa, pro quæſtoribus creandis, quæ adhuc in extremum Decembrem dilata fuerant. CELLAR. Martius abſolute *campus* dicitur, ut apud Sall. Cat. c. 26. CORT.

Q. Maximi) Q. Fabii Maximi, qui legatus exercitui in Hiſpania præfectus fuerat. CORR.

Illi) Cæſariani. In.

Quem illi conſulem eſſe dicebant) Ita loquitur Cicero, quia contra leges ac inſtituta civitatis factus erat, ut vere Conſul vocari non poſſet: tunc enim primo inceptum eſt, quod poſtea ab Imp. Rom. qui totam Remp. occuparunt, frequenter uſurpatum fuit, quempiam habere magiſtratum, quem aliquis vivus adhuc ſua ſponte, non aliqua re coactus, reliquiſſet. Quamvis enim *Maximus* a Cæſare cum collega ipſius Trebonio Conſul factus eſſet: vivente Cæſare, qui eo anno Conſul legibus creatus erat, magiſtratum illum habere non poterat. VICT. *Conſulem eſſe dicebant*) Cum vere Cos. non eſſet, a Cæſare tantum in tres menſes ſuffectus, non a populo creatus. Hinc ſcribit Tranquillus, *conclamatum eſſe, eum non eſſe Cos.* CORR.

Ille autem) Cæſarem intelligit, quem ſæpe ita appellat, quemadmodum docuimus in prioribus caſtigationibus, cum locum illum explicaremus: *Eſt igitur adventus in exſpectatione, neque tu id ignoras: ſed timen cum ille ſcripſiſſet.* Quin hic certe per *ille* Cæſar intelligatur, negari non poteſt. VICT.

Comi-

lata eſt. Ille autem, qui comitiis tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit: Cos. H. VII. renuntiavit, qui uſque ad Kalendas Ian. eſſet: quæ erant futuræ mane poſtridie. Ita, Canimo conſule, ſcito neminem prandiſſe: nihil tamen eo conſule mali factum eſt: fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto conſulatu somnum non viderit. Hæc tibi ridicula videntur: non enim ades: quæ ſi videres, lacrymas non teneres. Quid, ſi cetera ſcribam? ſunt enim innumerabilia generis ejuſdem: quæ quidem ego non ferrem, niſi me in philoſophiæ portum contuliſſem, & niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum: cujus cum proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu: meum autem usu & fructu, contentus iſto sum. Id enim eſt cujusque proprium, quo quiſque fruitur atque utitur. Sed hæc alias pluribus. Acilius, qui in Græciam cum legionibus miſſus eſt, maximo

Comitiis tributis) Quibus plebeii, & minores magiſtratus, inter quos erat Quæſtura, dabantur. Corr.

Effet auſpicatus) Vt quæſtores crearet. Io. Vid. Manut. Auſpicia fecerat, de quibus Manut. de Comit. c. 9. comitiis tributis, quibus populus per tribus ſuffragium ferebat, Gell. XV. c. 27. & quibus magiſtratus minores, adeoque & *Quæſtores* creabantur; *Centuriata*, ubi populus per Claſſium centurias diviſus ſuffragia ferebat, Gell. l. c. & quibus majores magiſtratus, ut *Conſules auſpicato* creabantur. Id. XIII. c. 15. Cic. pro Mur c. 1. Cort.

Centuriata) Quibus majores magiſtratus fiebant. Corr.

Cos. H. VII. renuntiavit) C. Caninium Rebilium. Io.

Neminem prandiſſe) Quod fieri multo ante horam ſeptimam ſolebat. Inem. Ioca ſunt in Caninium unius diei conſulem: quem ob eamdem cauſam λογοστωρητον facete appellavit, cum ſignificare vellet, ita brevem, & tenuem, ut vix oculis cerni poſſet, ſed ratione tantum & intelligentia comprehenderetur. Lamb.

Qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit) Reliquis quinque diei horis. Nam nox ſequens ad ejus conſulatum non pertinebat. Corr. Sed vid. Manut. Rectius jam olim Vinetus ad Auſonii Conſulat. Precat. ſuſpicatus eſt, decedentem Conſulem jam pridie Kalend. Ianuar. Conſuli deſignato faſces miſiſſe, de quo quædam diſputamus ad Sall. Cat. c. 18. Cort.

Mancipio & nexu) Κτησει ipſe dixit; lege Boethium in Topicis. Corr. *Proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu*) Cui ita his obſtrictus & devinctus ad omne ſtudium, obſervantiam & obſequium, ac res mancipio data, aut nexu tradita. *Mancipio dantur*, quorum jus dominii & poſſeſſio traditur. *Mancipio* dationem autem ſemper ſequebatur traditio *nexu*, qua tradens ſe dominum profitebatur, teque obligabat & nexum faciebat ad evictionem præſtandam. Cic. pro Murena *Quod ſi in rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum præſtare debet, qui ſe nexu obligavit*. Lex XII. Tabb. *Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto*. Vide Salmaſ. de Vſuris cap. 8. Grav. Traditione, qua tradens ſe dominum profitebatur, teque obligabat & nexum faciebat ad evictionem præſtandam. Salmaſ. de Vſur. c. 8. Cic. Paradox. V. c. 1 Cort.

Acilius) Al. *Atilius*: ſed niſi *Vatinius* legatur, res mihi in obſcuro eſt. Conrad.

ximo meo beneficio eſt: bis enim eſt a me judicio capitis, rebus ſalvis, defenſus: & eſt homo non ingratus, meque vehementer obſervat. Ad eum de te diligentiſsime ſcripſi, eamque epiſtolam cum hac conjunxi: quam ille quomodo acceperit, & quid tibi pollicitus ſit, velim ad me scribas.

EPISTOLA XXXI.

ARGVMENTVM.

Invitat eum ad officia mutua: & ad urbem ut redeat veteris urbanitatis tuendæ cauſa, rogat. Scripta eodem anno.

CICERO CVRIO S. D.

FAcile perſpexi ex tuis litteris, quod ſemper ſtudui, & me a te plurimi fieri, & te intelligere, quam mihi carus eſſes. Quod cum uterque noſtrum conſecutus eſt, reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fuiſſe neceſſe, meas dari litteras, facile patior. Sulpicii tibi operam

Maximo meo beneficio affectus eſt) Sic omnes vulgati codices habebant: in antiquioribus dictio illa *affectus*, non eſt, quare eam delevimus: repoſitam autem ab aliquo arbitramur, qui ſine ea ſententiam horum verborum non perciperet, quam eſſe hanc exiſtimamus, *ut maximo meo beneficio eſt*, par ſit huic, *maximo meo beneficio vivit*, id eſt, quod ſit & vivat, mihi debet; qui enim bis erat judicio capitis defenſus, vitam conſervatori ſuo debebat. Non negamus Latine dici poſſe, *affici beneficiis*: ſcimus enim ab antiquis Grammaticis obtervatum eſſe dici hne verbum de bonis & malis, hujuſque loeutionis plura exſtare exempla, ſed illam lectionem concinniorem, verioremque judicamus. Nam & majorem vim habet: qui enim ſalutem ab aliquo accepit, potius dicetur eſſe & vivere beneficio illius, qui ſalutem dedit, quam affectus eſſe beneficio illius; hoc enim nomen de minoribus commodis dici ſolet. Eandem quaſi vim habet (ut arbitramur) hoc verbum in epiſtola ad Quintum Fratrem libro III. eum inquit: *Cicero tuus, noſterque ſummo ſtudio eſt Paonii ſui Rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati & boni.* VICTOR. *Maximo meo beneficio eſt*] Manuſcriptus liber habet *M. m. beneficio affectuſt.* VRSIN. Recte Victorius interpretatur *Vivit*: reſpicit enim ad judicium capitis. Prudent. Cathemer. Præfat. Petron. Sat. c. 34. Supra VI. ep. 3. Propert. II. Eleg. 19. v. 74. CORTIVS.

EPISTOLA XXXI.

Sulpicii tibi operam) Epiſt. 17. lib. XIII. CONRAD.

Pra-

ram intelligo ex tuis litteris, non multum opus fuiſſe propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem, uti pedes haberent, ut aliquando redires. Vides enim exaruiſſe jam veterem urbanitatem: ut Pomponius noſter ſuo jure poſsit dicere, *niſi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam*. Ergo is tibi, nos ei ſuccedimus. Veni igitur, quæſo, ne tamen ſemen urbanitatis una cum rep. intereat.

EPISTOLA XXXII.

ARGVMENTVM.

Scripſit hanc epiſtolam, cum proconſul Ciliciæ præeſſet, Marcello & Sulpicio Coss. tribuno pl. deſignato Curione. Prima pars de dictis eſt, ſecunda de judiciis, tertia de rep. poſtrema de Dolabella, nondum genero. Sulpicio, & Marcello Coss.

CICE-

Propter tuas res ita contractas] Non damno lectionem Stewech. & Grut. *per tuas res ita contractas*: imo elegantior mihi videtur ac verior; illa vero verba, *niſi nos pauci retinemus gloriam antiquam Atticam*, videntur ex aliquo vetere poeta huc tradu&ta a Ciceronè eleganter: ideoque juſſi diverſo charactere imprimenda, tamquam integrum complexa Trochaicum. GRON. *Res tuas ita contractas*] Valde implicatas, quia illi cum triconibus & hominibus non ſolvendo res eſt. I. FR. GRON.

Nec caput, nec pedes] Nec initium nec finis appareat; quin ſic turbatæ ſunt, ut neſcias, unde incipias, ubi finias. In. *Nec pedes*] Habeant. CORN.

Vti pedes haberent] Vti exitum earum ceperire poſſes. Io. FR. GRON.

Pomponius] Atticus. CORN.

Ergo is tibi, nos ei ſuccedimus] Sequutus editionem Florentinam poſtremam. Nam alii libri habent, *nos ei ſuccedamus*; alii, *ſuccedemus*. LAMBIN. Curio primas, Attico ſecundas, ſibi tertias urbanitatis partes tribuit. Erat enim, ut Attico ſcribit lib. VII. ep. 2. in Curio αυτοχθων *urbanitas*, hoc eſt, *nativa*. CELLAR.

Ne tamen ſemen urbanitatis cum Rep. intereat] Sic elegantes Pall. Vatic. Victorii editio: licet diſplicear Manutio, quoniam hujus particulæ elegantiam capere non potuit: ſic Terent. Eunuch. *Perfice ut hæream aliqua in parte tamen apud Thaidem*. Plura notarunt ex Salluſtio, atque eodem Terentio ſuper hac particula docti. Quidam Guilielmii codex quoque refert, *una cum rep. in totum intereat*: ex gloſſa veriſſime. GRON. *Ne tamen ſemen*. Integra eſſet ſententia, ſi ſcripſiſſet: *Ne, ſi reſp. intereat, ſemen tamen: urban. intereat*. Et hinc eſt, quod pro *ſaltem* poni poſſit. Nonius Marcellus interpretatur *tandem*, adducens ea Salluſtii: *Multato fœde corpore, poſtremo tamen periere*. Sed & hoc eſt: *Etſi multato fœde corpore ſeſe ſuſtinebant, poſtremo tamen periere*. Et ſic Seneca de morte Claud. c. 2. Noſter ſupra ep. 7. & multi alii ſic locuti; quos a viris doctis, qui præciſum hoc loquendi genus animadverteve noluerunt, male habitos eſſe, doleo. CORT.

REI-

CICERO VOLVMNIO S. D.

QVod ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitavi, num a Volumnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus: deinde εὐτραπελία litterarum fecit, ut intelligerem tuas eſſe. Quibus in litteris omnia mihi perjucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter poſſeſsio ſalinarum mearum a te procuratore defenditur. Ais enim, ut ego diſceſſerim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me conferri. Quid? tu id pateris? nonne defendis? non

EPISTOLA XXXII.

VOLVMNIO) P. Volumnio Eutrapelo. CORR.

Deinde εὐτραπελία litterarum fecit) Quid *eutrapelia* ſit, notiſſimum eſt: utitur Ariſtoteles hac voce ſæpe lib. VIII. Ηθικων. In ſecundo autem de Arte dicendi quo loco de moribus ſingularum ætatum diſſerit, naturam, vimque hujus nominis expreſſit: cum enim adolescentes riſus ſtudioſos eſſe diziſſet, addidit, διο και εὐτραπελοι. ἡ γαρ εὐτραπελία παιζοντος ὕβρις. *Nihil aliud eſt*, inquit, εὐτραπελία, *niſi eruditum & urbanum convicium*. Mirifice igitur quadrabat cognomen hoc Volumnio (*Eutrapelus* enim ille dicebatur: ut oſtendit Cic. in epiſtolis ad Pætum: *Quærs ubi? apud Volumnium Eutrapelum*) ſi ex leporibus quibus uſus eſt in epiſtola & ſalibus a quo ſcripta erat, intelligi potuit, cum aliter ſciri vix poſſet. Erat enim Volumnius quidam ſenator temporibus iiſdem, Ciceroni valde familiaris. Hic Eutrapelus, de quo Cicero loquitur, eſt Volumnius ille (ut puto,) qui cum Antonium in caſtra ſecutus eſſet (delectabatur enim hujuſcemodi hominibus: neque in maximis etiam rebus has voluptates, quas mimi & ſcurræ præbent, ſpernebat) incidit in manus Bruti, & ab amicis ipſius trucidatus eſt, cum non bene illi vocem Imperatoris accepiſſent, & antea Volumnio huic iraſi eſſent, & alteri ejuſdem ſtudii homini Saculioni appellato, quod dicacitatem eorum, qui in ea etiam fortuna a ſcommatibus non abſtinerent, ferre non poſſent. Hæc tradit Plutarchus in M. Bruti vita his verbis: Ην δε τις Βολυμνιος μιμος και Σακκελιων γελωτοποιος ηλωκοτες, ως εν αλλοις λεγω τεθραμενα τω Βρουτω, & quæ ſequuntur. *Erant animum quidam Volumnius mimus, & Saculion ſcurra captivi, quos Brutus ſloccifacibat &c.* Nam fuiſſe illum Antonio familiarem, teſtimonio Ciceronis confirmatur, qui in XII. Philip. inquit: *Adſtite Antonii collufores, & ſodales, Eutrapelum, Melam, Calium.* VICTOR.

Poſſeſſio ſalinarum mearum) Locorum, in quibus mei ſales & facetiæ conſiſtunt. CONRAD. Quod *ſales* joca ſunt, quorum dives erat Cicero; per jocum ſibi quaſi ſalinas tribuit, quarum procuratorem, cum in provinciam iret, Volumnium, æque εὐτραπελον hominem, conſtituiſſet. CELL.

Ut ego diſceſſerim) In Ciliciam profectus. CONRAD

Omnia omnium) Cum gratia quadam ita voces ſefe excipiunt, ut I. ep. 9. V. ep. 12. Plin. I. ep. 20. CORT.

In his etiam Sextiana in me conferri) Quis fuerit hic *Sextius*, cujus dicta ita inſulſa eſſent, ut proverbio locum fecerint, quærendum. Suſpicor illum intelligi, quem politiſſimus poeta Catullus & ipſe deridet, & ſecum peſſime actum eſſe tradit, quod ejus conviva eſſe voluerit: cum in illius ſcripta inciderit, quæ tantum morbum repente ei conciliarent, ut vix in agellum ſuum confugiens, atque ibi ſe dili-

non reſiſtis? equidem ſperabam ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum, ut cognoſci ſua ſponte poſſent. Sed quando tanta faex eſt in urbe, ut nihil tam ſit ἀκυρον, quod non alicui venuſtum eſſe videatur: pugna, ſi me amas, niſi acuta ἀμφιβολια, niſi elegans ὑπερβολη, niſi παραγραμμα bellum, niſi ridiculum παρα προσδοκιαν, niſi cetera, quæ ſunt a me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis, ἐντεχνα, & arguta apparebunt, ut ſacramento contendas mea non eſſe. Nam de judiciis, quod quereris, multo laboro minus, trahantur per

diligenter curans, illum pellere potuerit:

Nam Sextianus dum volo eſſe convivas. Cum enim iiſdem temporibus Cicero, Catulluſque vixerint, de iiſdem etiam hominibus mentionem faciunt: nam *Sextium* inſulſum hominem fuiſſe, & ineptum ſcriptorem, ex loco illo ad Atticum perſpicuum eſt 405. *In quo accuſavi mecum ipſe Pompeium, qui cum ſcriptor luculentus eſſet, tantas res atque eas, quæ in omnium manus venture eſſent, Sextio noſtro ſcribendas dederit: itaque nihil unquam legi ſcriptum ἐπιπεδοτερον*, id eſt, *inſulſius*: quod facilius probari poſſet ab illo ſcriptum eſſe, quod melius illum redderet: luſit enim in Latina voce Cicero Græcorum more illam conformans. VICTORIVS. Vid. Manut.

Non reſiſtis) Primus Græv. & Stewech. *nonne reſiſtis?* Primo loco *ne* addidit, ſignum interrogationis; at altero omittit, ut Auton. Epigr. XII. Etiam ſi primo loco nulla particula interrogandi fuerit, cujus generis exempla multa collegit Gronovius ad Senec. III. de Ira c. 38. ad epiſt. 58. ad Quæſt. Nat. lib. IV. Præfat. CORT.

Ut nihil tam ſit ἀκυρον) *Abrogatum* quidam, alii vero *alienum* interpretantur. Sed in vetere libro legitur ἀκυθρον, & *invenuſtum* exponitur. CORRAD. Ἀκυθρον) Sic recte Lambin. quemadmodum quoque ipſe video expreſſiſſime in Pal. pr. & edit. prima manu Egnatii ex v. c. adnotatum: vulgo ἀκυρον, inepte. GEBHARD. Græv. primus: ΑΚΥΕΥΡΟΝ. Mentel. clare ἀκυθρον, hoc eſt, invenuſtum. Græv.

Ἀμφιβολιὰ) *Ambiguitas*, *ambiguum* frequentius Ciceroni. CORRAD.

Ὑπερβολὴ) *Superlatio*. IDEM.

Παραγραμμα) *Alliteratio* a Pontano interpretatur, ab aliis *annominatio*. Sed hæc a Cicerone alibi παρονομασια dicitur. IDEM.

Per Antonii perſonam diſputata) Referente tamen Cæſare, ſed in eo libro in quo M. Antonius primas agie partes, ſicut Craſſus in tertio. IDEM. Immo per *Iulii* perſonam. Itaque vel μνημονικον ἁμαρτημα eſt: vel hoc totum non eſt Ciceronis, ſed ab aliquo parum attento aut memori huc illatum. Supra autem, eadem epiſtola, ἀκυθρον edidimus, id eſt, invenuſtum, pro vulgato ἀκυρον, id eſt, improprium. LAMBIN. *Per Antonii perſonam*) Immo Iul. Cæſaris Strabonis, II. de Orat. 58. & ſeq. Sed quia Antonii perſona primas ibi partes agit, quod in toto libro eſt, adſcribit Antonio. I. FR. GRON.

Sacramento contendas) Depoſita pecunia certes. Vid. Manut. GRÆV. *Sacramento*) Quingentis æris depoſitis: lege Varronem. CORRAD. Ita *contendere ſignore*, dixit Phædr. Fab. 77. pro quo *certare* Virgilius in Eclogis. Adde Rævard. lib. II Variar. cap. 18. ubi Fruterius Feſti locum ſub verbo *Sacramentum* corrigit, a quo abir Fr. Hotomannus de Magiſtr. Rom. Quod autem Latini *Sacramentum* vocant, id Græci προκλησις. Pollux lib VIII. c. 6. Adi quoque Varronem de L. L. lib.

per me pedibus omnes rei; ſit vel Selius tam eloquens, ut poſsit probare ſe liberum, non laboro. Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſvis interdictis defendamus: in qua te unum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas. Nunc demum intelligo, te ſapere. Sed mehercules extra jocum, valde mihi tuæ litteræ facetæ eleganteſque viſæ ſunt: illa quamvis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non moverunt. Cupio enim noſtrum illum amicum in tribunatu quam plurimum habere gravitatis: id cum ipſius cauſa (eſt mihi, ut ſcis, in amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamvis in me ingrata ſit, amare non deſinam. Tu, mi Volumni, cum inſtituiſti, & mihi vides eſſe gratum, ſcribe ad me quam ſæpiſsime de rebus urbanis, de republ. Iucundus eſt mihi ſermo litterarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perſpicio & judico cupidiſsimum eſſe atque amantiſsimum mei, cohortare & confirma, redde plane meum. Non mehercule, quo quidquam deſit; ſed quia valde cupio, non videor nimium laborare.

EPI-

lib. IV. p. 42. CORTE.

Trahantur per me pedibus omnes rei) Maximis licet malis afficiantur rei, non curo. Vid. Manut. GRÆV. *Pedibus*] Eraſm. in proverb. CONRAD. *Trahuntur per me pedibus*) Formula loquendi de iis, quæ ſuſque deque habemus: in quibus nihil moramur, quid fiat. IV. Att. 17. *Per me iſta pedibus trahuntur*. Io. FR. GRON. De *per me* dictum ad Ep. 1. *Trahi* eſt reorum, quando vel in carcerem, vel ad ſupplicia ducuntur. Prudent. Cathemer. Hymn. IV. v. 82. Sall. Cat. c. 51. CORT.

Selius) Al. *Solius*, al. *Cælius*; qui eo tempore ab Appio lege Scatinia poſtulatus eſt, epiſt. 12. lib. VIII. CONRAD.

Quibuſvis interdictis) Omni cura & ſtudio, ope quaſi prætoris. Interdictis enim Prætorum tuebantur poſſeſſionem facultatum. Cic. I. de Orat. *Multis præſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex jure manu conſertum vocarent*: hoc eſt, qui ope prætoris poſſeſſionem ſuam defendere vellent. GRÆV.

Noſtrum illum amicum) Curionem. CONRAD.

Id cum ipſius cauſa, eſt mihi, ut ſcis, in amoribus) Ita Pall. Vat. editio Victorii (ſic & Græv. prim.) vulgo. *Idque cum ipſius cauſa (eſt enim mihi, ut ſcis, in amoribus)* Gruterian. & Stewech. *id tum ipſius*. Prima editio, *id tamen in ipſius cauſa*: ſtatim poſt, ſcripſi ex Pall. Gruter. editione Victorii ac Vatic. (quibus accelit Græv. pr.) *in me ingrata ſit, amare non deſinam*, deleta particula ſuperflua *tamen* ante *amare*. GERHARD.

Cum inſtituiſti) Scilicet: *ſcribere ad me de rebus urbanis*: quales repetiones ſtatim II. ep. 12. & hoc libro ep. 28. obſervavimus. Sall. Iug. cap. 3. ibi vide CORT.

De rebus urbanis, de Rep.) Quidam putant ſcholium eſſe *ac Rep.* abeſt enim a veteribus libris. VASIN.

Non videor) Al. *nunc videor*. CONRADVS.

EPI-

EPISTOLA XXXIII.

ARGVMENTVM.

Afflicta rep. ſublata exercitatione forenſi, retulit ſe Cicero ad declamationes, auditoribus Hirtio, Caſſio, Dolabella: quibus quod non intereſſet, angi ſe ſcripſerat Volumnius, & Hirtio propemodum invidere. Cicero Hirtii laudat eloquentiam, ſibi detrahit potius, quam arrogat. Volumnium vero incitat ad eadem ſtudia: deliberatum ſibi jam ſignificans, abdere ſe totum in litteras, Cæſare permittente. Scripta videtur poſt bellum Africanum, Cæſare III. *& Lepido Coss.*

M. CICERO VOLVMNIO S. D.

QVod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio invideres, niſi eum amares, non erat causa invidendi: niſi forte ipſius eloquentiæ magis, quam quod me audiret, invideres. Nos enim plane, mi ſuaviſsime Volumni, aut nihil ſumus, aut nobis quidem ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amiſsis: ut etiam, ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus, quod hæc *pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur*, ut ait Philoctetes apud

EPISTOLA XXXIII.

Ut nihil ſumus] Nullius nominis in eloquentia. Sic quidem Cæſar apud Sueton. cap. 77. *Nihil eſſe remp. appellationem modo ſine corpore & ſpecie*. Sed magis accommodata ea, quæ notamus & citamus ad epiſt. 27. CORT.

Invideres] Sic enim ſcribis. CORRADVS.

Declamationibus] Sunt declamationes apud Romanos exercitationes rhetoricæ, quibus fictas agebant cauſas, & probe ad ſtudium fori præparabantur: vid. commentar. de Virili ætate Latling. p. I. c. 2. §. 22. FVSC.

Gregalibus illis] Hortenſio, Marcello, Cælio, & reliquis. CORRAD.

Pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur] Quemadmodum in antiquis codicibus ſcriptum inveni, ita ſcripſi: præcipue enim Medicæi ſcripturam animadverſione dignam judicavi: eadem enim eſt, quæ in veteſtis lapidibus. Nam paullo ſupra *ingemeſcemus*, in eo legitur, ut in epiſt. Cæcinnæ *contremeſco*, & non multo ante ad Curium *aevm aivvm*, pro *aliam*. Nec me latet veteres litteratos viros de hac voce, quomodo ſcribenda eſſet, inter ſe concertaſſe. Accurati quoque ac docti hominis verba ſunt ſuper illo Virgilii, *formidine penne*. *In Romino pinne more ſuo*, *contra Capri ſententiam*. VICTOR. *Pennigero corpore*] Pennigeris avibus, quas *Philoctetes*

apud Accium, abjecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora; quamquam venis, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus, exceperimus, ego vero multam salutem & foro dicam, & curiæ, vivamque tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus. Nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius uterque noster, studiis iisdem tenentur, & meis æquissimis utuntur auribus. Opus est huc limatulo & polito tuo judicio, & illis interioribus litteris

Metes configebat terdus celeres, stans volantes. Nisi de *Philoctete corpore* dictum volumus, de quo idem Accius: *Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat*. Cic. certe id dolet, te, qui veris in causis solebat regnare, sub Cæsare in declamationibus versari: Philoctetæque dolorem ad suum accommodat. Corrad. MSi vero, pr. Græv. prim. Pal. Medic. habent *pinnigero*, non *pennigero*. Optime apud Ovid. Metam. XIII. v. 53. Ajax hæc verba explicat:

—— *Quo successore sagittæ*
Herculis utuntur, fraudus morboque fameque
Velaturque aliturque avibus; volucresque petendæ
Debitus Trojanis exercet spicula fatis.

Scilicet in Lemno relictus Philoctetes utebatur sagittis Herculis, sine quibus Troja non poterat capi, in avibus configendis, ad quem usum nunc erant factæ, quemadmodum nec Ciceronis ingenium ad declamationes, quod aptius erat ad agendum causas veras & graviſſimas. Adde Scaligeri Conject. in Varr. p. 123. Edit. Steph. Verburg.

Exceperimus) Hic, *Excipere*, opinor, est ferre, subire: ut alibi *excipere dolorem, laborem*. Vide Tusc. II. 5. & Brut. 69. Oliv.

Multam salutem & foro dicam & curiæ) Nec causas agam in foro, nec in senatum veniam ad dicendam sententiam. Græv.

Cum communibus nostris amatoribus) Quidam legi volunt, *nostri amatoribus*: ego nihil muto. Lambin. *Cum communibus nostris amatoribus*) Pall pr. editio, *cum omnibus nostris amatoribus*. Gruterianus vero ac Stewech. succinctius, *cum omnibus nostris*. *Nam & Cassius*. Nihil hic audeo mutare: quandoquidem pro vulgata stant Victorius, Lambinus, Manutius. Gebhard. Stat etiam pro vulgata Græv. primus. Græv. Forte legendum: *nostri*. Oblectabo me cum illis, qui & te, & me insigniter, & præ ceteris amant. I. Fr. Gron.

Meis æquiss. utuntur auribus) Declamantes. Corrad.

Opus est hic limatulo &c.) Al. *opus est huc*. Idem. *Opus est huc limatulo & polito tuo judicio*) Ita Vaticanus codex, atque editio Victorii, nec secus liber Politiani, (in Græv. primo scribitur etiam *polito tuo*) in Pal. primo erat *politulo*, sed notæ additæ expunctionis duarum litterarum *al*. Veneta, seu editio primaria, *opus est huc delimatula & polita*: unde conjicio coaluisse lectionis monstrum in Grut. *delimaculo & polito tuo judicio*: vulgabatur antehac *politulo*. Gebhardvs. *Opus est huc* pro *ad hoc*: est enim *huc* pro *hoc* antiquis tam quarto, quam sexto casu: etsi doctissimum Perizonium, scio, pro *huic* accepisse: sed falso: quod *ex adhuc, isthuc* pro *isthoc*, & aliis apparet. Nec est, quod quis Ablativo vim illam Dativi deroget. Nam non modo *quo, eo, illo*, & similes particulæ illi esse adserunt; sed etiam Sall. Iug. c. 52. *adversa colle evadunt*: ejusdem, ut & aliorum, *inguinum fine*: Seneca I. Controv. 2. *humana sanguine adsuetos*, & præterea multa, quæ expendam Dissertatiune nostra

teris meis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis. Mihi enim judicatum eſt, ſi modo hoc Cæſar aut patietur, aut volet, deponere illam jam perſonam, in qua me ſæpe illi ipſi probavi, ac me totum in litteras abdere, tecumque, & cum ceteris earum ſtudioſis honeſtiſsimo otio perfrui. Tu vellem, ne veritus eſſes, ne perinvitus legerem tuas litteras, ſi mihi (quemadmodum ſcribis) longiores forte miſiſſes: ac velim poſthac ſic ſtatuas, tuas mihi litteras longiſsimas quasque gratiſsimas fore.

noſtra IV. de Vſu Orthographiæ Latinæ. Illud V in *hue* poſtea mutarunt in I dicendo *hi*, ubi exiles ſoni, Quinctiliani verbis, in uſu eſſe cœpe-tuot: ut adeo non diverſum ſit, quando Ovidius dixit: *Hic erit artis opus*. CORT.

Illis interioribus litteris, eis quibus) Sic eſt legendum vel reclamantibus libris omnibus, in quibus legitur, *& illis interioribus litt. meis*. LAMBINVS *Et illis interioribus litteris meis*) Antiquus codex habet, *& illis interioribus litterulis*. VRSIN. *Et illis interioribus litteris meis*) Ita Pall. Victorii editio, atque omnium prima Veneta (nec nun Græv. pr. & Amſtelod.) Stewech. tantum, & Gruter. minima mutatione *meis litteris*, quemadmodum Lambinus emendat, præcepit Ferrarius. GESNARO. *Illis interioribus litteris*) Philologia. CONRAD. *Illis litteris meis*) Quas in te diligo, vel quibus maxime delector. GRAV.

Verecundiorem) Vt Academicum, qui nihil affirmem. CONRADVS. Quibus, quia doctior es, quam ego, facis, ſi quid de illis ſtudiis meis loquendum ſit, ut parcius & verecundius loqui debeam. CELL.

Facis) Quaſi inducis, ſive exiſtimas. CONRAD.

Mihi judicatum eſt) Hoc eſt, *a me, per me* judicatum & ſtatutum eſt: ſed ut accedat notio *pro me*. Sic Gall. II. de Rep. Ord. adde IV. ep. 13. Ad alterum illud ſpectat C. Nepos Attic. c. 21. CORT.

Ne pluribus legerem tuas litteras) Hæc erat omnium impreſſorum, & antiquorum codicum lectio, parum tamen ſincera, ni fallor. Quidam auſi ſunt pro *pluribus*, *perinvitus* legere: quos non reprehendimus, quippe quos imitati ſimus: vulgata lectione offenſi, & nulla meliore excogitata, aut inventa. VICTOR. In fine epiſtolæ retinui vulgatam ſcripturam, *ne perinvitus legerem*, cum ea exſtet in Vaticano, neque exceperit Victorius: in noſtris omnibus, ſicut & Stew. atque editione principe eſt, *ne pluribus legerem*. GESNARO.

Longiſſimas, gratiſſimas) Quale fere judicium de Tullii noſtri Orationibus olim latum eſt; nam ſic Plinius I. ep. 20. *Inprimis Marcum Tullium oppono, cujus oratio optima fertur, quæ maxima*. CORT.

M. CIC-

verear, ne tibi nimium arguta hæc ſedulitas videatur. Tametſi tu, ſcio, quam ſis curioſus, & quam omnibus peregrinantibus gratum ſit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores: tamen hoc deprecor, ne meum officium arrogantiæ condemnes, quod hunc laborem alteri delegavi: non quin mihi ſuaviſsimum ſit, & occupato, & ad litteras ſcribendas, ut tu noſti, pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam. Sed id ipſum volumen, quod tibi miſi, facile, ut ego arbitror, me excuſat. Neſcio quojus otii eſſet, non modo perſcribere hæc, ſed omnino animadvertere. Omnia enim ſunt ibi ſenatuſconſulta, edicta, fabulæ, rumores: quod exemplum ſi forte minus te delectarit, ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam, fac me certiorem. Si quid in rep. majus actum erit, quod iſti operarii minus commode perſequi poſsint, & quem-

quart. *decederes* affini lapſu ſcribens: vulgo *decedenti*. GRONAR. *Quod tibi decedens*) Sic quidem MSi, ſed *diſcedens* legendum, id eſt, me a te ſeparans, cum te proficiſcentem proſecutus ſuiſſem, & valere dixiſſem. Io. FR. GRON.

Ne tibi nimium arguta) Nimis diligens, & modum excedens. Vid. Manut. GRÆV.

Paravi qui) Puta *aliquem*, *qui*. Plaut. Pœnul. A III. Sc. V. Sall. Iug. c. 85. CORT.

Tamen in hoc te deprecor) Longe melius meus optimus, *tamen hoc deprecor*. Illud redolet infelicium temporum barbariem. GRÆV.

Alteri delegavi) Hoc eſt, commiſi; *delegare* enim eſt alii committere, quod tibi ipſi faciendum erat, ſuum penſum, munus, officium, ſuas partes alii mandare. Vid. Manut. GRÆVIVS.

Non quin m. ſuaviſſ. ſit) Non propterea alteri delegavi laborem, *quod mihi non ſuaviſſimum ſit memoriæ tuæ operam dare*. Sic Criſpus Cat. c. 35. *Publicam miſerorum cauſam ſuſcepi: non quin ea alienum ſolvere poſſem*. CORT.

Tuæ memoriæ dare operam) In tuam gratiam ſcribere, aut ſcriptum dare. Nam quæ ſcribuntur, eorum exſtat memoria, ea memoriæ traduntur. Or pro Mur. c. 28. Male Manut. Io. FR. GRON.

Sed ipſum volumen) Meus codex primus, *ſed id ipſum volumen*; quem ſequor. GRÆV.

Neſcio quojus otii eſſet) Cum in Pal. quart. editione prima (& Amſtelodam.) eſſet *quovis* in Pal. quint. *quovis*, ſcribendum duxi *quojus*, quemadmodum erui ex Pal. prim. & Peciano (in Græv. prim. *nec ſi quid jus otii*;) paullo poſt ſcripſerunt tres Pall. (& Græv. prim.) pr. editio, *ſenatuſconſulta*, *dicta fabulæ*, *rumores*: quam bene, non diſcerno. GRONAR.

Fabulæ) Non ſunt hoc loco ludi ſcenici, ut vult Manutius, ſed ſermones de hoc, vel illo: ut apud Suet. Ἀυδεκλόγος *cœna in fabulis fuit*; de ea in omnibus circulis loquebantur. Ovid.

Fabula narratur toto lepidiſſima cœlo.

ſic *fabulam vulgi fieri*. GRÆV. *Fabulæ*) Comœdiæ, Tragœdiæ, nimi in ſcena repræſentati. Io. FR. GRON.

Quod exemplum) Quæ *res* noviter inſtituta: *inſtitutum*. Vellei. Pat. II. c. 28. Sulpic. Sever. Ep. I. CORT.

& quemadmodum actum ſit, & quæ exiſtimatio ſecuta, quæque de eo ſpes eſt, diligenter tibi perſcribemus. Vt nunc eſt, nulla magnopere exſpectatio eſt. Nam & illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. Romam cum veniſſem, ne tenuiſsimam quidem auditionem de ea re accepi. Præterea Marcellus, quod adhuc nihil retulit de ſucceſsione provinciarum Galliarum, & in Kalendas Iun. ut mihi ipſe dixit, eam diſtulit relationem, ſane quam eos ſermones expreſsit, qui de eo tum fuerant, cum Romæ nos eſſemus. Tu ſi Pompeium, ut volebas, offendiſti, qui tibi visus ſit, & quam orationem habuerit tecum, quamque oſtenderit voluntatem (ſolet enim aliud ſentire & loqui, neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat), fac mihi perſcribas. Quod ad Cæſarem,

Quæ exiſtimatio ſecuta) Quid homines judicarint. *Exiſtimatio* ſæpe eſt judicium, opinio. GRÆV. *Quæ exiſtimatio conſecuta*) Quid de re aliqua acta judicarint, aut opinati ſint homines. Io. FR. GRON.

Vt nunc eſt) Pro quo barbari, *rebus ſic ſtantibus*. GRÆV.

Illi rumores de comitiis Tranſpadanorum) Quos rumor fuerat juſſu Cæſaris Quatuorviros creare. CORR. Gn. Pompeius Strabo, Magni pater, Tranſpadanas colonias deduxerat ita; ut veteribus incolis manentibus jus Latii daret. Aſcon. in Piſon. ſub. init. Quibus Cæſar poſt quæſturam ſpem civitatis fecit. Sueton. c. 8. Iam novus rumor erat, eum laborare, ut rem perficeret; quo ſuffragiis novis in comitiis juvaretur. Adi Sigon. de Iure Ital. lib. III. c. 2. CELL.

Cumarum tenus caluerunt) *Cumas* uſque, quo ſe prolequens veneram, perlati ſunt, non ulterius pervenerunt. In Cumano, multi ad Ciceronem in Ciliciam proficiſcentem officii gratia convenerant, & in his, quod ſimile vero eſt, Cœlius. CORR.

Auditionem accepi) *Accipere* per ſe eſt *audire*, apud Plautum, Virg. Criſpum, & multos præterea: vide Nonium Marcell. c. 4. *Auditionem* ita poſuit Apuleius Apolog. p. 310. Faeilius eſt, quod Suetun. Aug. c. 21. habet: *Indi etiam ac Scythæ auditu modo cogniti*. Nam & Cœlium credo *auditionem* pro fama, rumore poſuiſſe. CORT.

Kalendas Iunias) Al. *Kalend. Ianuar.* CORR.

Sane quam eos ſermones repreſſit) Al. *qua ſine meos ſermones expreſſit*. IORN. *Sane quam e. ſ. expreſſ.*) Ita Victorii editio, & Vatic. Pall. omnes hic leviter corrupti ſunt. Primus *ſineque eos*; quart. *ſane quia meos*, ſicut prima editio, *ſineque meos ſerm.* quipt. proxime ad verum, *ſane qua meas ſ. Expreſſit* autem habent unanimo conſenſu: non, ut vulgo, *repreſſit*. GRÆV. *Expreſſit* exſtat etiam in Amſtelodam. & Græv. binis. GRÆV. *Profecto vi* quadam expreſſit: ea vis particularum *ſane quam*, ut diximus ad IV. ep. 5. Et ſic aliquoties Cœlius noſter, & cum eo A. Gellius. CORT.

Cum Romæ non eſſemus) Simul ego & tu ante tuum diſceſſum. Nam Cœlius hæc ſcribens, Romæ erat. CORRADVS.

Si Pompeium offendiſti) Si Pompeium inveniſti. Invenerat autem Tarenti. GRÆV.

Fac mihi perſcribas) Id fecit Cicero epiſt. 8. lib. II. CORR.

Quod

sarem, crebri & non belli de eo rumores dumtaxat veniunt: alius equitem perdidisse,* quod, opinor, certe factum est: alius septimam legionem vapulasse: ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quidquam est, neque hæc incerta vulgo jactantur: sed inter paucos, quos tu nosti, palam secreto narrantur: at Domitius, cum manus ad os apposuit. Te ad

IX.

Quod ad Cæsarem, crebri & non belli de eo rumores] Vulgo, *quod ad Cæsarem attinet; crebri*: sed illud verbi suppositicium removi a Cælio auctoritate Pall. trium editionum primæ ac Victorianæ; sicut & statim illud *susurrationes*, cum iidem libri singuli, quemadmodum & excerpta Pecki & Vaticani codicis, *susurratores*. GERHARDVS. Vtramque lectionem firmant bini Græv. & Amstelod. GRÆV. *Quod ad Cæsarem*] Ita MSi sine *re attinet*, quod satis intelligitur. Io. Fr. GRON.

Sed susurratores dumtaxat] Inter *susurratores* quidem, & *rumores* non ea est convenientia, quam vulgo requirunt; gemina tamen fere sunt ea Ausonii periocha Iliad. XI. Idyll. VIII Ep. 23. Nisi potius dicere velis Cælium *susurratores* adjective, ut dicunt, sumsisse. Sic Sall. Iug. c. 58. *Exercitus videbar*. Ovidius: *amor advena*: cujus generis plura ad Sallustium. CORT.

Quod opinor certe factum est] Quidam legi volunt *fictum*, a quibus dissentio. Nam videtur Cælius significare, se existimare, rumores illos de Cæsare veros esse. Denique in omnibus libris manuscriptis, quos vidi, scriptum est, aut *f-ctum est*, aut *factum esse*. LAMBIN. Pro *factum* legendum esse puto *fictum*. Opponuntur autem hæc duo, ut ex illo epistolæ ad Octavium loco (quæ tamen *vobiscum*) appareat: *Quisnam tali futurus ingenio est, qui posset hæc ita mandare literis, ut facta, non ficta videantur esse?* HENR. STEPHANVS. MSi, *quod opinor certe factum est alius*, leg. *quod opinor, & certe factum est*. Vt ad Att. VI. 3. Q. *Cicero puer legit, ut opinor, & certe, epistolam inscriptam patri suo*, Io. Fr. GRONOVIVS.

Apud Bellovacos circumsederi] Vulgo *circumsideri*: illud malui, quia in his epistolis tales antiquitatis affectationes; deinde quia sic reperi in Pall. primo, quinto, editione primaria, & Vaticano. GERHARD. Sic & Græv. bini & Amstelod. Bellovaci inter Parisios & Ambianos, hodie *du Diocese de Beauvais*. GRÆV.

Neque hæc incerta tamen, vulgo jactantur] Politiani codex expungit *re tamen*, neque mihi necessarium magnopere videtur: cum de eo quoque ambigere videam Pal. quart. *neque hæc incerta quidem cum vulgo jact.* quintum, *neque hæc incerta quidem, tamen vulgo jactantur*. GERHARD. *Neque hæc incerta vulgo jactantur*] Sic juxta Politian. librum etiam primus Græv. nisi quod *hæc* ille non habeat; vulgo, *neque hæc incerta tamen vulgo jactantur*. Sed *tamen* hic nulli rei est. GRÆV.

Palam secreto narrantur] Hoc est, inter ipsos quidem, sed palam, ut ab omnibus fere audiri possint. CONRAD. *Quos tu nosti, palam secreto narrantur*] Ita est in tribus Pall. (quibus accedit Græv. prim.) editionibus primis ac Florentina: sunt tamen qui distinguant, *quos tu nosti palam, secreto narrantur*. Vulgatum est, *quos tu nosti plane, sec.* GERH.

At Domitius cum manus ad os apposuit] In Pall. tribus, atque editione primogenita, *aut Domitius*, cum ad eam notet Egnatius ex v. c. legi, sicut & Politiani liber agnoscit, *apud Domitium*: melius meo animo, quam vulgo. IDEM. Prim. Græv. *Adde mecum cum ad eos apposuit*. Puto Cælium scripsisse, *At Domitius cum ad os apposuit*. Videtur enim *digitum* aut *manus*, uti concisus est Cælius & brevis,

IX. Kal. Iun. ſubſtrani (quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe : & te urbe ac foro toto maximus rumor fuit a Q. Pompeio in itinere occisum. Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis embæneticam facere; & usque eo, ut ego

vis, ſubaudiendum : *Domitius* hæc narrabat, *cum ad os applicuit* digitum; aut manus, ſignificans ſilenda eſſe, nec propaganda, aut aliis narranda. GRÆV.

Subroſtrani) Homines otioſi in roſtris verſantes aſſidue, rumorum aucupes & nugivendi. Horat.

Frigidus a roſtris manat per compita rumor.

Plauto *ſubbaſilicani*. GRÆV.

Quod illorum capiti ſit) Quod malum in eos recidat. Vtebantur hac formula cum quis mala dixiſſet, aut male precatus eſſet, & male ominatis verbis uſus eſſet: credebant enim hac ratione mala poſſe declinari ab illo, quem amabant, in illius caput, qui imprecatus erat. Cic. ad Att. VIII. ep. 5. *Nam quod ad te non ſcripſeram, poſtea audivi a tertio millario tum eum iſſe, πολλα ματαν κατασσειν ες κεφα δυναιτο νεκα, multa inquam, mala cum diriſſet, ſuo capiti, ut ejuni.* Tibull. I. el. 2.

Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra.

Ignoſcas : capiti ſint precor illa meo. GRÆV.

Ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuit) *Fuit* in omnibus exſtat codd. Primus Græv. *de urbe ac foro toto maximus rumor fuit*. Amſtelod. *ut de urbe ut de foro toto maximus rumor fuit*; ſcribe, *periiſſe & te in urbe ac foro toto maximus rumor fuit a Quinto Pompeio in itinere occiſum*, quod & Rutilius vidit, ac in vetere codice ſe hanc ſcripturam reperiiſſe teſtatur. GRÆV. *Ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuit*) Dubitavi, an non hanc conſtructionem donari oporteat Cœlii cuidam in ſcribendo negligentiæ, & celeritati, quam & paulo ante oſtendit in hac periodo, *quemadmodum actum ſit, & quæ exiſtimatio ſecuta, quæque de eo ſpes eſt, diligenter tibi perſcribemus*, ut quidem in optimis editionibus legi video. Cum tamen in libris ſcriptis aliqua hic occurrat varietas, in Cœlii gratiam opinor fuiſſe: *ita & in urbe ac foro toto maximus rumor fuit*. IAC. GRON.

A Q. Pompeio) Rufo: qui non multo ante, eum Trib. pl. eſſet, in cauſa Milonis Ciceroni diem dicere cogitarat. CORR.

Qu. Pompeium Baulis Schænobaticam facere) Hunc locum alii aliter caſtigarunt : ſuum autem quiſque judicium ſecutus eſt, ſuoque arbitrio in hoc uſus, quod diverſitas lectionum arguit. Quid enim adfine habet vox *epibaticam*, cum vulgata & recepta? nos ne una quidem littera a veteribus exemplaribus mutata, *Baulis embeneticam facere* ſcripſimus, quam veram eſſe lectionem cupimus & ab eruditis probari, & corroborari : eam autem potiorem ducimus, quæ hic ſtaret propter veteſtorum codicum auctoritatem, in quibus paſſim invenitur, & quia fortaſſe non incommodior ſenſus ex hac elicitur, quam ex illis, quas juniores ſuo ingenio excogitarunt : eum tamen rarior ſit, & Græcum verbum, niſi prius recipi a peritioribus audierimus, non firmiter id tenebimus : cum & alia ſignificet ἐμβαινειν, non eſt dubium quin ſignificet etiam in navim conſcendere, ut contra ἐκβαινειν de navi exire, ut apud Ariſtophanem in Ranis, ἐμβαινε ἐπ' ἐχθως. Et paullo poſt, ἐμβαινε δε, in eadem comœdia; cum jubet de navi exire, ἐκβαινε, κατα τον πλοον. Appellari igitur potuit ars *embænetica* eorum, qui naviculariam facerent, cum eſſet ipſorum hoc frequens, & familiare verbum, dum crebro hortarentur in navim aſcendere, juberentque feſtinare, qui aliquo vehi volebant : quod ſordidum erat & vile miniſterium. Vnde dicit ſe miſereri ejus eſuriei, qui eo deſcenderit, ut tam turpem quæſtum ſeque-

ego miſererer ejus esuriei, non sum commotus: & hoc men-

queretur. *Bauli* autem locus in littore Neapolitano, de quo Tacitus XIV. *Dehinc obvius in litora (nam Antio advenerat) excepit manu, & amplexu, ducitque Baulos, id ville nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter, & Bajanum lacum flexo mari alluitur.* Aliqui fortaſſe hanc ſua diligentia lectionem juvabunt, aut meliorem invenient. Nos tantam illi fidem habuimus, quia integram & incorruptam in cunctis melioribus codicibus reperimus, quorum conſenſum magni faciendum ſemper exiſtimavimus. VICTOR. Placet legere *embæneticam*, hoc eſt, naviculariam: quod Petro Victorio, viro erudito & nobili acceptum referes. CONRAD. Q. *Pompeium Baulis empeneticam facere*) Olim ſecutus libros vulgatos emendatiores, ſic edideram *embeneticam facere*; ſed idem tamen aſſenſus eram doctiſſ. viro Turnebo, collegæ meo, qui conjecit legendum *empineticam facere*, ſeu potius *empeneticam*, ut intelligamus ludere & jocari Cœlium in voce *empeneticam*; quæ oritur a verbo πεινᾶν, quod valet eſurire: quaſi dixiſſet eum artem eſuriendi facere ſeu exercere: ut dicimus, naviculariam & argentariam facere. Quin ſit autem hæc vera ſcriptura, dubium nemini eſſe debet, cum propter ſententiam, tum propterea quod libri veteres eam confirmant: qui partim ſic habent, partim *emeneticam*: nulli *embæneticam*, præter unum, qui tamen non me valde movet, cum *b* ſit fere *p* inverſum. LAMBIN. *Embæneticam fac.*) *Epibaticam* eſt in manuſcr. quodam libro: quæ vox eumdem ſenſum efficit. Pantagathus legebat *embibaticam*. VASIN. *Baulis embæneticam fac.*) Ita caſtigatiſſimus Pal. pr. Vaticani excerpta, editio prima ac Victoriana; nec diſſentiunt multa Pall. quart. quint. *bauli ſembauiticum*. Miror Lambini aviditatem, pro Turnebi *empeneticam*; cum ſtatim de Eſurie illius inſequatur. Alii *Epibaticam*; notumque *epibaticum facere* idem eſſe, quod Varroni *velaturam facere*. Gluſſ. ἐπιβάτης, *veſtor*. Alii *embaticam*. Alii nupere ἀκροβατικὴν ſubſtituunt. Vulgata lectio eſt *Sthænobaticam facere*. Duo Guilielmio conſulti, *emeneticam facere*. GARNARD. In pr. Græv. *Bauli ſem beneticum*. Amſtelod. *baiis embenedicam*. GRÆV. *Bauliſeni beneticam facere*) Sic MSi. Locus vexatus inſanum in modum. Forte, *Baulis vaticinari facere*, id eſt, curare ſe vomitoriis, vel vomendo XIII. ad Att. ep. ult. Eam autem Campaniæ oram valetudinis cauſa petebant. Huic convenit illud eſuriei, id eſt, jejunitatis, famis, eſurigmis, ut Varro loquitur. Io. FR. GRON. *Baulis embæneticam facere*) Vix videtur reſidua eſſe ulla ratio verbi hujus in alienam formam conferendi; adeo ſæpe jam mutata eſt. Sed tamen auges corrigentium varietatem in notis ad Catullum pag 84. Voſſius, reponendo ὀμπνεύσειν, audaciſſime quidem & indoctiſſime, ut ſolet, cum & fingat hanc vocem Græciæ ignoratam, & addat verbum ὀμπνεύω, quod nullo in monumento exſtat. Reliqua cum conſidero, nihil video ſecurius, quam optimis libris adhærere, qui aut habent aut proxime accedendo confirmant id, quod allegavi recte ab Gebhardo contra infidam Lambini inſiciationem ſervatum. Neque aliud innui puto, quam aquis & balneis eum indulſiſſe, ut illic ſolebant. Quam locutionem ſumtam Cœlio eſſe ab medicis, cur dubitamus; cum utique εμβάτης in illa ſignificatione etiamnum reſtet, ut notet ſolium in balneis, quod notatum viris doctis? Itaque cum illud derivativum illa ſignificatione ſit ſuperſtes, ad quod ſane illa ſignificatio transferri non potuit, niſi etiam tale quid fuerit jam in primitivo, tota res clamat εμβάπτειν de lavantibus in balneo uſitatum fuiſſe, ratione tranſitionis manifeſta & elegante ab navigaturis, & navem conſcendentibus, ut balneo uſuris labrum. IAC. GRON.

Vt ego miſererer ejus eſuriei) Lege Valer. Max. libr. IV. c. 2. CORRAN. *Vt ego miſererer ej. eſuriei*) Præfero Palat. primi & editionis priſcæ ſcripturam, *miſereer ejus eſuriet*: quæ

mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optavi. Plancus quidem tuus Ravennæ est: & magno congiario donatus a Cæsare, nec beatus, nec bene instructus est. Tui politici libri omnibus vigent.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

M. Valerius Messalla ante annum consul fuerat cum Cn. Domitio Calvino, creatus ex interregno, per ambitum, septimo anni mense, ut ex Dione & Appiano cognoscitur, accusatus de ambitu est, absolutusque anno ante, quam consul fieret: de quo sic in epistola ultima lib. III. ad Quintum; Messallam, reliquosque molestia levatos, vehementer gaudeo: eumque quod certum consulem cum Domitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentitis. *Rursus eodem crimine in judicium vocatus, evasit incolumis, Hortensio defendente: quæ de re in epist. 12. lib. IV. ad Attic. in libro autem de claris oratoribus ita loquitur Brutus*: Hortensium, magnum oratorem semper putavi, maximeque probavi pro Messalla dicentem, cum tu abfuisti. Sic ferunt, inquam: idque declarat totidem, quot dixit, ut ajunt, scripta verbis oratio. *Et Valerius lib. V. cap. 9. sic*: Hortensius Messallam, suæ sororis filium, heredem habiturus, ambitus reum defendens, judicibus dixit; si illum damnassent, nihil sibi,

valde titillat meis auribus. Quartus *misereret excitare*: quint. melius, *exisare*. Vulgatam lectionem non famam esse liquido, puto, jam constat. GRONOVIUS. Sic & optimus Græevii codex, *ut ego miserer ejus efurire*. GRAEVIUS.

Hoc mendacio ut defungeremur] Ut hoc mendacium illud malum sit, quod necessario perferendum est: & in eo perferendo *pœna* in omnium periculorum, si qua impendent. Hæc est vis verbi *defungi*, quam non cepit Cellarius. Virg. VI. Æneid. v. 83. ubi Servius. Cic. pro S. Roscio Amer. c. 8. structura illa per *si qua* difficilis paullo, ad verbum relata videtur. Sed notata ea jam supra; & explanat illam Plinius loco facillimo I. ep. 1. Et ita omnes reliqui. CORR.

Plancus quidem tuus] L. Munatius Plancus. CORN.

Magno congiario donatus a Cæsare] Magna pecuniæ summa; vide Torrent. ad Suet. Cæs. cap. 27. GRAEV.

Nec bene instructus, nec beatus] Nec lautam habet supellectilem, nec dives. Ceterum est ἀλληγορικὸν τι, & latet jocus, quem ignoramus, perinde ut in illis: *ἐμετικὸν facientis esurire*. Io. FR. GRON.

EPI-

ſibi, præter oſculum nepotum, in quibus adquieſceret, ſuperfuturum; hac ſcilicet ſententia, quam etiam editæ orationi inſeruit, filium potius in tormento animi, quam in voluptatibus, reponens. *Idem poſtea retractus in judicium damnatus eſt: quod epiſtola Cælii quarta ſignificat. De abſolutione igitur, quam nemo exſpectaverat, de exſibilato Hortenſio, Meſſallæ patrono, de Marcelli conſulis impetu ſedato, de conſularibus comitiis, de ſuis in ædilitate competitoribus, de pantheris, de ſyngrapha Sittiana, de commentariis rerum urbanarum breviſſime ad Ciceronem Cælius, &, ſuo more, familiariſſime ſcribit. Tota negotialis eſt epiſtola.*

CŒLIVS CICERONI S.

CErte, inquam, abſolutus eſt: me repræſentante pronunciatum eſt, & quidem omnibus ordinibus, & ſingulis in unoquoque ordine ſententiis. Vide modo, inquis. Non,

EPISTOLA II.

Certe, inquam, abſolut. eſt] Hæc ſi epiſtola, quotidianis in libris legitur in epiſtolarum familiarium Ciceronis lib. VIII. At in antiquiore meo hanc legi eſſe non octavi libri, ſed XV. quod mirum videri debet, cur tanta varietas. Sed alii judicent quo in libro ſit legenda. NIC. SCHUS.

Abſolutus eſt] Valerius Meſſalla: epiſt. 4. hujus lib. CONRAD.

Me repræſentante pronunciatum] Sententus ſum libros vulgat. Nam manuſcripti habent partim *me repræſentaee*, partim *me repreſentante*, partim *me prehenſante*. LAMBIN. In manuſcripto meo exemplari cum eſſet ſcriptum *me præſente*, ita exterius correctum erat, ut *me repræſentante* legi debere doceretur. Mihi tamen, ſi divinare licet, commodiſſime ſcribi videtur *me præſente*, vel *rem ſpectante*, vel *me rem inſpectante*. BERN. RUTIL. *Me repræſentante pronunciatum eſt*] Ita in Pall. prim. quart. editione prima, ac Victoriana. Vulgo *præſente*. GERHARD. *Me repræſentante*] Sic MSi: lege, *Me in re præſenti. Me*, id eſt, *ſua cauſa*. Cic. I. Offic. 10. *Si conſtituerit cuipiam te advocatum in eam præſenti eſſe ventura*, id eſt, in foro præſto fore. Io. FR. GRONOV. Mira licentia Cælius *repræſentante* pro *præſente* dixit, quod tamen in quibuſdam libris viſitur. *Repræſentatus eſt in judicio*, novator ille Apuleius X. Metam. p. 242. dixit; ſed id parum juvat. CORT.

Et quidem omnibus ordinibus] Senatorio, equeſtri, & tribunitio: hoc eſt, ordine Tribunorum, qui ærarii dicebantur. CONRAD. *Omnibus ordinibus*] Abſolventibus omnibus decuriis judicum, Senatoribus, Equitibus, Tribunis ærariis. I. FR. GRON.

Et ſingulis in unoquoque ordine ſententiis] Hoc ſi ita eſt, omnium conſentientibus ſuffragiis abſolutus eſt; ſed meus primus codex, *ſed ſingulis: in imo quoque ordine ſententiis: ſed* exſtat quoque in Peck. meo ſecundo, & plurimis aliis, quæ ſcriptura mihi probatur. Dicit enim Meſſallam aliquot ex omnibus ordinibus fuiſſe abſolutum, ſed omnium imi ordinis, nimirum tribunorum ærarii, ſententiis. Anſtelod. tamen ut & Pall. pr. quart. & edit. prima ac Victor. *& in unoquoque ordine*. Cæterus ſic reſcripſit:

Non, mehercules: nihil enim umquam tam præter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit: quin ego, cum pro amicitia validiſsime faverem ei, & me jam ad dolendum præparaſſem, poſtquam factum eſt, obſtupui, & mihi viſus ſum captus eſſe. Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis judices corripuerunt: & oſtenderunt, plane eſſe, quod ferri non poſſet. Itaque relictus lege Licinia, majore eſſe periculo videtur. Acceſsit huc, quod poſtridie ejus abſolutionem in theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. Hic tibi *ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum, & rudentum ſibilus.*

Hoc

certe inquam abſolutus eſt, (me præſente pronuntiatum eſt) nec quidem omnibus ordinibus, ſed ſingulis in unoquoque genere ſententiis: perperam. Si enim ſingulis in unoquoque ordine ſententiis fuit abſolutus, ab omnibus quoque ordinibus fuiſſe abſolutus rectè putatur & dicitur. GRÆV. *Sed ſingulis*) Id eſt, ut in Senatoria decuria, & inter equites, interque Tribunos ærarii abſolventes una ſententia vincerent, pluresque eſſent iis, qui condemnabant. Vereor, ut Manutius ceperit. I. FR. GRON.

Vide modo inquis) Secutus ſum libros omnes MSos. Nam vulgati habent *eides? rogo, inquis*, &. LAMBIN. Verba commonentis & admonentis, ut ſibi caveat, ne mendacium ſubeſſe deprehendatur. Petronius c. 51. cum nota Schetteri. CORT.

Ad dolendum præparaſſem) Si condemnatus fuiſſet. CORRAD.

Relictus lege Licin.) Pro *relictus* al. *relicta*. *Lex* erat *Licinia* de civibus regundis, quam *Licinius* Craſſus orator tulit, in qua de judicibus ædilitiis fiebat mentio: quos hic ſignificari, facile adducor ut credam. CORRADUS. *Lege Licinia*) Lex Licinia a M. Craſſo, una cum Pompeio ſecundum Cos. lata in δεκάζοντας, ετικς, id eſt, qui judices corrumpſerunt. Dio lib. XXXIX. Itaque *relictus*, id eſt, itaque ſtatim iterum delatus, & in reos receptus (hoc vult *ro* relictus, non expunctum eſſe nomen ejus in albo reorum, poſt abſolutionem de ambitu, ſed in eo relictum & ſervatum) nunc magis laborare, quam prius videtur. *Majore periculo eſſe*, pro, in periculo eſſe majore, IV. Fam. 15. Male Man. I. FR. GRON.

Poſtridie ejus abſolutionem) Sic Vaticani & Peckii excerpta, editioque adeo Victorii (nec non pr. Græv.) nam ceteri tres Pall. hic mihi turbas ac tricas inconciliant, tranſpoſitæ ſcilicet in modum. Sic, ut notant docti, Cæſar, *poſtridie ludos*, dixit: vulgo *abſolutionis*. GERHARD.

Theatrum Curionis) De hoc vid. Plin. lib. XXXVI. 15. CORRAD.

Hortenſius) Qui pridie pro Meſſalla cauſam dixerat & vicerat. INDEX.

Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor) At ille paſtoritia fiſtula, ut loquitur ad Att. ſive ſibilo exceptus eſt, exſibilatus eſt II. Att. 12. *Gladiatoribus, qua dominus, qua advocati ſibilis conſciſſe ſunt*. Sed hoc eleganter explicat Cœlius verſu Pacuvii, quo ille tumultum in navi oborta tempeſtate deſcripſerat. Plin IX. epiſt. 26. *Cum reſonant funes, curvatur aëbos, gubernacula gemunt: Rudentes* ſunt funes nautici, unde Plauti Comœdia *Rudens*. Proprie ſibilant rudentes flatu vehementi ventorum. Male Man. *Tibi* eleganter παρέλκει. I. FR. GRON.

Rudentiſibilus) Sic mihi legendum videtur. Eſt autem *Rudentiſibilus*, nomen compoſitum, ſeu junctum ex *Rudente* & *ſibilo*: quo uſus eſt Pacuvius, teſte Varrone, libro IV. de lingua Latina. Quod autem Rivius puta-

Hoc magis animadverſum eſt, quod intactus ab ſibilo pervenerat Hortenſius ad ſenectutem. Sed tum ita bene ut in totam vitam quoivis ſatis eſſet, & pœniteret eum jam viciſſe. De rep. quid tibi ſcribam, nihil habeo. Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed (ut mihi videbatur) conſilio. De comitiis conſularibus incertiſsima eſt exiſtimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, & nobilem agentem. Nam & Octavius, Cn. filius, & C. Hirrus mecum petit. Hoc, ideo ſcripſi, quod ſcio, te acriter, propter Hirrum, nuncium noſtrorum comitiorum exſpectaturum. Tu tamen ſimul ac me deſignatum audieris, ut tibi curæ ſit, quod ad pantheras attinet, rogo. Syngraphum Sittianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Caſtrinio Pæto: ſecundum ei, qui has litteras tibi dedit.

EPI-

putavit legendum *Rudentum ſimilis ſibilus*, mera divinatio eſt. LAMBINVS. *Rudentum ſibilis*) Ita Victorius & Vaticanus (nec non Græv. pr.) Lambinus unica voce *rudentiſibilus*, quod non ſatis poterat confodere atque expungere Guilielmius. Rivius olim, *ruaentum ſimilis ſibilus* conjecerat, quod explodit Lambinus: vulgo *ſibilus*. GERHARD. Eſt ſeptenarius Trochaicus integer. veteris comici. GRÆV.

Sed ita, ut in totam vitam cuivis ſatis eſſet, & pœniteret eum jam viciſſe) Vulgo poſt *ita*, addunt *bene*; ſed illud expungit Vatic. *viciſſe* quoque editum, cum alii libri melius *viciſſe*. GERHARD Utrumque male. Nam & *bene* optimus meus codex agnoſcit, nec poteſt ſine ſenſus detrimento abeſſe: in eo quoque ſcribitur *viciſſe*. Sic omnino ſcribendum. Dolebat enim ſe viciſſe, ſe defendente, Meſſallam fuiſſe abſolutum, cum propterea fuerit exſibilatus. GRÆV.

Marcelli impetus) De Galliarum ſucceſſione. CORRAD.

Incidi in competitorem nobilem & nobilem agentem) Nos veterem hanc, & ſinceriorem, ut putamus, lectionem reſtituimus. Is enim nobilem agit, qui cum non ſit, videri vult nobilis. *Agere* enim *aliquem*, eſt perſonam illam imitari, & effingere. VICTOR. Hanc lectionem firmant prim Græv. & Peck. *Nobilem agens* eſt Octavius: *competitor* vero erat adilitatis. *Competitorem nobilem & ignobilem agentem*) *Competitorem* adilitatis, *nobilem* Hirrum: *ignobilem* M. Octavium. Nam Octavii quidam novi & ignobiles habebantur. Sunt tamen qui legant, *ignobilem & nobilem agentem*. CORRAD. *Competitorem nobilem & nobilem agentem*) Ita Vaticanus, Peck. Victor. ac Lambin. Vulgo: *Competitorem nobilem, & ignobilem agentem*. GERHARD.

Propter Hirrum) Qui tunc in auguratu competitor fuit. CORRAD.

Quod ad pantheras attinet, rogo. Syngraphum Sittianam tibi c.) Peck. excerpta ſic concipiunt, *quod pantheras attinet, Syngraphum*. Vatic. vero, ut & Victorii editio, *attinet rogo Syngraphum Sittianam*: niſi quod etiam hæc *pyngraphum*: in fine epiſtolæ ex excerptis Peck. ac Vaticani, editione Victorii, edidi, *qui has litteras tibi dedit*: vulgo *reddet*. GERHARD.

Commentarium rerum urban.) Acta urbana: res urbanæ breviter deſcriptæ, vide V. ep. 12. CORT.

L. Caſtronio Pæto) Lib. XIII. ep. 13. CORRAD.

EPI-

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Principium epiſtolæ morale eſt: ſignificat enim Cælius & ſuam in ſcribendo diligentiam, & quo Ciceronis abſentis deſiderio teneatur. Deinde ad negotia ſermonem convertit. Se certiorem Hirro candidatum eſſe ait: Philotimum abſenti Miloni ſatisfacturum: valde ſibi gratum fore, ut eum ſuis Cicero ſcriptis ornet.

CŒLIVS CICERONI S.

ESt ne? vici? & tibi ſæpe, quod negaras discedens curaturum tibi, litteras mitto? eſt, ſi quidem perferuntur, quas do. Atque hoc eo diligentius factito, quod cum otioſus ſum, plane, ubi delectem otiolum meum, non habeo. Tu cum Romæ eras, hoc mihi certum ac jucundiſsimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus conſumere: idque non mediocriter deſidero: ut non modo mihi ſolus eſſe, ſed Romæ, te profecto, ſolitudo videatur facta: & qui (quæ mea negligentia eſt) multos ſæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie non eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior. Maxime vero, ut te dies noctesque quæram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere & diſsimulare, me certiorem, quam ſe, candidatum? de quo, ut, quem optas,

EPISTOLA III.

Eſt ne? . . . eſt) Nonne verum eſt, quod diſcedens tibi promiſi? Nonne vici te, qui negaras? *Eſt* adſerendi vim habet, ut docui ad III. ep. 1. CORT.

Quod negaras diſcedens curaturum tibi) Sic Vatic. Peck. Græv. prim ed. Victor vulgo *tui* omittitur. GRÆV. *Tibi* addunt optimæ editiones ex melioribus libris, & partim cum *curaturum* conjungunt, ut ſit *pro te*, ut ſæpe; partim cum *mitto*, ut abundet alterum *tibi*, quomodo *ea* ſupra VII. ep. 25. CORT.

Hoc mihi certum ac jucundiſſimum) Forte: *Hoc mihi certiſſimum ac jucundiſſimum*. LAMBIN.

Dolere & diſſimulare) Forte, *diſſimulari*. GVILIELM.

Me certiorem quam ſe candidatum) Hoc eſt, omnium opinio eſt me potius ædilem futurum, quam Hirrum. Hoc enim eſt *certus competitor*, *certus candidatus*, Cic. ad Attic. *De iis, qui nunc petunt, Cæſar certus putatur*. Id. ad Q. Fratrem: *Eumque, quod certum conſulem cum Domitio numeraris, nihil a noſtra opinione diſſentis*. Idem: *Catilina, ſi judicatum erit meridie non lucere,*

optas, quam primum nuncium accipias, tua medius fidius magis, quam mea cauſa cupio. Nam mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam: ſed hoc uſque eo ſuave eſt, quod, ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit: ſed tanti? ſed mehercule: non multum M. Octavius eorum odia, qui Hirrum premunt, quæ permulta ſunt, ſublevat. Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet, dedi-

certe, certus erit competitor. Tametſi hic *certus* ſit, non qui pro certo deſignandus ſit, ſed ſine dubio petiturus. BERN. RVTIL.

Nam mea) Al. *nam mea*, ſcilicet bona. CONRAD. *Cum locupletiore*) Quem vincere magnificentia non potero, & ob id nullam conſequi gloriam. IDEM. *Referam*) In tabulas, vel quaſi conferam. IDEM. *Nam mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam*) Lego: *Nam me, ſi fio, forſitan non locupletior referam*: vel, *non locupletiorem referam*. Venuſte, quaſi dicas, dubio proculſ pecuniario mihi damno erit ædilitas, propter ſcilicet ludorum impendia. BERN. RVTIL. *N. mea ſ. f. f. cum locupletiore ref.*) Hæc eſt Victorii lectio (eam etiam præ ſe fert primus Græevii, niſi quod pro *forſitan* ſcribat *ſi forte*,) quam magis ac lubentius amplexus ſum, quam Lambinianam illam, *nam mea, ſi fio, forſitan non locupletiora referam*: quando & Peckio excerpta *cum* non eo *non* agnoſcant. Vulgatum eſt, *nam me, ſi fio, forſitan non locupletiorem referam*. GERNARD. *Mea*, ſc. bona. Lege omnino: *Non mea: nam, ſi fio, forſitan*, cetera: hoc eſt, *Non mea cauſa* propterea cupio, quia, ſi fio ædilis, forſitan cum *locupletiore* (alio quodam ædili) *referam*, ſeu reportabo ædilitatem, qui me muneribus aut vincat, aut nihil mihi remaneat gratiæ: aut me ad multa impendia ſecum trahat, quod meis rebus non multum proficiet. Ita demum ſenſus procedit, qui mirum eſt, ut ab aliis vel lectionibus, vel interpretationibus turbetur. Illud *referam* poteſt & præſentis temporis eſſe, propter *forſitan*. CORT.

Forſitan cum locupletiore referam) Domum ſcilicet de Comitiis. *Cum locupletiore*, cum collega, qui me eſt opulentior, & ſumtum in ludos & ſpectacula faciendo, me poteſt ſuperare. I. FR. GRON.

Sed hoc uſque eo ſuave eſt) Sed Hirrum tepullam pati tantum habet ſuavitatis, ut per omnem vitam, quoties nobis ridere libebit, cauſam ſimus habituri, hujus repulſæ recordationem. IDEM.

Quod ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit) Forte: *Ut, ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poſſit*. LAMBIN.

Sed tanti? ſed mehercules: non multum M. Octavius eorum odia) Sic Manutius legit & diſtinguit. Gebhardus vero: *Sed tanti, mehercule, non multum M. Octavius*. Græevii vetus liber: *Sed tanti; ſed mehercule non multum M. Octavius eorum odia*. Lambinus legendum conjicit: *Eſt tanti; ſed mehercule non multum M. Octavius*. Sed optime Rob. Stephani editio: *Sed tanti? ſed eſt mehercule. Nec multum M. Octavius*. Cœlius ſcribit quaſi Cicero ſibi objiceret, *tanti* ne putas hanc rem? cui reſpondet Cœlius: utique tanti eam duco. GRÆV. *Octavius non multum ſublevat*) Id eſt, non leviora in ſele reddit, & habet odia eorum, quæ Hirrum premunt, i. e. ea, quæ in Hirro oderunt & propter quæ minus ei favent: ut non multo majorem fiduciam in his comitiis habeant. Male Man. qui ait Latini ſermonis rationem requirere *Qui*. I. FR. GRON.

Quæ permulta ſunt) Legendum fortaſſe eſt, *qui permulti ſunt*. LAMBIN.

Sublevat) Quod ignobilis ſit, cui propterea Hirrus præponi deberet: ſed id odia in Hirrum non minuit: CONRAD.

Liberti) Tui. IDEM. *Philotimi lib.*

Cice-

dedimus operam, ut & Philotimus quam honeſtiſsime Miloni abſenti, ejuſque neceſſariis ſatisfaceret, & ſecundum ejus fidem & ſedulitatem exiſtimatio tua conſervaretur. Illud nunc a te peto, ſi eris (ut ſpero) otioſus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curæ eſſe, συνταγμα conſcribas. Qui tibi iſtuc, iuquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquid ex tam multis tuis monumentis exſtare, quod noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quoque prodat. Cujuſmodi velim, puto, quæris. Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam, quod maxime conveniat, excogitabis. Genere tamen, quod & ad nos pertineat, & διδασκαλιαν quamdam, ut verſetur inter manus, habeat. Vale.

EPISTOLA IV.

ARGUMENTUM.

Varium eſt, ſi ſpectentur ſententiæ, hujus epiſtolæ argumentum: ſi genus; totum negotiale: nam de Meſſalla damnato, quem ante ſcripſerat abſolutum, de C. Marcello conſule deſignato, M. Claudio abſoluto, Dolabella XV. *viro creato, Lentulo repulſo, condemnato Servio tribuno pleb. deſignato, Curione ejus locum petente, Cælius ſignificat: adjun-*

Ciceronis vel Terentiæ libertus, ſubornatus ut damnati Milonis bona publicata emeret, reſtituenda Miloni. Vide ad Att. V. 8. GELLAR.

Miloni abſenti) Maſſiliæ exſulanti. CORRAD.

Satisfaceret) In ejus bonis, in quibus Philotimus ipſe eſt, tuo, & C. Duronii conſilio, ut ea facilius conſerventur. INEM.

Secundum ejus fidem) Quam tibi dedit, ſe, invito Milone, in ejus bonis non fore. INEM. *Secundum fidem & ſedulitatem ejus*) Et primum tua exiſtimatio & fama, dein Philotimi fides, & diligentia ſalva & inviolata eſſet. Lib. V. Attic. ep. 5. *Ut & tu non videreris hominem amiciſſimum in ſua calamitate premere & libertus tuus ſr-ciſſe, quod ex officio debebat.* Io. FR. GRON.

Æſtimatio tua conſervaretur) Al. *exiſtimatio*, quæ agebatur, ſi Philotimus in his bonis, invito Milone, perſeveraſſet: cum prætertim id Milo quereretur. CORRAD.

Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam) Vulgo, *tu optime*; ſed noſtrum accepimus ex Peck Vatic. editione Victorii (quibus conſentit pr. Græv.) ſtatim poſt ex editione Vict. & Peck. edidi *excogitabis*. *Genere tamen*: cum vulgetur alias, *excogitabis*: *ex eo tamen genere*; ſicut & ſuperius ex iiſdem repoſui. *poſteris quoque prodat*: *cujuſmodi velim*: melius quam vulgo, *prodat velim*: *cujuſmodi, puto, quæris*. GERHARD.

Epi-

adjungit de comitiis & prætoriis, & ſuis ædilitiis: quid actum ſit in ſenatu, quem in Cæſarem Pompeius animum oſtenderit: claudit epiſtolam commendatione rerum ſuarum.

M. CŒLIVS M. CICERONI S. D.

INvideo tibi: tam multa quotidie, quæ mirere, iſtoc perferuntur. Primum illud, abſolutum Meſſallam, deinde eumdem condemnatum: C. Marcellum conſulem factum: M. Claudium a repulſa poſtulatum a Gallis duobus: P. Dolabellam quindecimvirum factum. Hoc tibi non invideo, caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo, & Lentuli Cruris repulſi vultum non vidiſſe. At qua ſpe, quam certa opinione

EPISTOLA IV.

INvideo tibi) Hæc epiſtola in antiquioribus libris legitur in Nono. Nic. Sgels. Puta voluptatem illam, quam capis ex cognitione tam multarum rerum mirabilium. Plin. II. epiſt. 10. Ovid. II. Faſt. v. 591. Seneca de morte Claud. c. 12. Et familiare hujuſmodi principium epiſtolæ eſt, quale Plin. II. ep. 2. init. *Iraſcor: nec liquet mihi an debeam; ſed iraſcor.* Cort.

Iſthoc perferuntur) In Ciliciam. Corran.

Abſolutum Meſſallam) Ambitus. Idem.

Conſulem factum) Cum L. Paullo. Idem.

M. Claudium) *M. Calidium* legerem, ex epiſt. 9. hujus lib. quæ hanc ſequi debuit. Et ſane M. Calidius cum Q. Gallio inimicitias geſſit, ut a duobus Galliis M. & Q. Calidium accuſatum intelligamus. Ne plures conjecturas perſequar. Idem. Hanc conjecturam pluribus firmat Pighius ad annum V. C. DCCIII. qui conſulatur. Grav.

A repulſa) Poſt conſulatus repulſam. Idem.

Poſtulatum a Galliis duobus) Sic legendum *a Galliis duobus*, inquam, quod eo adſcripſi, quod olim operarum culpa editum eſt *a Galliis duabus*; ſignificantur enim M. & Q. Gallii. Lambin. *A repulſa poſtulatum a Gallis duobus*) Ita Victorius edidit, quem in hac editione (quandoquidem tempus præciſum, accurate MSos conſulendi; totum ſequi imbibimus. Lambinus ramen, *a Galliis duobus*; ſed *Gallis* habent quoque duo Guilielmii libri. Edebatur alias, *a repulſa condemnatum a Galliis duabus.* Gebhard.

Quindecimvirum factum) Sacrorum curandorum, quibus mandata erat cuſtodia librorum Sibyllinorum. Grav.

Lentuli Suræ repulſi vultum non vidiſſe) Sic omnes impreſſi codices. Antiqui quos vidimus, *Cruris*. Puto cum Cœlius ſciret Lentulum illum, qui Catilinæ conjurationis ſocius ſupplicio affectus eſt, *Surem* eſſe vocatum: cujus cognominis originem, & cauſam Plutarch. in Ciceronis vita explicat, Lentulum alium, ut ad hujus cognomen alluderet, jocoſe *Crurem* appellaſſe, quem irridere vellet, ut omnes ejus familiæ ab ea corporis parte cognomen acciperent. Sed hæc conjectura eſt: vox certe illa *Cruris* cum in antiquis exemplaribus ſit, non debuit a nobis relinqui & negligi. De re tam parva, cum alibi nulla mentio fiat, relinquitur unicuique liberum ſuum judicium. Quod autem nonnulli *Spintheris* legunt, novum eſt, & ut omnes nunc vident, longe ab antiquorum codicum fide. Quare melius operam poni credimus in vetere lectione confirmanda. Victor.

Suræ)

nione deſcenderat? quam ipſo diffidente Dolabella? &, hercules, niſi noſtri equites acutius vidiſſent, pæne concedente adverſario ſuperaſſet. Illud te non arbitror miratum, Servium deſignatum tribunum pleb. condemnatum, cujus locum C. Curio petiit: ſane, quam incutit multis, qui eum, facilitatemque ejus non norunt, magnum metum. Sed, ut ſpero & volo, &, ut ſe fert ipſe, bonos & ſenatum malet: totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit. Hujus autem voluntatis initium & cauſa eſt, quod eum non mediocriter Cæſar, qui ſolet infirmorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa

Sure) Al. *Cruris*: ut jocetur in *Sura*, & *Crure* Cælius. Legitur etiam *oculis*. CONRAD. *Lentuli Cruris repulſi vultum non vidiſſe*) Ita Vaticani & Peckio excerpta: nec ſecus Victorii editio: vulgo *Lentuli Sure*: duo Guilielm. libri *a curis*: unde ille facit *a curiis*: quia curiata erant comitia. GRUTER. Medicæi, Vatic. & Peck. libri lectionem etiam confirmat meus primus. Ludit autem in voce *Cruris* & *Sure*; ſic & *Sulla* & *Cruſellus*. Eſt enim a *ſura Sulla*, non a Sibylla, ut a *rerus rullus*, ut Gronovius olim me docuit. GRÆV.

Quam certa opinione deſcenderat) Nimirum in Campum Martium ad comitia. Suet. Iul. XIII. *Cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri eſculenti fertur*. Sic *deſcendere* ſimpliciter ſæpe apud Ciceronem eſt in campum, in forum ire, prodire. In Verrin. ſec. *Poſtridie mane deſcendit, Agathonum ad ſe vocat*, Et Philip. II. *Hodie non deſcendit Antonius*. Inferius epiſtola 8. hujus libri: *Itaque ſine ullo ſubſidio ſcripſere deſcendit, & Tuscam rem fecit*. Multi proceres habitabant in collibus: inde iſtud loquendi genus ortum eſt. GRÆV.

Niſi noſtri equites acutius vidiſſent) Cuncti antea impreſſi quoque codices *equites* habebant: Medicæus codex & ipſe eo loco perturbatus. VICTOR. *Acut. vidiſſ.* ſollicitius curaſſent, caviſſent: quæ notiones verbo ſupra pluribus adſertæ ſunt. CORT.

Vt ſe fert ipſe) Forte ſcribendum, *ut præ ſe fert ipſe*, aut *ut fert ipſe*. GRÆV.

Totus, ut nunc eſt, hoc ſenaturit) Sic reſtitui, cum & veritas hanc ſcripturam poſtularet, & liber unus manuſcriptus me admonuiſſet, in quo ſcriptum eſt *ſentirit*: pro eo quod eſt in vulgatis *ſcaturit*. *Senaturit* autem ita dictum eſt ut *Sylleaturit*. LAMBIN. *Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit*) Ita Victorius (& primus Græv.) Lambinus tamen, *hic ſenaturit* neſcio qua fiducia: videatur tamen Turnebus lib. XIII. cap. 20. Adverſ. vulgo *hic* pro *hoc*. GRUTER. *Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit*) Hoc effundit, ebullit, ſervide iactat, ut fons aquas ejaculatur. Etſi belle Lambinus, *hic ſenaturit*. I. FR. GRON.

Hujus voluntatis initium & cauſa ineſt) Ita ſcripſi: nam Peckio excerpta ignorant *eo autem* poſt provocabulum *hujus*: deinde Victor. quoque editio *ineſt*, præfert vulgato *eſt*. GRUTER. Sed ego reſcribo ex meo primo & vulgatis, *hujus autem voluntatis initium & cauſa eſt*. Mox idem codex, *Infirmorum hominum amicitias*: quod non improbem. Per *infirmos* videtur intelligere alieno ære obrutos, propter debita & anguſtias rei familiaris miſeros & corruptibiles. Cæſaris enim caſtra erant portus perditorum hominum, qui cum timore ac mala ſpe vivebant, ut alibi loquitur Cic. His paullo poſt opponit *valentes*. GRÆV.

Infirmorum hominum amicitias) Nulli pecuniæ parcere, etiam in humilibus promerendis, quibus tamen aliquis aditus ad potentes eſſet. Suet. Iul. c. 27. I. FR. GRON.

Vide-

penſa adjungere, valde contemſit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe, quod a reliquis quoque uſque eo eſt animadverſum, ut Curio, qui nihil conſilio facit, ratione & inſidiis uſus videretur in evitandis conſiliis, qui ſe intenderant adversarios in ejus tribunatum: Lælios, & Antonios, & id genus valentes dico. Has ego tibi litteras eo majore miſi intervallo, quod comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, & exſpectare in dies exitum cogebant, ut, confectis omnibus, te facerem certiorem. Ad Kalendas Sextiles uſque exspectavi. Prætoriis moræ quædam inciderunt. Mea porro comitia, quem eventum ſint habitura, neſcio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem, ædilium pleb. comitiis nacta ſunt. Nam M. Cœlium Vinicianum mentio illa fatua, quam deriſeramus

Videtur illud venuſte cecid.) Curionem ſe prime Cæſaris amicum oſtendiſſe. Conrad.

Conſilio) Quo ſe Cæſaris amicum præ ſe tulit, ne Lælium, & M Antonium adverſarios haberet. Conrad.

Ratione, & inſidiis uſus videretur) Nulla in re diſcrepat a vulgata lectione ſcriptura, quæ in Medicæo eſt: quare etſi quædam dura ſuor, nihil auſim immutare. Victor.

In evitandis iis conſiliis) Sic Peck & Victor. ed. ſed rectius meus primus omittit *iis*, quod videtur natum eſſe ex ultima ſyllaba præcedentis vocabuli. Temerarii vero ſunt, qui ex conjectura Manutii receperunt, *in evitandis eorum conſiliis*. Grev. Vt *petitorem* ſupra ep. 3. pro *petitione* Cœlius dixit: ita contra hoc loco *conſilia* pro hominibus conſilia agitantibus poſſuiſſe videtur. Ovid. III. Faſt. v. 275. Auſon. Periocha Iliad. XXI. adde Sall. Cat. c. 14. Manutius *iis* accipit pro *eorum*: non male, ſi conſideraveris ad V. ep. 20. ſcripta. Reſtabat Bengelio addendum *eorum* eſſe omiſſum, de quo dixi III. ep. 2. V. ep. 1. & alibi. Cort.

Lælios & Antonios) Medicæus item *Lælios* nulla varietate: nam locus in epiſtola Metelli, ubi antea *Lælium* legebatur, nunc *Lollium* a nobis ope Medicæi codicis caſtigatus eſt: cui ſi fidem habuimus, quod *Lollium* habuit, ubi ceteri omnes *Lælium*, non poſſumus nunc facile eidem non credere, quod *Lælios* cum omnibus aliis & impreſſis & manuſcriptis habet. Nam conjectura illa levis eſt, quod *Lollios* legendum ſit, quia illi Cæſaris amici in civili diſſenſione fuerunt: tunc enim Pompeianus erat Curio, & ſententias illas in Rep. defendebat, quæ Cæſari adverſarentur, quod ab omnibus hiſtoricis traditur. Repente autem ille totus mutatus eſt, quemadmodum etiam Cœlius oſtendit, cum inquit: *Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere, jam calet: nam frequentiſſime conſcribitur: leviſſime enim qui de intercalando non obtinuerit, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cæpit.* Victor. *Lælius & Antonios*) Legendum *Lollios*, ut emendavit Manutius: itaque olim excudi juſſeram. Nam libri fere omnes & vulgati, & MSi habent *Lælios*, quod Victorius tamen retinet. Lambin.

Ædil. pl. comitiis) In quibus Vicinianus Ædilis pleb. eſſe non potuit. Conrad.

Vicinianum] Al. *Vinçinianus*, ut vocat Hirtius. Idem. *Nam M. C. Vinicianum*, &c.) Secutus ſum nunc libros manuſcriptos, eos qui habent *Vinicianum*,

mus olim, & promulgatio de dictatore ſubito dejecit, & dejectum magno clamore inſecuta eſt. Inde Hirrum cuncti, an non faciendum, flagitare. Spero, te celeriter & de nobis, quod ſperaſti, & de illo, quod vix ſperare auſus es, auditurum. De republ. jam novi quidquam exſpectare deſieramus. Sed

num, quod hæc ſcriptura ſit veræ & rectæ proxima, *Vinicianum*. Id quod nuper intellexi ex nummo argenteo, quem mihi indicavit Clemens Teveninus, homo Romanæ antiquitatis ſtudioſiſſimus ac peritiſſimus: cujus nummi pars altera Victoriæ alatæ effigiem præ ſe ferebat, coronam manu tenentis. Inſcriptio autem erat, *L. Vinici*: id eſt, L. Vinicius, ſeu potius, L. Vinicianus: in altera parte effigies erat Concordiæ. Hoc igitur ex illo nummo & cognovi, & cognoſcere licere dico, Vinicios fuiſſe Romæ, non Vicinios: & hic legendum eſſe *Vinicianum*, non *Vicinianum*, neque *Licinianum*. LAMB. *Viniciſanum* eſt apud Hirtium in veteſtiſſimo apud me libro, ut ſit Vinicius adoptatus a Cœlio, quomodo hic legendum arbitror. Vinicia autem gens frequens eſt in *L. Vinicii* denariis cuſis ſub Auguſto. Aliud autem agebat Manutius cum ſcripſit ſe vidiſſe apud me nummum argenteum, in quo eſſet Cœlii hujus Viniciani mentio: exſtat enim apud me non Cœlii, ſed CRASSI. IVNIANI denarius, cujus ego auctoritatem ſecutus, locum Ciceronis reſtitui in epiſt. 8. lib. III. ad Q. Fratrem. VASINVS. *M. Cœlium Vicinianum*) Ita edidit Victorius, cui plane accedunt Peckio excerpta, & alter Guilielmii liber; in quo *Vicinnianum*. Lambinus propugnat *Vinicianum*, ut & Vrſinus noſter in *Licinia*; ubi invehitur in Manutium reponentem *Licinianum*: conſulatur: nos & libri iſti onica littera a vulgata lectione alieni ſumus. *Ticinianum* enim prius legebatur. GRONOVS. Peccatur hic rrajectione ſyllabæ; & nummi & antiqua monumenta oſtendunt legendum eſſe, *Vinicianum*, quamvis & Græevii liber præ ſe ferat, *Vicinianum*. GRÆV.

Mentio illa fatua) In Tribunatu. Nam Trib. pleb. auctore Dione, prædicabant, neceſſe eſſe Pompeium dictatorem dici. CORR.

Quam deriſeramus olim] Meus prim. *quam deſideramus olim*: quæ poſſit eſſe vera ſcriptura. Sed quis in tantis tenebris auſit præſtare? GRÆV.

Promulgatio de dictatore] Odium ex ea promulgatione natum. CORR.

Dejecit] Ab ædilitate. IORM.

Magno clamore inſecuta eſt]. Hypallage eſt, ſed durior, quam illa: *dies denſitatis*: vide I. ep. 6. Ita autem expone: *per promulgationem* dejectus eſt, & dejectum homines magno clamore excepernnt. Adde Sall. Iug. c. 5. ubi vide. CORT.

Inde Hirrum cuncti jam ad non faciendum flagitare] Cum Vicinianus repulſam tuliſſet, cum quo Hirrus fortaſſe ſenserat. IORM. *Cuncti jam*] Sic reperi ſcriptum in duobus cod. Memmianis: ut non dubitem de veritate hujus ſcripturæ, quamvis aliter ediderit Victorius. LAMBIN. *Inde Hirr. c. an non fac. flag.*) Lambinus in duobus ſe Memmianis reperiſſe teſtatur, *cuncti jam ad non faciendum flag.* Nos Victorianam lectionem retinuimus a Vaticano quoque exhibitam; eo magis, quod exiguiſſima mutatione a vulgata diſtet: nam pro *jam* regeſſimus *an*. GRONOVS. Non ſollicitanda fuit veterum editionum ſcriptura: *Inde Hirrum cuncti non faciendum flagitare*. Omnes cœperunt flagitare Hirrum non faciendum ſc. ædilem. GRÆV. *Hirrum cuncti jam non faciendum flagitare*] Hoc velut præjudicium de Hirro fuit, qui & ipſe auctor Dictatoris creandi fuerat. Non faciendum, ſc. Ædilem Curulem, in quo erat eadem culpa, quæ in Viniciano. Io. FR. GRON.

De nobis quod ſperaſti] Nos ædiles futuros. CORR.

Vix ſperare) Hirrum repulſam laturum. IO.

Ad

Sed cum ſenatus habitus eſſet ad Apollinis a. d. XI. Kalend. Sext. & referretur de ſtipendio Cn. Pompeii, mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompeius, quo numero eſſet, quo appeteretur: cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius, ſe legionem abducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & convicium obtrectatorum. Inde interrogatus de ſucceſsione C. Cæſaris: de qua, hoc eſt, de provinciis, placitum eſt, ut quam primum ad urbem reverteretur Cn. Pompeius: ut coram eo de ſucceſsione provinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus: & ſtatim iit, puto idib. Sextil. de ea re factum iri: profecto aut tranſigeretur aliquid, aut turpiter intercederetur. Nam in diſputando conjecit illam vocem Cn. Pompeius, Omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe. Ego tamen ſic nihil exſpecto, quomodo

Ad Apollinis) Se. ædem. antiqua locutio de Græcis ducta fontibus, lib. XIV. ep. 2. GRAV.

Quam expenſam tulit C. Cæſari) Quam de ſuis legionibus ei dedit. In.

Quo numero eſſet, quo appeteretur) *Numero*, ſuo, an Cæſaris: vel legionum, quæ a numero appellabantur. Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, confectam ex delectu provinciæ, Cæſari eam tamquam ex ſuo numero dederat. CONRADVS. *Appeteretur* &c.) Videtur legendum: *Cum apparet eam eſſe in Gallia, coactus eſt dicere Pompeius, ſe*, &c. IDEM. *Quo appellaretur*) Locus corruptus, ut & multi ſunt alii in hoc libro. Libri vulg. habent *quo appeteretur*. Quidam legunt *quo appellaretur*. A numero enim appellabantur legiones: legio prima, ſecunda, tertia, &c. Alii volunt legi, *quando repeteretur*. Deinceps libri manuſcr. habent: *Cum Pompeius eſſet in Gallia, coactus eſt dicere, Pompeium*, &c. meo judicio mendoſe. Quidam pro *coactus*, legunt *conatus*. LAMBIN. *Quo appeteretur*) Sic edidit Victorius, & ipſi quoque retinuimus (adſtipulatur primus Gravii). Lambinus vero *quo appellaretur* quia legiones a numero appellabantur; legio prima, ſecunda, tertia. Alii volunt legi, *quando repeteretur*. Guilielmius duplicem ſuam conjecturam adnotavit, vel *quo adpeteretur*, vel *quo abduceretur*: ſed non video, cur vulgata præ illis omnibus locum habere non poſſit. GRONOVS. Senſus autem eſt, quot numero milites in illa legione ſint, & quam ob cauſam fuerit eo miſſa, & a Cæſare petita, aut, quo fuerit ablegata. Fecerat enim hoc Pompeius inconſulto ſenatu. *Cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abducturum*) Prim. meus, *eam Pompeius eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius ſe legionem adducturum*. Cælium ſcripſiſſe puto, *eam eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius: &, ſe legionem adducturum*. GRAV. *Quo appeteretur*) Fort. *quando repeteretur*, quando vellet eam revocare, ac recipere a Cæſare. I. FR. GRONOV.

Hoc eſt, de provinciis) Hoc totum alienum puto, & ideirco delendum. LAMB.

Factum iri.) Vſitatius erat *actum iri*: ſed Cælianum eſt. LALL.

Profecto aut tranſigeretur aliquid aut intercederetur) Sic Vatic. Grav. prim. Victor. ed. vulgo: *Profecto aut tranſigetur aliquid, aut intercedetur*. GRAV.

Conjecit illam vocem) hoc eſt, inter alia hæc dixit. Sall. Iug. c. 11. Tacit. III. An. c. 66. CORT.

Omnes oportere ſenatus dicto audientes eſſe)

do Paullum consulem designatum primum sententiam dicentem. Sæpius te admoneo de syngrapha Sittiana: cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde pertinere. Item de Pantheris, ut Cybiratas arcessas, curesque, ut mi vehantur. Præterea nunciatum nobis, & pro certo jam habetur, regem Alexandrinum mortuum: quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Kalendis Sextil.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Prior epistolæ pars moralis est, quia profectum a benevolentia metum Cælii significat, ne cum Parthorum copiis congressus Ciceronis exercitus profligetur: posterior, quia de successione provinciarum agit, negotialis. Hæc epistola, quo die scripta sit, non apparet: sed videtur superiorem proximam paucis diebus consecuta: nam, neque iteravit Cælius de pantheris, quia scilicet paullo ante scripserat; neque Curionem designatum esse tribunum pl. significat, quem in proxima dixit petere: quoque magis moveor, huic, & supe-

esse) Antiqua exemplaria *Senatui* dandi casu habent, quemadmodum etiam illum locum in hujus item epistola: *Vtrum C. Cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an paracet, qui senatum decernere non paterentur.* M. item Varro sic loquitur de Re Rustica: *Facilius enim his, quam mincribus natu, dicto sunt audientes.* Cicero in VII. Philippica: *Scilicet legatos ad eum misimus, non ut pareret, & dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret.* VICTOR. Adde I. Fr. Gronovii, viri omni præconio majoris, observata ad Liv. Lib. XXIX. c. 20. VERHVEG.

Paullum Consulem] L. Æmilium Paullum. CORRAD. *Design. primum sent:* primo loco, quod erat coss. designatorum, ut doceo ad Crispi Cat. c. 50. CORR.

Sententiam dicentem) Quippe, qui sileret, jam tum fortasse Cæsari conciliatus. CORR.

Curesque ut mihi vehantur] Qui? Cybiratæ, an Pantheræ? Nugæ. Primus meus, *ut mihi venatur*, leg. *ut mihi venentur*, nimirum pantheras. GRÆVIVS. *Curesque ut mi vehantur*] Sic Naugeriana, & Victoriana, quamr esse fecit Gebhardus, cum fuit sequutus, relicto, & Lambino, qui addit *mihi ut vehantur*, & aliis, qui *ut mihi vehantur*. Opinor autem prius illud ortum esse ex vera, & vetere scriptura *curesque ut inveniantur*, hoc est, indagentur & vestigentur ad capiendum. Ad quod verbum videtur respexisse in respondendo Tullius lib. II. Epist. 11. dum scribit, *sed mira paucitas est*. IAC. GRON.

Quid mihi suadeas] Regis, ut suspicari possumus, creditori. CORR.

EPI-

ſuperiori Cicero una reſpondet epiſtola, quæ decima eſt lib. II.

CŒLIVS CICERONI S.

QVa tu cura ſis, quod ad pacem provinciæ tuæ finitimarumque regionum attinet, neſcio: ego quidem vehementer animi pendeo. Nam ſi hoc moderari poſſemus, ut pro viribus copiarum tuarum belli quoque exſiſteret magnitudo, &, quantum gloriæ triumphoque opus eſſet, adiequeremur, periculoſamque & gravem illam dimicationem evitaremus, nihil tam eſſet optandum. Nunc ſi Parthus movet aliquid, ſcio non mediocrem fore contentionem: tuus porro exercitus vix unum ſaltum tueri poteſt. Hanc autem nemo ducit rationem: ſed omnia deſiderantur ab eo (tamquam nihil denegatum ſit ei, quo minus, quam paratiſſimus eſſet) qui publico negotio præpoſitus eſt. Accedit huc, quod ſucceſsionem futuram propter Galliarum controverſiam non video. Tametſi hac de re puto, te conſtitutum, quid facturus eſſes, habere: tamen, quo maturius conſtitueres, cum hunc eventum providebam, viſum eſt ut te facerem certiorem. Noſti enim hæc tralatitia: de Galliis conſtituetur: erit, qui intercedat: deinde alius exſiſtet, qui,

EPISTOLA V.

NAm ſi hoc more moderari poſſemus) Ira olim in omnibus impreſſis, nec non etiam manuſcriptis codicibus legebatur: ipſe conjectura ductus emendavi, *ſi hoc moderari poſſemus*: ſupervacuamque exiſtimavi totam vocem *more*, & ex primis ſyllabis conſequentis dictionis negligentia librarii conflatam, quemadmodum antea arbitratus ſum in vetere illa ſcriptura *in anima magiſtratu* a librario peccatum eſſe, & *inani magiſtratu* legi oportere. Nonnulla ſunt hujuſcemodi menda in priſcis exemplaribus, quæ inde in libros excuſos fluxerant: eorum autem partim ſublata ſunt, partim adhuc manent. In Mediceo ſic locus ille legitur in epiſtola ad Cornificium: *Primum in ſpem libem libertatis ingreſſus ſum*. Id tamen erratum facile cognitum. VICTOR. *Hoc more*) Alii legunt, *hoc modo*. CONRAD. *Si hoc moderari poſſemus*) Prim. Græv. & tres Guilielmii, *ſi hoc more moderari poſſemus*: hoc eſt, ſi poſſumus hoc ſuadere Senatui, ut id decerneret. Res ita tractare, diripere. Sall. tt. de Rep. Ord. & ſic B. Cat. c. 51. *moderari* pro imperare, ut & alibi, poſuit: eſt enim proprie *modum imponere*. CORT.

Ab eo qui publico negotio præpoſitus eſt) Imperatore, aut Proconſule. GRÆV.

Galliarum controverſiam) *De Galliis*, & de ſucceſſione in iſta provincia. Sic II. ep. 16. *querela temporum*; *lex ambitus*, *Repetundarum* & ſimiles Genitivi plures eamdem vim exprimunt. CORTIVS.

Viſum eſt ut te facerem certiorem) Forte: *Viſum eſt te facere certiorem*. LAMBIN.

qui, niſi libere liceat de omnibus provinciis decernere ſenatui, reliquas impediat: ſic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Si quid novi de repub. quod tibi ſcriberem, haberem, uſus eſſem mea conſuetudine, ut diligenter, & quid actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem. Sane tamquam in quodam incili jam omnia adhæserunt. Marcellus idem illud

Qui niſi libere) Si Cæſari relinquentur Galliæ, nec in alias provincias ſucceſſorem deſtinari, nec de iis decerni ſinet. Io. Fr. Grov.

Reliquas impediat) Res, ſucceſſionem reliquarum, ea figura, qua Cicero II. ep. 8. *provinciam prorogare*, & Livius *confecta provincia*, quem alibi laudavimus. Cort.

Sane tamquam vi quadam in Ciliciâ omnia adhæſerunt) Nos hunc locum valde corruptum invenimus in antiquis exemplaribus: vulgati etiam codices diverſas inter ſe, & parum firmas lectiones habent: eam igitur ſumus ſecuti, quam probabiliorem duximus, etſi nulli ſatis confidimus. Cum tamen neceſſe eſſet unam aliquam ex illis omnino capere (nec enim meliorem ipſi aut invenimus, aut excogitavimus) minus depravatam (niſi fallor) elegimus. Sic autem habent antiquiores codices: *Sane tamquam in quodam in Ciliciâ omnia adhæſerunt*. Quæ profectu verba non parum perverſa & inquinata ſunt. Nos ea hic poſuimus, ut omnes hunc locum ſuſpectum habeant, & ut ingenioſiores videant attente, poſſint ne meliorem ex his veſtigiis lectionem elicere, aut commilici Victor. *Tanqu. in quod. filiæ jam omn.*) Quid de hoc loco ſentirem, olim planum fecimus, & quam ad illum reſtituendum opem dare potuimus, tunc præbuimus. Non poſſumus in tantis anguſtiis temporis tantiſque tenebris aliquid lucis videre. Quod de eo etiam loco dicimus, qui hunc ſequitur: ille enim quoque, ut olim docuimus, minoribus maculis inquinatus eſt. In. in Poſter. *Tamquam in quodam incili jam omn.*) Sic puto legendum ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis: quod & Manutio jam olim ante venit in mentem. Sunt autem *incilia* (ut docet Feſtus) *foſſæ, quæ in viis ſunt ad deducendam aquam, ſive derivationes de rivo communi factæ*. Ulpianus lib. XLIII. D. tit. de aqua quotid. & æſt. cap. 1. *Caput* (inquit) *aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur; ſi ex fonte naſcitur, ipſe fons: ſi ex flumine, vel lacu, prima incilia, vel principia foſſarum, quibus aquæ*, &c. Turneb. tamen lib. XII. Adverſar. cap. 17. legit *in quodam ciliciо*, &c. fortaſſe melius & verius. Lamb. *In quod. filiæ*) Pantagathus ex antiquis libris: *Sane tamquam in quodam veſtæ lintre omnia adhæſerunt*. Ursin. *Sane tamquam in quodam filiæ jam omnia adhæſerunt*) Retinuimus vulgatam lectionem, cum Victorio, & Vaticani excerptis. Antiquiores codices, adnotante Victorio habent: *Sane tamquam in quodam in Ciliciâ omnia adhæſerunt*. Libri autem Guilielmii duo *in Ciliciâ*: unus quidem *in Ciliâ*; malebat ipſe *in quadam filiæ*. Turnebus tamen lib. XII. cap. 17. ex veſtigiis v. c. hæſitans expediebat, *in quodam ciliciо*: quod per *citicium & coactilia* aliquando liquores tranſmittuntur, ut in iis tamenta auri adhæreſcant aqua tranſfuſa. Paulus Manutius, quod probabat Lambinus, *in quodam incili jam omnia adh.* utramque tamen conjecturam ingenioſam quidem, ſed fortaſſe coactiorem, & alieniorem affirmat Andreas Schottus, mavultque ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis codic. Maff. *in quodam vithlicа omn. adh. in quodam fictili ea omnia adhæſerunt*: quod fictilia vaſa odorem ſemel imbuta retinent. Amicus porro ejus ἀνὴλος quidam volebat, *tamquam in quodam juſtitio* vel *interſtitio*, at iterum hoc ei placebat, *tamquam in quodam vitiligio*, cujus conjecturæ rationes apud ipſum videantur lib. II. cap.

lud de provinciis urget, neque adhuc frequentem ſenatum efficere potuit. Quod ſi anno præterito Curio tribunus, & eadem actio de provinciis introivit: quam facile nunc ſit omnia

cap. 21. Nodot. Denique divinabat, *fictili lucri omnia adhæſerunt*: qua forma ac fictione proxima epiſtola dixiſſe videatur: *Hic nos omnes abſolvimus, & Hercules, confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt*. Quæ, ut ipſius pace dicam, omnia coactiora & alieniora hoc loco videntur: quamquam illius conatus litteras juvandi laude ſua non fraudandi ſunt. Pantagathi conjectura non prætereunda eſt: *Sane tamquam in quodam vetta lintre omnia adhæſerunt*: eſt tamen talis, qualia omnia ipſius: hoc eſt, parum veriſimilis, licet alias argute. GRÆV. Manutii emendationem probat etiam Salmaſius in Solinianis exercitationibus; & cum a ſcriptura veteriſſimorum librorum proplus abſit quam aliorum, licet non ineptæ ſint (nam & meus primus habet *tamquam in quodam incilicia*,) non potui eam non probare. Verum quidem eſt, aqua non hæret in incilibus, ſed per illa derivatur aut in flumina, aut lacus, aut e fluminibus & lacubus in agros. Homines tamen & jumenta & currus hærent, ſi in *incilia* in viis facta inciderint. Sicut & hodie foſſæ fodiuntur nec admodum latæ, nec admodum profundæ a colonis ad impediendum iter ac tranſitum hominum juxta ac jumentorum per ſuos agros. Feſtus: *Inciles foſſæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam*. Apul. Metamorph. lib. IX. *Via lacunoſis incilibus voraginoſa*. In tali via neceſſe eſt ſæpe hærere currus, jumenta, homines, cum *incilia* in iis ſunt paullo profundiora. GRÆV. *Sane tamquam in quodam inſili omnia adhæſerunt*) Omnia ſtupent ac ceſſant, ut aqua quæ non currit obturato incili. Cato de R. R. 155. *Per hiemem aquam de agro depelli oportet. In monte foſſas incites puras habere oportet*. Mox: *Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis forcipibus exire oportet, incilia aperire*. Columella VIII. 9. *Vi a ſuperiore parte, ſi olla in clivo ſit, incilia excitentur*. Huc pertinet proverbium a clepſydra vel incili petitum: *Aqua hæret*. Cic. III. ad Q. ep. 8. *In hac cauſa mihi aqua hæret*, id eſt, ceſſat conſilium, neſcio quid agere debeam. III. Offic. extremo. I. F. GRON.

Frequentem ſenatum efficere) Frequentis ſenatus, hoc eſt, plurium ſenatorum *ſententiam* efficere non potuit. Manutius autem intelligit, *Marcellum non potuiſſe frequentare ſenatum*: quod vix credibile eſt: niſi ita capias, quod numerum SC. faciendo neceſſarium efficere nequiverit: quomodo tamen ad *ſententias*, ut dixi, potius, quam ad numerum convenientium reſpiciendum eſſe apparet: pro Manutio tamen facere videtur ep. 9. CORT.

Quod ſi anno præterito) Finito. CORR. *Curio Trib. pleb.*) Deſignatus. ID.

Hoc ſi anno præterito Curio Tribunus, & eadem actio de provinciis introibit) Hæc eſt lectio veteſtiorum editorum, niſi quod addant, *quod*, id non agnoſcente meo primo. Male recentiores *introibis* mutarunt ex corruptis libris in *introivit*, quod vitium quam frequens ſit in libris & lapidibus nemo niſi hoſpes in litteris ignorat. Ordo verborum hic eſt: *Si hoc anno præterito Curio tribunus, & eadem actio de provinciis introibit*, in ſcenam quaſi Romanæ reipublicæ, hoc eſt, ſi poſt hunc annum, vel præterierit, Curio erit tribunus, & denuo hoc negotium de provinciis agitabitur, quam facile tunc poſſint omnia impediri non ignoras. Sed in ſequentibus pro *nunc* legendum *tunc*. GRÆV. *Hoc ſi præterito anno*) Sic MSus, non *quod*. Si poſt elapſum hunc annum Curione tribuno rurſus introducetur & agitabitur actio de ſucceſſione provinciarum. Io. FR. GRONOVIVS. *Quod ſi anno præterito Curio tribunus, & eadem actio de provinciis introivit* &c.) Admodum dura mihi acciderunt, quæ ad commentandum hunc locum adferuntur. *Introivit* autem invenio jam in Naugeriana & Victoriana Stephani, ut id pro ſanctiore habeam, quam *introibis*. Tum eædem editiones, *Hoc ſic præterito anno*. Denique eædem *ut quam facile*. Quæ poſſunt exſtare clariora ad leniſſimam,

omnia impedire, & quam hoc Cæſari, qui ſua cauſa remp. non curet, ſuperet, non te fallit.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Scribuntur hæc: Appium, qui cum Cicerone in gratiam redierat, a Dolabella eſſe accuſatum: cavendum Ciceroni, ne, ſi Appio non ſtuduerit, parum ſimpliciter & candide inimicitias depoſuiſſe videatur: uxorem a Dolabella diſceſſiſſe: poſſe ei Tulliolam, Ciceronis filiam, collocari: Pompeium valde pro Appio laborare: ſummam eſſe conſulum negligentiam: totam otioſam eſſe civitatem: Bibulum in Syria male pugnaſſe: Curionem tribunum pleb. mutata voluntate, ab optimatibus ad Cæſaris partes tranſiiſſe: Appii gratiam ſe cupere: Dolabellæ affinitas ſi probetur, celandum: niſi pantheras Græcas habeat, turpe Ciceroni futurum. Tota negotialis eſt epiſtola: ſcripta Paullo & Marcello Coſſ. Reſpondit Cicero epiſt. 13. lib. II.

CŒLIVS CICERONI S.

NOn dubito, quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum: ſane quam non ea, quam exiſtimaveram invidia. Neque enim ſtulte Appius: qui ſimul atque

venuſtiſſimamque ſententiam? Scripſit enim Cœlius: *Hoc ſic præterito anno Curio tribunus & eadem actio de provinciis introivit, ut quam facile nunc ſit omnia impedire.* IAC. GRON.

Et quam hoc Cæſari, & iis qui ſuam cauſam non reip. curant, ſuppetat, non te fallit) Libri manuſcripti habent: *Et quam hoc Cæſari, qui ſua cauſa remp. non curent, ſuperet, non te fallit.* Ego nihil muto. LAMB. *Cæſari qui ſua cauſa remp. non curet, ſuperet*) Libri MSi Lamb. hanc lectionem habent, repræſentatam quoque in editione Victorii. Peck. quoque *ſuperet*. Vulgata lectio tota abhorret: *Cæſari & iis qui ſuam cauſam non reipub. curant, ſuppetat, non te fallit.* GRÆV. Codices tamen tam Lambini, quam primus Grævii *ſuperent* ſcribunt, non *ſuperet*. GRÆV. *Et quam hoc Cæſari, qui ſuam cauſam remp. non curet, ſuppetat*) Ita leg. Et Cæſari, qui curet ſuum commodum, non curet quid ex uſu ſit Reip. quam hinc ſuppetat, in promtu ſit, nempe ut omnia impediantur, non ignoras. Io. FR. GRON.

EPISTOLA VI.

APium a Dolab. reum fact.) Lib III. CORRADVS.

Sane quam non ea quam exiſtimaveram invidia) Leg. *qua exiſtimaveram invidia.* LAMB. *Sane non ea qua exiſtimaveram invidia*) Non ita adprobantibus homini-

atque Dolabella acceſsit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat. Quo facto retudit ſermones, paratiorque viſus eſt, quam ſperaverat accuſator. Is nunc in te maximam ſpem habet. Scio tibi eum non eſſe odio: quam velis eum obligare, in tua manu eſt: cum quo ſimultas tibi non fuiſſet, liberius tibi de tota re eſſet. Nunc ſi ad illam ſummam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris. In hanc partem porro tutum tibi erit, ſi quid voluëris gratificari: nemo enim neceſsitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem, & nominis delationem, uxor a Dolabella diſceſsit. Quid mihi diſcedens mandaris memini, quid ego tibi ſcripſerim, te non arbitror oblitum. Non eſt jam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te poſſum, ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate oſtendas, & exſpectes, quemadmodum

minibus & faventibus vapulanti, ac periculo ejus tanquam ſontis, & noxii gaudentibus. Io. Fr. Gron. Pro *quam exiſtim.* dederat Cellar. ex Lamb conjectura *qua*; ſed ea nihili eſt, & nulla contra omnes codices. *Quam* pendet ab *exiſtimaveram*, aut, ſi mavis, ab addendo *f. tuecam*. *Invidia* eſt odium. & mala opinio. Criſpus Cat. cap. 22. Cortius.

Introiverat in urbem) Triumphare enim volenti urbem ingredi non licebat. Conrad.

Quo facto retudit ſermones) Sic Victorii; neſcio quo malo in vulgatis *retulit*; paullo poſt ſcripſi ex Victorio, *cum quo ſimultas tibi non fuiſſet*; licet editum ſit, *cum quo ſimultates ſi tibi non fuiſſent*. Grem. Victorio ſubſcribit Grav. primus. Grav.

In tua manu eſt) In poteſtate tua. Lucan. VII. v. 253. Sall. Iug. c. 14. ubi plura. Cort

Simultas tibi non fuiſſet) Pro *ſi* non fuiſſet, quam conjunctionem omittere ſolent. Plin. I. ep. 12. Sall. Iug. c. 64. ita quidem vulgati, ſed MSi addunt *ſi*. Io.

Nunc ſi ad illam ſummam ſeveritatem) Nonnulli libri manuſcripti habent, *ad illam ſummam veritatem*. Lamb. *Nunc ſi ad illam ſummam veritatem*) Ita MSi, teſte Lambino, quidam, ita quoque Peckio excerpta, editioque Victorii (nec non Gravii liber); vulgo *ſeveritatem*. Grem. *Ad illam ſummam veritatem*) Summa veritas, quod in Officiis. *Summum jus*, cum ait, *ſummum jus, ſumma injuria*. *Exigere legitimum jus ad ſummam veritatem*, eſt ſtatuere, quod rigor legum & ſtrictum jus requirit. Si cum eo agis, ut ſtricto, & levero jure agere deberes. Io. F. Gron.

Inter poſtulationem, & nominis delationem) Primum poſtulabat accuſator a Prætore, ut ſibi liceret nomen deferre: ubi perniſerat, conſtituebatur dies. Poſtquam is dies veniſſet, deferebat accuſator nomen, i. e. petebat, ut adverſarius reciperetur in reos. Medio igitur tempore uxor nuncium remiſit Dolabellæ. Io.

Quid mihi diſcedens mandaris memini) De Tullia collocanda. Corr.

Si res tibi non diſplicebit) Forte, ut *ſi res tibi non diſplicebit*. Lamb. Si matrimonium Tulliolæ cum Dolabella tibi non diſplicebit. Grav.

dum exeat ex hac cauſa. Denique invidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Porro, ſignificatio ulla ſi interceſſerit, clarius, quam deceat, aut expediat, fiat. Neque ille tacere eam rem poterit, quæ ſuæ ſpei tam opportuna acciderit: quæque in negotio conficiendo tanto illuſtrior erit: cum præſertim is ſit, qui ſi pernicioſum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen ſe contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic nos omnes abſolvimus: & hercule confecta omnia, fœda, & inhoneſta ſunt. Conſules autem habemus ſum-

Exeat ex hac cauſa) Dolabella. Corn.

Ne qua invidioſum tibi ſit) Libri manuſcripti habent *denique invidioſum*, &c. ego vulgatos ſequor. Lamb. *Denique invidioſum tibi ſit*) Ita MSi alii; & Peck. Victorii editio. Vulgo *ne qua invidioſum tibi ſit*: quod ſequi ſe potius ajebat Dionyſius Lambinus. Grav. Adferat tibi *invidiam*, h. e. malam famam. Vide init. Cæſar. VII. B. G. c. 33. Sall. Cat. c. 48. Corr.

Si emanarit) Tulliam Dolabellæ deſponderi. Corr.

Significatio ulla ſi interceſſerit) Hoc matrimonium tibi placere. Io.

Neque ille) Dolabella. Io.

Quæ ſuæ ſpei tam opportuna acciderit) De Appii damnatione. Grav.

Pompeius dicitur valde pro Appio laborare) Nec mirum. Nam Pompeii filius Appii gener erat: lib. III. ep. 4. Iorn.

Ut etiam putent alterum utrum de filiis ad te miſſurum) Sic denique poſt plurimos annos revocavi, quod Naugeriana, & Victoriana Stephani exhibet, ut opinor, ex religioſa obſervatione ſcripturæ veteris, quam tanto medii temporis ſpatio utrum neglectam, rejectamque, an in nullis aliis MSis animadvertam neſcio cur ex Cœlio abire juſſerunt, cum ipſe ſe defendat ſecundæ poſt hanc epiſtolæ hoc loco: *Itaque jam, ut video, alteram utram ad conditionem deſcendere vult Cæſar*. Et ſic aliquoties ipſe Cicero. Iac. Gron.

Hercule confecta omnia, fœda & inhoneſta ſunt) Nos hunc locum in melioribus etiam exemplaribus miſerabiliter lacerum invenimus. Quia tamen variis modis legitur, quod fere ſemper accidit, cum veritas ex vetuſtiſſimis libris accipi non poteſt, cui omnes libenter adquieſcant; nos hic antiquam ſcripturam appouemus, eſi perverſam & corruptam; ut poſſit, qui voluerit experiri, an commodiorem ullam lectionem ex ea exprimere queat, ſimulque videre, quæ circumferuntur diverſæ hujus loci lectiones quam pudenter, quamque fideliter ex antiquis fere vetuſtate deletis veſtigiis deductæ ſint. Eſt autem hæc, *& Hercules conſepta omnia fœdera & inhoneſta ſunt*. Quidam legunt, *conſcripta omnia fœdera*, alii *conſilia omnia*, ut nihil incertius ſit. Victor. *Confecta omnia*) Al. *conſepta*: melius *conſcripta* ſcil. a Dolabella in delatione nominis. Corn. *Confecta omnia fœde & inhoneſte ſunt*) Alii libri habent, *confecta, omnia fœda & inhoneſta ſunt*: quibuſcum manuſcripti quidam conſentiunt; alii, *concepta omnia fœdera & inhoneſta ſunt*, mendoſe, opinor. Nonnulli legunt *conſcripta omnia*, &c. Lamb. In manuſcripto, pro *confecta* ſcriptum eſt *confi ia*: Pantagathus autem legebat, *& hercules confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt*, vel, *& hercules coempta omnia fœdere*. Ursin. Primus Græevii ſcripturam codicis Mediceæ fere ſequitur: *Et hercule conſepta omnia fœdera & inhoneſta ſunt*. Grav.

Conſules autem habemus) L. Paulum & C. Marcellum. Corn.

Tri-

ſumma diligentia: adhuc ſenatuſconſultum, niſi de feriis Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni noſtro tribunatus conglaciat. Sed dici non poteſt, quomodo hic omnia jaceant. Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus. Tamen, quoquo modo hic omnia jaceant, potuit ſine Parthis. Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit. Hoc ſic nunciatum eſt. Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem valde frigere, jam calet: nam ferventiſsime concerpitur. Leviſsime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro

Tribunatus conglaciat) Otio, ut reſcribit Cicero ep. 13. lib. II. Iden. Tranſit ſine ullo motu, aut ſingulari actione, quaſi frigore devinctus & immobilis ſit. Io. Fr. Gron.

Ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem) Erat enim ædilis, & iis, qui tabernas circa forum habebant, item, qui aquas publicas in orbem deducebant, & partiebantur in vicinas, ob neſcio quod peccatum multam videsur dixiſſe, de qua certarunt ad populum. Id. *Cum tabernariis*) Opificious, ſive qui præſunt curandis tabernis. Corr. Qui cibos vendunt in tabernis. Vid Manut. Grav. *Aquariis*] Aquarum & aquæductuum curatoribus. Corr. Hæc autem fariebat tanquam ædilis, ad quem harum rerum cura pertinebat. Grav.

Veternus] Μεταφορικως de magiſtratuum ſocordia. Corr. *Veternus civitatem occuparet*) Omnia torperent, nihil ageretur. Vid. lib. II. epiſt. 13. Gravius.

Si Parthi vos nihil calfaciunt) Hoc eſt, vobis non moleſti ſunt, non negotium faceſſunt. Vid. lib. VII. ep. 10. In.

Nos hic frigore frigeſcimus] Peck. *nos nihil frigere frigeſcimus*; quemadmodum ſuperius pro *confecta, conſcipta*. Guilielmius pro *frigeſcimus* conjecit *rigeſcimus* non male, niſi & ſic auctores loquerentur. Gebh. *Nam hic frigore frigeſcimus*] Forte *feneſcimus*, in ſegnitiem, & torporem reſoluti ſumus. Io. Fr. Gron. Valde frigemus, & nihil plane agendum habemus, dum omnia frigent: eo pertinet *frigere*. Alioquin dictum eſſet, ut *vita vivere* V. ep. 21. Curtius.

Tamen quoquo modo hic omnia jaceant, potuit ſine Parthis. Bibulus) Prim. Gravii: *Tamen quoquo modo hic omnia jacent, putavit. Sine Parthis Bibulus*. Grav. *Bibulus*) M. Bibulus tunc Syriæ Procos. Corr. *Potuit ſine Parthis*] Forte: *potius ſine Parthis*. Io. F. Gron.

Neſcio quid cohorticularum amiſit) Cohortem primam totam, centurionemque primipili, & reliquos cohortis ejuſdem, & Tribunum mil. Corr. Cicero ad Att. lib. V. ep. 20.

Curionem valde frigere) Interſtrui *valde* ex Victorii editione, Peckiano, Vaticano (ſic & Grav. prim. niſi quod pro *frigere* ſcribat *valde frigeſcere*) Sicut ex iiſdem *leviſſime* non *belliſſime*, ut vulgo: paullo poſt Guilielmius malebat, *qua jubet ædiles*, ex conjectura. Gerhardvs.

Jam calet) Minime otioſus eſt. Cic. ad Att. lib. XV. ep. 7. Grav.

Ferventiſſime concerpitur] Hoc eſt, boni ſeu optimates ubique male de eo loquuntur, & ejus levitatem, quod ad Cæſaris partes transfugerit, graviſſime accuſant. Non poſſum hic Manutio ſubſcribere, qui male hunc locum interpretatur. Id. A multis ſimul petitur, carpitur. Sueton. Aug. c. 27. Illud *con* in verbo eam notionem ſuſtinet, quam in *conteſtor* III. epiſt. 10. Curtius.

Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat) Sermo eſt de Curione, qui

pro Cæſare loqui cœpit: legemque Viariam, non diſſimilem Agrariæ Rulli, & Alimentariam, quæ jubet ædiles metiri, jactavit: hoc nondum fecerat, cum priorem partem epiſtolæ ſcripſi. Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratia. De Dolabella integrum tibi reſerves ſuadeo: & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatiſque opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit, panthèras Græcas me non habere.

EPI-

qui eum antea ſenatum defenderet, & contra Cæſarem ſententias diceret, ſubito transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit: quod incredibilem ipſius inconſtantiam declaravit: quare vere hic Cœlius inquit, *leviſſime enim*, & quæ ſequuntur. Qui locus cum mendoſe antea legeretur, a me purgatus eſt, & ratione ipſa hortante, & auctoritate vetuſti codicis: ita enim legitur in Mediceo: quam animadverſionem ut firmam & apertam, tunc argumentis & teſtimoniis confirmandam eſſe non putavi. Manutii tamen *belliſſime* in poſteriore ſua editione, quemadmodum in priore fecerant, ſcripſerunt. Victor. *Belliſſime enim, quia*, &c.] Secutus ſum etiam hic codd. vulgatos: quibuſcum congruunt & nonnulli manuſcripti. Alii autem habent *leviſſime*, quod magis probo; & ita Victorius edidit. Paullo poſt quidam docti legendum cenſent *legemque viaſiam*: ubi libri vulgati & ſcripti manu habent *legemque viariam*. Et paullo poſt libri Menmiani habent, *ponito me in gratie*: non, ut alii *in gratiam*. Lamb.

Quia de intercalando non obtinuerat] Cum ſciret Curio, qui ſacerdotio fungebatur, eo tempore intercalari neceſſe non eſſe, id tamen petebat, ut ſi negaretur, juſtam cauſam conſilii mutati habere videretur. Aliter in Quæſtura retulimus: quoniam tabulas omnes, & præſertim Dionis, qui rei hujus eſt auctor, nobiſcum non attuleramus. Conr.

Legemque viariam] De viis muniendis. In. *Vioriam*] *Vivariam* Pantagathus; & paullo poſt, *qucis jubet ædiles metiri*. Vrsin.

Non diſſimilem Agrariæ Rulli] In eo præſertim, quod ſe ad eam rem in quinquennium creari volebat. Conr.

Rulli] Contra quem exſtant Ciceronis orationes. Io.

Alimentariam] Vid. Manut.

Quas jubet ædiles metiri] In his nullus ſenſus. Manut. conjicit *qua jubet*; ſed optime meus primus *quæ jubet ædiles metiri*, hoc eſt, quæ jubet ædiles, ut harum rerum & præſertim annonæ curatores, pauperioribus dividere frumentum. Grav.

Ponito me in gratia] Sic rectius Vaticanus ac Victorii editio. Vulgo nequius editum eſt *gratiam*. Paullo poſt edidi ex Peck. Vatican. Victorii editione, *æquitatiſque opinioni hoc ita facere expedit*, omiſſo illo *te*, quod non bene ante *hoc* conſtiterat. Grsn. Sic & prim. Grav. niſi quod *opinione* ſcribat male. Grav Significa illi, quod mihi atque interceſſioni meæ dederis, quidquid illi feceris, ut hoc modo gratiam apud illum ineam. Sic V. ad Attic. ep. 3. Cicero: *Apud Lentulum ponam te in gratiam*, h. e. ſignificabo Lentulo, te pro illo mecum ſolicite egiſſe. Hæc Gronovius ad Liv. XLIV. c. 13. quem omnino, ſi plura cupis, vide. Conr.

De Dolabella] Hoc eſt, de nuptiis Tulliæ cum Dolabella. Grav.

Huic rei] Matrimonio. Conr.

Turpe tibi erit Panthèras Græcas me non habere] Lectionem hanc inventam a me in cunctis manuſcriptis, & impreſſis codicibus retinui. *Panthèras Græcas* appellat, quæ in Pamphylia, & Cilicia caperentur, quibus provinciis Cicero præerat. Græci autem homines eas incolebant, ut diſtinguat ab Afri-

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Brevis epiſtola ; quia pridie ſcripſerat pluribus verbis , nec deinde novi quidquam acciderat , præter Cornificii & Oreſtillæ filiæ nuptias , Paullæ divortium , Ocellæ adulteria. Morale principium , quia timet amoris cauſa , ne Parthi aliquid moveant : quæ ſequuntur , ad negotiale genus pertinent.

CŒLIVS CICERONI S.

QVam cito tu iſtinc decedere cupias , neſcio : ego quidem eo magis , quo adhuc felicius rem geſsiſti. Dum iſtic eris, de belli Parthici periculo cruciabor , ne hunc riſum meum metus aliqui perturbet. Breviores has litteras properanti publicanorum tabellario ſubito dedi : tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam. Res autem novæ nullæ ſane acciderunt , niſi hæc vis tibi ſcribi , quæ certe vis. Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam ſibi deſpondit. Paulla

Africanis: nam in Africa etiam naſcuntur, quod non multo poſt Cœlius declarat , cum inquit , *quæ ad ludos ei advectæ erant Africanæ*. Eaſdem a nationibus ac populis , apud quos naſcerentur, vocavit Cicero ad Atticum ſcribens , *Cybiratas*. Quam recte igitur fecerint , qui ex ingenio legunt , *Pantherarum greges*, facile cognoſci poteſt. Vidimus Florentiæ Africanam , quam devicto ſæviſſimo archipirata , regnoque, quod occuparat, ſpoliato, Carolus Imper. ex Africa adſportavit , Florentiæque reliquit : ibi autem cum publice aleretur , mortua eſt. Victor. *Pantheras Græcas*] Sic nunc edidi , libros veteres & P. Victorii ſententiam ſecutus , rejecta vulgata lectione *pantherarum greges*. Lamb. *Pantheras Græcas me non habere*] Ita Victorius & Peck. ut quoque Lambinus in hanc diſceſſit ſententiam. Vulgo *Parthorum greges*. Gebh. Accedit Peckiano & aliis codicibus Grævii primus. Græv.

EPISTOLA VII.

Dum iſtic eris] In Cilicia imperator. Fvne.

Ne hunc riſum meum] De Hirro. Conradvs.

Metus aliqui perturbent] Vetus codex *perturbet* ſingulari numero: frequenter autem in vetuſtis codicibus *aliqui* pro *aliquis* invenitur , ut in fine hujus epiſtolæ , *cum qua ſit aliqui deprehenſus*. Et in principio epiſtolæ ad Marium, *ſi te dolor aliqui corporis*. Victor. *Metus aliqui perturbet*] Secuti ſumus eum Lambino accuratiſſimum P. Victorium; eo magis , quod ſic habent Vaticani excerpta. Qui non intellexerunt ſic *aliqui qui* pro *aliquis quis* in v. e. perſcribi , *perturbent* ex *perturbet* ſcilicet emendarunt. Pejores illi , qui *aliquis* ſuppoſitum iverunt. Sicut in fine, *cum qua ſit aliqui deprehenſus* ex Victorio & Vaticano , non *aliquis*. Gebh. Primus tamen , Grævii, *metus aliquis perturbet*. Græv.

Cornificius adoleſcens] Q. Cornificius, qui

Paulla Valeria, ſoror Triarii, divortium ſine cauſa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura eſt D. Bruto: nondum retulerat. Multa in hoc genere incredibilia, te abſente, acciderunt. Servius Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet. Quæres ubi? ubi hercule ego minime vellem: relinquo tibi, quod ab aliis quæras: neque enim diſplicet mihi imperatorem ſingulos percontari, cum qua ſit aliqui deprehenſus.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Privata primum narrat de judiciis: deinde ſubjungit publica, de S. C. de Pompeio, Cæſare, Curione: poſtremo, iterum

qui paullo poſt fuit Cæſaris Quæſtor. CORR. Meus primus codex: *Cornificius adoleſcentior eſt, ille filium ſibi deſpondit*; quæ ſcriptura videtur magis confirmare acutiſſimam conjecturam doctiſſimi Manutii, qui legendum exiſtimat: *Cornificius adoleſcentiorem Sullæ filiam ſibi deſpondit*. GRÆV.

Oreſtillæ filiam] Aurelia Oreſtilla fuit Catilinæ amica. CORR. Si quid mutandum commodum erit, ſic legas: *Cornificius adoleſcentiorem Sullæ filiam deſpondit*: vel *Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam ſuam deſpondit*; ut *Oreſtilla* ſit nomen virile, ut *Ocella*. *Sibi* omitto, quia *deſpondere* proprie eſt Parentum, vel quaſi, quod bene animadvertit Cl. Bengelius, qui legendum cenſet: *Cornificius adoleſcentiori Oreſtillæ filium ſibi deſpondit*: pſullulum durius. Sed in tantis tenebris vix nos expedimus. Cœlii autem epiſtolis, ſi tanti eſſent, ſingularem quamdam curam deberi exiſtimamus, quæ nobis certe properantibus non foret integra. CORTIVS.

Soror Triarii] C. Valerii Triarii. CORRADVS.

Nuptura eſt D. Bruto] Al. *nuptura eſt D. Pollam* certe D Brutus uxorem habuit, ep. 8. lib. XI. ID.

Nondum retulerat] Locus valde obſcurus. Medicæus codex (nihil enim melius mihi facere poſſe videor, quam veterem ſcripturam in his difficultatibus indicare:) *Nondum retuleras*. Aliorum conjecturas non reprehendo, etſi illis non valde aſſentior. VICTOR. *Nondum retulerat*] Sic habent omnes libri veteres. Quidam legi volunt, *mundum retulerat*. Ego nihil muto: aut, ſi quid licet, ſic legi velim *uendum res ſuas tulerat*. LAMB. *Nondum retul.*] *Mundum retuleret* Pantagathus: qua quidem emendatione nihil poteſt aptius excogitari, ſive ex ingenio ea ſit, ſive ex libris veteribus. URSIN. Prim. GRÆV. *non modum retuleras*. GRÆV.

Ocella nemini perſuaſiſſet] Sed forte non laboravit perſuadere. Agnoſce elegantiſſimam figuram, qua Tacitus, Plinius, Curtius & alii etiam dicunt: *advertit ea res viri animum*. Et Cic. ſupra I ep. 6. *dies debilitat*. CORT.

Ubi hercule ego minime vellem] Non dubito, quin *uollem* legendum ſit pro *vellem*. URSIN.

Aliquis deprehenſus] Sic forte ludit, ut conjugis quiſque ſuæ ſorſan cognoſceret culpam. FVNC.

Epi-

iterum de privatis agit : quæ ad ipſum pertinent , id eſt, de pantheris , de ſyngrapha Sittiana , de liberto Philone, & Diogene Græco .

M. CŒLIVS M. CICERONI S. D.

ETſi de repub. quæ tibi ſcribam , habeo : tamen nihil , quod magis gaviſurum te putem , habeo , quam hoc . Scito , C. Sempronium Ruſum , Ruſum mel ac delicias tuas , calumniam maximo plauſu tuliſſe : quæris , qua in cauſa? M. Tuccium , accuſatorem ſuum , poſt ludos Romanos , reum lege Plotia de vi fecit , hoc conſilio , quod videbat

EPISTOLA VIII.

Nihil qua magis te gaviſurum put.) Meus primus , *nihil , quod magis te gaviſueum put.* Et hoc Cœlianum eſt ; ſic ſuperius epiſt. 2. *Puto , ut ſuum gaudium gauderemus* . Et inferius epiſt. 14. *Nunc ſcrit tam gaviſos homines ſuum dolorem* . GRÆV.

C. Sempronium Ruſum , &c.) In melioribus codicibus repetitum eſt nomen illud *Ruſum* omnino eleganter , non librariorum vitio , ut putarunt qui bis vocem illam deſcribere neglexerunt . VICTOR. Hujus *Ruſi cupiditas* ſe cognoviſſe ad Atticum ſcribit Cicero . CORRAD. *Scito C. Sempronium , Ruſum , Ruſum mel ac delicias tuas*) Elegantiſſime ex v. c. repetiit *το Ruſum* Victorius , cum quo Vaticanus facit , ſecutuſque eſt in ſua editione Lambin. ut Catullus :

Cœli Lesbia noſtra , Lesbia illa ,
Illa Lesbia , quam Catullus unam , &c.

GERHARD. Græv. tamen primus non repetit *το Ruſum* . GRÆV.

Calumniam maximo plauſu tuliſſe] Daneſius *juraſſe* ſcribit pro *tuliſſe* auctoribus libris manuſcriptis , quibus valde aſſentior : in fragmento enim æneo legis Serviliæ , quod eſt apud me ex muſeo Petri Bembi translatum , ita iociſum eſt : *Ad . ioudicem . in . eum anaum . quei . ex . H. L. factus . erit . in . ious . educito . uemeq. eius . deferto . ſei . deiuraverit . calumniæ . cauſa . non . poſtulare* . VRSIN. *Calumniam maximo plauſu tuliſſe : quæris qua in cauſa*) Vt edidit Victorius , ita ſequutus eſt Lambinus , a quibus neque nos diſcedimus . Vaticani tamen excerpta , *tuliſſe quæris quæ in cauſa* . Vulgo , *tuliſſe , quod is in cauſa* . GERHARD. *Quæris , qua cauſa*) Al. *quæris , an cauſa* ? CORRAD. Grævii primus , *an quæris cauſa* . Eſt autem *maximo plauſu calumniam tuliſſe* , calumniæ damnatum eſſe . Vide quæ notavit I. Fr. Gronovius ad Senec. Controv. lib. II. Controv. GRÆVIVS . *Calumniam tuliſſe*) Vt *præmium ferre* . Calumniæ , ſeu litis falſæ , & calumnioſæ intentatæ damnatum , & id ſuæ temeritatis præmium tuliſſe. Mal. Man. Io. Fr. GRONOV. *Maximo plauſu*) Omnibus , qui in foro erant , lætis , & gaudentibus infortunio eius , IDEM . *Calumniam maximo plauſu tuliſſe*) Iamdiu defendit , & ſatis commode interpretatus fuit pater in notis ad Senecam libro II. Controv. IX. IAC. GRONOV. Calumniæ notatum eſſe , qui falſo accuſaſſet accuſatorem ſuum . *Calumniæ notari* habes apud Sueton. Rhetor. c. 4. CORT.

Poſt ludos Romanos] Ep. 19. lib. VI. lege Aſconium in Verr. 2. CORRAD.

Lege Plotia de vi) Etſi Q Catulus legem de vi , armata diſſenſione civium , Reip. pæne extremis temporibus tulit , conſtat tamen *M. Plotium* Sullanum legem de judiciis tuliſſe : ut videri poſſit , eodem tempore etiam *de vi* legem rogaſſe. IDEM . *Lege Plotia de vi*) Fuit lex tribuoitia de vi : vid. Aſcon. in Commentar. Milon. GRÆVIVS . *Lege Plotia de vi*)

Quam

debat, ſi extraordinarius reus nemo acceſsiſſet, ſibi hoc anno cauſam eſſe dicendam: Dubium porro illi non erat, quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori. Itaque ſine ullo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. At ego ſimul atque audivi invocatus ad ſubſellia rei occurro: ſurgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium uſque eo perago, ut Veſtorium quoque interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, ſi quid injuriis ſuis eſſet, ut Veſtorius teneretur. Hæc quoque magna nunc contentio forum

Quam M Plautius Silanus trib. pleb. tulit in eos, qui vel palam, vel per inſidias reip. vel aliorum ſaluti vim paraſſent. Cort.

Si extraordinarius nemo reus acceſſiſſet) Hoc eſt, ſi nemo accuſaretur, cujus cauſa extra ordinem ageretur: cauſæ autem *de vi* extra ordinem agebantur, non tamen in extraordinario judicio: vid. Cic. Orat. pro Milon Grav. *Si extraordinarius nemo*) Cui ſtatim, aliis judiciis ſepoſitis, cauſa eſſet dicenda. Vt erat judicium *de vi*, quod unum, & diebus feſtis, ludiſque publicis, omnibus negotiis ſorenſibus intermiſſis, exerceretur, ut ait Cicero pro Cœlio I. Io. Fr. Gron.

Sine ullo ſubſcriptore) Qui in accuſationibus erat ſecundarum, aut tertiarum partium. Corrad. Aſconius Divinat. in Verrem: *Subſcriptores dicuntur, qui adjuvare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſubmiſſius agere, quam dicat ille, quem ſequuntur.* C. Nep. in vit. Att. cap. 7. *Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit.* Grav.

Deſcendit) In forum ex ædibus ſuis. Sic Cic. III. Offic. c. 20. quod quomodo ita dicatur, vide docte ibi docentem Cl. Grævium. Cort.

Invocatus ad ſubſellia rei occurro) Sic Vaticanus, meus, excerpta Peck. Victor. edit. vulgo, *accurro*. Eadem ratione, *occurrere ad vadimonium*, & *occurrere ad horam cœnæ* apud Suetou. ad quem pluribus egi de hoc loquendi genere. Grav.

Vt Veſtorium quoque interponam) Hic Ciceronis & Attici erat perfamiliaris, habebatque neſcio quid controverſiæ cum Sempronio, quem viciſſe tandem videtur: cum Cicero ad Atticum ſcribat, ſe illius potentiæ invidere. Corrad.

Si quid injuriis ſuis eſſet, quo Neſtorius teneretur) Poſſum & hic vetuſtam ſcripturam proferre, ſi quid ex ea commodi elici poſſit. Locus certe variis & inter ſe diverſis modis legitur: quas tam incertas lectiones quivis videre poterit, & etiam alias excogitare: nos in tantis tenebris, cum nihil lucis adferre queamus, vetere ſcriptura propoſita, ad alia tranſibimus: *Si quod injuriis ſuis eſſet, ut Veſtorius teneret.* Victor. Hæc etiam eſt ſcriptura primi Græviani. Mihi placet (ut mittam quæ ab aliis dicuntur) legere, ut in vetere libro fere ſcriptum eſt, *ſi quid in juribus ſuis eſſet, quod Neſtorius teneret.* Corrad. *Si quid i. ſ. e. quo Veſtorius teneretur*) Pantagathus, *ſi quod injuriis ſuis eſſet ut Veſtorius teneretur.* Idem paullo poſt, pro *prævaricationiſque cauſam diceret depoſitum*, recte (ut opinor) ſcribebat, *prævaricationiſque cauſa deferet depoſitum*. Et infra, *a quodam Druſcettio*. Vrsin. Lambinus conjicit, *ſi quid juris ſui eſſet, ut eo Veſtorius teneretur*. Grav. *Si quid injuriis ſuis eſſet*) Lege, *ſi quid in Thuriis ſuis eſſet*: quemadmodum conceſſerit Veſtorio, & in eum tranſtulerit poſſeſſiones, & res, quas habebat in Thuriis, prope veterem Sybarin, non tamquam ob debitum (quod ab eo exi-

forum tenet. M. Servilius, poſtquam, ut cœperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non venderet, quoiquam reli-

exigebat Veſtorius, Sempronius abjurabat) ſed in gratiam Ciceronis arbitri inter eos ſumti. Io. Fr. Gron. *Si quid injuriis ſuis eſſet*) Non magis hanc loquutionem in optimis codicibus ſervatam mutandam reor aut non admittendam, quam alteram huic oppoſitam, qua utebatur Tullius VII. 30. *Acilius qui in Græciam cum legionibus miſſus eſt, maximo meo beneficio eſt*; quod veriſſime reſtituit Victorius. Vt enim aliquis aliquidve dicitur eſſe benefirio meo, tuo; ſic & injuriis: in quo vocabulo aut ſæpe malunt ſingularis loco pluralem, aut multiplirem injuriæ illatæ ſignificationem derlarant. Iac. Gron.

Contentio forum tenet) De M. Servilii prævaricatione, ut ex ſequentibus cognoſcitur. Conrad.

M. Servilius) In quem eo tempore Q. Celer orationem ſcripſit. Inem. *M. Servilius, poſtquam, ut cœperat, omnibus in rebus turbaret, nec quod non venderet, quoiquam reliquerat: maximeque nobis traditus erat invidiæ, &c.*) Totus hic locus de M. Servilio eſt contaminatiſſimus. Sententia, ſi animum attendas, non cohæret. Quid fecit M. Servilius, cum omnia turbaſſet, & nihil reliquiſſet, cumque maxime eſſet traditus Cœlio invidiæ? Valde ευσοχως Nicolaus Rubenius, V. Cl. quem honoris cauſa nomino, illum ſic legendum & interpungendum cenſuit: *M. Servilium (poſtquam ut cœperat, omnibus in rebus turbarat; nec quod venderet, quoiquam reliquerat, maximaque nobis traditus erat invidiæ) nequr Lateenſis prætor, poſtulantr Pauſanias, nobis patronis, quo ea pecunia perveniſſet, recipeer voluit, quod Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit. Magna illico fama ſurrexit, & de damnatione ferventer loqui eſt ceptum.* M. Servilium, cum Pauſanias eum in jus vellet vocare, ut ubi eſſet pecunia ex bonis damno creditorum venditis redacta, cogeretur fateri, nolnir prætor actionem Pauſaniæ dare, ſive poteſtatem in jus vocandi, quia jam poſtulatus ſit Servilius repetundarum a Pilio. Nullum enim actionibus locum eſſe, nec in jus poſſe vocari, cum quis criminis poſtuletur. Grav. *M. Servilius, poſtquam, ut cœperat &c.*) Quæ hic multa tentantur ab viris doctis æque ac mutantur, paulo infirmiores ſumus, quam ut nobis queant placere. Omnia facillime redunt ex MSis, ſi legas: *M. Servilius poſtquam, ut cœperat, omnibus in rebus tuebarat*, (ab hoc enim verbo pendet nominativus, ab omnibus ſcriptis firmatus, & ideo mutatione non violandus; ſunrque hæc conjungenda) *nec quod non venderet, quoiquam reliquerat, maximeque nobis traditus erat invidiæ; nequr Latrrenſis prætor, expoſtulantr Pauſanias, nobis patronis, QVO EA PECVNIA PERVENISSET, recipere voluit.* Plane illud *expoſtulante* apparet in illis quæ ſunt in MSis *prætre poſtul.* quod verbum ut nunc Cœlius, ita ſuperius adhibuerat Vatioius V. 10. *Quid illis reſpondeer poſſum, qui ſua bona direpta, nevres expugnatas, fratres, liberos, parrntes ei.iſos, actione expoſtulant?* Verba vero, *quo ea pecunia perveniſſet*, accipienda per intellectum *rem eam formulam*, aut etiam pro his ipſis vocibus, quippe quæ verbo *recipere* dant plenam ſyntaxim, ut ad illas reſpiciat, non ad ipſum Servilium. Nam ut dixerunt *recipere rem*, vel *aliquem inter reos*; ſimiliter etiam *recipere nomen, eeciperr formulam*. Poſtea edidi depoſitum HS LXXXI. ut vidi jam fuiſſe excuſum ab Naugerio & Victorio, & ubique in his epiſtolis, quod mutatum video nonniſi ab Lambino in *LLS.* Iac. Gron.

Omnibus in rebus turbarat) Id eſt, conturbarat, decoxerat. *Conturbaſſe*, & *conturbaſſe rationes* dicuntur decoctores Iuven.

Sic Pedo conturbat, Matho deſuit.

Martial. IV.

Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua Pater ipſe Deum.

Et ſic

reliquerat: maximeque nobis traditus erat invidiæ: neque Laterensis prætor, postulante Pausania, nobis patronis, Quo ea pecunia perveniſſet, recipere voluit. Quod Plinius, neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit, magna illico fama ſurrexit, & de damnatione ferventer loqui eſt cœptum. Quo vento projicitur Appius minor, ut indicet pecuniam ex bonis patris perveniſſe ad Servilium, prævarica-

Et ſic conturbator eidem VII. 26. X. 96. Io. Fr. Gron.

Ne, quod non venderet, quiquam reliqueret, maximeque traditus nobis erat invidiæ | Ita hunc locum emendavi ex Peckio excerptis, & editione Victorii (quibus adſtipulatur primus Græv ii, nili quod pro *ne*, *nec* ſcribat) . Vulgabatur: *Nec, quod non venderet, quidquam reliquerat: maxima nobis traditus erat invidia*. Vaticanus & Victoriani, *cuiquam*: ſed quia in Peckio excerptis (ut & in Græviano primo, Sigon.) erat *quo inquam*, cuivis proclive erat facere *quiquam*. Gebhard. Legerim, *maximeque nobis traditus erat invidiæ*, hoc ſenſu, erat: eum nobis traditus eſſet, cum ſe nobis defendendum tradidiſſet, in maximo odio & male homines de eo loquebantur, ſicut ſupra: *Non dubito quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella eum factum: ſane non ea quam exiſtimaveram invidia*. Græv. *Maxima nobis traditus erat invidiæ*) Suſceptus erat a me defendendus in reatu, admodum adverſo rumore hominum. I. Fr. Gron. *Nobis traditus erat invidiæ*: ut vulgo dicimus: *mihi eſt honori, datur mihi laudi*. Sic *traditur mihi ille invidiæ*, id eſt, ad invidiam ipſi faciendam. Sall. Cat. c. 21. nec alia hujus dictionis ratio comminiſcenda eſt. Cort.

Laterens. prat. &c.] M. Laterenſis, qui paucis ante annis cum Cn. Plancio Ædilitatem petiit, ut tunc ſuo anno Prætor eſſet. Corrad. *Pauſanis, nobis* | Sunt qui ex veteribus etiam libris legant, *Pauſam a nobis*: quo modo ſæpe locuti ſunt veteres. *Pauſa* autem illa eſt, quo ea pecunia perveniſſet. Cicero quamdam quaſi appendiculam cauſæ judicatæ, atque damnatæ appellat. Nam jubet lex Iulia perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatus ſit, pervenerit. Idem. *Neque Laterenſis prætore poſtulante Pauſanis*) Sic Victorius (& Græv. prim. niſi quod pro *Laterenſis* legit *Leterenſis*) amplius Peck. *Latereſe prætore*: vulgo *Laterenſis prætor, poſtulante Pauſania*. Gebhard. Hanc lectionem ſenſus poſtulat. Græv.

Recipere voluit) Poſtulationem nimirum, ut eos perſequendi facultas daretur, ad quos pecunia perveniſſet. Idem.

Plius neceſſarius Attici noſtri) Uxor enim Attici *Pilia* fuit. Corradus. Prim. Græv. *que Pilius neceſſarius Attici noſtri repetundis rum poſtulavit*. Forte leg. *Cum Pilius neceſſarius Attici noſtri repetundis eum poſtulavit, magna illico fama ſurrexit*. Græv.

Eum poſtulavit | Servilium. Corr.

Appius minor | Nam fuit & major eo tempore, qui Milonem accuſavit. Idem.

Ut implicet pecuniam ex bon.] Sic Vaticanus & Victorius. Peck. tamen *implicet de pecunia*; hinc forte *replicare*; vulgo male *indicet*. Gebhard. *Ut indicet pecuniam ex bonis patris perveniſſe ad Servilium*) Victorius ex Mediceo, & Gebhard. eum, Vaticanique & Peckiani codicis ſcripturam ſecutus edidit, *ut implicet pecuniam ex bonis patris*. In meo codice eſt *impl.et*; unde natum eſt in aliis *implicet*, in aliis *imputet*; cum una littera ſit inverſa, & legendum cum vulgatis, *ut indicet*. Neque male in eodem libro, ut & in Peck. legitur, *ut indicet de pecunia*. Græv.

Præ-

ricationiſque cauſa diceret depoſitum LLS. LXXXI. Admiraris amentiam: immo ſi actionem, ſtultiſsimaſque de ſe, nefarias de patre confeſsiones audiſſes. Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litis æſtimarant, judices. Cum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis leges ignorans pronunciavit, quid ſinguli ordines judicaſſent: & ad extremum, ut ſolent, non redigam. Poſtquam diſceſsit, & pro

Prævaricat. cauſam diceret) Videtur legendum, *cauſa iniret*. CORRADVS. *Prævaricationiſque cauſa diceret depoſitum*) Vt Servilius Appii patris accuſator prævaricaretur. GRÆV.

Immo ſi actionem ſtultiſſimæ, quid ſi nefarias patris confeſſiones audiſſes?) Hæc longe emendatius leguntur in illo meo primo, quem tuto hic aliis præferimus: *Immo ſi actionem, ſtultiſſimaſque de ſe, nefarias de patre confeſſiones audiſſes*; ſic interpunxi; cæc longe aliorum librorum ſcriptura ab hac abeſt: *immo ſi actiones* eſt in Medic. Vatic. & Vict. ed. in Peck. erat *uno*. In eodem erat, *qui de ſe nefarias patris confeſſiones*. GRÆV.

Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litis æſtimarant, judices) Aſcon. Verr. III. CORRAD. Iisdem judicibus committit hanc cauſam decerneodam, qui de repetundis judicaverant, cum illos deberet rejicere tamquam ſuſpectos; *litis* ut *omnis*, & multa talia pro vulgato *lites*. *Lites æſtimare* eſt definire pecuniam, quæ damnato repetundarum vel peculatus pendenda erat. GRÆV. Optime hæc explicat Aſconius in Verrinam III. *Mittere judices in conſilium, eſt dimittere judices ad ſententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi*. Dicebantur quoque de *conſilio diminti*, cum ſententia pronunciata præco dixiſſet, *Ilicet*. Donat. ad Terent. Phorm. I. 4. 31. *Sic judices de conſilio dimittebantur, ſupremo dicto, cum prætor pronunciaſſet, Ilicet; quod ſignificat ire licet*. CVPER.

Quid ſinguli ordines judicaſſent) Tres enim ordines judicabant, ſenatores, equites, tribuni ærarii. GRÆV.

Et ad extremum, ut ſolent &c.) Sic omnes antiqui & novi codices, uno excepto nuper Venetiis impreſſo, haber enim ille, *ut ſolet ait referam*, etſi poſtea iidem qui librum ipſum excudere, inter varietates exemplarium, quas ad finem libri adpoſuerunt, negativa particula addita, *non referam* corrigunt: de qua lectione quid ſtatuendum ſit, alii viderint. Ego ſane parum illi confido: nam cum tantopere ab antiquis veſtigiis recedat, exiſtimo quempiam conjectura ductum ſic perturbatum & deminutum locum ſupplere voluiſſe. VICTOR. *Vt ſolet, ait, referam*) In tabulas abſolutum: ut oſtendunt ſequentia. Etſi in aliis libris aliter legitur. CORRADVS. *Et ad extremum, ut ſolent, non rediga m*) Sic omnes habent libri manuſcr. Memm. & Huralt. & ita P. Victorius edidit. Vulgati quidam, *& ad extremum, ut ſolet, ait, referam*. LAMBIN. *Et ad extremum ut ſolet ait referam*) Manuſcriptus habet: *Et ad extremum abſolutum ait referam*. VRSIN. *Ad extremum, ut ſolent, non rediga m*) Quemadmodum edidit Victorius, & probavit Lambinus, habent Peckio excerpta: & prim. Græevii, niſi quod interſerat *ſolum*, quod tamen ſubducitur.) Vulgatum eſt, *ut ſolet, ait referam*. GERNARD. *Non rediga m*. Forte intelligeodum *ad numerum*, quomodo fere Sueton. Veſpaſ. c. 10. *redigere ad breviſſimum numerum*: uti Tiber. c. 34. Numerandæ autem erant ſententiæ, quod ex hac ep. & multis aliis conſtat. Niſi ſit, pro *non iterum agam*, admonitus nempe, quod non legitime pronunciaſſet. Alioquin *redigere* proprium pecuniæ, quæ *conficitur* ex rebus venditis, ut Cic. II. Verr. c. 19. ſed ea notio vix ac ne vix quidem huc redigetur. Aut denique ad nullam antiquam formulam reſpi-

pro abſoluto Servilius haberi cœptus, legiſque unum & centeſimum caput legit, in quo ita erat: *Quod eorum judicum major pars judicarit; id jus ratumque eſto*: in tabulas abſolutum non retulit, ordinum judicia perſcripſit: poſtulante rurſus Appio, cum L. Lollio transegiſſet, & ſe relaturum dixit. Sic nunc neque abſolutus, neque damnatus Servilius, de repetundis faucius Pilio tradetur. Nam de divinatione Appius, cum calumniam juraſſet, contendere auſus non eſt, Pilio-

reſpiciendum eſt, ſed hæc verba *ad extremum non redigam* ut teſtes æquitatis ſuæ Laterenſis pronunciaſſe poteſt. CORT.

Pro abſoluto) De prævaricatione. CORRAN.

Legiſque unum & centeſimum caput legit) Melius primus meus: *Legenſque unum & centeſimum caput legis*. GRÆVIUS.

Quod eorum judicium major pars judicarit) Vulgo *judicum*; ſed illud antiquius, quemadmodum apud Plautum *meretricium* pro *meretricum*. Et ego apud Fabium Quinctilianum inveni *artificium* in Pal. MSo pro *artificum*, ſic quoque editio Antwerpienſis. Scripſi præterea *eatumque* pro quo Peckio excerpta *curatumque*. GEBHARD. Male hic nullorum vett. librorum auctoritate nixus antiquitatem affectat Gebhardus. Meus ſane codex vetuſtiſſimus cum reliquis ſcribit *judicum*, quod merito retinemus cum editionibus melioribus. GRÆV.

Cum L. Lollio tranſegiſſet) Sic Vatic. prim. GRÆV. Peck. edd Vict. & Gebh. ſed legendum, *cum cum L. Lollio tranſegiſſet*; alterum *cum*, ut ſæpe, alterum abſorpſit, & incuria deſcriptorum omiſſum eſt. Vulgo, *cum L. Lollio tranſegit*; ante primus meus omittit *ruſus*, & pro *poſtulante* ſcribit *poſtulantue*. GRÆV. *Cum L. Lollio tranſegiſſet*) Sic video etiam eſſe in Edd. Naugerii, & Victorii, ut credam in MSis id exſtare: ſed pergendum eſt, nam habent *tranſegiſſet; relaturum dixit*, ut dubitare nullus poſſim illud *& ſe* quod ſolet intercedere, ab illa pluſquam perfecti terminatione ſimilium litterarum exſtitiſſe, nec aliud hic latere in MSis, quam quod vulgo edi ſolet, atque etiam ſecutus ſui. Quid vero nugarum eſt, quod mox edatur paſſim *quodam emiſſario ſuo*, inverſo ordine, quem tenuit Cicero, ut indicare MSos optimos audimus *quodam ſuo emiſſario*? quod ſane mutaſſem, ſi id juris exercere nunc conſtituiſſem. Eadem licentia lib. XIII. ep. 21. editur *omni genere officii diligendus*, cum perſpicue MSos habere ſciant, *omni officii genere*. Nam Titium qui Tullio hic obtulerunt vereor ut probent. Potior Manutianus *Tettius*, vel *Heius*, aut *Seius* aliquis. IAC. GRON.

Et ſe relaturum dixit) In tabulas abſolutum. GRÆV.

Faucius) Qui nec damnatus ſit, nec abſolutus: ſed cui in ſuperiore judicio, quo prævaricationis accuſabatur, multæ inuſtæ erant notæ & maculæ, ut facilius nunc poſſit damnari: qui quaſi confectus eſt ſuperiore judicio. Sic ſæpe hiſtoricis *exſangues* dicuntur, quorum vires & opes fractæ ſunt. IDEM.

De divinatione) Lege Aſconium. CORRADUS. *Cum de conſtituendo accuſatore quæritur, judiciumque ſuper ea re redditur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribuſve accuſatio ſubſcriptione in reum permittatur: ea res atque judicum cognitio, Divinatio appellatur*. Gell. II. 4. Vide ibi rationes hujus nominis. IDEM.

Cum calumniam juraſſet) Cum jam accuſandi partes ſuſcepiſſet. *Calumniam jurare* dicitur accuſator, cum in initio judicii jurat, ſe non per calumniam litem intentare adverſario, ſed quod juſtas ac legitimas accuſandi cauſas habere ſe putet. IDEM. *Jurare calu-*

Pilioque ceſsit: & ipse de pecuniis repetundis a Serviliis eſt poſtulatus, & præterea de vi reus a quodam emiſſario ſuo Titio factus eſt. Recte hoc par habet. Quod ad remp. pertinet, omnino multis diebus exſpectatione Galliarum actum nihil eſt. Aliquando tamen ſæpe re dilata, & graviter acta, & plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut eum decedere poſt Kalendas Martias placeret, ſenatuſconſultum, quod tibi miſi, factum eſt, auctoritateſque perſcriptæ. *SC. auctoritas. Pridie Kal. Octob. in æde Apol-*

calumniam, eſt ex integra locutione *jurare jusjurandum calumniæ*; hoc eſt nihil calumniæ cauſa a ſe dictum aut factum iri. MAZOCH. *In Tabb. Heracl. p.* 433.

Contendere auſus non eſt) Vtri committendæ ſint partes accuſandi. GRÆVIVS.

De vi reus a quodam emiſſario ſuo eſt factus) Eſt certe miſerum videre, quot vulneribus confectus ſit hic M. Cœlii liber, cum præterim ea ſint, quæ vix aut ne vix quidem ſanari queant. Nos quod tutius remedium viſum eſt, ubi nullam meliorem opem adferre poſſumus, veterem plagam nudamus: feliciorique medico tam deſperatum ægrotum libenter tradimus. Vetuſti igitur codices *a quodam ſuo reſtetio factus*; ſignificat autem nota quædam in illis huic loco adpoſita depravatum eum eſſe. Quidam ex his reliquiis legant, *a quodam ſuo emiſſario ratio eſt factus*. Nos nec damnamus, nec probamus: unuſquiſque rem ante oculos tibi poſitam attente accurateque animadvertat, & tecum quid agendum ſit deliberet, ſi modo dignam, in quam tantus labor infumatur, judicarit. VICTOR. Peccarunt noſtri librarii, dum veterem ſcripturam, & maxime Mediczi codicis, exſcriberent: dictionem enim omiſerunt, quæ ante *reſtetio* poni debebat, ea autem hæc eſt, *emiſſi*. Dolet peccatum illorum cauſam fuiſſe erroris docto ac diligenti viro: & tamen quod ille ex Aſconii commentariis erutum huc accommodari poſſe cenſuit, adhuc, ſi modo verum eſt, detendi poteſt: quod ſcilicet ad *Tertium* pertinet: legi enim poteſt, *a quodam ſuo emiſſario eſt Tetio factus*; nam *S*, ſignificaſſe olim *Sextum* vix credo. Præterea poſt *factus* in vetere exemplari *eſt* non legitur, quod verbum hic neceſſarium eſt, ut fortaſſe poſſit concinnari ex litteris illis, quæ confecto *emiſſario* e priſcis veſtigiis, reliquæ ſunt, ut nihil addi ad vulgatam lectionem, niſi *Tetio* neceſſe ſit; quod tamen nec valde confirmare, nec diluere volumus: eſt enim res dura, ſed ſubtiliter excogitata. IDEM. In *Poſter.* Eadem ſcriptura, quæ in Mediczo fuit, in primo Grævii quoque conſpicitur. Hæc autem nota reſpicit emendationem hanc, quam inde elicuerat amicus Manutii, *a quodam ſuorum S. Tetio*: poſtea cum errorem typographorum deprehendiſſet, ſcribendum cenſuit, *a quodam emiſſario S. Tetio*. GRÆV. *A quodam emiſſario ſuo, Titio*) Hic idem eſt P. Titius, quem commemorat epiſt. ad Plancum lib. X. ibi, *Rogatu Serviliî interceſſit*, &c. LAMBIN. *Emiſſario*. Ad calumniandum ſubornato. Translatio ex militia. CELLAR.

Recte hoc par habet) Eſt par bene comparatum, ſunt duo egregii adverſarii. Nimirum adverſarios & reus ſunt homines nequam. GRÆV.

Vt eum decedere) Cæſarem. CORR.

S. C. factum, auctoritateſque perſcriptæ) S. C. inquit, factum, reſpiciens ad primum, cui interceſſum non eſt: tribus, quæ ſequuntur, decretis interceſſum eſt, ideo non vocantur S. Cta, ſed auctoritates perſcriptæ. Vide ad lib. I. ep. 2. Mal. Man. *perſcripte*, Io. FR. GRON. *Auctoritateſque perſcripte*) Hoc eſt, nomina ſenatorum,

Apollinis, ſcrib. adfuerunt L. Domitius Cn. Filius Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius Lucii F. Pomt. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, Caius Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Op-

rum, qui ſcribendo adfuerunt. Cic. III. de Orat. ubi de L. Craſſo loquitur: *Permulta eum vehementiſſima contentione animi, ingeniique virium, ab eo dicta eſſe conſtabat, ſententiamque eam, quam ſenatus frequens ſecutus eſt ornatiſſimis & gravissimis verbis, ut populo Romano ſatisfieret, numquam ſenatus conſilium reipublicæ, neque fidem defuiſſe, ab eo dictum, & eumdem, id quod in auctoritatibus præſcriptis exſtat, ſcribendo adfuiſſe.* GRAV.

SC. auctoritates) Hic aliter ſumitur vocabulum *auctoritas*: ſignificat enim nomina eorum, qui præſentes fuere, cum SC. in æs incideretur, & ejus rei teſtes, auctoreſque ſunt. Io. Fr. GRON.

Scribendo adfuerunt) Erat hæc ſollemnis formula, quam præmittebant ſenatuſconſultis, qua ſignificatur in ſequentium ſenatorum ſententiam factum eſſe SC. ſive iis præſentibus SC. factum. Vid. Briſſon. de Formulis. GRAVIUS.

Q. *Cæcilius Q. F.*) Adoptione, ſed revera Scipionis Aſiatici filius. CONRAD. Vid. Manut.

L. Villius Lucii F. Pomt. Annalis) Sic recte Manutius emendavit, adſtipulante Grævii primo, in quo, *L. Vil. L. Fab. Pom. annalis*. Inferius tamen ſcriptum eſt *Iulius* in eodem libro, corrupte; ut & pro *Vibius Panſa* in Peckiano cod. ſcribitur *Iulius Panſa*. *Pomt.* autem ſignificat Pomtinam tribum, ex qua erat Villius: ſic etiam *Quirina*: tribuum nomina. Sic & *Pup.* Pupiniam, *Pop.* Popiliam. *An.* Anienſem notat. Vid. Manut GRAV.

Caius Lucceius C. F. Pup. Hirrus) Sic recte Manutius, quamvis invitis libris: vide notas ejus. INDEX.

L. Atteius L. F. A. N. Capito) Cum diu anceps in hac lectione fuiſſem, exiſtimavi tandem, non incommode ita legi poſſe: in qua ſi vitium ullum eſt, hujuſcemodi eſt, quod defendi poſſit, nec abſurdam ullam ſententiam habeat. Manutii prima ſua editione litteras illas, quæ ſcrupulum habebant, & quæ ipſis, & aliis negotium faceſſebant, ſuſtulerunt, atque ita ſe putarunt omni moleſtia liberare. Hanc ipſorum culpam tacui, quæ & magna eſt, & antiquis ſcriptoribus periculoſa, ſi quis quæcumque non intelligit, in illis delet. Quanto modeſtius me liberaliuſque geſſerim, dicere non oportet: nam me fidemque meam laudare, mihi nunc propoſitum non eſt. Quod putant litteras illas ſejungi non oportere, non reprehendo: intelligo enim ipſas Tribum ſignificare poſſe. Si negant veteres in titulis monumentiſque non patris ſolum nomen, ſed avi etiam ponere ſolitos, facile redargui poſſunt: ex Ciceronis enim libris, & aliorum optimorum auctorum hoc intelligitur. Qui Romæ priſcas inſcriptiones curiuſius legerunt, paſſim hoc animadvertere potuerunt. Poſſemus infinita exempla afferre, ſed non erimus nunc pluribus citandis teſtibus, quam oporteat, ambitioſi. In magno illo volumine, quod Epigrammata antiquæ urbis inſcribitur, multis locis hoc obſervari poteſt. Sed maxime pagina 122. nec non pagina 146. in quibus plurima virorum nomina ſcripta ſunt, quæ eunctæ avi quoque nomen retinent, & notis his ſemper ſignata, quibus ea tunc ſignari conſuetudo fuerat. VERON. *Capito*) Al *Accapito*. Sed ita legendum eſt, *A. N. Capito*, hoc eſt, Auli nepos Capito. CONRAD. Verior tamen eſt ſententia Manutii, qui per *An.* Anienſem tribum ſignificari contendit. GRAV.

Quod

Oppius M. fil. Terentina. Quod M. Marcellus conſul, V. F. de provinciis conſularib. D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus conſules, cum magiſtratum iniſſent, ex a. d. x. Kal. Mart. quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de conſularibus provinciis ad ſenatum referrent, neve quid prius

Quod M. Marcellus Cſ.] SC. principium. *V. F.* verba fecit. CORR.

D. E. R. I. C.) Id eſt, de ea re ita cenſuerunt. Et ſupra *V. F.* id eſt, verba fecit. Et infra, *S. Q. C.* id eſt, Senatuſque conſultum. Et inferius, *S. C. A.* id eſt, Senatuſconſulti auctoritas. LAMB.

L. Paulus, C. Marcellus Coſſ. deſ. cum magiſtratum iniſſent, ex Kal. Mart.) Ita leg. Paullus, & Marcellus non erant Coſſ. ſed in proximum annum deſignati. Neque autem *ad ex* Latinum eſt, neque *ex a d. Kalendas*. Nam illo *ex* ante *d* non utebantur, niſi appoſito numero: velut *ex ante diem* IV. *Kalendas*, *ex ante diem* III. *Kalendas*. *Ex Kalendis*, eſt aut eodem die, aut ubi primum referrent quid ad Senatum poſt eum diem. Io. FR. GRON. *C. Paullus*] *L. Paullus* ab omnibus aliis dicitur. CONRAD. *Ad ex Kal. Mart.*) Locus Varronis reſtitutus magno auxilio eſt ad docendum immutari debere ordinem priorum harum vocum, & pro *ad ex Kal.* legi debere *ex ad Kal.* quemadmodum Paullus quoque emendat. Illum autem jampridem nos caſtigavimus, ſtatimque ſuſpicati ſumus, hanc eſſe hujus loci germanam lectionem. Cum Romæ XXX. fere menſes ſunt, fuiſſem, ſæpe multumque cum Marcello Cervino, qui poſtea in ampliſſimum ordinem a Paullo III. Pont. Max. cooptatus eſt, de ſtudiis litterarum locutus ſum: cumque ſemel ſermo incidiſſet de vetuſtis exemplaribus, dixi Florentiæ priſcum codicem Terentii Varronis inveniri librorum, quos ſcripſit de agricultura: magno ſtatim deſiderio ille affectus eſt librum hunc videndi, a meque diligenter petiit, cum Florentiam rediiſſem, darem ſaltem operam, ut cum impreſſo aliquo conferrem, & ad ſe cuncta accurate adnotata mitterem. Non potui hoc amiciſſimo & optimo viro denegare. Cumque in antiquo docuiſſem menda quædam reperiri, voluit ille notari a me locos, quos putarem caſtigatius illic legi, in impreſſis autem depravatius; in quo ei quoque morem geſſi. Hunc autem in primis notavi, quem ibi ſincere legi, in impreſſis vero mendoſiſſime judicabam. Volui autem codicem illum ſummo ſtudio a me cum antiquo collatum, communem illi eſſe cum Angelo Colotio, ſancto ac docto viro. Citavi igitur hujus rei optimos ac locupletiſſimos teſtes. Sed aliud etiam auxilium habebam, non minoris momenti, quo locum hunc Cœlii ita caſtigandum eſſe animadverterem. Nam eodem illo in lapide Colotiano, de quo ſupra mentionem feci, ita legitur, EX A. D. V. K. DEC. AD PR. KAL. IAN. SEX. Vtinam integer eſſet, magnam utilitatem ſtudioſis litterarum afferret. Eſt enim Ciceronis temporibus exaratus. Vt ut autem eſt, & ut a me exſcribi potuit, hic eum adponemus: nam hoc præcipue loco accommodatus eſt, in quo etiam bis ſunt litteræ illæ, quæ in illo lapide ſæpe leguntur, id eſt, V. F. Quin autem VERBA FECERVNT, ſignificent, dubitari non poteſt: id enim Cicero infinitis locis declarat; aperte autem in X. Philipp. *Quod Panſa Coſ. verba fecit de litteris*: & quæ ſequuntur. VICTOR. (Inſcriptionem ſubjecimus notis Manutianis) *Ad Kalend. Mart.*) Al. *ad x Kalend. Mart.* al. *A. D. ex x Kalend. Mart.* CORRANVS. *Ad ex Kal. M.*) Cum ita ſit in MSis cur dubitem oportere legi *a d. IX Kal. M.* non quod tunc magiſtratum inierint, ſed ea temporis deſignatio pertinet ad ſequentia. Mox edidi: *Neve quid prius ex Kal. Mart. ad Senatum referrent*, auctoritatem ſecutus Naugerianæ, & Rob. Stephani, quod non opinor illos admiſiſſe ſine MSis.

prius ex Kalendis Mart. neve quid conjunctim de eâ re referretur a conſulibus, utique ejus rei cauſa per dies comitiales ſenatum haberent, S. Q. C. facerent: &, cum de ea re ad ſenatum referretur a Coſſ. eorum, qui in CCC. judicibus eſſent, ſex adducere liceret. Si quid ea re ad populum, ad plebemve lato opus eſſet, uti Serv. Sulpicius, M. Marcellus Coſſ. prætores, tribunique pleb. quibus eorum videretur, ad populum, plebemve ferrent: quod ii non tuliſſent, uti, quicumque deinceps eſſent, ad populum plebemve ferrent. I. V. Prid. Kalend. Octob. in æde Apollinis, ſcrib.

Poſtea cum Victorius ediderit *a Coſſ. qui eorum in ccc. judicibus eſſent*, non intelligo cur alii mutarint ordinem, & reddiderint *eorum qui*. Nam certe iſta eſt locutio Romanæ curiæ. Iac. Gron.

Neve quid conjunctim de ea re referretur) Prim. meus, *neve quid junctum de ea re referretur*; ſic in ſeq. epiſtola Peck. *neu quid conjunctum referretur*, puo vulgato *conjunctim*; recte: quamvis & vulgata tolerari poſſit, ſed illa præſtat lectio. Grav.

Per dies comitiales] Qui erant poſt Quirinalia; hoc eſt XII. Kalend. Mart. per quos lege Pupia haberi Senatus non poterat. Corr.

Sex adducere liceret] Prim. Grav. *ſes adducere liceret*; unde videtur ſtabiliri correctio Manutii, qui legendum cenſuit, *eos adducere liceret*. *Sex*, & *ſes*, videtur exſtitiſſe ex præcedent. Syllaba *ſunt* repetita. Poteſt omnino abeſſe, & non inſcite ſubaudiri eos. Grav. *Sex abducere licet*) *Sex* vitioſum eſt. Haud dubie enim multo major numerus fuit. Abducere, e foro a tribunali Prætoris, ut ſcilicet frequentiorem redderent Senatum, & ejus numeri, per quem SC. poſſet confici. Io. Fr. Gron.

Si qui de ea re) Ita ſcribendum, *quo eſt*; *ſi quo*: refertur enim ad *eo lato*. Si qui lato opus eſſet, ſi quid ferre opus eſſet, ſi qua rogatione lata opus eſſet. Idem.

Ad plebemve referri opus eſſ.] Al. *plebem vel at*, ut omnino legendum ſit, ut eſt in Probo, *plebémve lato*. *Opus eſſet*) Poſt hoc SC. prid. Kalend. Octub. factum. Corr.

Ut Ser. Sulpicius] Reſcripſi ex meo primo, *uti Serv. Sulpicius*. Grav.

Quibus eorum videretur) Fortaſſe videndum ſit, an ex Probi notis legi oporteat, *quod eis*. Corr.

S. C. A Pridie Kal. Oct. in æde) Medicæus codex cum ſupra nihil ab impreſſis hac parte diſcreparit, hic ab illis diverſus eſt: neque enim habet tres illas priores litteras, ſed earum loco *I. V.* ſic enim in eo ſcriptum eſt, *I. V. PRID. KAL. OCT.* quam rem explicare, ut verum fatear, non poſſum. Victor. Secutus Medicæum eſt Manut. ſed Gebhard. editio, L. V. in Grævii primo, *I. II PR. KL. Oct.* Grav. *I. V. vel I. V.*) Forte *AV.* id eſt, auctoritate, aut *A. D.* id eſt, ante diem pridie Kalendarum: ſic enim quoque loquebantur. Male Man. *IN.* quod ſignificet interceſſum, nam huic interceſſum non eſt, ideo ſupra *SC.* appellatur. Iu. Fr. Gron. *L. V.*) Non Gebhardus in Gruteriana eſt, quæ ſic prima edidit, ſed ipſe Victorius, ut oſtendunt editiones ejus tam Iuntina, quam Stephanica; unde nec ipſe ab iſta ratione diſcedere potui. Sive autem *I. V.* ſive *I. V.* habent veteres libri, ſane tantum non dico perinde eſſe, & alterutri certe eorum adhærendum eſt, non illi licentiæ, qua Lambinus & alii utuntur. Opinor autem eas literas notare *lege*, vel *jure votee*, quas voces duabus illis litteris compendifieri ſolitas manifeſte docemus ex notis Valerii Probi, ut no-

ſcrib. adfuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomt. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcell. Coſ. V. F. de prouinciis, D. E. R. I. C. ſenatum exiſtimare, neminem eorum, qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de R. P. Q. P. ad ſenatum referri, ſenatique conſultum fieri poſſit: qui impedierit, prohibuerit, eum ſenatum exiſtimare contra rempubl. feciſſe. Si quis huic ſenatuſconſulto interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum, populumque

ut notetur, omnia rite facta eſſe, nihil extraordinarium, & ideo SCtis, vel auctoritatibus perſcriptis præfigi placuit. Iac. Gronov. Ego credo his notis ſignificari *Item*, cujus ſcriptura per compendium in MSis & IV. & IN interdum referre videtur. Cort.

Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio) Ne hoc quidem ex concordi fide probatorum codicum. Nam eadem, quas nominavi optimæ profecto editiones habent Q. Metellus P. F. Pius Scipio. Quod ab illis opinor mutatum eſſe, qui ad exemplum antecedentis præſcriptionis hanc quoque citationem formari oportere cenſuerunt; aut cum ordo ſolitus prænominis, nominis, patris, cognominis in Domitio recte procederet eum quoque in hoc retineri debere voluerunt, non animadvertentes, quam multa caſu aut miro ipſorum Romanorum judicio interceſſerint. Hic autem videtur ſibi placuiſſe quatuor his appellationibus deſignari, ut valide colligi poteſt ex duobus nummis vel ab ipſo, vel per gentilem quendam ejus cuſis apud Fulv. Vrſinum. Iac. Gron.

Quo minus de Po. Ro. quam primum ad ſenatum referri) Ita in Medicæo ſcriptum eſt, *quo minus de Rep. Q. P. ad Senatum referri*. Hoc autem adnotavi non quod in impreſſis ullum mendum ſit, ſed ut notæ illæ ex hoc loco percipiantur: nam majorem partem hujuſcemodi notis in S. Conſultis, & hujuſcemodi rebus uſos fuiſſe veteres, planum eſt. Victor. *Quam primum*) Al. Q. P. quæ litteræ apud Frontinum ſignificant, quid placeret. Conr. In codice Grævii hæ notæ rectius exprimuntur de *R. P. Q. P. Quo minus de repub. ad ſenatum referri, ſenatique conſultum fieri*) Ita Victorius, Vaticani, ac Peckio excerpta. Vulgo interjiciunt poſt *de repub. quam primum*, & *ſenatuſque conſultum*. Grnn. Sed valde negligenter legit animadverſiones Victorii, qui *quam primum* nec delevit, nec delendum cenſuit, ſed pro eo notas, quas in codice Medicæo reperierat, & Peckii etiam ac Grævii cold. præ ſe ferunt, ſubſtituit. Grav. *Quo minus de republica ad ſenatum ref.*) Ab Gebhardo non diſceſſi, etſi palam negligente in citando Victorio ad patrocinium hujus lectionis. Nec minus miror Victorium, qui cum teſtetur in Medicæo eſſe *de Rep. Q. P.* ediderit in Iunctina *de rep. Q. P.* in Stephanica *de rep. Q. P.* Ego vereor, ne quid pravum acciderit iſtis notis, &, quod facillime tamen fateor fieri potuiſſe, acciſum quid ſit pro *R. P. P. Q. P.* quibus ſignificari crediderim *de republica populique provinciis*. Iac. Gron.

Qui impedierit, prohibuerit) *Prohibuerit*, quod deſiderabatur, immiſi ſuo loco ex Vaticano ac Peck. & Victor. editione Grvt. His adſtipulatur primus Græcii. Grav.

Auctoritatem perſcribi) Vid. ſup. ad lib. I. ep. 2. Io.

De ea re ad ſenatum populumque referri)

lumque referri. Huic ſenatuſconſulto interceſsit C. Cœlius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Panſa. ● *Item ſenatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæſaris ſunt: qui eorum ſtipendia emerita, aut cauſas, quibus de cauſis miſſi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, cauſæque cognoſcantur. Si quis huic S. C. interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum, populumque referri.* Huic S. C. interceſsit C. Cœlius, C. Panſa, tribuni pleb. *Itemque ſenatui placere, in Ciliciam provinciam, in octo reliquas provincias, quas prætorii pro prætore obtinerent, eos, qui prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum*

ferri) Medicæus liber, *de ea re publica adhuc ordinem referri*: arbitror legendum, *de ea re ad hunc ordinem referri*. Victor. Omnes libri veteres habent, *ad hunc ordinem referri*: quo modo P. Victorius edidit: & ego ſic eram olim edi juſſeram. Lamb. Primus tamen Græv. *ad ſenatum populumque referre*. Græv.

L. Vicinius) *Vinicius* ſcribendum: quod eſt nomen familiæ in veteribus monumentis frequens. *Vicinia* autem gens apud ſcriptores, quod ſciam, non reperitur. Vrsin.

P. Cornelius) Præclara vero hoc loco eſt nota Manutii admonentis hunc plebejum Cornelium debere intelligi. Atqui probare debet Cornelium aliquem hic vere nominari ab Cicerone. Nam etſi vulgo ſic edant, caſtigatiſſimæ tameo iſtæ duæ editiones, cum reliquorum trium tribunorum nomina integre explanata habeant, in hoc ſolum produnt *P. Corn.* Atqui is poteſt intelligi *P. Cornificius*. Lac Gron.

Vibius Panſa] Sic ex vett. libris & hiſtoria legi debet, non *Iulius Panſa*. Conrad

Stipendia emerita) Emeriti milites. Iorm.

Cauſis] Cauſarii milites. Io. *Cauſas, quibus de cauſis*. Vide de hoc genere dicendi IV. ep. 5. cauſæ juſtæ miſſionis erant morbus, debilitas, vel alia quædam imbecillitas; quæ ob valetudinem hebat, *cauſaria* dicebatur. Vide Lipſ. de Mil. Rom. V. Dialog. 19. Corr.

Vt eorum ratio habeatur] Vt exauctorentur honeſta miſſione, hoc addiderunt, ut veteranos Cæſaris in quibus præcipue vires erant ab eo alienarent, & ad ſe pertraherent. Io. Fr. Gron.

Cauſæque cognoſcantur) Proprie *cauſas nojcere* & *cognoſcere* dicebantur magiſtratus populi Romani in delectu, ſcilicet illorum, qui ſe a militia immunes eſſe dicerent: tum enim accipiebant nomina illorum, qui juſtam vacationis cauſam proferrent: qui non juſtam, eos cogebant nomina dare. Sic & eorum, qui militantes miſſionem honeſtam aut cauſariam habebant *cauſæ cognoſcebantur*. Gron. *de Pec. vet. lib. III. cap.* 3. quem vide.

Et de ea re ad ſenatum, populumque referri] Hic Græv. codex legit: *Et de ea rep. ad hunc ordinem referri*; idem ſtatim cum Victorio: *Huic ſenato C.* pro vulgato, *huic ſenatus Conſulto*. Græv. *Et de ea re ad Senatum populumque referri*] MSus *& de ea rep. ad hunc ordinem referri*. Melius, modo deleatur *re p.* Cur enim ad populum? Niſi forte quia populare erat gratumque in vulgus, ideo etiam ad populum ea de re agi volunt Io. F. Gron.

Prætorii proprætores) *Prætorii*, qui præturam in urbe geſſiſſent. MSus, *Proprætore* ſ. *Prôprætorisque*. Proprie enim qui ex prætura in Provinciam abibant *Proprætores* dicebantur, ut qui

ex

C. cum imperio in provincias pro prætore mitti oporteret, eos ſorti to in pro incias mitti placere; ſi ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non eſſent, qui in eas provincias proficiſcerentur: tum uti quodque collegium primum prætorum fuiſſet, neque in provincias proiecti eſſent, ita ſorte in provincias proficiſcerentur; ſi ii ad numerum non eſſent, tunc deinceps proximi cujuſque collegii, qui prætores fuiſſent, neque in provincias profecti eſſent, in ſortem conjicerentur, quoad is numerus effectus eſſet, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Si quis huic S. C. interceſſiſſet, auctoritas perſcriberetur. Huic ſenatuſconſulto interceſsit C. Cœlius, C. Panſa, tribuni pleb. Illa præterea Cn. Pompeii ſunt animadverſa, quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, ſe ante Kalend. Mart. non poſſe ſine iniuria de provinciis Cæſaris ſtatuere, poſt Kal. Mart. ſe dubitaturum. Cum interrogaretur, ſi qui tum intercederent, dixit, hoc nihil intereſſe, utrum C. Cæſar ſenatui dicto audiens futurus non eſſet, an pararet, qui ſenatum decernere non pateretur. Quid ſi, inquit alius, & conſul eſſe, & exercitum habere volet? At ille, quam clementer: Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? His vocibus, ut exiſtimarent homines Pompeio cum Cæſare eſſe negotium, effecit. Itaque jam, ut video, alteramutram ad conditionem deſcendere

ex Conſulatu, *Proconſules*. Æque autem dicebant, *Pro Conſule obtinere provinciam* & *Proconſulem*, *pro Prætore obtinere*, & *Proprætorem*; immo illud elegantius. Ib.

Quos ex SC. in provincias ire oporteret) Prim Grav. *quos in provincias iri oporteret*, nec male, ſi *ire* legas. Mox pro *proficiſcerentur*, Victorius, *profecti eſſent*. Grav.

Quodque collegium) Octo prætores Ciceronis tempore erant, qui inter ſe unius anni collegium faciebant, ſuperiore anno aliud collegium prætorum, & ſic deinceps. *Primum* autem eſt, quod proxime anteceſſit. Cell.

Quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus) Illum male animatum eſſe in Cæſarem. Grav.

An pararet) Hoc eſt, ſubornaret tribunum plebis, qui intercederet Senatuſconſulto. Ib.

Quid ſi, inquit alius) Vix credideris ſic ſcripſiſſe Cœlium pro ſua argutia, cum & aliis *inquit* adverſationis cujuſcumque formula eſſe ſoleat. Refingas itaque: *Quid ſi, inquit, & conſul eſſe*, reliqua *inquit* nempe aliquis, vel ille qui interrogabat. Seneca II. de Benef. c. 34. Liv. XXXIV. c. 3. Vide ibi omnino Viri Summi I. Fr. Gronovii notas. Cort.

Quam clementer) Id eſt, valde leniter, minime iracunde. Grav.

Vt aut

dere vult Cæſar, ut aut maneat, neque hoc anno ſui ratio habeatur: aut, ſi deſignari poterit, decedat. Curio ſe contra eum totum parat: quid adſequi poſsit, neſcio. Illud video, bene ſentientem, etſi nihil effecerit, cadere non poſſe. Me tractat liberaliter Curio, & mihi ſuo munere negotium impoſuit. Nam ſi mihi non dediſſet eas, quæ ad ludos ei advectæ erant Africanæ, potuit ſuperſederi. Nunc, cum dare neceſſe eſt, velim tibi curæ ſit, quod a te ſemper petii, ut aliquid iſtinc beſtiarum habeamus: Sittianamque ſyngraphan tibi commendo. Libertum Philonem iſtuc miſi, & Diogenem Græcum, quibus mandata & litteras ad te dedi: eos tibi, & rem de qua miſi, velim curæ habeas: nam, quam vehementer ad me pertineat, in iis, quas tibi illi reddent, litteris deſcripſi.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Gloriatur ædilem ſe deſignatum, Hirrum repulſum: de rep. nihil actum ſignificat: pantheras petit: Feridium commendat: addit de Pompeii ac Scipionis in Cæſarem animo: diſſertum in ſua defenſione Calidium, in accuſatione frigidum appellat. Tota præter Feridii commendationem, quæ ab officio proficiſcitur, negotialis eſt epiſtola.

CŒ-

Ut aut maneat) In provincia. In.

Neque hoc anno ſui ratio habeatur) Non in candidatorum numerum abſens recipiatur, aut abſens Conſul deſignetur, quod ei lex dabat. In.

Contra eum totum parat) Contra Cæſarem, ſimulans. Nam paullo poſt: *Transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit*, epiſt. 6. huius libri, quæ poſt hanc poni debuit. Corr. Omnibus modis. Spart. Adrian. c. 4. Anton Idyll. VIII. Cort.

Bene ſentientem) Senatus & optimatum partes tuentem. Grav.

Suo munere) Suo dono Africanarum pantherarum fecit, ut nunc ludis ſuperſedere non poſſim. Curarum ergo onus impoſuit, ut belluarum numerum compleam, & ludos edam. Cel.

Negotium impoſuit) Quaſi onus impoſuit. Grav.

Ad ludos) Lib. II. ep. 3. Corr.

Potuit ſuperſederi) A meis ludis dandis. Grav.

Nunc, cum dare neceſſe eſt) Ludos. Corran.

Beſtiarum) Pantherarum, ep. 9. In.

Quam vehementer ad me pertineat) Erat enim ex ea ſyngrapha exigenda pecunia. Vid. ep. 4. & ſeq. Grav.

Epi-

CŒLIVS CICERONI S.

SIc tu, inquis, Hirrum tractaſti? Immo, ſi ſcias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimum fuerit, pudeat te, auſum illum umquam eſſe incedere tamquam tuum competitorem. Poſt repulſam vero riſus facit, civem bonum ludit, & contra Cæſarem ſententias dicit: exſpectationem corripit: Curionem prorſus non mediocriter objurgat, ac repulſa ſe mutavit. Præterea, qui numquam in foro apparuerit, non multum in judiciis verſatus ſit, agit cauſas liberales: ſed raro poſt meridiem. De provinciis, quod

EPISTOLA IX.

Hirrum) Hirrus Lucceiæ gentis cognomen, ep. 8. GRAEV.

Quam ne contentionis quidem minimæ fuerit) Lambin. conjicit, *quam ne contentionis quidem minimæ res fuerit*. Sed optime meus primus, *quam ne contentionis minimum fuerit*. Io.

Tamquam tuum competitorem) Auguratus, ep. 4. GRAEV. Vt Cœlii competitor fuit in ædilitate curuli, & Ciceronis aliquot ante annis in auguratu. FVNC.

Civem bonum ludit) Hoc eſt, ſimulat ac præ ſe fert ſe bonum civem eſſe. GRAEV.

Contra Cæſarem ſententias dicit) De mittendo Cæſari ſucceſſore, ep. 8. Id.

Exſpectationem corripit) Hoc eſt, eorum patientiam, quod tam diu ferant Cæſarem in Gallis dominantem, & legibus inſultantem. Id.

Curionem prorſus non mediocriter objurgatus, hac repulſa ſe mutavit) Mediæus liber: *Curionem prorſus Curionem non mediocriter objurgatus hac repulſa ſe mutavit*. Quare non aſſentior illis, qui voce hac *objurgatus* offenſi, centent aliter legendum eſſe: nulla enim illius lectionis in antiquis codicibus veſtigia invenio. VICTOR. P. Manutius conjecit eſſe legendum: *Curionem prorſus non mediocriter objurgat*; *ſcilicet hac repulſa*, cui difficile fuit non aſſentiri. Verumtamen non diſplicet mihi Paſſeratii conjectura, *non mediocriter objurgat*; *is hac repulſa*. LAMB. Omnes vero codices antiquos in *objurgatus* contentire, quod Paullus affirmat, falſum eſt. Nam meus ille optimus ſic legit: *Exſpectationem corripit Curionem. Prorſus Curionem non mediocriter objurgat, ac repulſa ſe mutavit*: quam ſcripturam non potui non probare. Cogitabam alioquin: *Curionem prorſus non mediocriter objurgabat, ſi hac repulſa ſe mutavit*. Curionem autem ideo corripit, quod tum ad Cæſaris partes tranſierit. *Corripit* autem *exſpectationem*, eſt reprehendit Romanos, cum tamdiu exſpectant, & ſuſtinent Cæſarem in Gallia dominantem. GRAEV. *Exſpectationem corripit. Curionem prorſus non mediocriter objurgat*) Mihi videtur non otioſe adſpiciendum, quod tam fideliter & benigne ex manu Ciceronis ſuppeditat Medicæus codex repetendo *Curionem prorſus Curionem non*, præſertim cum id ipſum roboret acceſſione auctoritatis ſuæ primus Cl. Græviī codex, duo ſane incomparabiles. Hinc lego: *Exſpectationem corripit, Curionem, prorſus Curionem! non mediocriter objurgat*. Qua repetitione eleganter ſubindicat Cœlius, qualem ſe tunc geſſerit Curio, & quam perſeveraverit in ſuſcepta factione defendenda. Et has repetitiones ſic Cœlio placuiſſe vel antecedentis epiſtolæ initium demonſtrat, ubi ſcripſit: *Scito C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delicias tuas* | *calumniam m. p. tuliſſe*. IAC. GRONOV.

Hac repulſa ſe mutavit) Poſt hanc repulſam, alius, quam fuit, factus videtur. Io. FR. GRON.

Agit cauſam liberaliter) Vetuſti codices *liberaleis* pro *liberaliter*. Si igitur *liberaleis*, accuſandi caſu intelligas, *cauſas*

quod tibi ſcripſeram idibus Sextil. actum iri, interpellat judicium Marcelli, conſulis deſignati. In Kalend. rejecta re ne frequentiam quidem efficere potuerunt. Has litteras a. d. IV. Non. Septembr. dedi, cum ad eam diem ne profligatum quidem quidquam erat. Vt video, cauſa hæc integra in proximum annum transferetur: &, quantum divino, relinquendus tibi erit, qui provinciam obtineat. Nam non expe-

cauſas legere oportebit, ut numeros copules, vel contra facere. Non eſt autem contemnenda hæc lectio: quæ eſſent *cauſæ liberalis* notiſſimum eſt. Cic. etiam pro Flacco: *Atque huic eidem nuper tres equites R. honeſti & graves, cum in cauſa liberali eum qui aſſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret, non ceſſerunt.* VICTOR. Primus meus, *agit cauſam liberalis*; ſed alius vetus codex, quem Lambinus inſpexit, ut volebat Victorius, *cauſas liberales. Liberalis* vero eſt *liberales*, ut ſuperius *litis* pro *lites*, *omnis* pro *omnes*. Peſſime hunc locum interpretatur Manutius. *Liberalis cauſa* eſt, qua quis, qui pro ſervo erat, in libertatem vindicabatur judicio, quod vocant Plautus & Terent. *liberali cauſa aſſerere manu*. Pantagathus legit, *agit cauſas liberalius*; perperam. GRÆV. *Agit cauſam liberalis*) Forte *libertatis*, ſc. publicæ, contra Cæſarem, qui eam vult opprimere. Io. FR. GRON.

Sed raro poſt meridiem) Quaſi dicat, ita prandere luxurioſe ſolitum, ut deinde magnarum curarum oblivisceretur. ID.

Quod tibi ſcripſeram) Epiſt. 4. hujus libri. CORR.

Marcelli Coſ. deſ.) Cum L. Paullo. IDEM.

In Kl. rejectum ne frequentiam quidem efficere potuerant) Ita Victorii editio & Vaticani excerpta. Peck. quoque expungunt *ea cauſa*; nam edebatur *rejecta cauſa eſt*; *ne freq.* GEBH. Meus primus, *in Kl. ejecta eſt*; *ne frequentiam quidem efficere potuerant*: optime meo judicio Mediolanenſis liber, *in Kl. ejecta res eſt*. Vera lectio eſt, *in Kl. rejecta re ne frequentiam quidem efficere potuerunt*: hoc eſt, quamvis res fuerit dilata in Kalendas, non tot tamen patres præſto fuerunt Kalendis, ut poſſet fieri Senatuſconſultum. GRÆVIVS. *In Kalend. rejectum re frequentiam quidem efficere potuerant*) Mirifice & minute convulſus locus, etiam in plurimis MSis in quibus cum intelligam exſtare vel *rejecta eſt ne freq.* vel *rejecta ea eſt ne*, cum quod edidit Gebhardus, ex Vaticani excerptis, & Victorio adſciverit, ut ipſe prædicat; ſed non ſane debuerat ita diſtinguere, cum & conſtructio in illis tam non ſit, & Victorianæ editiones habeant *interpellet judicium Marcelli Coſ. deſig. in Kal.* vel *Cal. ejectum ne frequentiam*. Ego tamen ab Gebhardo non diſceſſi, nec in eo aliquid mutavi, quia nihil omnium mihi probabatur. Opinor enim ex indicio meliorum codicum ab Cœlio ſcriptum fuiſſe. *In Kalendas ejecta ne freq. q. effic. potuerant*. IAC. GRON.

Ne frequentiam quidem efficere potuerunt) Vt legitimo Senatorum numero SC. fieri poſſet, lib I. ep. 9. GRÆV.

Ne profligatum quidem quidquam erat) Hoc eſt, nihil profectum; promotum in hoc negotio de provinciis. Front. II. Stratagem. exemplo 20. *Quo genere cum profligari nihil videret*. Iuſtin. XX. 4. *In juventute quantum profligatum ſit*. Senec. de Beata vita lib. I. cap. 1. *Intellecturi in ipſo itinere, ſi modo rectum eſt, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo ſimus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit*. Vid. Manut. h. l. & Lipſ. ad II. Hiſt. Tac. not. 21. Hanc autem lectionem Vatic. Peck. Græv. & Vict. edd. aſſerunt: vulgo: *Ne promulgatum quidem quidquam eſſet*. IDEM.

Qui provinciam obtineat) Regat, tuo loco. Cæſar I. B. Civ. c. 85. adde Sall. Cat. c. 18. CORR.

Qua

expeditur ſucceſsio, cum Galliæ, quæ habent interceſſorem, in eamdem conditionem, quam ceteræ provinciæ, vocantur. Hoc mihi non eſt dubium: quo tibi magis ſcripſi, ut ad hunc eventum te parares. Fere litteris omnibus tibi de pantheris ſcripſi: turpe tibi erit, Patiſchum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures, quas ipſas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit: ne putes illum tantum prædia ruſtica dare ſcire. Tu, ſi modo memoria teneres, & Cybiratas arceſsieris, itemque in Pamphyliam litteras miſeris (nam ibi plures capi ajunt), quod voles efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod ſeorsum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc curæ. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, niſi loquendi, cura eſt, hoc eſt, imperandi & mandandi. Nam ſimul atque erunt captæ, qui alant eas & deportent, habes eos, quos ad Sittianam ſyngraphan miſi. Puto etiam, ſi ullam

Quæ habent interceſſorem] Cum ſit tribunus plebis, qui interceſſurus ſit, & impediturus, ne Cæſari Galliæ præfecto ſuccedatur. GRAV.

Quo tibi magis ſcripſi) Forte: *Quod tibi eo magis ſcripſi*. LAMB.

Multis partibus plures) Hoc eſt, longe plures: vid. ſup. ad lib. I. ep. 2. GRAV.

Prædia ruſtica dare ſcire] Agros pauperioribus de plebe. Alludit ad actionem Curionis de agro Campano ep. 10. Male Man. I. FR. GRON.

Tu ſi modo memoria teneres) Leg. *tenueris*. LAMBIN.

A collega) M. Octavio. CORRAD.

Amabo te, impera tibi: hoc cura. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare] Placeret: *Impera tibi hoc curæ*: atque ita eſt in codice MSo. F. VRSIN. Aliter diſtinguit meus primus: *Amabo te, impera tibi hoc. Curare ſoles libenter, ut ego majorem partem nihil curare*. Sed hæc non videntur cohærere bene cum ſequentibus. Itaque conjiciebam legendum eſſe: *Amabo te, impera tibi hanc curam. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare*. Sic ſuſpicabar: ſed poſtea Peckiani libri excerpta veram lectionem mihi oſtenderunt, quam & expreſſi, *amabo te impera tibi hoc curæ: ſoles libenter*, & reliqua. Sed & ſic in cod. antiquo MSo ſe reperiſſe F. Vrſin. teſtatur, & probat. GRAV.

Majorem partem] Ex majore parte: vid. Manut. IDEM.

Hoc eſt imperandi & mandandi) Primus meus, *imperandi & amandi*, leg. *imperandi & amandandi*, ſc. venatores ad pantheras capiendas. In ſequentibus verbis, *puto etiam ſi ullam ſpem*, deſinit meus ille præſtantiſſimus & fidiſſimus codex, qui bonitate nulli eorum cedit, quos docti viri excuſſerunt, immo omnibus, excepto Mediceo, melior eſt. Ejus ope ſane quam multa in his octo libris prioribus ſint emendata, aut, quæ dubia habebantur, confirmata, eruditi facile cognoſcent. IDEM.

Quos ad Sittianam ſyngr. miſi] Ad pecuniam ex ſyngrapha debitam exigendam, ut mox, *venis ad ſuum negotium*. CORT.

Si nul-

ullam ſpem mihi litteris oſtenderis, me iſto miſſurum alios. Marcum Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum & ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negotium iſtuc venit, tibi commendo, & te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. Agros quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honeſtum factu eſt, immunes eſſe: gratos & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Favonium a columnariis præteritum eſſe: optimus quiſque eum non fecit. Pompeius tuus aperte Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe: tamen

Si nullam ſpem, . . . oſtenderis) Ita cum editis veteribus unus e regiis codicibus. Vulgati: *Si ullam ſpem . . . oſtenderis*. LALLEM.

M. Feridium) *Fufidium* habet antiquus liber, nntum Romanæ familiæ nomen a *Fufiis* ductum; cum *Feridia* nuſquam inveniatur. URSIN. *M. Feridium*) Ita Pall. (nam hic redeunt meliores a turbis ſuis) Vatic. Peck. prima editio *Feridum*: Victorius *Federium*: vulgo *Fenidium*. GERHARD.

Qui ad ſuum negotium iſtuc venit) Qui habet negotia quædam ibi expedienda. GRAV.

Quos fructuarios habent civitates) In vetuſtis codicibus legitur *habet*, quod ſuſpicionem mihi auget: nam de mendo ob alias etiam cauſas valde timeo. Quidam legunt *Cybiratæ*, quod diligentius conſiderandum eſt. Eſt autem in VI. ad Atticum locus huic valde ſimilis & affinis, de quo non minus male exiſtimo: *Nam Cœlius libertum ad me miſit & litteras accurate ſcriptas, & de pantheris: ſed a civitatibus reſcripſi, &c.* Videtur enim & illic nonnihil ineſſe mendi. Tota res accuratius animadvertenda: nihil adhuc certi habeo, quod aſſeram. VICTOR. Pantagathus: *Agros quos fructuarios habet Cybiratis*. URSIN.

Nolo te putare Favonium a Columnariis præteritum) *Favonium* ſcribendum videtur ex auctoritate veteris lapidis, cujus exemplum ſubjeci: & quidem recte ſi a φαων nomine, hoc nomen deductum eſt:

FAONIO . PATERNO . EX . EVOCAT.
QVI . SE . PROBAVIT . AN. XV.
MILITAVIT . COH. XI. VRB. ANN.
XIII. PANT. LEG. X. GEM. VIXIT
ANN. LVIII. M. VNO . DIES . XIIII. &c.

URSIN. *Columnariis*) De hoc loco in Quæſtura diximus. CORRAD. *Nolo te putare Favonium a Columnariis præteritum*) Huic lectioni patrocinatur Victorius, & Vaticanus, quamquam tres Pall. *præteritum*, non *preterritum*. Pall. prim. quint. *Favilum*: quartus *Frivolum*. GERHARD. *A columnariis*) A vulgo otioſorum urbanorum, qui conſiſterent multum circa columnas, & ſub periſtyliis fori. Vt ſupra dixit *ſubroſtranos*. I. FR. GRON.

Optimus quiſque enim non fecit) Vetus liber *nihili fecit*: quod placet. URSIN. *Optimus quiſque eum non fecit*) Quis damnet hanc lectionem amplius a tribus Pall. invectam, & editioni Victorianæ uſurpatam? tamen vulgo fecerunt, quia veterum codicum lectio non conveniebat palato eorum, *eum nihili fecit*. GERHARD.

Pompeius tuus aperte, Cæſarem vetas provinciam tenere c. e. & conſulem eſſe) Melius (ut videtur) hic locus legitur in manuſcripto: *Pompeius tuus moleſte ferat Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu & conſulatum petiturum eſſe*. URSIN. *Pompeius tuus aperte Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu & conſulem eſſe*) Tutiſſima via ivimus, & hanc lectionem ex Victorii editione & Vaticano excerpſimus. Pall. tamen primus, quintus, Peckio excerpta, *& conſul ipſe tamen*: quartus vero, *& conſul*

men hanc ſententiam dixit, nullum hoc tempore ſenatuſconſultum faciendum. Scipio hanc, ut Kalend. Martiis de provinciis Galliis, neu quid conjunctim referretur. Contriſtavit hæc ſententia Balbum Cornelium: & ſcio eum queſtum eſſe cum Scipione. Canidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Quid C. Caſſius, quid rex Deiotarus de Parthorum tranſitu ſcripſerint, qui ex eo ſermones excitati, quæ de Caſſio ſuſpiciones, ſignificat. Subjungit de repub. quæ putet actum iri anno ſequenti. Concludit epiſtolam officio ſuo: cum ſe præſtaturum promittat, ne quid ei temporis in provinciali munere prorogetur.

CŒLIVS CICERONI S.

SAne quam litteris C. Caſſii, & Deiotari ſumus commoti. Nam Caſſius cis Euphraten copias Parthorum eſſe ſcripſit: Deiotarus, profectas per Commagenen in provinciam noſtram. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te at-

conſul ipſe tamquam hanc ſententiam. Vulgatum tamen eſt: *Pompeius tuus aperte Cæſarem vetat provinciam tenere cum exercitu & conſulem eſſe.* GRONOV. *Pompeius tuus aperte*) Sc. dixit indignum eſſe Cæſarem velle, dum tenet provinciam cum exercitu, Conſulem deſignari. I. FR. GRON.

Canidius) Leg. *Calidius*. Lamb. epiſt. 4. hujus lib. GRAEV.

In accuſatione ſatis frigidus) More ſuo. Lege librum de Claris Oratoribus. CONRAD. Minime diſertus. Plinius IV. ep. 16. *Mihi omnia iſta frigida atque inania videntur*: adde quæ Cerda ad Virg. IV. Georg. v. 104. CORTIVS.

EPISTOLA X.

SAne quam litteris C. Caſſii) Hic quæſtor, interfecto M. Craſſo, reliquias legionum conſervavit, & Syriam in P. Rom. poteſtate retinuit, & poſtea proquæſtor has litteras ſcripſit. Hic etiam poſtea in Cæſarem conjuravit. CONRAD.

Deiotari) Regis Armeniæ minoris, pro quo exſtat Ciceronis oratio. IDEM.

Cis Euphraten) Terminus erat Euphrates imperii Romani. *Euphraten* vero exſtat in primo Palat. & Amſtelodamenſi pro vulgat. *Euphratem*. GRAEV.

Per Commagenen) Commagena pars Syriæ inter Meſopotamiam, Ciliciam, & Armeniam. IDEM.

Quam

Parthos eſſe, ſenatui renunciaſſe. Quare tibi ſuadeo, quicumque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter & caute perſcribas; ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe. Nunc exitus eſt anni: nam ego has litteras a. d. XIIII. Kal. Decemb. ſcripſi. Plane nihil video ante Kalend. Ianuar. agi poſſe. Noſti Marcellum, quam tardus & parum efficax ſit; itemque Servium, quam cunctator. Cujusmodi putas hos eſſe? aut qui id, quod nolint, conficere poſſe, qui, quæ cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle exiſtimentur? Novis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, hæc causa primos menses occupabit. Sin autem non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos aut ſucceſſores parvis additis copiis ſuſtinere poſsint: Curionem video ſe dupliciter jactaturum, primum, ut aliquid Cæsari adimat; inde ut aliquid Pompeio tribuat, quidvis, quamlibet tenue munusculum. Paullus porro non humane de provincia loquitur: hujus cupiditati occursurus eſt Furnius noſter: plures ſuspicari non poſſum. Hæc novi: alia, quæ

Ne aut bellificatus alicui dicaris) Ita prima editio, Pall. ptim. quart. Pekianus; at quint. *belificatus*. *Bellificari*, ut *gratificari* dictum: alias *velificatus*: quod quomodo huc pertineat, non excogito. GEBHARD. *Ne aut velificatus alicui dicaris*) Mirum, Gebhardum recepiſſe, quod in nonnullis exſtat codicibus, *bellificatus*, addens ineptiſſimam rationem, ſe non poſſe excogitare, quomodo *velificatus* huc pertineat: quaſi ſit vel paullo humanior, qui ignoret *velificari* Latinis eſſe gratificari, aſſentari, aſſentando gratiam aucupari. Florus lib. I 9. *Brutus vero favori civium etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt*. Cic. Orat. in Rullum: *Si quis veſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo*. Sic hoc loco monet Ciceronem Cœlius, ut quomodo ſe res habeant ibi, accurate perſcribat, nihilque gratiæ det, ne videatur ambitioſe Caſſio aſſentari. GRAV.

Noſti Marcellum, quam tardus) Pro *quam tardus Marcellus ſit*: ſed a verbo *Noſti* regitur *Marcellum*, ut ſupra IV. ep. 1. *Rem videas, quomodo ſe habeat*. CORT.

Aut tantum erit) *Tantum* hoc loco refertur ad parvitatem, ut lib. I. epiſt. 7. & VII. ep. 31. & lib. XV. ep. 14. & lib. XII. ad Att. ep. 29. Cæſar VI. de Bell. Gall. & III. de Bell. Civ. GRAV.

Dupliciter ſe jactaturum) Venditaturum operam ſuam optimatibus gratiæ captandæ cauſa. *Jactare ſe* dicuntur, qui alios ſtudent demereri, & cum ambitione quadam ſtudia ſua oſtentant. Iuven.

Ipſe lacernata cum ſe jactaret amico. IDEM.

Paullus) Coſ. deſignatus. CORRAD. Paulus Æmilius, conſul deſignatus, non relinqui vult Cæſari provinciam, dure adverſus illum loquitur. CELLAR.

Occurſurus eſt Furnius) Quia tribunus plebis eſſet deſignatus, lib. V. ad Att. ep. 18. GRAV.

quæ poſſunt accidere, non cerno: multa tempus afferre & præparata multa ſcio: ſed intra fines hos, quæcumque acciderint, vertentur. Illud addo ad actiones C. Curionis, de agro Campano: de quo negant Cæsarem laborare, ſed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Cæsari pateat. Quod ad tuum deceſſum attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum, ut tibi ſuccedatur: illud certe præſtabo, ne amplius prorogetur. Tui conſilii eſt, ſi tempus, ſi ſenatus coget, ſi honeſte a nobis recusari non poterit, velis ne perseverare. Mei officii eſt meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

Cum Cicero, litteris ad ſenatum miſſis, ſupplicationes pro re in Amano monte bene geſta poſtulaſſet, C. Curio, tribunus pleb. Ciceronis cupidiſſimus, fratus ſenatui, quod ei poteſtas agendi cum populo eriperetur, fieri ſenatuſconſultum de ſupplicationibus non patiebatur: poſtremo ventum eſt ad pactionem, permittente Curione ſenatuſconſultum fieri; modo nullæ præterea in reliquum annum ſupplicationes eriperentur: qua tota de re, & de cujuſque ſententia ac voluntate diligenter Cælius perſcribit. De rep. narrat contentiones inter Pompeium & Curionem de ſucceſſore Cæsari mittendo. Mittit commentarium rerum urbanarum. Sittianum negotium commendat.

CŒLIVS CICERONI S.

NOn diu, ſed acriter nos tuæ ſupplicationes torserunt: incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui

De agro Campano) Dividendo, lib. I. ep. 9. & XX. ep. 20. IDEM.

Ne vacuus advenienti Cæſari pateat) Ne Cæſar eum dividat, cum redierit. IDEM.

Ne amplius prorogetur) Tempus manendi in provincia: vide II. ep. 7. Sic ad *ſpeciem libertatis* pertinebat, quod Tiberius ad Senatum referebat, *quibus imperium prorogari placeret*. Sueton. c. 30. Vellei. II. c. 46. CORT.

EPISTOLA XI.

Tui ſupplicationes) De rebus in Cilicia geſtis. CONRAD. Pro victoria

tui cupidiſsimus, cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat ſe ullo modo pati poſſe, decerni ſupplicationes; ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe, & prævaricator cauſæ publicæ exiſtimaretur. Itaque ad pactionem deſcendimus: & confirmarunt conſules, se his ſupplicationibus in hunc annum non uſuros. Plane, quod utriſque conſulibus gratias agas, eſt: Paullo magis certe. Nam Marcellus ſic reſpondit ei, ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere: Paullus, ſe omnino in hunc annum non edicturum. Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: prendimus eum: non modo non fecit,

ria Ciceronis in Amano monte. Supplicationes enim feſti dies ſunt, quibus pro victoria & liberatione gratias diis ſuis Romani agebant. CELLAR.

In difficilem nodum] *Nodus* de quacunque difficultate & mora dicitur. Virg. X. Æneid. v. 428. CORT.

Cui omnibus rationibus Comitiales eripiebantur] Qui auſpiciis impediebatur diebus, quibus Comitia habebantur, agere cum populo de tuis ſupplicationibus. Poterant enim magiſtratus de cælo ſervare & obnunciare, hoc eſt, infauſtum quid viſum eſſe, aut auditum ſignificare; qua ratione dies ille comitialis irritus reddebatur: vide ſupra ad lib. I. ep. 2. & 3. GRÆV.

Ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni] Ita Pall. quartus, quint. Vaticani, & Peckio excerpta, nec diſplicet Lambini & Palat. primi lectio, *ne quod furore Paulli ademtum eſſet boni*: (& ſic Amſtelod.) quia paullulum ſecedebant a vulgata, *ne, ſi quid fuere Paulli ademtum eſſe boni*. GERHARD. De ſenſu hujus loci vide Manut. Ne occaſionem rependendæ vicis, obnunciantis conſulis importunitate datam, amitteret. CELLAR. Sed Turnebus XII. Adverſ. cap. 17. legit *ademtus*, quod confirmatur aliquot MSis; inſolentia autem dictionis in mutationem induxit: intelligit autem facultatem agendi cum populo. Dicitur autem *ademtus ſum hoc*, ut *exactus ſum tribunum*, de quo ad VII. ep. 10. & Terent. Eunuch. Prolog. v. 17. *Quæ nunc non adeo habitur*. Virgil. I. Æneid. v. 232. & 324. Ovid. II. Faſt. v. 803. & ſic alii permulti. CORT.

Se his ſupplicationibus in hunc annum non uſuros] Se nulli alii Imperatori, præterquam Ciceroni ſupplicationes decreturos. GRÆV.

Marcellus ſic reſpondit ei, ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere] Scribe: *Marcellus ſic reſpondit, ſe ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere*. Reſpondit iis ſcilicet, qui ad pactionem deſcenderant. GRÆV. *Se in his ſupplicationibus ſpem non habere*] Alia ſibi eſſe adverſus Curionem præſidia, quibus confidat. Mal. Man. Io. Fr. GRON. Receperat h. l. Cellarius conjecturam Grævii, præter rei neceſſitatem: *reſpondit ei*, puta *Curioni*. Deinde ſi omnino *ſe* intelligendum eſt, non ſtatim in textum recipias. Sic Liv. XXIII. cap. 13. *Cum id* (ſe) *neſcire Mago diceret*: & alia quædam ſuperius jam notata. Deinde male etiam interpretantur ipſa verba: hoc vult Marcellus: *ſe non ſperare, futuras iſtas ſupplicationes*. *Spem habere* pro ſperare notum eſt, & adfuit VI. ep. 14. & *in iſtis ſupplicationibus*, quod fraudi fuit, eſt, *quod ſpectat ad iſtas ſupplicationes*; ſed eamdem conſtructionem habes I. epiſt. 9. ubi vide. CORT.

Non edicturum] Nullas ſupplicationes edicto publicaturum, ſeu indicturum toto hoc anno, quamvis decretæ eſſent. GRÆV.

Prendimus eum] Illum rogavimus, obteſtati ſumus. IDEM.

cit; ſed, cum de hoſtibus ageretur, & poſſet rem impedire, ſi ut numeraretur poſtularet, tacuit. Tantum Catoni aſſen-

Sed cum de hoſtibus ageretur, & poſſ. rem imped. ſi ut numeraretur &c.] Nos, *de hoſtiis* ſcripſimus cum vetuſtis codicibus. Quamvis autem ratio ipſa, & priſcorum exemplarium auctoritas ſic legendum eſſe perſuadeant, non tamen (ut verum fateamur) morem hunc *numerandi hoſtias* penitus cognitum habemus, nec tamen ob id ſinceram (ut putamus) lectionem contemſimus: nam quandoque ſperamus inveniri poſſe hanc conſuetudinem numerandi hoſtias: apud Græcos maxime Romanarum hiſtoriarum auctores, qui cum externis gentibus ſcriberent, quæ Romanos ritus ignorabant, diligentius minutiuſque hæc pertractarunt, quæ Latini ſcriptores ut paſſim vulgoque nota prætereunt. Eſt autem idem error cum de eadem re ageret, in epiſtola ad Quintum Fratrem: *Interim ipſo decimo die, quo ipſum oportebat hoſtiarum numerum, & militum renunciare, &c.* Sic enim etiam eo loco habent antiquiores codices, non *hoſtium*. Quomodo enim poterat hoſtium numerum qui triumphum poſtulabat, renunciare, qui aut diſſipati & deleti eſſent, aut, ſi manerent, fere in remotiſſimis regionibus verſarentur? Quod ſi de cæſis intelligas, oportebat enim definitum quemdam numerum uno prælio cecidiſſe: cum multo ante interfecti eſſent, quomodo tunc poterant numerari? aut quis rem, quæ non præſens ſit & adſit, numerat? Multa ſunt, ne omnia recenſeamus, quæ lectionem illam vulgatam coarguunt; eſt enim omnino inepta & nova: ſed potius operam demus, ut morem hunc, & ritum hoſtiarum numerum renunciandi in poſtulatione triumphi inveſtigemus: tunc enim nihil ſcrupuli reſtabit. Non recte autem facere mihi videntur, qui ea, quæ non adſequuntur ſuo ingenio, ſtatim delent: exiſtimare enim debent eſſe alios peritiores & diligentiores, multaque præterea quæ abdita adhuc ſunt, cum novi quotidie Græci maxime auctores e tenebris eruantur, in lucem proferantur. Victor. Amſtelodam. etiam liber *de hoſtiis* ſcribit. *Et poſſet rem impedire, ſi ut num. poſt.*] Ad Atticum 393. de hoc ipſo negotio agitur, & de Hirri voce, qui & ipſe affirmabat in poteſtate ſua fuiſſe, ſi voluiſſet impedire, cujus voluntas mirifice Ciceroni grata fuit: & cum videret inceperé illum ſibi placari, ſtudioſius ei operam dedit, ſi poſſet illius gratiam diligentia amicorum ſibi reconciliare. In Medicæo nulla varietas eſt: quod alii excogitarunt legi debere *numerus daretur*, non reprehendo, nec magnopere laudo. Tota res melius perciperetur, ſi mos ille numerandi hoſtias cognitus eſſet, de quo hic & ad Quintum Fratrem agitur. Nam *hoſtibus* nullo pacto legendum cenſeo, & iis argumentis ductus, quæ a me olim allata ſunt, & auctoritate priſcorum codicum, qui duobus in locis, ubi impreſſi omnes corrupti erant, fideliter, ut puto, veram lectionem cuſtodierunt. Vtinam autem tam facile meam lectionem tueri poſſem, quam vulgatam refellere. Victor. in Poſter. *De hoſtibus*] Cæſis. Nam lege cautum erat, ne quis triumpharet, niſi quinque hoſtium millia cecidiſſet: & ſupplicatio triumphi fere prærogativa erat. Alii tamen *hoſtiis* legunt. Conrad. *Sed, cum de hoſtibus ageretur*] Codices omnes Memmiani, præter unum & alterum, habent *de hoſtiis ageretur*; & ita edidit P. Victorius. Quod autem in aliis eſt *de hoſtibus*, natum erratum putat ex antiqua ſcriptura *hoſtis*, pro *hoſtiis*. Nos tamen *de hoſtibus* edendum curavimus, ut & Manutius: non pugnaturi, ſi quis *de hoſtiis* malit. Paullo poſt, ubi omnes emendati libri habent *numerarentur*, quidam doctus exiſtimat eſſe legendum *numerus daretur*. Lambin. Omninn legendum, *hoſtibus*, & *numeraretur*. Vide Manut. Grav. *ſi, ut numeraretur*] Feſtus: *Numera Senatum, ait quivis Senator Conſuli, cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat &C.* Quin ſcili-

aſſenſus eſt, qui de te locutus honorifice, non decrerat ſupplicationes. Tertius ad hos Favonius acceſsit. Quare pro cujuſque natura, & inſtituto, gratiæ ſunt agendæ: his, quod tantam voluntatem oſtenderunt, pro ſententia, cum impedire poſſent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de ſuarum actionum curſu tua cauſa detlexit. Nam Furnius & Lentulus, ut debuerunt, quaſi eorum res eſſet, una nobiscum circumierunt, & laborarunt. Balbi quoque Cornelii operam & sedulitatem laudare poſſum. Nam cum Curione vehementer locutus eſt: & eum, ſi aliter feciſſet, injuriam Cæsari facturum dixit: tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit. Decrerant quidem, qui neque tranſigi volebant, Domitii,

ſcilicet raro convenerant juſto numero, præcipue tali negotio. Phil. I. 5. I. Fr. Gron.

Aſſenſus eſt) Epiſt. 15. lib. XI. Conaovs.

Qui de te locutus honorifice) Varie hic locus legitur, alii *qui & locutus honorifice*; al. *qui de te tum locutus honorifice*; al. *jam locutus honorifice*. Amſtelodam. *qui locutus honorifice*. Illa *&*, *tum*, *jam* ex præcedentibus vocibus nata ſunt: lectionem hanc, quam veram eſſe cenſeo, debeo editioni Lambinianæ, omnulliſque aliis. Grav.

Non decreverat ſupplicationes) Ep. 6. lib. XV. Conran.

Quod tantum voluntatem oſtenderunt) *Tantum* pro ſaltem, ut lib. VII. ep. 31. Sed rectius alii *tantam voluntatem* ſcribunt. Grav.

Cum Curione vehementer locutus eſt) Quaſi Curio minus bona fide cum Cæſare in gratiam rediiſſet, niſi ei de ſupplicationibus Ciceronis gratificaretur. Idem.

Tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit) Quaſi fictus eſſet reditus in gratiam cum Cæſare: non bona fide cum illo in gratiam rediiſſet. Idem.

Decrerant qui inique tranſigi volebant) Pantagathus mendum olim his verbis ineſſe ſuſpicatus, emendarat ex ingenio, *ſed erant qui inique*, &c. Videtur autem rectius eſſe in manuſcripto, *nec decrerant qui id nunquam tranſigi volebant*, &c. Paullo ſupra idem Pantagathus pro *hoſtibus* optima conjectura legebat *hoſtiis*: &, *qui locutus honorifice*, pro *qui de te jam locutus honorifice*. Vasin. *Nec decrerant quidem, qui neque tranſigi vol.*) In Amſtelodam. & Pall. non exſtat *te nec*. Varie autem ſcribitur. Aſſentior Manutio, qui legit, *decrerant* pro *decerant*. Sed ex Victoriana recepi, *qui nequr tranſigi volebant*. Scipiones & Domitii, decreverant quidem ſupplicationes, contra tamen animi ſententiam, qui nolebant hanc rem confici, & cum hac de cauſa ſæpius compellaſſent Curionem, rogaſſentque ficte ne intercederet, hoc enim eſt ad *evocandam interceſſionem*, ad impediendam interceſſionem, reſpondit Curio lepidiſſime, & reliqua: pro *neque* Lambinus conjicit legendum & in ſuam quoque admiſit editionem, *id numquam*, quod Fulvius in manuſcripto ſe reperiſſe teſtatur: pro *evocandam* Amſtelodam. & Manut. edd. *evocandam*, quæ vera eſt hujus loci ſcriptura. *Ad evocandam interceſſionem* eſt ad ellciendam interceſſionem: X. ad Attic. epiſt. 8. *Sed ſuper hac re nimis*, *ne meam συμπαθειαν jam evocem*, Hortenſio: *Quod dedecus, quod non evocetur atque elicialur voluptate?* Sic apud Senecam *evocare lacrymas*: ad quem plura congeſſit Gronovius exempla. Grav. *Decrerant, qui inique tranſigi*) Sic lege; qui aequaquam tranſigi nolebant: vel qui mire tranſigi nolebant. Hoc enim dicit. Erant, qui ſen-

mitii, Scipiones, quibus hac re ad interceſsionem evocandam interpellantibus, venuſtiſsime Curio respondit, se eo libentius non intercedere, quod quosdam, qui decernerent, videret confici nolle. Quod ad remp. attinet, in unam causam omnis contentio conjecta eſt de provinciis: in quam adhuc incubuiſſe cum senatu Pompeius videtur, ut Cæsar Id. Novemb. decedat. Curio omnia potius subire conſtituit, quam id pati: ceteras suas abjecit actiones. Noſtri porro, quos tu bene noſti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena rei totius hæc: Pompeius tamquam Cæsarem non impugnet, sed, quod illi æquum putet, conſtituat, ait, Curionem quærere discordias. Valde autem non vult, & plane timet Cæsarem consulem deſignari prius, quam exercitum & provinciam tradiderit. Accipitur ſatis male a Curione, & totus ejus secundus consulatus exagitatur: Hoc tibi dico: ſi omnibus rebus prement Curionem, Cæsar defendetur: ſi interceſſorem, quod videntur, reformidarint, Cæsar, quoad volet, manebit. Quam quisque ſenten-

ſententia ſua tibi decreviſſent ſupplicationes: cupiebant autem revera nihil fieri, & quocunque modo rem impediri. Io. Fr. Gronov. *Non dervant quidem*) In tanta ſententiarum & explicationum varietate adhærere malui Victorio, in cujus editionibus ſic exhiberi animadverto, tanto certius, quanto ab omnibus video confidenter eum ſperni, ut ne memoretur quidem apud editores vel interpretes. Non ſolet autem ille pati impoſita vocabula, quæ aliunde orta fuiſſe potuit ſuſpicari. Iac. Gron.

Quibus hac re ad interceſſionem evocandam) Quibus ea de cauſa obturbantibus, & laceſſentibus per amara dicta Curionem, ut is iracundia ablatus intercederet poteſtate tribunitia, & ſic S.C. fieri non pateretur. Io. Fr. Gron. *Ad interceſſionem evocandam*) Eliciendam a Curione irato. Vid. notas meas ad Senec. ep. 47. Iorn.

In unam cauſam omnis contentio conjecta eſt, de provinciis adhuc. Incubuiſſe) Sic rectius diſtinguitur in Rob. Steph. editione: Gronovius *eſt* tranſponit, & ſic legit: *In unam cauſam omnis contentio conjecta, de provinciis inquam adhuc eſt*. Grav. *In u. c. o. c. conjecta, de provinciis inquam adhuc eſt*) Ita legendum. Quidquid erat antea diſſentionum, ceſſat & quieſcit, dum ducitur ſermo de provinciis. Io. Fr. Gron.

Ut Ceſar Id. Novembr. decedat) Vulgatur, *ante Idus Novembres decedat*; ſed ut edidi, erat in Victorii editione, ac Pal. primo. Gebhard. Amſtelod. *ut Ceſar Idus non decedat*: nimirum *non* ſcriptum pro *Nov.* Grav.

Noſtri porro) Optimates. Iorn.

Scena rei totius hæc) *Summa totius rei hæc* habet liber manuſcriptus, longe quam vulgati melius. Vrsin. Sed MSi recte legunt *ſcena*, hoc eſt, totius rei hæc eſt ratio, tota res ſic ſe habet. Grav.

Ceſar defendebatur) Non ab amicis, ut Manutius, ſed ab ipſo Curione, interceſſuro, quidquid in Cæſarem ſtatuent. Io. Fr. Gron.

In pri-

ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum: ex quo tu, quæ digna sunt, selige: multa transi, in primis ludorum exploſiones, & funerum, & ineptiarum ceterarum: plura habet utilia. Denique malo in hanc partem errare, ut quæ non deſideras audias, quam quidquam, quod opus eſt, prætermittatur. Tibi curæ fuiſſe de Sittiano negotio, gaudeo. Sed, cum suspicaris, minus certa fide eos tibi visos, tamquam procurator, ſic agas, rogo.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Queritur de Appii Claudii, qui cum L. Piſone cenſuram gerebat, non ingrato ſolum animo, ſed graviſſima etiam injuria: quem cum inimicum ſibi eſſe, accuſationemque cogitare comperiſſet, antevertit ipſe, eumque lege Scantinia poſtulavit.

CŒLIVS CICERONI S.

PVdet me, tibi confiteri & queri de Appii, hominis ingratiſsimi, injuriis, qui me odiſſe, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & cum homo avarus, ut ea ſolveret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit,

In primis ludorum exploſiones, & funerum, & ineptiarum ceterarum: plura habet utilia) Non video, unde *funerum & ineptiarum* pendeat. Peck. *Italia*, unde Guilielmius legendum conjicit *tuta*. Malim ego, quoniam in omnibus iis libris *utilia* ſcribitur, legere *& ceterarum ineptiarum plura habet & utilia*. Sed nunc edita non moveo: *funum & ineptiarum ceterarum*, ſcilicet exploſiones. Ludi explodebantur, cu homines inviſi populo, cum ludos venirent ſpectatum, explauderentur de quibus exploſionibus toties agit in epiſtolis ad Atticum. Explodebatur funera, cum mimi in funeribus defunctorum, quorum perſonam gerebat, vitia exprimerent, & deridendi & explodenda populo præberent, ut Favor Archimimus in exſequiis Veſpaſiani, de quo Sueton. in ejus vita c. 19. quem vide, & quæ docti ibi notarunt. GRAV.

Denique malo in hanc partem errare) Pal. prim. legit, *denique malo in hac parte me errare*; quod mihi minime adſpernandum videtur. GRONOV. Adſtipulatur Amſtelodamenſis. GRAV.

Tamquam procurator) Qui aliena negotia adminiſtret, Leg. 1. D. de procur. & defenſ. In re pecuniaria autem ſingulariter uſurpatur, ut Seneca ep. 14. quamobrem ſcripſit *tamquam procurator*. CORT.

EPISTOLA XII.

DE *Appii*) Iam cenſoris. CORRADVS.

dixit: ita occultum tamen, ut multi mihi renunciarent, & ipse facile animadverterem, male eum de me cogitare. Posteaquam vero comperi, eum collegium tentasse: deinde aperte cum quibusdam locutum: cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine, deliberare: velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum reprehenderem, & ab eo

Posteaquam vero comperi) Peck. *complexi*, leg. *conspexi*. GUILIELM.

Collegium tentasse) Legendum, ut bene monuerunt alii, *collegam*; nimirum *L. Pisonem*, qui in censura erat collega Appii. Hunc iste tentavit, ut & ipse notaret Cœlium. Nam unius Censoris nota, sine alterius collegæ assensu, habebatur irrita. Inepti sunt qui de collegio augurum hæc intelligunt. GRAV. *Collegium tentasse*) *Augurum* interpretandum. Sed multo probabilius illi quos rejicit Manutius, *Collegam*, nempe in censura L. Calpurnium Pisonem, ut scilicet is secum consentiret in notando Cœlio & infamando. Io. FR. GRON.

Cum L. Domitio) Quicum ipse Appius Cos. fuerat. CORR.

Velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum reprehenderem, & ab eo deprecarer injuriam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare a me non potui) *Munusculum*, accusandi. CORRAD. *Cn. Pompeio*) Filio. IDEM. Acriter me torsit hic locus. Turbabant etiam veteres codices, & Manutius. Amstelodam. *ipsum reprehendere*. Vnus Manutii, *ut ab eo deprecarer injuriam*. Cogitabam pro *ipsum reprehenderem*, scribendum esse *ipsum prenderem*, hoc est, obtestarer, precarer; sed hiabat oratio. Commodum vero mecum erat, cum hæc scriberem in villa suburbana agri Trajectini, in quam æstivatum ieram, vir ille & eruditione & sanctitate morum nulli nostra ætate secundus Iohannes Fridericus Gronovius, qui huc inviserat ut post gravissimum & diuturnum morbum, animi relaxandi gratia, aliquot dies nobiscum poneret. Cum de litteris crebri inter nos & assidui fere sermones essent, egi etiam cum eo de hoc loco: Non modo probabat hanc emendationem; sed ne hiatus esset periodus testabatur jam olim se vidisse legendum esse, *ipsum ut prenderem*. *Munusculum autem deferre Pompeio*, non est hoc loco accusare, sed in gratiam Pompeii velle hoc facere, scilicet me notare. Sensus totius loci est: Postquam comperi illum collegam suum, Censorem Pisonem sollicitare, ut mihi notam inureret, & cum meo inimico Domitio consilia in meam perniciem inire, volui hoc in illius gratiam facere, ut ipsum precarer, & obtestarer, ne tam inique mecum ageret; sed non potui hoc a me impetrare, ut ei, quem servaveram, fietem supplex. Sic superius ep. 8. hujus libri: *Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori*. Cic. III. de Officiis c. 18. *Alieni facinoris munusculum non repudiaverunt*. GRAV. *Ipsum reprehenderem, & ab eo deprecarer injuriam* &c.) Cum quidquid afferant eruditi viri, pateat ex omnibus, religiose illud compositum *reprehendere* quacomque terminatione in nullis non manuscriptis exstare, violentum puto rationem ejus castam non haberi, præsertim cum id tam commode, & facile queat fieri. Nec enim potest esse dubium, quin scripserit Cœlius ille adhuc juvenilior: *Ipsum ne prenderem, & ab eo deprecarer injuriam, quem vitam mihi debere putaram? Impetrare a me non potui*. Est deliberatio prorsus genuina illi, quam in comœdia habemus. Postea in verbo *scanduit* cum plus sit plici in eo verbo residere arbitrarer, & ipse sequutus quidem sui priores, quo inde atque etiam ex adductis ejus libris *incanduit* ediderunt; sed abigere nequeo, quin a quibus illud impositum inditum est, illi ignoverint, quid vere per antiquissimam scripturam demonstraretur. Illi autem

ab eo deprecarer injuriam, quem vitam mihi debere putaram, impetrare a me non potui. Quid ergo eſt? Tum quidem aliquot amicis, qui teſtes erant meorum in illum meritorum, locutus sum. Poſteaquam illum, ne cui satisfaceret quidem me dignum habere senſi, malui collegæ ejus, homini alieniſsimo mihi, & propter amicitiam tuam non æquiſsimo, me obligare, quam illius ſimiæ vultum subire. Id poſtquam reſciit, incanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitavit; ut ſi mihi in pecunia minus satisfeciſſet, per hanc speciem ſimultatis eum consectarer. Poſtea non deſtitit arceſſere palam Servium accusatorem, inire cum Domitio conſilia: quibus cum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me

tem non eſſe iſtud, ſed alterum *excanduit*, omnino liquide colligere eſt ex ſimili confuſione, quæ occurrit ex MSis libris, *ſpectare* exhibentibus, cum innuant *exſpectare*, de quo vide ad epiſtolam 4. lib. I. Ian. Gron.

Quid ergo eſt?) Formula connectendi. Petronius c. 2. *Quid ergo eſt? Parentes objurgatione digni ſunt.* Cic. Orat. pro Quint. 18. pro Roſc. Amer. 19. lib. V. ep. 5. Io. Fr. Gron.

Tum quidem aliquot amicis) Ita Victorii editio; nam Pal. primus, *tamen quaſi aliquot* (Peckio excerpta *aliquid*) *amicis* (Palat. primo ſubſcribit Amſtelodamenſis. Manutii quoque editio, *tamen quaſi aliquid*). Vulgatæ editiones, *tum quidem cum aliquot amicis*, &c. Grbhard.

Poſteaquam illum neque iis ſati facere, neque animum me &c.) Al. *Poſteaquam illum ne cui ſatisfaceret quidem, me dignum habere ſenſi; malui*, &c. *Satisfaceret* autem, in pecunia: ut paullo poſt. Conrad. *Poſteaquam illum ne cui ſatisfaceret quidem me dignum habere ſenſi*) Quid ſi contra, *Poſteaquam illum, ne qui ſibi ſatisfaceret, me dignum habere ſenſi*. Vel, *qui ei*. Nam in aliis erat, *ne quo is ſatisfaceret*, &c. Hoc enim dicit ita ſe deſpectum ab Appio, ut ne purgari quidem apud ſe Appius voluerit, oſtenditque nihil eſſe, cur tam acriter Cælium inſectaretur. Bsrnn. Rvtil.

Mihi propter amicitiam tuam) Ciceronem enim, & ejus amicos oderat L. Piſo, cujus inimicitiæ cum Cicerone notiſſimæ ſunt. Conr. *Mihi & propter amicitiam tuam non æquiſſimo*) Sic MSi, & Amſtelodam. præſtat tamen: *Et mihi propter amicitiam tuam non æquiſſimo*. Grav.

Illius ſimiæ) Appii. Conr.

Is poſtquam reſciit, incanduit) Legendum *excanduit*, id eſt ira exarſit. Io. Fr. Gron. *Incanduit*) Sic Manutius ex libro Sigonii & ſuo. Alii *excanduit*, Medicæus *ſcanduit*, ut & Amſtelodam. ac Victorii ed. Grut. vero ed. *canduit*, ſed iſtum ἀρχαϊσμὸν affectaſſe Cælium, quis credat, ut pridem obſoletam vocem in uſum voluerit revocare? Grav.

Arceſſere Polam Servium accuſ.) Sic legendum, non *arceſſere palam*, &c. Confirmat hanc emendationem quod ſequitur, *vir hoc erat Pola elocutus*, &c. Erat autem *Pola* cognomentum horum Serviorum. Lamb. *Poſtea non deſtitit accerſere palam Servilium*) Videtur legendum *Polam Servilium* ex loco ſimili in epiſtola ad Atticum: & paullo infra, *vir hoc erat Pola elocutus* &c. Vrsin.

Ut ulla lege mihi ponerent accuſatorem) Ut ſubornarent accuſatorem, qui ulla lege me poſſet accuſare. Pro *ponere accuſatorem* Cicero dicit frequentius

a, p.

ge me voluerunt, qua dicere non poterant. Insolentiſsimi homines summis Circenſibus ludis meis poſtulandum me lege Scantinia curant. Vix hoc erat Pola locutus, cum ego Appium censorem eadem lege poſtulavi. Quod melius caderet, nihil vidi. Nam ſic eſt a populo, & non infimo quoque adprobatum, ut majorem Appio dolorem fama, quam poſtulatio attulerit. Præterea cœpi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere. Conturbat me mora ſervi hujus, qui tibi litteras attulit. Nam acceptis prioribus litteris, amplius quadraginta manſit. Quid tibi scribam, neſcio. Scis Domitio diem timori eſſe. Exſpecto te valde, & quam primum

adponere accuſatorem, ut V. in Verr. *Adponitur his tamen accuſator, Nevius Turpio quidam, qui Caio ſacerdote prætore injuriarum damnatus eſt.* Et IV. in Verr. *Adponit de ſuis canibus quemdam, qui dicat ſe Diodorum Melitenſem, rei capitalis reum facere velle. Fovere* tamen in hoc ſenſu etiam accipitur in I. Verr. *Accuſator ponitur civis Romanus de creditoribus Lampſacenorum.* Graev.

Compellari) Accuſari. Vid. Mannt. Idem.

Summis Circenſibus ludis meis) Extremis diebus ludorum Romanorum, quos ego in ædilitate mea edidi. In.

Poſtulandum me lege Scantinia curant) Accuſant me *lege Scantinia*, quam Scantinius Aricinus in molles & effeminatos tulit. In.

Vix hoc erat prælocutus) Antiquiſſimus ille Mediceus codex, *Pola locutus* habet; nos nihil addimus, veterem ſcripturam tantum ſignaſſe voluimus. Quare deliberent alii, quomodo legendum ſit. Paullo autem ſupra idem codex *ſcanduit* habet, pro *excanduit*; quod ſi compoſitum verbum in uſu eſt, non eſt mirandum quandoque ſimplex, etſi rarius inveniatur a Cœlio præſertim, uſurpatum fuiſſe. Victor. *Vix hoc erat Pola elocutus*) Hanc olim ipſe lectionem adnotavi ex Mediceo libro, quam tunc non reſtitui, quia non incideram in locum illum ad Q. Fratrem, ubi de *Pola* accuſatore mentio eſt, quod tamen non multo poſt feci. Neque tamen is ſum, qui aut omnia legerim, aut quæcumque legerim, memoria firmiter teneam. Unum intelligi poteſt, hanc ſinceram lectionem (ut ipſi quoque affirmant) in nullis a quibuſdam inventam eſſe veruſtis codicibus: quos tamen, ne ajunt, & multos & veruſtiſſimos habuerunt. Non enim teſtimonium citarent Medicæi codicis. Hoc autem ideo adnotavi, ut omnes intelligant, unum hunc & veruſtate, & fidelitate longe omnibus aliis antecellere. Idem.

Cœpi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere) Sacella enim in domo non licebat habere, quæ non paterent populo. Vid. Manut. Graev. *Cœpi ſacellum*) Quaſi quod publicum eſſet, ac male occupsretur a privato Liv. XL. 51. *Complura ſacella publica occupata a privatis, publica ut eſſent, paterentque populo, curarunt.* Io. Fr. Gron.

Ab eo petere) Poſtulare illum ob ſacellum domeſticum: ea vis patet ex formula *unde petitur*, de qua ad VII. ep. 11. Cort.

Amplius quadraginta manſit) Secuti ſumus hanc lectionem Pal. pr. Vaticani, editioniſque Victorianæ, & omnium primæ; (his etiam accedit Amſtelodamenſ.) Qui deeſſe aliquid putarunt, *dies* intruſerunt. Gebhardus.

Scis Domitio diem timori eſſe) *Diem* comitiorum auguratus intelligit. Epiſt. 14. hujus libri. Corrad. *Diem* poſſumus comitiorum accipere, quaſi jam

primum videre cupio. A te peto, ut meas injurias proinde doleas, ut me exiſtimas & dolere, & ulciſci tuas ſolere. Vale.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur affinitate Dolabellæ, qui Tulliam, Ciceronis filiam, uxorem duxerat: de Curionis tribuni pl. interceſſione, de provinciis quid actum ſit, exponit: Hortenſii oratoris interitum ſignificat.

CŒLIVS CICERONI S.

GRatulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. Nam hoc ego de illo exiſtimo. Cetera porro, quibus adhuc ille ſibi parum utilis fuit, & ætate jam ſunt decurſa, & conſuetudine, atque auctoritate tua, & pudore Tulliæ, ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri. Non eſt enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id quod melius ſit intelligendum. Deinde (quod maximum eſt) ego illum valde amo. Velles C. Curionem noſtrum lautum interceſſionis de

jam tum prævideret, ſi repulſam tuliſſet, quantos eſſet riſus excitaturus. B. RVTIL. *Domitio diem timori eſſe*) Quæ a neſcio quo ei dicta erat ad judicium ſubeundum. Et illud *ſcis*, ut ep. 14. *Scis Appium cenſorem hic oſtenta fecere?* quaſi eſſet, *numquid audiſti?* Io. FR. GRON.

EPISTOLA XIII.

Gratulor tibi affinitate) Leg. *affinitatem*. LAMB.

Viri medius fidius optimi) Dolabellæ, lib. II. ep. 16. GRAV.

Quibus adhuc ille parum ſibi utilis fuit) Quibus ſibi ipſe nocuit: nimirum temeritatem illam in accuſando intelligit. Id.

Ætate jam ſunt decurſa) Ætas illa vitia minuit, quæ ferebat fervor juvenilis. Amſtelodam. *Ætate jam ſunt detenſa*. Palat. prim. *Ætate jam ſunt decuſſa, vel detenſa, & conſuetudine* &c. quorum utrumque a veſtibus deſumtum mihi eſſe videtur: de ſinu enim ſordes decutiuntur; itemque floccatæ ac villoſæ detondentur. Poteſt aliunde quoque conſtare ratio. GRONOV.

Ætate jam ſunt decuſſa) Ita leg. Vitia fuerunt adoleſcentiæ, quibus jam ſe liberant; translatio a veſte, de qua decutiuntur ſordes. Io. FR. GRON. *Decurſa*: tranſacta, finita. Cic. de Senect. c. ult. Minuc. Felix c. 1. adde III. ep. 2. CORT.

Velles C. Curionem noſtrum lautum &c.) Sic edidit Victorius, quod ſequuti ſunt: Palatinus nihilominus primus, Peck. excerpta, Veneta ſeu priſca editio, *Vales, Cicero, Curionem* &c. (ſic & Amſtelodam.) Vulgo, *Vides, Cicero, Curionem noſtrum*. GRAN. *Velles C. Curionem noſtrum l. i. d. p. e. habuiſſe*) Cum ſic in reſpondendo ſcribat Cœlius, inde ſcriptiſſe videtur Tullius, uti-

nis de provinciis exitum habuiſſe. Nam cum de Intercessione referretur, quæ relatio fiebat ex S. C. primaque M. Marcelli sententia pronunciata esset, qui agendum cum tribunis plebis censebat: frequens senatus in alia omnia iit. Stomacho est scilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat. Transierant illuc, ut ratio esset ejus habenda, qui neque exercitum, neque provincias tradere vellet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, cum cognoscat, quidnam reipub. futurum sit, si aut

Vtinam C. Curio . . . exitum habuiſſet. Huic ut conveniat reſponſio Cœlii, quæ in MSis ut intelligo, plurimis, & forſan omnibus recenſetur ita, *Vales C. Curionem*, non *velles*, unde ab viris doctis vulgata est effecta, ſcribendum erat, ut codices indicant: *Vovet C. Curionem* &c. Iac. Gron. *Velles C. Curionem*. Sic quidem Victorius, & qui illum ſequuntur. Sed melior pars librorum: *Voles*, *Cicero*, *Curionem*, cetera; quod omnino probo. *Voles habuiſſe?* est, quomodo placet, quod habuerit: & conſueta est Periphraſis per *Velle*. Macrob. Saturn. V. c. 17. Phædr. I. Fab. 29. Vulgati: *Vides*, *Cicero*, quod est interpretis. Cort.

Cum de intercessione referretur) Intercesserat Curio, ne SC. fieret de ſucceſſore ante tempus Cæſari mittendo. Grav.

Quæ relatio fiebat ex SC.) Quod est in ep. 8. hujus libri. Cort.

Frequens ſenatus in alia omnia iit) *Marcello*, inquit Opplus, *diſceſſionem ſciente*, *Senatus frequens in alia omnia tranſiit*. Corn. *In alia omnia iit*) Pro, diſſenſit: vid. lib. I. ep. 2. Grav.

Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti) Hoc ipsum, *ſcilicet Pompeius*, quod reperitur in omnibus libris vulgatis, & nonullis calamo exaratis, delevi, ut alienum, & ex adnotatione profectum: quod jam olim Paullo Manutio venerat in mentem. Atque, ut intelligas ita esse, incidi in unum codicem manuſcr. in quo non erat vox *magnus*, ſed hoc tantum, *Cn. Pompeius*: cum videlicet ſcriptor librarius errans, id quod eſſet Ciceronis, ejeciſſet: quod alienum & ſubditicium, retinuiſſet. Lambin. *Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti* | Verba *ſcilicet Pompeius* additamentum esse, nemo non videt. Itaque merito in ſuis editionibus ea rejecit Lambinus. Vrsin.

Vt ratio eſſet ejus habenda | Sic ediderunt P. Victorius, & P. Manutius: & ita habent aliquot libri veteres: alii, *ut ratione eſſet ejus*, &c. plane mendoſe: unde nata fortaſſe est illa vulgata lectio, *ut ne: ratio eſſet ejus*, &c. quam nullo modo probo. Pompeius enim nolebat eius rationem haberi, qui neque exercitum neque provincias tradere vellet. Lamb. *Vt ratio ejus eſſet habenda*) Senſus est: plerique probabant Cæſarem Conſulem esse deſignandum, aut inter candidatorum numerum recipiendum abſentem, antequam exercitum & provinciam tradiderat. Grav.

Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum cognoſcat, quidnam reip. futurum ſit | Pantagathus hunc locum ita legebat: *Quemadmodum iſta Pompeius laturus ſit cum cognoſcat, aut quidnam reip. futurum ſit, ſi non curet, vos ſenes diuites videritis*. Vrsin. Amſtelod. aliique, quos Manutius cum editis compoſuit, libri ſcribunt: *Quemadmodum Pompeius laturus iſte, cum cognoſcam, quidnam reip. futurus ſit*. Lege: *Quemadmodum Pompeius laturus iſta, cum cognoſcam, quidnam reip. futurus ſit*, &c. *quidnam reip futurus*, est, quo loco ejus ſit futura auctoritas in republica. Dein delevi iſta verba cum Manutio, *ſi aut non poſſit*; quæ nec in Amſtelodamenſi, nec in ullo alio vetere codice reperiuntur. Locus enim est mutilus,

aut non curet, * vos ſenes divites videritis. Q. Hortenſius, cum has litteras ſcripſi, animam agebat.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Multa complectitur hæc epiſtola: de L. Domitii Ahenobarbi repulſa in auguratu; de Saturnino ab Cn. Domitio Calvino in judicium vocato; de Pompeii, Cæſariſque diſcordia; de Appii ridicula in emendandis civitatis moribus diligentia.

CŒLIVS CICERONI S.

TAnti non fuit Arsacen capere, & Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres: numquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulsa Domitii vultum vidiſſes: magna illa comitia fuerunt, & plane

tilus. Grav. Sigonii codex, teſte Manutio, habebat *futurus*, nempe Pompeius: hoc eſt, utrum præſidium & defenſor, an delertor, & prodiior, ut interpretatur I. Fr. Gronovius: vel, quo loco ejus ſit futura auctoritas in republica, ut vult Grævius. Deinde hæc verba, *ſi aut non poſſit*, delent Man. & Grævius, locunique aſteriſco indicant mutilum eſſe. Quod ſi ea deles; quia in MSis non reperiuotur, legendum erit fortaſſe: *ſi haud curet*. Plana enim ſententia erit, ac dilucida. Fuerat a librariis ſcriptum *aut* pro *haud*: ac deinde interpretationis cauſa, additum in margine *non*: quod poſtremo eum altera particula negante ſimul contextum occupavit. Erit igitur hic ſenſus: Vos ſenes divites videritis, quidnam Reip. futurum ſit, ſi Pompeius haud curet. Ironice dictum. Oliv.

Si aut non curet) Sic legendum. Et interpunctio eſt: *Si curet, aut non curet*. Et eſt elliptis, qualis ap. Tac. XIII. ann. 56. *Deeſſe nobis terra, in qua vivamus, in qua moriamur, non poteſt*. I. Fr. Gron. *Si aut non poſſit, aut non curet*) Cum animadverterem hæſitationem, quæ his adeſt, tenui morem jam antea obſervatum, ut quas voces in MSis non eſſe intelligebam, alio characſtere exprimi curarem. Tales autem ſunt illæ tres *aut non poſſit*, ſi fides Manutio, cui nunc me dedi: nam voculam *ſi* in antiquis legi teſtatur, & idcirco expelli oequaquam debuit. Iac. Gron.

Animam agebat) Et, egit. Corr.

EPISTOLA XIV.

Arſacen capere) Quia Cicero cum Parthis bellum gerebat, quorum rex *Arſaces*, ut *Seleucis*. Nam ut Ægypti reges Ptolemæi, ſic apud Parthos Arſacidæ. Grav.

Et Seleuciam expugnare) Sic Pal. pr. & Amſtelodam. niſi quod in hoc deſit *Seleuciam*. Vulgatis in editionibus deſideratur copula. Io.

In repulſa) Augurali, M. Antonio competitore augure falſo. Corr.

Domitii) Lucii Domitii. Io.

Per-

plane ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt: perpauci neceſſitudinem ſecuti officium præſtiterunt. Itaque mihi eſt Domitius inimiciſsimus, ut ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit, quam me: atque eo magis, quod per injuriam ſibi putat ereptum, quojus ego auctor fuerim. Nunc furit, tam gavis homines ſuum dolorem, unumque me ſtudioſiorem Antonii. Nam Cn. Saturninum adoleſcentem ipſe Cn. Domitius reum fecit, ſane quam ſuperiore a vita invidioſum: quod judicium nunc in exſpectatione, ineſt etiam in bona ſpe, poſt Sext. Peducæi abſolutionem. De ſumma republ. ſæpe tibi ſcripſi, me annum pacem non videre:

Perpauci neceſſitudinem ſecuti officium præſtiterunt) Manutius hanc ſententiam perperam exagitat, quæ eſt planiſſima: pauci, inquit, iis, quibus cognatione & amicitia fuerunt conjunctiſſimi, & quibus debebant ſuffragari propter cognationem, & officium præſtare, ac facere, quod ſe decebat, ſunt ſuffragati, ſed potius in ſuffragiis ferendis partes, quibus ſtudebant, ſecuti ſunt. GRÆVIUS.

Ut ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit) Nolui diſcedere a Palatino primo, Peckio excerptis, Victorii editione & omnium primaria Veneta. Vulgatum eſt: *Familiarem quidem ſuum, quem noſti, tam oderit.* Paullo poſt ſcripſi ex Palatino primo & Peckio excerptis, *ſuperiore a vita*, cum Victorius tamen ediderit, *quam ſuperiore vita invidioſum*. GRÆV.

Per injuriam ſibi putet ereptum) Adeo deſponderat ſibi auguratum & unum deberi putabat, ut non accepiſſe injuriam interpretetur. Forte, *ſibi putet ereptum augureatum*. Io. FR. GRON.

Cujus ego auctor fuerim) Videtur exciditſſe *ro rei*. Me auctorem fuiſſe putet repulſæ, quoniam & ipſe laboravi pro Antonio. Io.

Unumque me ſtudioſiorem Antonii) Competitoris ſui, qui auguratum obtinuit. Cæſar VIII. de Bell. Gall. GRÆV.

Nam Cn. Saturninum adoleſcentem, &c.] Quidam legi volunt: *Nam Cn. Saturninum adoleſcens ipſe Cn. Domitius*, &c. ut intelligatur Lucii Domitii filius. LAMBIN.

Cn. Domitius) L. filius. CORR.

Quod judicium nunc in exſpectatione, ineſt etiam in bona ſpe) Hunc locum corruptum eſſe nemo non videt. Hanc lectionem Gebhardus expreſſit ex Palatino primo, Victorio, editione prima & Veneta; ſed omnes MSi, quos vidit Manutius, legunt *exſpectationem*, uti & Amſtelodamenſis hanc lectionem præ ſe fert, *nunc* vero non agnoſcit: Manutius in ſuis libris pro *nunc* ſcriptum invenit *non*. Vulgatæ editiones: *Nunc in exſpectatione eſt, etiam in bona ſpe*. Cœlium ſcripſiſſe puto: *Quod judicium præter exſpectationem eſt jam in bona ſpe*. *Præter* excidit; ex ultima ſyllaba præcedentis vocis ortum eſt *nunc* aut *non*, uti etiam ex ultima littera *exſpectationem in*: nec difficilis conjectura unde extiterit *etiam* pro *jam*, qui ad voculam quæ ante eam poſita eſt attenderit. Hæc mea de hoc loco ſententia. GRÆV. *Nunc in exſpectatione eſt*) Tenet arrectos & ſuſpenſos homines: & tamen evaſurum reum putant: præſertim cum abſolutus ſit Sex. æque aut gravius nocens. Io. FR. GRON.

De ſumma republ.] De rep. in univerſum, vide VI. ep. 3. Alii *ſumma reip.* ſed alterum bene habet. Liv. XXVI. c. 10. Vbi vide Gronovium & ad XXXVIII. c. 50. adde Cujac. XII. Obſerv. 32. CORT.

Me annum pacem non videre) Sic ſcripſi ex Pal. prim. Peck. Venet. & Vict. ed. (quibus arcedit Amſtelod.) cum edatur, *me etiamnum pacem non videre*.

Geb-

dere: &, quo propius ea contentio, quam fieri neceſſe eſt, accedit, eo clarius id periculum apparet. Propoſitum hoc eſt, de quo, qui rerum potiuntur, ſunt dimicaturi: quod Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem conſulem aliter fieri, niſi exercitum & provincias tradiderit: Cæſari autem perſuaſum eſt, ſe ſalvum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit. Fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores, & invidioſa conjunctio, non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erupit: neque mearum rerum, quod conſilii capiam reperio; quod non dubito, quin te quoque hæc deliberatio ſit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia, & neceſſitudo eſt; tum cauſam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, quin homines in diſſenſione domeſtica debeant, quamdiu civiliter ſine armis cernetur, honeſtiorem ſequi partem: ubi ad bellum & caſtra ventum ſit,

Gebhard. eſt autem hic ſenſus, me non credere per annum pacem duraturam. Intra annum bellum orietur civile. Grav.

Ea contentio) Inter Cæſarem, & Pompeium. Jo.

Sic illi amores, & invidioſa conjunctio, non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erupit) Induxi hanc lectionem ex Pal. pr. t cujus tamen ora alia allita eſt, *& in dies conditio non ad occultas recedit obtrectationes, ſed ad bellum ſe erumpit.*) editionum primaria, ac Peckio, Vaticanique excerptis: nec longe diſſidet Victorius, niſi quod elegantiam corruperit, omittendo *ſe*. Editiones aliæ habent: *Sic illi jam amores & inv. conj. n. a. occ. recidit obtr. ſ. a. bellum erumpit.* Gan. *Illi amores*) Intelligi matrimonium Pompeii, cum potentiæ cupiditate duceret Juliam Cæſaris filiam, de qua nundinatione matrimoniorum, qua reſpublica opprimebatur, queritur Cato apud Plutarch. in vita Julii. *Invidioſa conjunctio*, eſt triumviratus quem inierant Craſſus, Pompeius, & Cæſar, his legibus, ut nihil in republica gereretur, ipſis improbantibus. Grav.

Ad occult. recedit obtrectat) *Recedit* pro *cedit*, compoſitum pro ſimplici, de quo ad Sall. Iug. c. 4. Corr.

Et gratia & neceſſitudo eſt; tum cauſam illam non homines odi) Exemplar ubique nobis eſt Victorii editio, quam ubique exprimere ſtudemus, præſertim accedentibus noſtris libris, qui leviculis voculis tantum ab hac abhorrent: quippe primus, *neceſſitudi e cum cauſam illam hinc homines odi* (& ſic Amſtelodam.) Sic Veneta quoque impreſſio, niſi quod in *tum* ſolum ſit brevior eſt: circumferebatur antea: *Gratia eſt & neceſſitudo, tamen tantum cauſam illam, non homines odi*. Gebhard. *Cauſam illam*) Cæſaris ſcilicet, qui nimiam potentiam quærebat, & contra patriæ antiqua inſtituta volebat ableus Conſul creari, neque ſine factione, ut ſenatus volebat, exercitus & provincium tradere. Grav.

Quamdiu civiliter ſine armis cernetur) Elegantiſſimam lectionem & Cœliana eruditione dignifſimam eruit accuratiſſimus Victorius, quam eo libentius admiſi, quod eam propugnent excerpta Vaticani. Ad guſtum ſaturæ plebis exculum erat, *certetur*. Gesn. *Cernere* enim eſt dimicare, certare, Virgil.

Inter-

ſit, firmiorem; & id melius ſtatuere, quod tutius ſit. In hac diſcordia video, Cn. Pompeium ſenatum, quique res judicant, ſecum habiturum: ad Cæſarem omnes, qui cum timore aut mala ſpe vivant, acceſſuros: exercitum conferendum non eſſe: omnino ſatis ſpatii ſit ad conſiderandas utriuſque copias & ad eligendas partes. Prope oblitus ſum, quod maxime fuit ſcribendum. Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? de ſignis, & tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrime agere? Perſuaſum eſt ei, cenſuram lomentum, aut nitrum eſſe: errare mihi videtur. Nam ſordes

Inter ſe coiiſſe viros, & cernere ferro. Salluſt. Catil. LIX. *Contra latrones inermes pro patria, pro liberis, pro aris atque focis ſuis cernere.* Varro: *Nonne vides apud Ennium eſſe ſcriptum: ter ſub armis malim vitam cernere, quam ſemel parere.* GRAV.

Quique res judicant) Ita loquebantur, cum judices ſignificarent; exempla non deſunt. In.

Cum timore aut mala ſpe vivunt) Hoc eſt, *convicti in judiciis aut pro factis judicium timentes*, Sall. Cat. c. 14. Idem c. 21. init. Et Auctor de Rep. Ord. ep. 1. vere refert, initio multos hujuſcemodi ad Cæſarem concurriſſe, qui poſtea ad Pompeium defluxerint, c. 3. CORTIUS.

Omnino ſat ſpatii ſit) Forte: *Opto*. Dii velint, ne citius hoc malum nobis ſuperveniat, quam ſat temporis habuerimus ad æſtimandas utriuſque vires. Io. FR. GRON.

Ad eligendam partem) Præſtat ſcriptura veteris codicis, quo Lambinus uſus eſt, ut ejus editionis marginea teſtantur, *ad eligendas partes*. *Partium dux* apud Florum. Res trita. GRAV.

Oſtenta facere) Mirifica, quæ nemo crediderit facile, dum ſcilicet gravem cenſorem ludit. GRAV.

De agris modo) Reſidet hæc lectio per editiones noſtras, & Palatinum primum; quam ut introducerem, ejicienda erat vulgatior, *de agri modo*. GRONAN. Sed non ſatis eſt lectionem ingerere, quam codices præ ſe ferunt, a quibus non facile diſcedendum. Si ea lectio ſatua, inſulſa, & ſine ullo ſenſu eſt, leviſſimaque mutatione unius litterulæ optime corrigitur, quia non potius tum rationem, quam libros lequatur? Manutius vero oſtendit omnioo hic legendum eſſe, quod & alii facile viderant, *de agri modo*. GRAV. Quantum quiſque agrorum habere debeat, quæ res multas ſæpe turbas in rep. dedit. CORT.

Lomentum aut vitrum eſſe) Veteres codices omnino meliua *nitrum*. Nec enim vitrum res eſt vilis, & oullius pretii, ut fere *nitrum*, quo nonnullæ gentes pro ſale utebantur in condiendis, conſervandiſque obſoniis: viriditatem etiam braſſicæ nitro reddebant: Martial.

Ne tibi pallentes moveant faſtidia caules,
Nitrata viridis braſſica fiet aqua.

VICTOR. *Lomentum, aut nitrum*) Quibus ſordes eluuntur. CORRAN. Explicationem veram hujus loci vide apud Manutium. GRAV. *Lomentum aut nitrum eſſe: ereare mihi videtur*) Sic Pal. primus, Vaticani, & Peckio excerpta, atque adeo editiones, prima ac Victorii; nam vulgo *vitrum* publicarunt, ut a Victorio animadverſum eſt; paullo autem ſtatim poſt, ex Vaticano & Victorii impreſſione de novo vulgavi, *nam ſordes eluere vult*: licet alii aliter: Lambinus ſuo ingenio, ne videretur aliunde accepiſſe, addidit, *nam dum ſordes eluere vult*. Libri noſtri mera oſtenta hic faciunt: quorum Palatinus: *Nam ſordes ei vere vultu enaſci ſibi omnis & viſcera aperit*. Venera vero editio, quemadmodum & Peckio excer-

des eluere vult, venas ſibi omnes, & viſcera aperit. Curre per deos atque homines, & quam primum hæc riſum veni: legis Scantiniæ judicium apud Druſum fieri: Appium de tabulis & ſignis agere. Crede mihi, eſt properandum. Curio noſter ſapienter id, quod remiſit de ſtipendio Pompeii, feciſſe exiſtimatur. Ad ſummam, quæris, quid putem futurum. Si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere diſcordias: quas ferrum & vis judicabit: uterque animo, & copiis eſt paratus. Si ſine tuo periculo fieri poſſet, magnum & jucundum tibi fortuna ſpectaculum parabat.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Prima pars epiſtolæ Pompeium vituperat, Cæſarem laudat: orto enim civili bello, tutiorem partem, non honeſtiorem, Cælius elegerat: ut re ipſa comprobaret, quod ſcripſerat epiſtola proxima, his verbis; Illud te non arbitror fugere, quin homines in diſſenſione domeſtica, debeant, quam diu civiliter ſine armis cernetur, honeſtiorem ſequi partem: ubi ad bellum & caſtra ventum ſit, firmiorem, & id melius ſtatuere, quod tutius ſit. *Subjungit de ſua cupiditate conveniendi, & alloquendi Ciceronis: de itinere ad Alpes: de Domi-*

excerpta, *nam ſordes ei vere vultu venas*: publicatum eſt, *nam ſordes eluere volens*. GRONOV. *Nitrum & vitrum* etiam apud Cæſarem de B. G. lib. V. c. 14. inter ſe permutata ſunt in codicibus antiquis. Nec ſcio, an hoc loco *nitrum* magis conveniat, quam *vitrum*, cum lomentum & vitrum optime poſſint jungi. Vide viros doctos ad locum e Cæſare prolatum, & Salmaſ. in Tertull. de Pallio, p. 432. VERAVAC.

Venas ſibi omnes & viſcera aperit) Dum ex Palat. primo notatur *venaſci ſibi omnis*, dum in Amſtelodamenſi codice haberi evulgat Cl. Grævius *ulneaſci ſibi*, quid aliud quam clamant in vulgata emendatione omitti vocem poſt *ea venas*, quam Cælius addiderit? Eam opinor eſſe *ſe*, vel *ſcilicet*. IAC. GRON.

Judicium apud Druſum fieri) Judicem eſſe Druſum, qui reus eſſe debebat. GRAV.

Ad ſummam) In ſumma, prout Plinius proferre ſolet. Conf. VII. ep. 23. notata. Formula Petroniana Sat. cap. 31. *Ad ſummam ſtatim ſcietis cui dederitis beneficium*. Vide ibi Burmannum. CORT.

Magnum & jucundum tibi fortuna ſpectaculum parabat) Committendo ſcilicet duos illos viros, qui præcipui tui conſilii auctores fuerunt. GRAV.

Domitio, Cæſaris hoſpite, interfecto. Scripſit autem hanc epiſtolam anno ſequenti poſt ſuperiores, id eſt, Lentulo & Marcello Coss. Meminit enim in extrema epiſtola de Domitio Ahenobarbo Corfinii a Cæſare capto, & dimiſſo.

CŒLIVS CICERONI S.

ECquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commorit? Ecquem autem Cæſare noſtro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem, aut legiſti aut audiſti? Quid eſt? nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis, teterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur? Quid jam, inquis? glorioſe omnia: ſi ſcias, quam ſollicitus ſim, tum hanc meam gloriam, quæ ad me nihil pertinet, derideas: quæ tibi exponere, niſi coram, non poſſum: idque celeriter fore ſpero. Nam me, cum expuliſſet ex Italia Pompeium, conſtituit ad urbem vocare: id quod jam exiſtimo confectum, niſi ſi maluit Pompeius Brunduſii circumſederi. Peream, ſi minima cauſa eſt properan-

EPISTOLA XV.

Nunc tibi noſtri milites &c.) Ita legitur cum in aliis editionibus, tum etiam in Manutiana: at ego quin legendum ſit *num tibi*, neſcio cujus fuerit dubitare. HENR. STEPHAN.

Bellum ambulando confecerunt) Quaſi ludendo. GRAEV. Perpetuis itineribus iter faciendo, quod ſignificat ambulare, ut notavit Dacerius ad Feſti *Ambulare*. CORT.

Malis orbiculatis paſti) Hoc eſt, delicatis cibis, deliciis aſſueri, qui nec frigus, nec famem pati poſſunt. GRAEV.

Quid jam, inquis? glorioſe omnia) Ex Victorii, & Veneta editione, tum Peckiano & Palat. traduxi, niſi quod Pal primus paullo diverſus diſtinguat, *quid jam inquis glorioſe? omnia ſi ſcias* (& ſic Amſtelodam.) Publicati libri, *quid jam, inquis, glorioſum? Imo, ſi ſcias*. GRUTER. *Quid? tum glorioſe, inquis, omnia*) Sc. apud vos ſeſe habent? Ita autem legendum, non *jam*. I. FR. GRON.

Quæ tibi exponere) To *quæ* non habet, cui reſpondeat. Et eſt tale, quale Salluſt. Catil. XXXV. *Satisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere decrevi: quæ medius fidius vera licet recognoſces*. Vid. Lib III. Obſ. c. 2. intelligitur, *quippe in* iis negotiis, quæ. I. FR. GRON.

Idque celeriter fore ſpero) Legendum fortaſſe eſt: *Id quod celeriter fore ſpero*. LAMBIN.

Nam me, cum expuliſſet) Legendum videtur: *Nam me cum Cæſar expuliſſet, &c.* quamquam ſubintelligi poteſt nomen Cæſar. IDEM.

Niſi ſi maluit Pompeium Brunduſii circumſedere) Vatic. *niſi ſi malit*; ſed illud tuetur Pal. primus, editio Victorii, ac Veneta. Non tamen damnem lectionem, ad quam inclinant Pall. ſpectatque prima editio, plenamque ex vet. cod. ad oram repoſuit Egnatius,

perandi iſto mihi, quod te videre, & omnia intima conferre diſcupio: habeo autem quam multa. Hui vereor (quod ſolet fieri) ne, cum te videro, omnia obliviſcar. Sed tamen quodnam ob ſcelus iter mihi neceſſarium retro ad Alpes verſus incidit? Adeo quod Intimelii in armis ſunt, neque de magna cauſa. Bellienus, verna Demetrii, qui ibi cum præſidio erat, Domitium quemdam, nobilem illi Cæſaris hoſpitem, a contraria factione nummis acceptis comprehendit, & ſtrangulavit: civitas ad arma iit: eo cum quatuor cohortibus mihi per nives eundum eſt. Vſquequaque, inquies, Domitii mali dant. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio,

tius, *maluit Pompeius Brundeſii circumſederi*. GERNARD. Hæc eſt vera lectio, cujus veſtigia exſtant etiam in Amſtelodam. in quo *Pompeius* ſcriptum eſt, quamvis male in illo exaratum ſit *circumſedere* pro *circumſederi*. Iam, inquit, exiſtimo Pompeium ex Italia expulſum eſſe, niſi maluerit obſideri Brundeſii. GRÆV.

Sed tamen quodnam ob ſcelus) Peck. *ſed tam quam hoc ſcelus*, leg. *quodnam hoc ſcelus?* Terent. Eunucho. GVILIELM.

Inimelii) Plinius lib. III. 5. CONRADVS.

Verna Demetrii) *Verna* dicitur ſervus familiæ, domino domi ſuæ natus ex ancilla, aut ſervo. FVNC.

Domitium quemdam, nobilem illic Cæſaris hoſp.) Secutus ſum libros vulgatos, a quibus non diſcrepant noſtri MSi, uno atque altero excepto, in quo ſcriptum eſt, *nobilem illi Cæſaris hoſp.* quam ſcripturam quidam amplectuntur, ut *illi* poſitum intelligamus pro *illic*. Ego autem minus probo, arbitrorque in adverbio *illic* e fuiſſe omiſſum ab errante librario, propter vocem ſequentem, ab eadem littera initium capientem. Si quis tamen *illi* contendet eſſe legendum, non magnopere pugnabo. Non deſunt enim innumerabilia exempla. Sic Terentius Phormione: *Interea dum ſedemus illi, &c.* Et Lucret. lib. I. in ext. *Illi cum videant, &c.* ad quem locum hæc dere plura. LAMBIN. *Illi* exſtat quoque in Amſtelod. & Peck. GRÆV.

Eo cum quatuor cohortibus mihi per nives eundum eſt) Hæc eſt ſcriptura Victorianæ editionis, quam, ſi ex Medicæo hauſta eſt, non improbo: tum, non repudianda eſt plerorumque omnium librorum lectio, *eo nunc cohortibus mihi per nives eundum*: quam & Manutius tuetur & aſſerit Amſtelodamenſis, niſi quod pro *nunc* legat *num*. GRÆV.

Vſquequaque, inquies, Domitii mali dant) Ita Vaticanus & Victorii editio, neque multum diſcrepant Palatinus primus & Venetus: *Vſquequaque inquis ſed Domitii mali dant*: cum publicitus excuſum ſit: *Vſque inquis ſe D. male habent*. GERNARD. Sed unde dependet *mali*? legendum *mala dant*, Phædrus:

Fraudator nomen eum locat ſponſu impiobo,
Non rem expedire, ſed mala dare expetit.

Vt bene ibi antiquus codex. Verum quia in antiquis libris legitur, ut & Amſtelodam. *uſquequaque inquis, ſed Domitii mali dant*, ſcribendum cenſeo: *uſquequaque, inquies, ſe Domitii male dant, Male ſe dare*, ut apud Terent. *ſurpiter ſe dare*. GRÆV. In Italia, & Gallia: nam & L. Domitius cum filio Corfinii captus fuerat. CRILAR.

Vellem quidem verna propugnaturus) Sic in omnibus vulgatis. Antiquiores

mitio, quantum Pſecade natus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D.

EPI-

codices multo melius, etſi ne illi quidem penitus purgati: ſic enim habent, *Venerem propugnatus*. Nos emendavimus *Venere prognatus*, ut Cæſarem intelligat, quem ſuæ ſtirpis originem a Venere duxiſſe omnibus notum eſt, ut ipſe etiam in laudatione amitæ apud Suetonium docet: *Amitæ meæ Iuliæ maternum genus a regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit Mater, a Venere Iulii, cujus generis familia eſt noſtra.* Appianus libro ſecundo Ῥωμαϊκ. ἐμφυλίων. Θυόμενος τε νυκτὸς μέσης τὸν Ἄρη κατακαλεῖ καὶ σὺν ἑαυτῷ πρόγονον Ἀφροδίτην, ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἰούλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, ἐπωνυμίᾳ τοῦ ὀνόματος ἡγεῖτο εἶναι· νεωστὶ δὲ νικηφόρον παρίστησιν ἐν Ῥώμῃ πομπεῖον εὐχὴν κατορθώσας. *De media nocte operatus ſacris Martis & genitricis Veneris: nam a Iulio Æneæ filio Iulia gens ut nomen ita genus ducere creditur, ſimulque eidem Deæ vovit in Urbe ſacrandam, ſi propitia juvaret victoria.* Dion etiam lib. XLIII. hiſtoriarum: Ταύτην τε ἐν, καὶ τὸν νεὼν τὸν τῆς Ἀφροδίτης ὡς καὶ ἀρχηγετίδος τοῦ γένους αὐτῶν ὄντος, ὑπάρχας κατῴκισεν, εὐθὺς τότε, καὶ πολλὰ γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ παντοδαπὰς ἀγωνίας ἔθηκε. *Hoc autem (forum) & templum Veneris, quam ſui generis auctorem ferebat, a ſe condita Cæſar ſtatim tunc conſecravit: multaque horum cauſa, & varia ſpectacula edidit.* Hanc autem ſententiam eſſe puto & vim horum omnium verborum. Poſtquam, inquit, tam ubique moleſti ſunt *Domitii*, vellem Cæſar fortius ſe in veſtrum Domitium geſſiſſet, nec dubitaſſet facere divina ſtirpe oriundus, quod Bellienus verna auſus eſt facere in ſuo Domitio. Acerbiſſimas autem gerebat inimicitias M. Cœlius cum L. Domitio, quem Corfinii captum Cæſar dimiſerat (ne mirum alicui videatur, eum adverſus Domitium tam male animatum fuiſſe) quod prius quarta ab hac epiſtola docuit, *Cum L. Domitio (ut nunc eſt) mihi inimiciſſimo homine*. Quare offenſus eſt clementia Cæſaris. Quantum poteſt autem, oſtendit rectius & honeſtius Cæſarem potuiſſe facere quod vetera commiſerat, illius ſtirpem extollendo, hujus contra elevando, dum *catenat m vernam*, (quæ peſſima eſt ſervorum conditio) appellat: Cæſarem autem *Venere prognatum*. Victor. *Venere prognatus* (Cæſar: quo de loco in Quæſtura diximus. Conrad

Veſteo Domitio) L. Domitio Corfinii capto. Inem.

Quantum ipſe catenatus) Hunc totum locum peſſime acceptum olim reſtitui ac declaravi, & niſi fallor, neque ad ſententiam, neque ad elegantiam verborum aliquid deſiderari poterat: fuere tamen, qui legi melius putarint, pro *ipſe catenatus*, *Pſecade natus*, quorum acumen non contemno: maluiſſem tamen eos tantam ingenii aciem, ubi opus erat, exercere. hoc enim ab illis excogitari nullo pacto hic neceſſarium fuit: ex vetere enim lectione egregius ſenſus ducitur, & illa nimis dura & violenta eſt. Quod autem facere voluit Cœlius, ſi ita legeretur, non feciſſet: ſtuduit enim afferre antithetn ſuperioribus illis verbis, *Venere prognatus*; nec majus excogitare potuit, quam appellare Bellienum ipſum, *catenatum*: quæ fortuna etiam in ſervis deterrima eſt. Nam quod ancilla natus eſſet, jam ante oſtenderat, cum eum *vernam* appellaverat, neque hoc conterere ac deprimere conditionem illius erat. Dolet, ac vehementer quidem dolet, mihi eam neceſſitatem impoſitam, ut iis adverſer, a quibus nulla in re diſſentire vellem, id tamen feci, quam parciſſime potui. Nam quod in antiquis *Cadenatus* legitur, nullo diſcrimine veteres librarii duabus illis literis utebantur, quod ex Medicæo facile colligitur: nam crebro *inquid* ſcriptum eſt, & contra *illut*, *aliut*, *animatverſum*, *at* pro *ad*. In epiſt.

Cœlii;

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Pulſo ex Italia Pompeio, ſuadet Ciceroni Cœlius, ne afflictam fortunam ſequatur; ſed in aliquem locum a bello vacuum ſecedat. Suaſio eſt ab utili contra honeſtum: caſtris enim Pompeii, & conſulum defendi reſp. videbatur.

M. CŒLIVS M. CICERONI S.

EXanimatus ſum tuis litteris, quibus te nihil, niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quid eſſet, perſcripſiſti: neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti:

Cœlii: *Paucis verbis iterum, qui multos ſæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam: nunc cotidie non eſſe te, ad quem cucurrerem; diſcrucior.* VICTOR. *Qui ipſe catenandus*) Bellienus. CORR. *Quantum Pſecade natus.*) Secuti ſumus P. Victorii conjecturam, quam & Manutius probat, & veteres codices adjuvant: nam noſtri quidem ſic habent, *quantum ipſe cadenatus*. LAMB. Non eſt Victorii hæc conjectura, qui eam improbat, ſed Pantagathi, quam veriſſimam puto. Nam & Pall. & Amſtelodam. legunt *ipſe cadenatus*. Veruæ raro erant *catenati*. Præterea non conſpirarent tot veteres codices in pravam ſcriptionem vocis vulgaris *catenatus*. Adde quod hic frigeat *ipſe*. Itaque cum Lambino hanc emendationem Pantagathi elegantiſſimam recepi. Venuſtiſſime enim *Dea nato* opponitur *ancilla natus*. *Pſecades* enim ſeu ornatrices erant ancillæ. GRAV.

Fo S. D.) Fllio ſalutem dic. CORRADVS.

EPISTOLA XVI.

EXanimatus ſum tuis) Vehementer perturbatus. Videtur autem delendum *ro ſum*. Ita enim cohæret oratio: *Exanimatus tuis litteris (quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti; neque id quid eſſet perſcripſiſti; neque tamen; quale eſſet quod cogitares aperuiſti) has ad te illico litteras ſcripſi*. Io. FR. GRON. *Exan. t. lit. quibus te nihil t. cog. oſtendiſti . . . . has ad te illico lit. ſcripſi*. Ita regii codices. Locus in vulgatis abundat vocibus ſuperfluis, & mala interpunctione laborat. LALL.

Non enim quale eſſet quod cogitares aperuiſti) Et hanc elauſulam teretem debemus accuratiſſimo Victorio. Pal. & priſca editio hallucinantur hic, (ut & Amſtelodam.) *non enim qualis eſſet quove cogita res aperuiſti*: & vulgares editiones: *neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti*. GRAV. Vulgarium tamen librorum lectio hic præferenda Victorii codici, quippe quam integram ſervarunt epiſtolæ ad Atticum, in quibus hæc Cœlii verba ad Atticum mittit. Secundum Mediceæ codicis ſcripturam eſſet fœda ſenſus ejuſdem repetitio: hinc primo adſpectu hæc verba priorum interpretatio margini adſcripta magiſtro, quæ poſtea in contextum irrepſerit, mihi eſſe videbatur: quod & Bernardum Rutilium cogitaſſe vidi; ſed poſtea hanc ſententiam viſa veritate, rejeci. Lambinus totum hunc locum ita concinnandum exiſtimat: *Exanimatus tuis litteris, quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quid eſſet perſcripſiſti, neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti, has ad te illico litteras ſcripſi*. Huic epiſtolæ reſpondet Cicero lib. II. epiſt. 16. GRAV.

ruiſti. Has illico ad te litteras ſcripſi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos, oro, obſecro, ne quid gravius de ſalute, & incolumitate tua conſulas. Nam deos, homineſque, amicitiamque noſtram teſtificor, me neque temere tibi prædixiſſe, neque temere monuiſſe; ſed poſtquam Cæſarem convenerim, ſententiamque ejus, qualis futura eſſet, parta victoria, cognoverim, te certiorem feciſſe. Si exiſtimas eamdem rationem fore Cæſari in dimittendis adverſariis, & conditionibus ferendis, erras. Nihil niſi atrox & ſævum cogitat, atque etiam loquitur: Iratus ſenatui exiit: his interceſsionibus plane incitatus eſt: non, mehercule, erit deprecationi locus. Quare ſi tibi tu, ſi filius unicus, ſi domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi caræ ſunt: ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus, gener tuus valet, quorum fortunas non debes velle conturbare, ut eam cauſam, in cujus victoria ſalus noſtra eſt, odiſſe, aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra ſalutem tuam

Per fortunas tuas) Vſurpatur hic loquendi modus in re miſera: vid. lib. XIV. ep. 1. Id.

Neque temere monuiſſe) Id etiam teſtatur Cicero ad Atticum ſic ſcribens: *Tantum abeſt ut Cœlius mean ſententiam moveat, ut valde ego ipſi, quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum putem.* Corn.

Conditionibus ferendis) Pacis, quas Cæſar æquas ferre videbatur. Id.

Iratus ſenatui exiit) Sic vulgati codices, & antiqui etiam. Nos tamen ſcripſimus *exiit*: Hæc enim ipſa Cœlii epiſtola eſt etiam lib. X. ad Atticum: quo loco, etſi impreſſi *exiſtit* habent, *exiit* tamen retinet noſter ille probatior, & recte quidem, ut nos putamus, loquitur enim de Cæſare, qui Roma *exiit Senatui iratus*, quod ea, quæ volebat, ab eo impetrare non potuerit: proficiſcebatur autem in Hiſpaniam. *Exire* & alibi poſitum eſt abſolute, ut X. ad Atticum, *exeamus modo*: de le loquitur Cicero, id eſt, ex Italia diſcedamus. Eſt autem in omnibus codicibus quibuſdam locis aliquantulum ſuſpecta hæc epiſtola. Nam quod infra in vulgatis legitur *pirum optimatem eſſe*, in antiquis eſt *parum adoptatim eſſe*; quod etſi non probo (perverſum enim & inquinatum omnino eſt) nonnihil ſcrupuli tamen relinquit, non eſſe quam habemus genuinam lectionem, & fortaſſe aliter legendum locum illum eſſe. Victor. *Ir. ſen. exil.*) Al. *iratus ſenatu exiit* ſcil. in Hiſpaniam. Corn.

His interceſſionibus) L. Metelli Trib. pleb. qui qualcumque res agere Cæſar Romæ inſtituerat, impediebat. Idem.

Tibi cara ſunt) Nonnulli codices habent *cura ſua*; magis tamen probamus, *caræ ſunt*. Lamb.

Eorum fortunas non debes velle conturbare -- eſt aut odiſſe, a.) Al. *quorum ſ. n. d. v. c. ſequere eam cauſam, in cujus victoria ſalus noſtra eſt, ne, aut odiſſe te, aut*, &c. Corn. Eleganter & hic *velle* additur, ut ſupra. Ovid II. Faſt. v. 262. vide omnino Brouckhus. ad Tibul. I. Eleg. V. v. 50. p. 108. Cort.

Impiam cupiditatem c. ſal. tuam habes.)

tuam habeamus. Denique illud cogita: quod offenſæ fuerit in iſta cunctatione, te ſubiiſſe: nunc te contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluiſti: & ad eos fugatos accedere, quos reſiſtentes ſequi nolueris, ſummæ ſtultitiæ eſt. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter, quid optimum ſit, eligas. Quod ſi totum tibi perſuadere non poſſum, ſaltem, dum quid de Hiſpaniis agamus ſcitur, exſpecta: quas tibi nuncio, adventu Cæſaris fore noſtras. Quam iſti ſpem habeant, amiſsis Hiſpaniis, neſcio. Quod porro tuum conſilium ſit ad deſperatos accedere, non, mediusfidius, reperio. Hoc, quod tu non dicendo mihi ſignificaſti, Cæſar audierat: ac, ſimul atque, have, mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit: negavi me ſcire: ſed tamen ab eo petii, ut ad te litteras mit-

hæc.) Cum ego & Dolabella tuus ſimus a parte Cæſaris, tu vero a parte Pompeii, impiis utrimque adverſus ſalutem aliorum votis. Vvic.

Quod offenſæ fuerit in iſta cunctatione, te ſubiiſſe) Reſcripſi ſic ex Vaticano, Palatino, Peckio, atque adeo editionibus. Excuſi vulgo libri, *te prius ſubiiſſe*. Grav. Offenderat autem Cicero Pompeium cunctatione Capuæ in ora maritima. Conr.

Ac ſimul atque hanc mihi dixit) Nos antiquam lectionem reſtituimus *have*. Hunc autem ſenſum hujus loci credimus eſſe, Simul atque Cæſar me ſalutavit, primis ſtatim verbis mihi narravit, quæ de te audiſſet. Audierat autem Cæſar Ciceronem parare fugam, velleque omnino ex Italia diſcedere. Quod ſi *hanc* legas, nullum inde commodum ſenſum elicere poteris. Si quis autem *have*, quia aſpirate ſcriptum eſt, ſuſpectum habet, is omnino infrequens eſt in antiquorum librorum & lapidum obſervatione, in quibus paſſim ſic ſcribitur. Eſt pulcherrimis literis ita ſcriptus lapis Piſis: PARTHENI HAVE BENE BALEAS QVI ME SALVTAS CVM SOSSIA FILIA MEA. Item plurimi Romæ ſic leguntur: raro autem admodum aliter. Harum autem inſcriptionum cum exempla quædam ab eo petiiſſem, quo poſſem hanc ſcripturam non abolitam confirmare, magnam copiam mihi Roma miſit Marcellus Cervinus juvenis omni laude dignus propter ſummam omnium ingenuarum artium eruditionem, & candidiſsimorum morum integritatem. Nonnulla igitur ex iis, quæ illi debeo, exemplis adferam: MACEDO HAVE. BENE VALEAS QVISQVIS ES FECER. C. MODESTIVS MACEDO PATRI PIISSIMO, ET FORTVNATA CONIVX. CVRANTE RVFINO COLLIBERTO. Item: IPHIGENIA SVAVIS HAVE. VIX. MENSIB. OCTO. Item: HAVE HYGIA ANIMA DVLCISSIMA EIDIÆ SECVRISSIMÆ QVÆ VIX. ANN XVI. SIT TIBI TERRA LEVIS. Item Hoſtiæ hanc inſcriptionem eſſe idem mihi affirmavit: IVLIÆ SP. F. THAIDI: HAVE THAIS: DII TIBI BENE FACIANT; & aliam etiam ibidem, quam ne in re tot jam teſtimoniis clara, longiores ſimus, præteribimus: nec non Arimini plures eamdem orthographiam ſervantes. Nihil igitur dubitandum, quin hæc vera ſit lectio. Cum autem in pluribus perveteribus codicibus hanc epiſtolam legerimus (quippe quæ ſit etiam inter ad Atticum), omnes concordes ſunt in hac lectione. Victor.

mitteret, quibus maxime ad remanendum commoveri poſſes. Me ſecum in Hiſpaniam ducit. Nam, niſi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicumque eſſes, ad te percurriſſem, & hoc a te præſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem. Etiam atque etiam Cicero, cogita, ne te, tuoſque omnes funditus evertas: ne te ſciens prudenſque eo demittas, unde exitum vides nullum eſſe. Quod ſi te aut voces optimatium commovent, aut nonnullorum hominum inſolentiam & jactationem ferre non potes, eligas cenſeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum hæc decernuntur: quæ tu cum feceris, & ego te ſapienter feciſſe judicabo, & Cæſarem non offendes.

EPISTOLA XVII.

ARGUMENTUM.

Quo tempore bellum in Pharſalia Cæſar, iterum conſul, contra Pompeium gerebat, Romæ prætor Cælius, rerum novarum cupidus, vel quia prætori Trebonio mandatam urbanam juriſdictionem inique ferret, vel quod gravi ære alieno premeretur, magnas turbas commovit; quibus eum Servilius conſul removendum a rep. cenſuit, quæ dum in urbe agitantur, ſcripſit Cælius hanc epiſtolam, doloris & iracundiæ plenam: in qua ſe Curionis amore, & Appii odio ab optima mente deſciſcere, Cæſariſque partes potius, quam Pompeii, ſecutum eſſe, conqueritur: ejuſque mutationis culpam in fortunam quoque confert, quæ effecerit, ut in Hiſpania eſſet, quo tempore Cicero ad Pompeium in Græciam profectus eſt. Leviter etiam ipſum Ciceronem accuſat, quod amici

Ut ad te litteras mitteret) Quæ ſunt lib. X. ad Attic. Eas autem Cæſar miſit ex itinere. Corr.

Quæ cum conjeceris, & ego te ſapienter feciſſe) Sic edidi cum Victorio, cum alii fecerint, *quæ jam erunt confecta. Id ſi feceris.* Pall. vero Peckio excerpta & vetuſtiſſima editio, *quæ tum erunt confeceris.* Politiani vero codex, *quæ tamen tu feceris.* Grav. Sed ex Politiani libro aliorumque veſtigiis, non dubito quin legendum ſit, *quæ tu cum feceris; cum* bis ab oſcitante librario ſcriptum, inde ab alio adnexum ſequenti verbo. Grav.

Epi-

amici officium neglexerit, paſſuſque ſit eum cum Cæſare conjungi.

CŒLIVS CICERONI S.

ERgo me potius in Hiſpania fuiſſe tum, quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium? quod utinam * ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio: quojus amicitia me paullatim in hanc * perditam cauſam impoſuit:

EPISTOLA XVII.

ERgo me potius in Hiſpania fuiſſe tum, quam Formiis) Si non profectus eſſem in Hiſpaniam cum Cæſare, ſed ſed te Formias, has diſcordias, in quas incidi, vitaſſem. CONRAD. *Ergo me potius fuiſſet in Hiſpaniam proficiſci, quam Formiis eſſe*) *Ergo ne*; quod eſt in Mediolanenſibus, non improbo; ut ſit illa Octaviani energia:

Ergone ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas?

ſed ne id quidem, quod veruſtiores impreſſi habent, *quam Formias*; ut hoc dicat: Ergone potius fuit proficiſci in Hiſpaniam, quam Formias, antequam tu ad Pompeium proficiſcereris? quaſi dicat, minime. Vtinamque ad te eſſem profectus potius Formias, ubi eras, eum ſcilicet ſuperiores ad te dedi litteras. Nam ibi fuiſſe ſe indicat Cicero lib. II. illis litteris, quibus ſuperiori Cœlianæ epiſtolæ reſpondet: *Sed mea prædiola*, inquit, *tibi nota ſunt; in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim.* Plutarchus prædia in Formiano pulcherrima fuiſſe Ciceronis teſtatur; ſed & Cœlii verba hanc ſententiam indicant, ſuperioribus litteris: *Me ſecum*, inquit, *in Hiſpaniam ducit; nam, niſi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicumque eſſes, ad te percurriſſem.* BERN. RVTIL.

Quod utinam aut non in iſta parte A. Cl. aut non in hac C. Curio: cujus) *Parte* Pompeianæ. Hoc loco ſeimus aliter in veteribus libris legi, ſed nihil elici poteſt ſeoſus. CONR. *Quod utinam aut non Appius Claudius*) Ita interpungebat Pantagathus. F. VASIN. *Quod utinam ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio, cujus amicitia me paullatim in hanc perditam cauſam impoſuit*) Vt Victorius edidit, ita nos repræſentamus. Doctus tamen vir leg. putat: *Quod utinam, ut Appius Claudius; in iſta parte C. Curio; cujus amicitia me paullatim in hanc impoſuit*; itaque ſcriptum in vet. cod. ait præter quod is habet (ut & Mentelianus), *in hanc partem cauſa impoſuit*; ſed illa verba, *partem cauſæ*, ut gloſſema, deleoda cenſet. Dein, porro ait, reddi cauſas a Cœlio, cur partes Cæſaris ſecutus fuerit: unam amorem Curionis, quem optat ad Pompeii partem, ſicut Appius fecerit, tranſiſſe; alteram quod ſibi Cicero nihil conſilii impertitus fuerit. Libri quoque noſtri *in hanc poetam cauſam*. Vulgo: *Quod utinam aut non in iſta parte Appius Claudius, aut non in hac C. Curio fuiſſet*. GRÆV. Appii vero odio ſententiam mutavit Cœlius, cum Pompeium ſequi conſtituiſſet. CORR. *Quod utinam non Ap. Claudius in iſta, aut in hac parte Cnius Curio*) Sic legendum & intelligendum *fuiſſet*; τὸ *quod* παρέλκει. Significat ſe odio Appii abſtinuiſſe Pompeianorum ſocietate, amore Curionis Cæſari adhæſiſſe. Jo. FR. GRON. *Quod utinam ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio*) Mirum eſt curaviſſe Victorium, ut ab Manutio demum diſcere deberem, quæ ſcriptura exſtaret in optimo codice Mediceo, nempe *utinam aut Appius*. Porro cum illud *aut* in aliis etiam ſuis legi teſtetur idem Manutius, cur ab eo abit Victorius & ejus exemplo tot alii editores? Sic utique divinat Victorius, quod

posuit: nam mihi sentio bonam mentem iracundia & amore ablatam. Tum tu porro, cum ad te proficiscens noctu Ariminum veniissem, dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, & mirificum civem agis, amici officium neglexisti, neque mihi consuluisti. Neque hæc dico, quod diffidam huic causæ: sed, crede mihi, perire satius est, quam hos videre. Quod si timor vestræ crudelitatis non esset, ejecti jam pridem hinc essemus. Nam hic nunc, præter feneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem jam effeci, ut maxime plebs, &, qui antea

quod tamen consilium suum esse continue negabat. Omnino libri veteres ita satis conspicue veram Cœlii manum enunciant, quæ fuit: *Quod utinam haud Appius Claudius in ista parte* [illegible] *nimirum fuisset. C. Curio* est, *quojus amicitia me paullatim in hanc perditam sanctam impulit*. Sic nihil temere muto, & lententia est sane quam perfecta. Iac. Gron.

Bonam mentem iracundia timore ablatam) Nos *iracundia, & amore* ut est in antiquis, legimus; etsi non ignoramus eloquentissimum juvenem Christoph. Longolium *timore ablatam* hinc, ut opinor, acceptum in suas elegantissimas epistolas transfudisse. Queritur Cœlius se parum felicem in hac re fuisse: paries enim Pompeii fugisse, ne cum inimicissimo esse cogeretur (illic enim erat Appius), Cæsarisque secutum, illectum amicitia Curionis. Iracundia igitur, & inimicitiæ cum Appio a Pompeii castris Cœlium retraxerunt, amor & familiaritas Curionis in Cæsaris amicitiam deduxerunt. Nos quod potuimus præstitimus in his Cœlii epistolis: multa nos præteriisse fatemur. Qui meliorem codicem nacti fuerint, quæ restant non pauca vulnera, sanare facilius poterunt. Alius mihi visus est in hoc libro, quam in ceteris Medicæus codex. nos ab eo destituti, quantum cupiebamus facere non potuimus: non enim divinare nostrum consilium est. Victor *iracundia & amore ablatam*) Negare equidem non possum hanc esse antiquam scripturam, quam & Kiv

vius se in uno cod. perantiquo reperisse testatur, *iracundiæ tumore ablatum*. Sed ego vulgatam, *iracundia & amore ablatam*, magis probo atque ita olim edi jusseram, si mihi typographus obtemperare voluisset. Nam hoc dicit Cœlius, se odio Appii compulsum, & amore Curionis adductum esse, ut partes Cæsaris sequeretur. Fuit autem Appius Pompeianus: Curio, Cæsarianus. Lamb.

Quam hos videre) Servilium, Trebonium, & reliquos Cæsarianos. Conradvs.

Quod si timor vestræ crudelitatis non esset) Pompeius enim discedens ab urbe, in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romæ remansissent, & qui in castris Cæsaris fuissent. In. Hoc est, minatus erat, qui cum ipso arma non sumsissent, pro hostibus habiturum. Grav.

Præter fœneratores) Sunt homines pecuniosi, qui nummos aliis fenori dant, nobis *tenentibus*. Feneratoribus Cæsar caverat, datis arbitris, per quos fierent æstimationes possessionum & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque ex creditoribus traderentur. Cœlius vero præter cæuta debitorum suscepta fore auxilio pollicebatur: ait in Quæstura Julius ex Cæsare retulimus. Conr.

Effici ut maxime plebs) Appellatione correcta, legibusque de mercede habitationum conductoribus donanda, & de novis tabulis promulgatis. In. Quidam libri manuscripti habent, *ut maxime parva*, &c. Unde docti quidem sulpi-

tea noſter fuit, populus veſter eſſet. Cur hoc, inquis? immo vero reliqua exſpecta. Vos invitos vincere coegero: irritavi in me Catonem. Vos dormitis: nec hæc adhuc mihi videmini intelligere quam nos pateamus, & quam ſimus imbecilli. Atque hoc nullius præmii ſpe faciam: ſed quod apud me plurimum ſolet valere, doloris atque indignitatis cauſa. Quid iſtic facitis? prœlium exſpectatis, quod firmiſſimum eſt? Veſtras copias non novi: noſtri valde depugnare, & facile algere, & eſurire conſueverunt.

ſuſpicantur legendum, *ut maxime patres*, &c. LAMB. In multis libris exſtat *pios*, unde Guilielm. conjicit ſcribendum *Piſo*. Non eſt vero, ſi veteres libri non repugnent, ut vulgatam lectionem repudiemus propter rationes allatas a Manutio. Sæpe enim *populus* & *plebs* conjunguntur. Inferius lib. X. epiſt. 8. *Plancus Imp. Conſ. deſ. S. D. Coſſ. pr. trib. pleb. Sen. pop. pl. q. R.* hoc eſt, *Conſulibus, prætori, tribunis plebis, ſenatui, populo, plebique Romanæ*. Tacitus 1. Annal. *Legata non ultra civilem modum: niſi quod populo & plebi* ccccxxxv. *dedit*. Plebs nimirum eſt viliſſima pars populi, fex populi. GRAEV. *Plebs . . . . populus*. Haud raro *populus* & *plebs* ita conjunguntur, quod exemplis oſtendo ad Sall. Cat. c. 31. CORT.

Cur hoc, inquis? Immo reliqua exſpecta, &c.) Al. *Cur hos inquis imo reliqua exſpectant nos invictos vincere coegere Arruncanum me Catonem*, &c. locus eſt mendoſiſſimus. CONRAD. *Imo reliquias exſpectant*) Scrib. *imo reliqua exſpecta*. LAMB.

Irritavi in me Catonem) Aliter hæc verba leguntur in libris veteribus, ſed adeo confuſe, & inquinate, ut pigeat meminiſſe. Nam quod nonnulli *iritavi in me Arabonce* vel *in me Cæſarem* legunt, ſunt longe a veteribus veſtigiis: & vereor ne quanto magis corrigere volunt, tanto magis contaminent. Taceant igitur hi loci, donec ex melioribus codicibus vera lectio elucelcat. VICTOR. *Irritavi in me Catonem*) MSi, *Arruntanum me Catonem*. Forte *alterum me Catonem*, ſc. videtis, tam ſtrenuum & implacabilem adverſarium Cæſari, quam Cato eſt. Io. FR. GRON. *Irritavi in me Catonem*) Cum ſic deſperaret Victorius, certe hæc alieniſſima tolerare non debuit in contextu Cœlii; cujus tamen jocum ſatis aperire mihi videtur antiqua lectio, quam ex Medicæo indicavit Manutius, *Arruntanum me Catonem*. Nam hic colligo *at Iulianum me Catonem*! quod declaratione non eget. In fine non dubitavi edere *conſuerunt*, cum ſic habeat Victorius tam in Iuntina, quam Stephanica, etiam Manutius, quorum fidem nixam fuiſſe antiquis libris imaginor. IAC. GRON.

Vos dormitis) Segniter omnia agitis. Hinc Catilina apud Criſpum c. 20. *Quin igitur expergiſcimini*. CORT.

Nec hæc adhuc, &c.) Quidam delent pronomen *hæc*. LAMB.

Doloris atque indignitatis cauſa) Quin legendum hic ſit *indignationis*, negabit, ut opinor, qui quidem latine ſciet, nemo. HENR. STEPH.

Quod firmiſſimum eſt) Lege: *quo firmiſſimus eſt*, nempe Cæſar, quo invictus eſt. Io. FR. GRONOV. Prœlium, quod committet Cæſar firmiſſimum eſt, propter firmiſſimos milites veteres, qui *firmiſſimi*: docebit te Sam. Tennulius ad Frontin. III. Stratag. c. 3. p. 131. CORT.

Facile algere.) Ergo paratiores ad ſuſtinendum etiam diuturnum bellum. Nec eſſe, quod ad fatigandum Cæſaris exercitum Pompeiani bellum trahant. CELL. Idem teſtatur Auctor B. African. c. 24. Cæſar VII. B. G. c. 17. adde III. B. Civ. c. 47. CORT.

PAVL-

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
M. T. CICERONIS
LIBROS V. VI. VII. ET VIII.
EPISTOLARVM AD FAMILIARES.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN EPISTOLAM I. LIBRI V.

Q. *Metellus*) Qui biennio poſt cum L. Afranio conſulatum egregie geſſit, ut ex ep. ad Attic. liquet. In oratione etiam pro Cœlio: *Simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate ſuperabat.* Extinctum veneno uxoris Clodiæ ſcelere, quæ P. Clodii ſoror erat, infra eadem oratio ſignificat. De hoc in Bruto ſic: *Duo Metelli, Celer, & Nepos, nihil in cauſis verſati, nec ſine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus aſſecuti.*

Celer) Cognomen hoc gens Metellorum accepit, ut Plutarchus in Coriolano docet, ab eo, qui gladiatorum munus patri mortuo celerrime dedit.

Proconſ.) Proconſul Metellus poſt prætoram citeriori Galliæ præfuit, Silano & Murena coſſ. cum prætor ob Catilinæ motus, a Cicerone conſule in Picenum, agrumque Gallicum, qui a Piceno ad Rubiconem pertinebat, miſſus eſſet: erat autem hic ager Gallicus non Galliæ citerioris, quam poſtea Metellus rexit, ſed Italiæ pars, disjunctus a Gallia Rubicone flumine; *Gallicus* autem appellatus, quia Senones eum poſſederant. Nec vero mirum videatur, proconſulis nomine provinciam rexiſſe, qui conſulatum non geſſerat; id enim uſitatum fuiſſe ſupra docuimus. Plinius quoque lib. 2. cap. 67. *proconſulem* appellat. *Nepos* (inquit) *tradit, Q. Metello Celeri, L. Afranii in conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos a rege Suevorum dono datos.*

Reconciliaſti) Oſtendit, ſimultatem inter ſe, & Ciceronem aliquando fuiſſe: Cicero negat, vel vere, vel diſſimulanter.

Metellum) Nepotem.

Fratrem) Germanum; ut pater utriuque fuerit Q. Metellus Nepos, Balearici filius, Macedonici nepos; nam hunc Nepotem, Ciceronis inimicum, filium ejus Nepotis fuiſſe, qui cum T. Didio conſul fuit anno ncLV. Pedianus oſtendit in commentario Cornelianæ. Hic oritur quæſtio: Si fratres germani, cur utrique prænomen idem? Reſpondetur; quia Celer, cui etſi fortaſſe Lucio prænomen eſſet, tamen adoptatus a Q. Metello Celere, eo qui numinatur in lib. de Claris Oratoribus, omiſſo vetere prænomine, Quintus appellatus eſt, & cum prænomine Celeris etiam cognomen accepit, ex adoptionum conſuetudine; opinor autem, poſt hanc adoptionem natum eſſe fratrem ejus, qui nominatur in hac epiſtola, quem pater ſuo prænomine appellari voluit. Id ex eo poſſum ſuſpicari, quia Celer conſulatum prior geſſit: ex quo patet, natu majorem fuiſſe. Rurſus objiciat aliquis, credibile non eſſe, ut pater unicum filium adoptandum conceſſerit; ſed licet opinari, cum hic Metellus a Q. Metello Celere eſt aduptatus, alterum ei fuiſſe majorem natu fratrem, qui appellaretur Quintus: quod veriſimile eſt: quia illius primo loco natus prænomen patris aſſumebat, quo, poſt adoptionem minoris fratris, mortuo, tertius poſtea natus patris prænomine Quintus dictus ſit. Fratres autem germani potius, quam patrueles videntur fuiſſe: quia, ſi patrueles, unde utrique prænomen Quintio? an a patribus? at

ita

ita credi neceſſe eſſet, duos Metelli Balearici filios, quem hujus Nepotis avum fuiſſe oſtendimus, eodem prænomine uſos eſſe: quod veriſimile parum videtur; germani igitur potius; idque etiam Cicero ſignificat in eo loco: *Meus mr ſrnjus, quanta vir fraterni ſit amoris, admones.* Quæ verba majorem, quam inter patrueles, amorem videntur oſtendere.

Ob dictum] Vide, quæ Cicero reſpondeat.

Familiæ dignitas] *Cum intra duodecim fermr annos*, ut ait Velleius lib. II. *conſules Mrtrlli fuiſſent, aut cenſores, aut triumpharint amplius duodecim*; unde illud Nævii apud Pediaoum: *Fato Metelli Romæ fiunt conſules.* Originem ducebant Celer & Nepos ab eo L. Metello, qui primo Punico bello triumphavit, hoc modo: Celeris & Nepotis pater is fuit Q. Metellus Nepos, qui cum T. Didio conſul fuit, anno 655. avus Q. Merellus Balearicus, conſul anoo 630. proavus Q. Metellus Macedonicus, conſul anno 610. abavus Q. Metellus, conſul anno 547. atavus L. Metellus, qui de Pœnis triumphavit, conſul anno 502. Hæc ex hiſtoriæ obſervatione: in qua Plinii ἀνεξεφορίαν deprehendimus, qui Macedonici patrem putat L. Metellum, Punico triumpho claram: cum avum fuiſſe, non patrem ſatis conſtet. Metellus autem Calvus, Macedonici frater, qui eum Fabio Serviliano conſul fuit anno 611. genuit Metellum Calvum, qui conſulatum geſſit cum L. Cotta, anno 634. hic Q. Metellum Numidicum: Numidicus Q. Metellum Pium: Pius adoptavit P. Scipionem, qui Pompeii Magni ſocer fuit.

Provinciæ] Citeriori Galliæ.

Bellum gero] Cum Salaſſis, & inalpinis gentibus, quæ oondum populo Romano parebant; & cum iiſdem pognaſſe D. Brutum, cognoſcitur ex ep. 4. lib. II.

Pœnitebit] Nimis arroganter; itaque reſpondit Cicero: *Tibi pœnr minitanti nobis per litterar, hoc referibo.*

Te tam] Suſpicor eſſe conjecturam: nam in omoibus antiquis libris video plane ſcriptum eſſe, *Etiam.*

Non ſperabom] In rebus, quas minime volnmus, uſurpatur nonnumquam hoc verbum, ut Virgil. lib. IV.

Hunc rgo ſi potui tantum ſperare dolorem,

EPISTOLA II.

Conſervatam] In conſulatu, anno ſuperiore, oppreſſa conjuratione Catilinæ.

Propinquos tuos] In primis Metellum Nepotem, Celeris fratrem, Ciceronis inimicum, ut infra patet.

Domeſticis] Quas maxime Lentulus & Cethegus, egreſſo jam Catilina, in urbe comparabant.

Armatis hoſtibus] Catilina & Manlio. Salluſtius, Ciceronis orationes, alij.

Occultæ] Ne qua per Italiam, cum aliquo reip. damno, erumperet conjuratio.

Tanti & tam præclari muneris] Modus amplificandi; conjungitur enim cum magnitudine laus: cum interdum poſſit eſſe alterum ſine altero. Sic pro lege Manilia: *Dr quo homine vos tanta & tam præclara judicia feciſtis?* Pro Milone: *In hoc tanto & tam præclaro naturæ motu.* In Antonium oratione V. *Habeat hujus tanti fœdi tamque præclari decreto noſtro teſtimonium ſempiternum.* In eumdem 6. *Hoc veſtro judicio tanto tamque præclaro excitatus.* In eumdem 7. *Hunc tantum tamque præclarum apparatum.* Et lib. de Leg III. *Tam præclara largis voce laudatus.* Ejuſdem generis illud in Verrem lib. VI. *Incredibile eſt, quam multa & quam præclara fuerint.* Et pro Milone: *Quantæ quotiesoccaſiones: quam præclaræ furrunt.* Iam non vereor, cum hæc tam multa ex ipſo Cicerone loca recitaverim, ne mihi poſthac petulans & inſulſa Grammaticorum turba litem intendat, quod aliquando ſcripſerim, *Tanti ac tam præclari muneris initium undr ſumi aptius potuit*; abundare enim *Tam* arbitrabantur, quoniam *Præ*, in compoſitione augeret: ignari, quam libera interdum, ſoluta artis Grammaticæ vinculis, excurreret Latina lingua: quod & nos per otium nonnumquam conferentes intelleximus; & intelliget, quicumque conferendi curam ſuſceperit. Nec vero deerant alia ejuſdem Ciceronis exempla, ut in Verrem bis præ-

præterea in eodem libro, in Rullum, in Catilinam, pro Flacco, oratione V. in Antonium, & in libro de Claris Oratoribus.

A tuis propinquis) Iterum *propinquos* nominat: quod eſt, iterum Metello inconſtantiam objicere, quem a grati animi ſignificatione propinquorum iniquitas abduxerit.

Honorificentiſſimis) Quid enim honorificentius, quam Italiam tibi ab armatis hoſtibus & ab occulta conjuratione defendendam tradere?

Aperte confitebar) Cum ambitionis confeſſio riſum moveret.

Par voluntas) Aculeus in Metellum: quaſi rebus ampliſſimis atque honorificentiſſimis a Cicerone ornatus, parem voluntatem non reddiderit.

Provinciam) Cum ex conſulatu in Galliam ire poſſet, maluit in urbe remanere: quod ipſum epiſt. 4. lib. XV. ſcripſit ad Catonem his verbis: *Provinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi neglexi*. Et ad Atr. epiſtola 1. lib. II. ait, *ſe, cum provinciam in concione depoſuit, orationem habuiſſe*. In oratione autem in Piſonem: *Ego provinciam Galliam, ſenatus auctoritate, exercitu, & pecunia inſtructam & ornatam, quam cum Antonio communicavi, quod ita exiſtimabam tempora reip. ferre, communicavi*. Et Phil. II. *Imitare me, qui inſtructam ornatamque a ſenatu provinciam depoſui, ut incendium patriæ, omiſſa omni cogitatione, extinguerem*. Atque hanc ipſam Galliam a Metello adminiſtratam, Plinii jam teſtimonio probavimus, & Salluſtius etiam ac Dio lib. XXXVII. oſtendit.

Sortitione) Vel ſortiebantur provincias inter ſe, vel comparabant, id eſt, pactione, quam quiſque vellet, capiebant; epiſt. 9. lib. I.

Veſtra) Inter te, & collegas tuos facta.

Collegam meum) C. Antonium, collegam Ciceronis in conſulatu. Opinor, cum Galliam Antonio Cicero tradidiſſet: id quod ex oratione in Piſonem demonſtravimus, & Salluſtius narrat, eum dediſſe operam, ut omnino Metellus Galliam ſortiretur, arte fortaſſe aliqua ad curandum ſortis eventum adhibita: cum ipſi gratior eſſet Macedoniæ adminiſtratio, quam hoc anno ſuſcepit: ut ex epiſt. 10. lib. I. ad Att. intelligitur.

Facta ſortitione) In qua tibi obvenerat Gallia.

Collegas tuos) Prætores; nam in magiſtratu provincias ſortiebantur.

Ea præſcriptione eſt) Quid hac præſcriptione ſignificetur, communis intelligentia fortaſſe non adſequitur: quod exponere conabimur. Duplex erat in S. C. præſcriptio, neceſſitatis una, honoris altera: neceſſitatis, quod infirmum erat S. C. cum in decernendo certus ac lege definitus ſenatorum numerus non adfuiſſet: itaque ſingulis S. C. ut valerent, præſcribebatur, quot ſenatores adfuiſſent; de quo Feſti verba recitabo: *Numera ſenatum, ſit quibus ſenator conſuli, cum impedimento velit eſſe, quo minus faciat S. C. poſtulatque, ut aut res, quæ afferuntur, dividantur; aut ſinguli conſulantur; aut, ſi tot non ſint ſenatores quo numero liceat præſcribi S. C.* Tulit etiam legem C. Cornelius tribunus pl. quem Cicero defendit; non ille quidem de omnibus S. C. ſed de iis, quibus aliquem ſolvi legibus placeret, ut ita rata eſſent, ſi ducenti ſenatores adfuiſſent. Quod Feſti locus, etſi non plane, tamen quodam modo confirmat. Altera, quæ auctoritatem S. C. adderet, præſcriptio erat, cum nobiliſſimi ſenatores ſcribendo aderant; qui cœtus numerus non erat, ſed pro ejus dignitate & gratia, cujus de honore in S. C. ageretur; quo de genere præſcriptionis hic puto ſignificari; & illud infra, *Obſcurum eſſe non poſſit*, ſic interpretor, ob eorum claritatem, qui ſcribendo adfuerunt. Er in eo S. C. quod Cœlius Ciceroni miſit, epiſt. 10. lib. VIII. legendum opinor: *S. C. quod tibi miſi factum eſt, auctoritateſque præſcripte*: non *perſcripte*; nam ſenatorum nomina qui adfuiſſent ſcribendo, *S. C. auctoritates* dicebantur, & ante S. C. ſcribebantur; de quo etiam more loquitur in epiſt. ad Catonem VI. lib. XV. cum inquit: *Hæc S. C. non ignoro ab amiciſſimis ejus, de cujus honore agitur, ſcribi ſolere*; non quod ut ſcriberent, ſed quod ſcribendo adeſſent, & fortaſſe etiam diſtareot. Sic in Agraria 2. *Collegas ſuos, adſcriptores legis agrariæ, non eegudiabit; a quibus ei locus primus invidiæ in præſcriptione conceſſus eſt*. Et lib. III.

de Orat. legitur in antiquo Borromæi libro, *In auctoritatibus præscriptis exstant*, ubi est in pervulgatis, *Perscriptis*.

Profectus est] Post furtitiosem profectus est Metellus prætor noo in Galliam, quam post præturam administrandam sortitus erat, sed in Picenum, in quo permansisse usque ad illud tempus, cum Catilina victus est, e Sallustio cognoscitur. Catilina superato, Galliam provinciam accepit.

Proxime] Post necem Catilinæ videtur Metellus, antequam in Galliam iret, Romam revertisse.

Parare] Nam extremo anno consulatus Ciceronis, id est, IV. idus Decembris, ut mos erat, magistratum initurus erat Metellus Nepos tribunus pl. designatus.

Clodia] Impudica muliere, P. Clodii sorore, de qua in oratione pro Cœlio, & epist. 1. lib. II. ad Attic. Plutarchus in Cicerone *Quadrantiam* vocatam scribit, a quadrantibus io ejus loculos ab amatore conjectis.

Vxore tua] Quomodo uxor fuerit Celeris, cum ejus fratrem P. Clodium, fratrem patruelem Celeris nominet Cicero in oratione pro Cœlio? an eadem & soror, & conjux? sic opinor: ut Clodius, & Clodia filii fuerint Cæciliæ, sororis ejus Metelli, qui Celerem, & Nepotem genuit.

Vestro fratre Mucia] Vxore Cn. Pompeii, ut ex Peliano, Plutarcho, Dione, ad Attr. epist. 10. lib. I. planum fit; soror autem fuit avorum Metellorum, Celeris & Nepotis, vel quod ejus mater patris frater esset; vel quod Celeris & Metelli mater, Muciæ gentis, id est, soror esset patris hujus Muciæ; sic enim feminæ sorores dicuntur, licet germanæ non sint, ut mares sæpe fratres appellantur, cum sint patrueles, aut consobrini. Potuit etiam soror esse uterina, Celeris & Nepotis hoc modo, ut eorum mater, viro mortuo Q. Metello Nepote, nupserit Q. Scævolæ, ex qua postea Muciam hanc peperit 1. eam & Dio lib. LXXXVII. sororem vocat Metelli Celeris: cum hac postea, stuprata a C. Cæsare suspectus, post duos suscepios filios, divortium Pompeius fecit; epist. 10. lib. I. ad Attic. Pediæus, Suetonius, Plutarchus, Dio.

Deterrerent] Removerent, non minis aut iojecto metu, sed rationibus & precibus. Interdum enim *Deterrere* & *Cohortari*, ut contraria opponuntur; l. I. de Orat. *Vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum*. Exempla non desunt.

Quod te audisse credo] Patet sententia; nec discrepant mei veteres libri, quibus in omnibus plane legitur, *Credo*. At in uno Mediceo libro est *Certo*, non *Credo*; ex quo aliis orta de mendo conjectura; mihi verisimile non fit, reliquos omnes libros ab uno illo esse deflexos; cum & ab illo, & inter se dissentiant. Nec vero librum ullum tam antiquum esse arbitror, qui omni prorsus vacet mendo: quippe cum nec illa quidem interdum, quæ a nobis cogitata ipsi nostra manu scribimus, emendata satis esse videamus.

In aliquo magistratu] Ne mihimo quidem; sic in meis antiquis libris; nec sane video, cur quidquam mutetur: aut si mutandum, placeret, *Minimo magistratu*, ut legebat Vbaldinus Bandinellus; cum sit in Mediceo libro, *In animo magistratu*. Sic opponerentur *Consul*, & *Minimo Magistratu*.

Pridie Kal. Ian.] Vltimo consulatus die.

Concionis habendæ] De rebus in consulatu actis: ut more comparatum erat.

Perswasit] Pro potestate tribunicia.

Vt juarem] Consules, commemoratis rebus in consulatu gestis, jurare soliti sunt, omnia se consilia atque facta ad reip. dignitatem commodumque retulisse, quod Ciceroni & Metellus permisit: reliqua commemorare vetuit.

Verissimum pulcherrimumque jusjurandum] Hoc, reip. a se uno conservatam; de quo sic in oratione pro Domo: *Reip. semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ gessissem, splendorem verbis digni temque retinere; præsertim cum mihi uni in hac republ. audiente populo Romano, opera mea hanc urbem & hanc remp. esse salvam juravit dice-*

dicere fas fuiſſet. Et in Piſonem : *Ego, cum in concione, abiens magiſtratu, dicere a tribuno p. prohiberer, quæ conſtitueram; cumque is mihi tautummodo, ut jurarem, permitteret; ſine ulla dubitatione juravi, rempub. atque hanc urbem mea unius opera eſſe ſalvam*. Idem confirmat Dio lib. XXXVII. Plutarchus autem, prohibitum Ciceronem a duobus tribunis, Metello, & Beſtia, prodidit falſo: nam Beſtia non eodem anno cum Metello tribunatum geſſit: Beſtia Cicerone conſule, quod Salluſtius oſtendit, Metellus anno ſequenti; quod vel hic locus declarat; nam tribuni pl. magiſtratum inibant IV. idus Decembris. Itaque non eum concione privare potuit Beſtia extremo conſulatus die, id eſt, Kalendis Ianuarii, cum III. idus Dec. tribunatu abiiſſet: ſed id a Metello factum, qui tribunarum, antequam Cicero conſulatum abſolviſſet, inierat.

Populus) Confirmatum a populo Ciceronis jusjurandum, & oratio in Piſonem loco proxime recitato, & Plutarchus in Ciceronis vita demonſtrat.

Indicta cauſa) Significabat, Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Ceparium, conſcios & participes conjurationis Catilinæ, indicta cauſa, contra leges moremque majorum, eſſe condemnatos. Animadverteſſe autem in eos Ciceronem dicit, quod eo jubente in carcere ſtrangulati ſunt, ut Salluſtius, Plutarchus, Dio ſcriptum reliquere. Appianus hoc addit, Cicernnem eos necari in conſpectu ſuo juſſiſſe, quod falſum eſt.

Hominem gravem) Cum ironia, ut Tuſc. 2. *Hominem exercitatum; quis tot verba tanto in luctu contineat?* Phil. 13. *Turpem vero actionem, qua defenditur ampliſſimi auctoritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris unentium*. Ad Q. Fr. ep. 4. lib. III. *Lepidum amicum Salluſtium, qui mihi aut inimicitias putet periculoſas ſubeundas fuiſſe, aut infamiam ſempiternam*.

Agere) In ſenatu.

Non judicio, neque diſceptatione) Eadem conjunxit lib. IV. de Repub. *Judiciis enim ac magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non Poetarum ingeniis, habere debemus*.

Impreſſione) *Impreſſionem facere*, quo loquendi genere Varro, Hirtius, Livius uſi ſunt, eſt cum impetu irruere.

Reſtitiſſem) Acerrime diſputando, Scripſit etiam contra Metelli concionem: ut eſt in epiſt. 9. lib. I. ad Att. & in Gellio lib. XVIII. cap. 7.

Caſu) Sic ep. 17. ad Att. l. I. *Reliqua ſic a me aguntur & agentur, ut non committamus, ut ea, quæ geſſimus, fortuito geſſiſſe videamur*. Et Phil 5. *Quis eſt, qui hunc non caſu exiſtimet recte feciſſe? Laus enim in conſilio pendet, non a caſu*. Itaque Cicero, cum ea commemorat, quæ pro ſalute reipub. in opprimenda Catilinæ conjuratione geſſerat, caſum a ſe rejicit, conſilium aſſumit. *Ego committam* (inquit in oratione pro Sulla) *ut ea, quæ pro ſalute communi geſſi, caſu magis & felicitate a me, quam virtute & conſilio geſta eſſe videantur*? Et in Catilin. III. *Curemque, ut ea virtute, non caſu geſta eſſe videantur*. In epiſtola quoque ad Curium lib. VII. conſilio caſum quaſi opponit, & ex caſu felicitatem deducit: *Sapienter hæc* (ait) *reliquiſti: feliciter, ſi caſu*. Propterea dixit etiam in oratione pro Sulla: *Caſu magis & felicitate: quia poſſit ex caſu felicitas naſci, nullo noſtro merito*.

Celatum) Vel peccavit Nepos, ſi te celavit: vel tu, ſi celatus non es, inique facis, qui me accuſes, quem oppugnatum non ignoras.

Diſſolutio) *Diſſolutus* eſt, qui fert ea, quæ non debet: aut indulget plus, quam oporteat. In epiſt. ad M. Brutum: *Neque diſſolutum a te quidquam homines exſpectant, nec crudele*. Et lib. III. Offic. *Negligere quid de ſe quiſque dicat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti*.

Sedens) Aſſenſio enim paucis verbis abſolvitur; ſtantes autem ſententiam pluribus verbis dicebant.

Leniſſime) Cum alii graviſſime ſentirent: quibus non aſſenſi.

Sentire) Cum ageretur in ſenatu de Nepote tribuno pleb. puniendo, quia leges iniquiſſimas adverſus collegarum intercеſſionem ferret: cui Cæſar prætor cum opem ferret, utrumque decreto patrum adminiſtratione reipubl. ſubmotum, Suetonius narrat; pro-

pterea ſcripſerat Metellos Celer: *Fratrem meum capite ac fortunis per te oppugnatum iri*.

Curare non debui] Quis enim curat, ot ſubleveturinimicus?

Subleveretur] Opinor alterum ſignificari decretum, quo Metello & Cæſari ſenatus ignovit, inducto priore decreto. Suetonius.

Deſertus ab officiis tuis] Supra dixit: *Velim judices, ſatis ne videatur his omnibus rebus, cum proxime Romam veniſtis, mutua reſpondiſſe.*

Æquum te judicem præbeas) *Quod impulſus dolore ita cum fratre tuo de repub. diſputavi, ut ſentiret filii cum viro forti & conſtanti eſſe pugnandum*. Sic locutus in epiſt. 1. lib. II.

Exercitus] Tres eum legiones habuiſſe, cum in Piceno prælideret, ait Salluſtius: nec fuiſſe pauciores, cum Galliam proconſul regeret, conſentaneum eſt.

Vtendum] Placet; pro mea tamen conſuetudine lectorem admoneo, in antiquis duodecim libris eſſe, *Tuendum*, non, *Vtendum*.

Quoad voles tu] Humanitatem oſtendit, habita ratione gravitatis; nam invitum amare dementiæ eſt.

EPISTOLA III.

IMportunissimi] Publ. Clodii, qui Nepotis frater appellatur & in ep. 3. lib. IV. ad Atr. Fratres autem fuere, vel conſobrini, vel quod Clodii mater, patris Nepotis ſoror fuerit.

Contumeliæ] In Ciceronem.

Concionibus] Ita longis, itaque acerbis litteris, ut concionari videatur.

Onerat) Mihi moleſtus eſt.

Leniuntur] Earum acerbitate non moveor, quæ minuitur ac tollitur officiis tuis.

Ejuſmodi homines) Sic mei veteres libri; unus, *Hominis*: ut ſit, Ejuſmodi hominis quia leves contumeliæ ſunt, a me deſpiciuntur; ita opponentur, *Onerat*, &, *Leves*: ſin *Homines* legatur, poteſt eſſe eadem ſententia, hoc modo: quia ſunt leves ejuſmodi homines, a me deſpiciuntur eorum contumeliæ; poteſt etiam ſic: deſpiciuntur a me, tamquam leves, ejuſmodi homines. Mediceus liber, *Ab ejuſmodi homine*: ſententia eadem, quæ elicitur ex *Ejuſmodi hominis*.

Commutata perſona] Translatio ab hiſtrionibus, qui, commutata perſona, diverſas agunt partes.

Invitum) Nemo ſervatur iovitus; ſed qui palam peccat, nec pœnæ metu flagitiis abſtinet, is cum impunitatem adipiſcitur, ſervari videtur invitus. Clodii autem cunctis pæne ſceleribus inquinatam vitam quis ignorat?

Provinciæ] Dixi jam præfuiſſe Nepotem Hiſpaniæ, dixi autem auctoribus Appiano lib. II. Bell. Civ. Plutarcho in Cæſare, Dione lib. XXXIX.

Si poteris) Nolim, te fratris injuriæ ita commoveant, ut propterea de tua in me voluntate quidquam detrahatur.

EPISTOLA IV.

Collega] P. Lentulo conſule, Ciceronis reditum enixe curante: ut ex epiſt. & orationibus conſtat.

Mitiſſimam] Quæ mihi antea diffidenti, ſpem attulit auxilii tui. Fortaſſe oratio illa ſignificatur, quam habuit primo conſulatus die, referente de reditu Ciceronis collega ejus P. Lentulo. Vide pro Sex.

Sum coactus) Malo, *Sum conatus*, ut eſt in quatuor antiquis libris: nam *Coactus*, cum proxime dictum ſit *Inductus*, ſententia non deſiderat. *Conatus* autem ſignificat, non invitum Ciceronem ſcripſiſſe, inductum ejus oratione mitiſſima.

Tuorum) Clodiorum, cum eſſet frater P. Clodii.

Tuas inimicitias] Fortaſſe quas eum C. Curione, qui de Dardanis triumphavit, acerbiſſimas geſſerat. Vide Pedianum in commentario Corneliano.

Magiſtratum] Conſulem P. Lentulum, qui eum primo conſulatus die de revocando Cicerone retuliſſet, confecta res non eſt, noctem ſibi ad deliberandum poſtulante Sext. Attilio Serrano tribuno plebis, quem *Gavianum* appellat in oratione pro Sextio.

Conſervandorum) Sic in uno tantum vetere libro: cui potius aſſentior, quam reliquis omnibus, in quibus eſt,

Re

Re ſervandorum ; aut *Reſervandorum* , dixit, habita ratione temporis omiſſi : quaſi iterum ſervandorum , quos antea non ſervaveris , cum poſſes .

Non erit] Exitium a P. Clodio impendere univerſæ reip. dicit : liquidem plus poſſit unus , quam conſul , ſenatus , populus .

EPISTOLA V.

IMp.) Fortaſſe rem militarem feliciter geſſerat , cum hæc epiſtola ſcripta eſt : poſtea vero male pugnavit ; nam triennio poſt , Cæſare & Bibulo coss. item damnatus eſt , quod in Thracia & Myſia parum proſpere rem geſſiſſet ; epitome Liviana, Dio , Obſequens .

Niſi commendatitias] Non igitur hæ ſunt commendatitiæ , licet Atticus commendetur ; argumentum enim hoc videtur , ut ei Cicero , Attico rogante , ſuum ſtudium in accuſationis, quæ parabatur , periculo deferret : quam partem non ante aggreſſus eſt , quam ei , commemoratis officiis ſuis, ingrati animi vitium exprobravit .

Ipſi Pompeio) Qui Ciceronis animum , nonnihil ab Antonio abalienatum , reconciliari cupiebat .

Officia deſiderem) Infra ſubjunxit : *Nullam mihi ab te relatam eſſe gratiam , tu es optimus teſtis* . Et in epiſtola ſequenti : *Ejus in me officia omnes deſiderant* .

A me in te profecta) Defenderat jam eum Cicero in ſenatu , cum de revocando ex Macedonia ageretur : quod ex epiſtola ſequenti cognoſcitur .

Falſo in me ſolere conferri] Cum dicas , comperiſſe te , me tibi amicum non fuiſſe : quod falſo a te dicitur .

Delata) De querelis tuis . Libentius enim ad querelas Antonii refero , quam ad id quod legitur epiſt. 10. l. I. ad Att. de parte pecuniarum, quæ contra leges ab Antonio in provincia cogerentur Ciceroni danda .

Conſtantia) Etſi non deberem , cum te non eſſe in me gratum audirem ; feci tamen, ne inconſtans in amicitia viderer ; epiſt. 8. *Quæ a me ſuſcepta defenſio eſt , te abſente , dignitatis tuæ , in eo jam ego non ſolum amicitiæ noſtræ ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo* .

Reliqua) Fore putabat , ut de repetundis accuſaretur ; quod ex epiſt. 10. lib. I. ad Attic. ſatis conſtat : fit enim in eo mentio & de coactis ab Antonio pecuniis , & de prætore ad populum acturo : quaniquam non niſi triennio poſt , Cæſare & Bibulo coss. accuſatus eſt , ut Suetonius & oratio pro Domo demonſtrat : quo tempore , Cicerune defendente , damnatum eſſe, ex oratione pro Cœlio , & ex Dione cognoſcitur. Damnatum autem de majeſtate , accuſante Cœlio , & Dio & proxime nominata oratio videtur ſignificare : de repetundis etiam oſtendit locus ille in epiſt. 10. lib. I. ad Attic. *Antonium in cogendis pecuniis dictitare , partem mihi quæri* . Quod altero confirmatur argumento , quia damnatum accuſante Q. Maximo plane demonſtrat oratio in Vatinium , ut de majeſtate a Cœlio , de repetundis a Maximio accuſatus , ex utroque crimine damnatus ſit : nam & duos quæſitores , Q. Claudium & Cn. Lentulum , apud quos reus factus eſt , in eadem oratione video nominari .

EPISTOLA VI.

PSextio) Quæſtor Antonio fuit & P. conſuli Romæ , & proconſuli in Macedonia ; quod ex oratione pro ipſo patet .

Procos.] Sic omnes antiqui libri , eadem ratione , qua Proconſul Salluſtius in epiſt. 17. lib. II. inſcriptione nominatur .

Frugi) Ad quod genus hominum prudentia ſpectare videtur ; itaque ſubjunxit : *Non ſatis credidi homini prudenti* .

Q. Fufium tribunum pl.] Hic locus epiſtolam Meſſalla & Piſone coss. ſcriptam eſſe ſignificat ; nam hoc anno tribunatum a Fufio geſtum ait Dio lib. XXXVIII. idque confirmat Aſconius , qui , quo tempore Clodius de inceſtu accuſatus eſt , hujus Fufii opera factum erradit , ne a ſenatu alperius decerneretur . De inceſtu autem Clodii actum Piſone & Meſſalla coss. ex epiſt. ad Att. lib. I. in quibus etiam Fufius tribunus plebis nominatur , facile intelligitur . Idem , interfecto Clodio , acerrimus Milonis fuit adverſarius : & a Cicerone no-

tatur in oratione pro Milone, cum ait: *Diviſa ſententia eſt, pſtilante neſcio quo; nihil enim neceſſe eſt, omnium flagitia proferre*. Bienio poſt, ædilitate omiſſa, præturam geſſit Cæſare & Bibulo coss. legemque de ſuffragiis tulit; teſtis Dio. Conſul fuit cum P. Vatinio, anno DCCV. ut faſti docent Capitolini. Socer fuit Panſæ conſulis, qui Mutinenſi prælio, partium reipub. contra M. Antonium defenſor, interfectus eſt. Defendit Antonium in ſenatu, a Cicerone oppugnatum: ut ex Philippicis & epiſtolis ad Brutum conſtat. Caleno cognomen fuit.

Scripſeras] Cupere te, ut tibi ſuccederetur.

De Craſſi] A Craſſo. Notum loquendi genus. Hoc & in ea declamatione, quæ Salluſtii nomine inſcribitur, in Ciceronem confertur his verbis: *Domum ipſam tuam vi & rapinis funeſtam tibi ac tuis comparaſti; videlicet ut nos commoneſacias, quam converſa veſp. ſit, cum in ea domo habitares, homo flagitioſiſſime, quæ P. Craſſi, viri conſularis, fuit.*

XXXV] Tricies quinquies: ut ſubaudiatur, *centenis millibus nummum*: id eſt, centum quinque ſcutatorum millibus; accepit autem mutua a P. Sulla, qui tum reus erat, *H-S. vicies*, id eſt, ſexaginta ſcutatorum millia, ut ait Gellius lib. XII. cap. 12. Hæc domus primum fuerat M. Livii Druſi, ejus qui tribunus plebis initio belli Italici a neſcio quo eſt interfectus; deinde poſſedit eam Craſſus hic a Cicerone nominatus; poſt Craſſum, Cicero; poſt Ciceronem, Cenſorinus; poſt Cenſorinum, Stratilius Sisenna; quod Velleius lib. II. memoriæ tradidit.

Vt cupiam conjurare] Iocatur: quia Catilina eiuſque ſocii, cum æs alienum feneratoribus ſolvere non poſſent, in patriam conjurarunt. Salluſtius.

Excludunt] Conjurationis participes.

Ex obſidione] Maxime enim contra feneratores & locupletes facta conjuratio eſt; quo ſpectat illud in ep. 1. lib. I. ad Fratrem: *Publicani, quod ita negotiantur, ut locupletes ſint, noſtri conſulatus beneficio incolumes ſit fortunas habere arbitrantur*. Et lib. II. Off. *Num quam vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolverentur: armis & caſtris tecta res eſt*.

Exemerit] Oppreſſa enim conjuratione feneratores impendenti periculo liberati.

Omnino ſemiſſibus magna copia eſt] Et Medicæus liber & reliqui habent, *Omni*, non *Omnino*, uno excepto, qui Thomæ Leonici fuit, doctiſſimi hominis, in quo eſt, *Omnino*. *Omni*, pro *cuilibet*, duriuſcule poſitum videtur; nam illud epiſt. 3. lib. VII. ad Att. *His omnia facere omnis, ne armis decernatur*: poteſt eſſe quarto caſu, numero multitudinis: quare *Omnino*, malui, conſenſu tamen antiquorum exemplarium indicato. Deeſſe, inquit, nummi non poſſunt, ſi quis uſuras ſemiſſes velit pendere, id eſt, ſenos annuos pro centenis: hæc autem civilis & moderata fuit uſura: graviſſima vero omnium, quæ legibus concedebatur, ea fuit, cum duodeni annui pro centenis, quæ *centeſima* vocabatur; in quo diſſentire cogor a doctis hominibus, qui affirmant, unciarium fenus leviſſimum fuiſſe: quod, ut arbitror, graviſſimum fuit, idemque cum centeſima: uſurarum enim quædam nomina menſtruam ſolutionem, quædam annuam ſignificant: menſtruam ut centeſima, unciaria, ſemunciaria: annuam, ut ſemis, triens, bes. Nam ſi centeſima vel unciaria, vel ſemunciaria, ſemel in anno ſolverentur: quis tantulo quæſtu pecuniam ſuam collocaſſet? rurſus, ſi bes, vel ſemis, vel etiam triens, uſura menſtrua eſſet: quis tanta rei familiaris jactura, ſenebrem pecuniam accipere voluiſſet? Opinor igitur, unciarium fenus, & centeſimam idem eſſe: ut ratio habeatur menſtruæ ſolutionis, non annuæ: ſemunciarum autem idem cum ſemiſſibus: ut in ſemiſſibus annua ſolutio ſpectetur, in ſemunciario fenore, menſtrua: propterea l. 5. ait Tac. XII. *Tabulis ſanctum eſſe, ne quis unciario fenore amplius exerceret; cum antea ex libidine locupletum agitaretur: deinde rogatione tribunicia uſuram ad ſemunciam redactam*. Nam, ſi duodecim tabulæ annuum fenus unciarium ſignificaſſent; & ſi tribuni pl. poſtea de ſemunciario, item annuo rogationem tuliſſent: graves

ves admodum poſtea ſemiſſes uſuræ vitæ eſſent, quas tamen civiles ac modicas fuiſſe, tum Plinius lib. XIV. cap. 14. tum alii ſatis oſtendunt, graviſſima vero centeſima, quæ tamen legibus concedebatur: ſupra vero non licebat: ideoque cum trientem, ſemis, beſſem, nuncupari videmus, non de menſtrua, ſicut in unciario fenore, ſed de annua dictum uſura exiſtimare debemus; alioqui non fuiſſet graviſſima omnium centeſima.

Ego autem meis rebus geſtis) Mea, inquit, præcipua cauſa eſt: cum ob res a me geſtas, id eſt, ob fenneratores, quibus exitium Catilina moliebatur, *bonum nomen*, id eſt, bonæ fidei debitor exiſtimer. Debitorum nomina in expenſi codicem referebantur; inde factum, ut *Nomen* acciperetur & pro debita pecunia, unde *exigere nomina*, in Verrem; & pro debitore, ut hic, & quod ab Alphio feneratore dici ſolitum refert Columella, *vel optime nomina non appellando fieri mala.*

Antonium) C. Antonium, collegam Ciceronis in conſulatu, qui hoc tempore Macedoniam regebat.

Omnes) Omnes, qui teſtes ſunt meorum in te meritorum. Dixit enim in epiſtola ſuperiore: *Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit, & ſenatus, & populus Romanus teſtis eſt.*

Deſiderant) Sic in proxima ſuperiore: *Si abs te ſumma officia deſiderem, mirum nemini videri debeat.* Et ibidem poſt: *Nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis.* Notatur ingrati animi vitium hoc verbo; quia deſiderantur ea, quæ non habeamus.

In ſenatu] Cum ageretur de Antonio ex provincia ob rapinas revocando, ut ex epiſt. 10. lib. I. ad Att. intelligo: in qua ſcriptum eſt hoc: *Pompeiani prodromi nunciant, aperte Pompeium acturum, Antonio ſuccedi oportere.* Et ibidem paullo poſt, pecuniæ nominantur a C. Antonio injuſte coactæ. Ea porro epiſtola iiſdem, quibus hæc, id eſt, Piſone & Meſſalla coss. ſcripta eſt. Revocatus tamen Antonius hoc anno non eſt, ſed in provincia manſit uſque ad conſulatum Cæſaris & Bibuli; quibus conſulibus damnatus eſt, atque etiam videtur aliquot ejus anni menſes in Macedonia fuiſſe, ſi epitomæ Livianæ verba conſiderentur.

Graviſſime] Ut, *graviter accuſare*, ita *graviter defendere*, dicitur: quæ ſummi ſtudii ſignificatio eſt.

Defendi) Quamquam, nec licere ſibi eum defendere, nec libere jam ad Atticum ſcripſerat, ep. 10. lib I.

Commovi] Ita commovit, ut manſerit poſtea C. Antonius in provincia uſque ad Cæſarem & Bibulum coss.

P. VICTORIUS.

Emi eam ipſam domum millibus nummum XXXV.) Nos antiquam ſcripturam repoſuimus, ſed ſuſpicamur hunc locum non vacare mendo. Nec enim eſt hoc pretium domus illius, quæ invidiam Ciceroni faciebat. In codice, qui eſt in Divi Marci bibliotheca, aliquantum ſpatii inane relictum eſt, ubi vulgares codices *Millibus nummum* habent, ille Mediceus contractius ſpatium habet, & anguſtius. Sed etiam dubitari poteſt, quia *Domum* eſt extrema dictio lineæ, etſi non tam producta ſit linea illa, ut æqualis ſit aliis: an fortaſſe relictum ſit a librario, non quia deſit, ſed, quia numerum integrum locus ille non caperet: quem cum ipſe interrumpere & frangere nollet, citius ad initium alterius lineæ properarit. Cupio hunc locum diligentius animadverti a peritioribus: nos ut in antiquo præcipue illo ſcriptum invenimus, ſic & ipſum locum deſcripſimus, & quæcumque ſuſpiciones ortæ ſunt, ſignificamus. Exiſtimamus enim aliquam notam deeſſe, & eam aut ante, aut ſupra collocatam numerum hunc augendi vim habuiſſe. Nam etiam vulgata lectio non idoneum pretium illius domus ſignificat. Budæus etiam, cujus judicium in his rebus magni apud omnes eſſe debet (is enim hæc acute, & perdiligenter tractavit) numerum hunc inquinatum eſſe cenſet, legique debere arbitratur: *Tricies quinquies ſeſtertium.* Ejus opinionem confirmant noſtri vetuſtiores codices, qui duabus illis dictionibus vacant, in quibus maxime vitium eſſe putat, ut aliqua fortaſſe (ut diximus) nota deſideretur, quæ his numeris adpoſita pecuniam eam redderet: aut per hos numeros (quod vix veriſimile eſt) ſumma illa ingens pecuniæ ſignificetur. Ipſe quid ſentiat

de hoc loco, lib. III. de Aſſe & partibus ejus, expoſuit.

EPISTOLA VII.

CN. F.] Cn. Pompeii Strabonis, qui de Aſculanis & Picentibus conſul triumphavit, anno DCXXIV.

Magno] Hoc ei cognomen dedit Sullæ ſalutatio; cum adhuc eques Romanus, adoleſceos annos natus XXIV. Siciliam, ejecto Perperna, cæſo Carbone conſule, Marianarum partium ducibus, recuperaſſet, Africam vero XL. diebus, interfecto Cn. Domitio, Hiarba Numidiæ rege capto, ſubegiſſet. Epitome, Velleius, Plinius, Plutarchus, alii.

Atiſti] Ea caſtris, confecto bello Mithridatico: ex quo triumphavit anno ſequenti, pridie Kal. Oct. die natalis ſui, ut ſcripſit Plinius lib. XXXVII.

Spem otii] Ab æternis bellis; unus enim, reliquis devictis aut pacatis, formidandus hoſtis Mithridates videbatur: cum quo per annos triginta continenter bellum geſſit populus Romanus.

Pollicebar] Id maxime pollicitus eſt in oratione pro lege Manilia.

Veteres hoſtes] M. Craſſum, & L. Lucullum puto ſignificari; quibus potentia & gloria Pompeii moleſta ſemper fuit.

Novos amicos] Pompeio quidem ita reconciliatos, ut apertas non gererent inimicitias, ejus tamen ſecunda fortuna valde mœrentes.

Perculſos] Perculſi deturbantur, & deturbati jacent; ideo dixit: *Perculſos autem res magnas ſpe deturbatos, jacere*. Sic ep. 4. lib. IV. *Perculſa & proſtrata fadiſſime bello jacent omnia*.

Ex magna ſpe deturbatos] Non dubito, quin hoc loquendi genus, ut alia multa, a Græcis fontibus deduxerit; dixit enim Plato in Euthyphrone: Ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλων μεγαλης απειρχη. *Ex magna ſpe me poſtquam deturbaſti, diſcedis*.

Meorum officiorum] Quorum te non ſatis eſſe memorem, litteræ tuæ ſignificant. Officia vero Ciceronis in Pompeium erant multa: cum ejus dignitatis ab adoleſcentia fautor, in prætura autem & in conſulatu adjutor etiam exſtitiſſet: quod ſcripſit ad Lentulum ep. 9. lib. I. Prætor enim ſuaſit Maniliam rogationem, ut ei bellum Mithridaticum demandaretur: conſul ad ſenatum retulit, quia maritimis terreſtribuſque bellis virtute ſua Pompeius finem attuliſſet, ut ei duplicaretur ſupplicatio conſularis, id eſt, dierum decem, decerneretur: quod antea nemini conceſſum erat: in oratione de Provinciis.

Non mutuo reſpondetur] Et hic mordet Pompeium, qui ſuis officiis non mutuo reſpondere videatur.

Facillime patior] Hoc loquendi genere neque lætitia, neque moleſtia ſignificatur: perinde ac ſi dicas, non laboro: probatur exemplis: epiſt. 9. lib. I. *Facile patior, ea me de republ. frustra ſentire ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere*; pro non invitus ea ſentio ac dico. Et epiſt. 11. lib. VI. *Veſtorius ad me ſcripſit, ſe mihi gratias agere; hanc prædicatio tua mihi grata eſt: eaque te uti facile patior*. Et ad Att. ep. 43. lib. XII. *Hirtium aliquid ad te συμμαθως de me ſcripſiſſe, facile patior*.

Mea ſumma erga te ſtudia] Quæ non tanti Pompeius æſtimare videbatur, ut eum diligeret: idque ſignificaverat gratulatione prætermiſſa.

Res eas geſſi] Quarum cauſa ſenatus ei togato ſupplicationem decrevit; Q. Catulus parentem patriæ nominavit; L. Gellius civicam coronam deberi a rep. dixit: epiſt. 4. lib. XV. & in Piſonem, Gellius lib. V. cap. 6.

Ne cujus animum offenderes] Vt C. Cæſaris, aut M. Craſſi, quos occulte favere conjuratis multi ſuſpicati ſuot. Craſſum etiam, ut conſcium & participem conjurationis in ſenatu a L. Tarquinio nominatum, ſcripſit Salluſtius, confirmaverunt Plutarchus & Dio. Cæſar quidem, ne conjurati vita privarentur, accurata oratione diſſeruit: idem Salluſtius, Plutarchus, Appianus, alii.

Tanto conſilio tantaque animi magnitudine] Quod utrumque requiritur in cuſtode civitatis: & in utroque Ciceronem excelluiſſe, cum illa indicia communis exitii indagavit, patefecit, eatinxit, hiſtoriæ demonſtrant.

Africanus] Minor, qui Carthaginem & Nu-

& Numantiam evertit : hunc enim Cicero ſignificat, cum ſimpliciter eum nominat.

Lælium) Vt duo Africani, ſic Lælii duo memorantur : quorum utrorumque pariter amicitia celebratur : nec in re manifeſta exemplis opus eſt.

EPISTOLA VIII.

Cum conſulibus | Cum Domitio & Appio, forteſſe contendentibus, ut revocaretur Craſſus ; quandoquidem dirarum obnunciatione neglecta, in provinciam iviſſet : quod perniciosum reip. fore videbatur, ſicuti fuit, ipſo cum exercitu a Parthis interfecto.

Interruptum) Ob eam ſimultatem, quam inter eos Catilinæ temporibus exortam, quia Craſſus conjurationis conſcius & particeps putaretur, Plutarchus in Craſſi vita prodidit.

Peſtes hominum | Vt & Craſſum, & ſe ipſum culpa liberaret, artificiis hominum hic, proxime autem varietate temporum factum eſſe dicit, ne, quemadmodum inſtituerant, perpetuo amarent inter ſe. *Peſtes hominum*, pro peſtiferi homines, vitandi tamquam peſtis.

Laude) Laus enim ſita eſt in mutua benevolentia : cum utriuſque dignitas utriuſque augeri poſſit officiis. Confirmatur infra, cum dixit : *Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut amicitiam noſtram utrique noſtrum laudi fperem fore.*

Immutarunt) Minus eſt, quam *alienarunt* : ut, quo nunc erga Craſſum animo ſit, vel hoc probet argumento, quod, eo a ſe alienato, ipſe tamen adduci non potuerit, ut amare prorſus deſineret.

Optatum magis, quam ſperatum | Hoc refertur ad id quod ſequitur, *Florentiſſimis rebus tuis* : quia rebus afflictis, non florentiſſimis, amor vere perſpicitur. Mihi autem, inquit, contigit, quod optabam potius, quam ſperabam, ut optimo rerum tuarum ſtatu, mea tamen & memoria veteris noſtræ neceſſitudinis, & poſt reconciliatam gratiam fides perſpici poſſet. Confirmat hanc ſententiam epiſtola ad Pætum : *Non facile dijudicatur amor verus, & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit : cetera ſunt ſigna communia.* Eodem loquendi genere uſus eſt lib. II. ad Q. Fratr. *Id erat hujuſmodi, ut magis optandum, quam ſperandum putarem.* Et lib. I. de Orat. *Ineſpectanti mihi & Cottæ, ſed vnde optanti utrique noſtrum cecidit, ut in iſtum ſermonem, Ceſſe, delaberemini.* Et Balbus lib. VIII. ad Att. *Vt addnci ad ullam conditionem Pompeius poſſit, magis opto, quam ſpero.*

Fides) Quæ maxime requiritur in iis, qui poſt ſimultatem amicitia juncti ſunt : ad App. ep. 8. lib. III. *Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe ; non noſtram in perfidiam conſeguit, ſed indicat ſuam.* Et ad eumdem, epiſt. 10. *Si eſſem ea perfidia, qua ſunt ii, qui in nos hæc conferunt.*

Vxor tua) Tertullæ nomen fuiſſe, & a Cæſare ſtupratam, Suetonius auctor eſt.

Tui Ceſſi | Filii Marcus & Publius, quos hoc tempore conſtat fuiſſe Romæ : quamquam Publius paullo poſt patrem ſubſecutus eſt, cum quo periit in Parthis. Marcum autem & ante hoc tempus, & poſt in Gallia, Cæſaris quæſtorem fuiſſe, patet ex lib. I. II. III. V. VI. quos ipſe Cæſar de rebus a ſe in Gallia geſtis compoſuit.

Nituntne) Plus eſt, quam *ſtantur* ; eſt enim *Niti*, fulciri, ſuſtentari, quaſi roboris in eo, qui nititur, pro rerum gravitate parum ſit.

Non me repentino) Ne videatur ſimulata & ad artem compoſita benevolentiæ ſignificatio, quia tam prolixe, cum paullo ante ſimultas inter eos fuiſſet, officia ſua polliceatur ac deferat ; non eſt hæc, inquit, augendæ tuæ dignitatis repentina voluntas, ſed quædam priſtini ſtudii renovatio, a prima adoleſcentia ſuſcepti.

Vt primum forum attigerim) Toga virili ſumta, abſoluto anno ætatis 26. Vel ad eos qui jus civile profitebantur, vel in forum, ut oratores audirent, adoleſcentes ire ſoliti ſunt. Cicero ſtatim ad Scævolam Iuriſconſultum acceſſit, deductus a patre, ut ipſe ſcribit in Lælio : primam vero privatam cauſam pro P. Quintio egit annos natus XXVI. publicam XXVII.

pro

pro Sex. Roſcio Amerino: quod utrumque Gellius animadvertit.

Obſervantiam) Vel ætatis, vel honorum gratia. Sex enim annis natu major, quam Cicero, erat Craſſus, totidemque prior conſulatum geſſit, jure igitur plus Craſſo tribuit, quam ſibi, ut infra quoque: *Te enim tu vir es, & eum me eſſe cupio.*

Non tam re) Injuriarum memoria eoire animos & conjungi amore mutuo vix patitur: ideo præteritæ offenſæ ſuſpicione utrumque liberat.

Violata) Sic ad Att. epiſt. 15. lib I. *Illa, quæ violata, expiabuntur. Violari* enim dicitur, quaſi ſacroſancta amicitia ſit.

Inania) Indigna quæ cogitemus: levia, minimi ponderis.

Eum me eſſe cupio) Laudis cupiditatem profiteri, arrogantiæ nnn eſt: & modeſtia benevolentiam conciliat.

Statues ipſe) Nihil petit; quid tamen expetat eo, quod ſequitur, oſtendit; eſt enim hæc epiſtola ut omnium officioſiſſima, ſic eadem omnium prudentiſſime ac modeſtiſſime conſcripta.

Quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet) Quod tibi vel honori vel gloriæ poſſit eſſe. Non omnino idem, ſed ſimile in epiſt. 1. lib. X. *Omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad tuam amplitudinem conferemus.*

Publio) Quo intercedente, Cicero & Craſſus reconciliati ſunt: amabat is Ciceronem unice propter eloquentiam: epiſt. 8. lib. II. ad Fratrem: *Totum negotium Craſſo permiſi, neque in ejus poteſtate diſi fore: interfuit huic ſermoni P. Craſſus, adoleſcens noſtri, ut ſcis, ſtudioſiſſimus.* Et in Bruto: *Quæ quidem etiam cum P. Craſſo M. F. cum initio ætatis ad amicitiam ſe mecum contuliſſet, ſæpe egiſſe me arbitror; cum eum vehementer hortarer, ut eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret, quam majores ejus ei tritam reliquiſſent; erat enim cum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus: ineratque & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia: præterea que ſine arrogantia gravis eſſe videbatur, & ſine ſegnitia verecundus.* Interfectus eſt a Parthis, ut Plutarchus, Appianus, Dio multis verbis exponunt.

Conſtantiæ) Ne famam inconſtantiæ ſubeam: epiſt. 5.

Alea ſponte) Similiter ep. 8. lib. VI.

Quoad ejus fieri poſſit) Quam maxime poſſit, quantum licear.

Deſiderium) Quo tenentur amici tui, hoſpites, clientes, qui, te præſente, opera, conſilio, auctoritate, & gratia tua nitebantur.

Meo labore) Quem eorum cauſa, non modo tua, ſuſcipiam.

Minuatur) Tolli enim prorſus non poteſt, propterea dixit, *Quoad ejus fieri poſſit.*

EPISTOLA IX.

VATinius) *Struma* dictus, quia tumidam ſtruma cervicem haberet: ex quo eum, ut in Plutarcho legimus, *inflatum oratorem* Cicero per jocum appellavit. Eodemque ſpectat illud in oratione contra eum habita in ſenatu: *Repente enim te, tamquam ſerpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti.* Et in ea pro Sextio: *Si medentur reip. qui exſecant peſtem aliquam, tamquam ſtrumam civitatis.* Et ad Att. epiſt. 9. lib. II. *Vatinii ſtrumam ſacerdotii diſcuſſo veſtiant. Vatinios* autem, *Vatios, Varos* a cruribus dictos ait Plinius lib. XI. cap 45.

Imper.) Ab exercitu, nondum a ſenatu appellatus: cum nondum decretæ eſſent ſupplicationes.

Cliene) Defenderat eum, rogatu Cæſaris, Cicero, a Calvo de ambitu accuſatum: quo judicio abſolutus eſt: defendit & alio crimine judicio publico, ut Valerius Max. lib. IV. cap. 2. ſcriptum reliquit.

In honore) In ſupplicationibus a ſenatu impetrandis.

Adoptem) Eligam patronum: vel, *Adoptem*, exoptem: ut Ciceronis filius epiſt. 24. lib. XVI. *Adoptatiſſimus adventus*, dixit, pro *exoptatiſſimus*.

Fato) Fatum ait Alexander cauſam eſſe, & cauſam agentem: cauſarum enim quatuor genera eſſe; quæ agit, ut ſtatuarius; quæ materia eſt, ut æs, aut lapis, ex quo fit ſtatua; quæ forma, quam ſtatuarius ex ea materia facere cogitavit, quæ finis, ut cum artifex non id ſolum ſpectat, ut ſta-

ut ſtatuam faciat, ſed, ut ſtatua facta, vel pecuniam, vel honorem conſequatur. Porro, non ejuſdem generis agentes cauſæ ſunt; quædam enim aguntur alicujus rei gratia; quædam vero nihil eo, qui agit, cogitante: quæ aguntur aliqua cauſa, vel a natura, vel a ratione aguntur: quæ ratione aguntur, & agi poſſunt, & non agi; agendi enim facultas in nobis eſt; itaque ejuſmodi rerum cauſa fatum non eſt, verum electio noſtra: eſt igitur fatum in iis, quæ natura fiunt, nec inter fatum & naturam, præter nomen, quidquam intereſt; æque enim & natura, & fato, equus ex equo, homo ex homine generatur. Nam, ut naturalis rerum omnium generationis cauſæ primæ divina ſunt, certo ordine & perpetuo motu circumducta; ita fati non aliæ cauſæ ſunt, quam quæ a divinis pendent. Nec tamen fatum eſt cauſa, propter quam ſemper aut hoc, aut illud neceſſario fiat, ſed plerumque: ut in iis quoque, quæ natura fiunt, locum habent ea, quæ interdum præter naturam fiunt. Atque hanc eſſe Peripateticorum de fato opinionem, ex Alexandro cognoſcitur. Alii vero fato omnia fieri voluere, quos refellit idem Alexander: cum ab iis fortunam, & caſum, & omnes humanæ vitæ actiones, & conſultationem auferri dicat. Vide ep. 12. lib. IV.

Liberalitatem) *Liberalis* eſt non modo qui pecuniam largitur, ſed etiam qui quocumque officii genere ſubvenit, aut commodat: ep. 9. lib. I. in extremo, & ep. 9. lib. V.

Ad ſenatum) Ut ſupplicationes ei decernerentur.

De rebus geſtis) In Dalmatia: ut in epiſtola, quæ ſequitur.

Tuus ſævus) Dionyſius: in epiſtola ſequenti, & lib. XIII. ep. 77. ad Sulpicium.

Cum Vardæis) Dalmatiæ populis; a quibus olim vaſtatam Italiam, auctor eſt Plinius lib. III. cap. 22. Antea *Vardacis*, nos olim, *Vaedæis*, reſtituimus.

In Dalmatiam) In quam eum aufugiſſe jam audierat: dixit enim, *Dicitur mihi cum Vardæis eſſe*. Dalmatiæ nomen ab urbe Dalmio deductum, ſignificat Strabo lib. VII.

Ad V. id. Quint.) Scripta igitur eſt epiſtola ante reditum Cæſaris ex Hiſpania, in qua Pompeii liberos jam devicerat; nam Velleius eum Romam Octobri menſe revertiſſe, auctor eſt.

Narona) Et fluvius, & caſtellum fuit. Plinius, Ptolemæus.

EPISTOLA X.

Omnia mihi dues) Cum neque ſervum invenire, neque de Catilio, quod petis, facile poſſim concedere.

Impetras) Iam igitur ei per litteras Cicero de Dionyſio ſervo mandaverat; nam in ſuperiore epiſtola nihil ſibi mandatum Vatinius dixit.

De Catilio) Pirata.

Apage te) Hac voce rejicimus a nobis eos, qui moleſti ſunt: utuntur ea frequenter comici.

Matres familiæ) Feminas honoratas. Hoc nomen pluribus modis accipitur: primum quæ peperit ex marito patre familias: deinde, quæ tantummodo maritum patrem familias habet, licet non pepererit: tertio, quæ convenerit in manum, id eſt, per coemtionem nupſerit; quæ ſola in heredis locum veniebat: quarto, quæ maritum amiſerit, viduaque honeſte vivat. Primum probatur ex Feſto, cum ait: *Nec vidua hoc nomine, quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt*. Quod negat Vlpianus. Secundum ex Cicerone in Topicis. *Genus* (inquit) *eſt uxor: ejus duæ formæ, una matrum familias, earum, quæ in manum convenerunt; altera earum, quæ tantummodo uxores habentur*. Quod Gellius auctoritate veterum videtur confutare, ſolam affirmans appellatam eſſe matrem familias, quæ in mariti manu mancipioque eſſet. Tertium hæc ipſa ex Topicis proxime recitata verba demonſtrant. Accedit Quinctilianus: *Si quis* (inquit lib. V.) *cum legatum ſit ei, quæ viro mater familias eſſet, neget deberi ei, quæ in manum non convenerit*. Et Gellius lib. XVIII. cap. 6. *Matrem familias ab idoneis vocum antiquarum explanatoribus eam ſolam appellatam dicit, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque eſſet: quoniam non*

nea in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui heredis locum veniſſet. Eodem ſpectat illud Servii in lib. VII. Æn. *Per coemtionem facto matrimonio, ſibi invicem ſuccedebant: teſtari tamen arbitratu ſuo poterant; nam a tutoris poteſtate liberabatur, quæ mater familias fiebat.* Quartum & ultimum de vidua matre familias, oſtendit Vlpianus l. pronunciatum, 47. D. de Verb. Sign. *Matrem familias accipere debemus eam, quæ non inhoneſte vixit; matrem enim familias a ceteris feminis mores diſcernunt, atque ſeparant: proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua, ingenua, an libertina.* Et Cicero in Oratione pro Cœlio *matrem familias* Clodiam viduam vocat. De his, opinor, locutum Vatinium, neque cogitaſſe, an maritum haberent, vel peperiſſent, aut per coemtionem nupſiſſent, aut viduæ ingenuæve eſſent; ſed tantummodo rationem habuiſſe honeſtatis earum & auctoritatis. Sic oratione in Antonium: *Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matres familias verſabantur.* Et III. in eumdem: *Matres familias, virgines, pueri ingenui abripiuntur.* In Verrem quoque: *Misto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas.* Nam, quod ait Gellius appellatam eſſe *matrem familias* eam ſolam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque eſſet, verius fortaſſe, quam *Eam ſolam*, dixiſſet, *Eam proprie*: ut ei cum Cicerone conveniret, qui duo genera matrum familiarum conſtituit in Topicis. Niſi ſi juris hereditarii Gellium, vel eos potius, quos Gellius ſecutus eſt, rationem habuiſſe dicamus: quod ea ſola, quæ in manum conveniſſet, marito mortuo heres eſſet: quæ vero aliter nupſiſſent, jure hereditatis excluderentur. *Matres familias*, & *matres familiæ* dicebant veteres; *familias* autem generandi caſu; quia nomina, ut Plinius dubii ſermonis lib. VI. admonuit, in *a* finita ſingulari nominativo, *as* ſyllaba declinabant, ut *Maja Majas*. Ideo Salluſtius, amator priſcæ linguæ, dixit hiſt. lib. IV. *Caſtella cuſtodiis theſaurorum ita deditionem acciperentur.* Quod ne celebraretur, Siſenna effecit; ait enim, eum, qui diceret *patres familiæ*, etiam pluraliter dicere debere, *patres familiarum*, & *matres familiarum*; quod quoniam erat durum, & longe jucundius, *patrum familias*, ſonabat, etiam *patri familias* ut diceretur, conſuetudo probavit: & tamen ratio Siſennæ non eſt valida; nec enim neceſſe eſt, pluralem numerum rei unitati adhibere; & Varro de ſcenicis originibus primo & tertio libro dixit: *matres familiæ*: & Gracchus, *patres familiæ*, non *familiarum*.

Simius) Deductum a ſimia, per contemtum: epiſt. 2. lib. VII *Hic ſimiolus, animi cauſa, mr, in quem invehereturdirigeret.* Horatius in Serm. *neque ſimius iſte. Simia* quoque de homine dicebant: epiſt. 13. lib. VIII. *Illius ſimiæ vultum ſubirr.* Afranius in Temerario: *Quis hic eſt ſimia, qui mr hodie ludificatus eſt.*

Non ſemiſſis) *Semis*, aſſis dimidium fuit: *as* autem, numinus æreus, quadrantes quatuor continens; *homo* igitur *non ſemiſſis*, minimi pretii, nihili æſtimandus. Similiter Perſius Satyra V. *Hic Dama eſt, non treſſis agaſo*; pro, tribus aſſibus non æſtimatus.

Actione) Actione legis: ut actio furti, & ſimilia. Libri veteres, *Actiones*; unus Sigonii, *Actores*; mihi vel *Actione* (ut imprimi volui, una littera *s* abjecta) vel *Actores*, placet; nam *Actiones*, vacare mendo non arbitror.

Si Appii os haberem) Si eſſem ea, qua Appius impudentia. Epiſt. 8. lib. IX. *Noſti os ejus adoleſcentioris Academiæ.* In Verrem: *Noſtis os hominis.* Pro Cluentio: *Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad reas cauſas ſine ulla ſcientia juris audet accedere?* Interdum additur, *durum*, ut apud Terentium in Eun ubi Donatus: *Os durum, os impudens: ut contra mollis feoatis dicuntur, qui ſunt reverentes.* Et quia ferro nihil eſt durius, propterea *ferreum Piſonis os*, ut inſignem quamdam notaret impudentiam, Cicero vocavit in oratione contra ipſum habita. Appius hic, cui ſe ſucceſſiſſe Vatinius dicit, non eſt is, ad quem ſunt epiſtolæ lib. III. qui bello civi-

li

li Pompeium ſecutus jam perierat : ut auctor eſt Valerius libro I. cap. 6.

Tuo diſcipulo) Declamabant nobiles adoleſcentes præſente Cicerone, ut eius præceptis erudirentur. Epiſt. ult. lib. VII. *Caſſius tuus & Dolabella noſter ſtudiis iiſdem tenentur, & meis equiſſimis utuntur auribus*. Et epiſt. 18. lib. IX. ſuos diſcipulos vocat Cæſaris familiares: & in ſexta ejuſdem libri.

Ceſar] Conſul, idemque dictator.

Iuſtiſſimi] Ob numerum cæſorum hoſtium. Sic epiſt. 10. lib. II. *Victoria juſta imperator appellatus ſum*. Et Phil. XIV. *Is demum eſt juſtus ac verus triumphus, qui optime meritis de republ. defertur ac datur*. Et Suetonius in Calig. *Quereus inter cetera, fraudatum ſe juſto triumpho*.

Triumphi] Qui ſupplicationem fere ſequebatur: epiſt. 15. lib. II.

Ipſi] Dalmatix.

Poſt ſupplicationes) Scripta, necdum miſſa ſuperiore epiſtola, certior factus de ſupplicationibus ſibi decretis, in Dalmatiam, ut bellum conficeret, ſtatim profectus eſt, oppida ſex cepit: quo facto, eamdem miſit epiſtolam, quam per dies plures in manibus habuerat, ut aliquid de rebus a ſe poſt ſupplicationes geſtis appingeret.

Vnum hoc) Quod a me proxime relictum eſt.

Meam cauſam) Non jam ut ſupplicationes, quæ decretæ fuerant, ſed ut triumphum, quaſi confecto bello, conſequeretur. Triumphaſſe autem illum triennio poſt, faſti Capitolini oſtendunt.

In omnes partes) Sic ad Marcellum, *Valere in omnes partes*, epiſtola 10. lib. IV.

EPISTOLA XI.

CRatus tibi eſſe officia mea, non mirror) Ep. 20. lib. X. *Studia mea erga te, tibi tam grata eſſe minime miror, vehementerque lætor*.

Sura] Cognomen videtur aut liberti, aut etiam civis ingenui; nam & Lentulus illo *Sura* vocatus eſt, qui prætor in conjuratione Catilinæ in carcere necatus eſt, & *Lentuli Curis* mentio fit epiſt. 4. lib. VIII.

Et non laborioſa mihi, & honeſta) Proxime dixit in eadem ſententia: *Quæ mihi aut difficilia, aut parum mea digna videatur*. Similiter ep. 9. lib. V. *Hoc eo pertinet, ut nihil exiſtimes eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum, jucundum ſit futurum*.

Fidem dederis) Redire nolebat, pœnæ metu, Dionyſius ad Ciceronem, a quo ſurreptis multis libris, aufugerat: epiſt. 77. lib. XIII.

Improbus] Vt redire nolit. Ergo non erat Dionyſius in poteſtate Vatinii; quod etiam confirmatur ſuperioribus verbis: *Quamcumque ei fidem dederis, præſtabo*. Allici enim eum conditionibus, ut ad ſe rediret, omnino Cicero vnlebat. Conditionibus autem cum ſervo cur ageretur, ſi eſſet in poteſtate Vatinii?

In triumpho) Cum de triumpho, tamquam certa de re, loquatur; apparet, ſcriptam epiſtolam eſſe poſt ſupplicationes decretas. Triumphavit autem Vatinius poſt interitum Cæſaris: oppreſſa rurſus ab Octaviano rep. quod lapides Capitolini docent.

Dii male faciant] Sic ep. 21. lib. XI. *Dii iſti Segulio male faciant*.

Moleſti) Quia nimium acriter reſiſtunt.

Vt ſcribis] Dixi jam, has Vatinii litteras, in quibus etiam uxorem ſuam Ciceroni commendaverat, periiſſe: ut alias quoque aliorum multas, quibus Cicero reſpondet, periiſſe conſtat.

Bellicoſi] Vardæos quidem Italiæ populatores, ut jam dixi, Plinius appellat. *Bellaces* & *Bellicoſi* non iidem ſunt: cum poſſint bellaces eſſe populi, id eſt, bellorum gerendorum ſtudio delectari, nec tamen bellicoſi, id eſt, in bellis excellere: quorum vero fortitudo eminet, ii *bellicoſi* vocantur.

EPISTOLA XII.

AL. Luccio) Fortaſſe is eſt, de quo ſic in oratione pro Cælio: *Habeo L. Luccium, ſanctiſſimum hominem, & ſanctiſſimum teſtem*. Et ſubjungit: *An ille uir, illa humanitate præditus, illis ſtudiis, artibus, atque doctrina, &c.*

Coram me tecum) Petitionis impuden-

dentiam excuſat, ioitio a modeſtia ſumto.

Conantem) Ad res difficiles, quæque ad exitum non perducantur, hoc verbum adjungitur.

Pæne ſubruſticus) Eſt enim, quatenus pudor deceat: nullus improbitatem aut ſtultitiam, nimius agreſte quiddam indicat.

Tuis) Aoimadvertenda numeri ſuaviras ex jambo poſt ſpondeum ſententiam claudeote, ut paullo poſt, *Commendari tuis*..

Vicit opinionem meam) Hoc induxit callide, ad beoevolentiam colligeodam.

Auctoritate) Quod eſſet Lucceius in reipubl. maximis graviſſimiſque cauſis cognitus, atque io primis probatus: infra.

Vivi] In extrema epiſtola: *Vt noſmet ipſi vivi gloriola noſtra perfruamur*.

Italici) Marſici, vel ſocialis. Tribus enim modis appellatur illud bellum, quod cum ſociis Italicis, indignantibus civitate ſe, lege Licinia & Mucia eſſe extruſos, varia diu fortuoa & periculoſo eventu geſtum eſt; quamquam Cicero lib. II. de Off. metu judiciorum excitatum oſtendit: ſed fortaſſe utrumque fuit; primi quidem Marſi, unde Marſici belli nomen fluxit, Iulio & Rutilio coſſ. arma ſumſerunt; ſolus, confecto bello triumphavit de Aſculanis & Picentibus conſul Cn. Pompeius Strabo, Magni pater.

Civilis) Quo reſp. victis Marii partibus ad unius arbitrium L. Sullæ translata eſt.

Calliſthenes] Olynthi natus, Ariſtotelis diſcipulus, comes Alexandri Magni bello Perſico, cujus etiam res geſtas litteris mandavit: interfectus ab eo, vel quia, more Perſico, divino cultu venerandum non cenſuerit, vel quod io eum cum aliis coojuraſſe putaretur.

Timæus] Duo Timæi memorantur, hic quidem Siculus hiſtoricus, quem valde Cicero laudat lib. II. de Orat. Plutarchus in Nicia reprehendit; alter Philoſophus Pythagoreus, Locris natus, cujus nomine Plato librum de Natura ſcripſit.

Pyrrhi) Epirotarum regis, qui cum Romanis in Italia bellum geſſit. Plutarchus, Trogus lib. XVII. Ejus bella Timæus propria complexus eſt hiſtoria. *Τιμαιος*, inquit Dionyſius lib. I. Antiquit. *τον Σικελιωτην τα μεν αρχαια των Ἑλληνων εν ταις κοιναις Ἑλληνικαις αφηγησαμενος, τους δε προς Πυρρον τον Ηπειρωτην πολεμους εις ιδιαν κατακεχωρισκοτος πραγματειαν*. *Timæus quidem Siculus antiquas narrationes in communibus narrat Hiſtoriis; bella autem adverſus Pyrrhum Epirotam in peculiare opus conjecit*.

Polybius] Præceptor & comes Aſricani miooris, cujus hiſtoriæ pars aliqua ad noſtram ætatem pervenit.

Numantinum] Numantiam Scipio Æmilianus, annis 14. poſt Carthaginem, excidit. Velleius, Appianus, alii.

Conjurationem) Factam ipſo conſule a duobus maxime patriciis, L. Sergio Catilina prætorio, P. Cornelio Lentulo conſulari, & prætore iterum.

Cauſam totam) Quidquid ad eam conjurationem pertinet, & cum ea conjunctum eſt.

Vno in argumento) Scire non ioutile eſt, quid in problemate ſcripſerit Ariſtoteles, cujus initium eſt, *δια τι ποτε των Ἑλληνων ἡδιον ακουομεν την περι εν συνεχοιων, ἡ των περι πολλα πραγματευομενων; Quamobrem libentius eas hiſtorias audimus, quæ rem unam exponunt, quam quæ plures?*

Vna in perſona) In ipſo tantum Cicerone, conjurationis viodice.

Vberiora atque ornatiora] Quod ad ſcriptoris quoque laudem pertinet; commendat enim hiſtoriam vehementer copia rerum & verborum ornatus.

Semel) In eo, quod tibi occupatiſſimo tantum oueris imponam.

Bene) Valde: ut, *Bene mane*, *Bene doctus*.

Naviter] Strenue: in eo ſcilicet, quia poſtulet, ut ornetur.

Leges hiſtoriæ) Tres hiſtoriæ leges Cicero ipſe commemorat lib. II. de Orat. primam, ne quid falſi dicere audeamus; alteram, ne quid veri non audeamus; tertiam, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit, ne qua ſimultatis: ex his legibus tertia hic ſignificatur, ut ſequentia declaraot.

Quo-

Quodam in proœmio] Varie proœmiis veteres hiſtorici uſi ſunt, teſte Luciano in libro de Hiſtoria conſcribenda: apud Latinos quidem Livius & paucis & brevibus, Salluſtius pluribus & longioribus. Apud Græcos autem ut l. XVI. auctor eſt Diodorus Siculus, Ephorus ſingulis libris ſingula proœmia propoſuit.

Affici] Commoveri: afficit autem gratia, cum nos ad eam, quam ratio non probat, voluntatem perducit; quamquam interdum bona de re uſurpatur hoc verbum, & abſolute, nullo caſu; ut epiſt. 6. lib. XVI. *Varir ſum affectus tuis litteris, valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus.* Legunt alii, *Electi*; alii, *Allici*. Suum cuique arbitrium relinquo: ego non video, cur quatuordecim veterum librorum, in quibus eſt, *Allici*, conſenſum adſpernari debeam: cum præſertim nec in ſententia, nec in loquendi genere vitii quidquam eſſe videatur.

Herculem Xenophontium] De quo ſcribit Xenophon lib. II. Memorabilium, & Cicero lib. I. de Off. his verbis: *Herculem Prodicus dicit, ut eſt apud Xenophontem, cum primum puberſceret, quod tempus a natura ad diligendum, quam quiſque viam vivendi ſit ingreſſurus, datum eſt, exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum multumque dubitaſſe, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius eſſet.* Idem de Prodico Suidas.

A principio conjurationis uſque ad reditum] A conſulatu Ciceronis, quo patefacta conjuratio eſt, & conſulatu Lentuli & Nepotis, quo rediit ab exſilio: quod integri quinquennii ſpatium fuit.

Scientia] Quam tenes, & quam tua cum laude oſtendes vel in explicandis cauſis rerum novarum, vel in remediis incommodorum.

Cauſis rerum novarum] Sumtibus nimiis, imperii immoderati ac licentiæ cupiditate: quæ Salluſtius perſequitur.

Remediis] Quæ civilibus malis adhiberi poſſunt, quæque Cicero ipſe conſul adhibuit.

Perfidiam] Sæpe fidem hominum accuſat in epiſt. ad Attic. ad Q. Fratrem, ad Lentulum: nominatim vero ſe deſtitutum & inductum queritur a Pompeio, qui ſe numquam ei defuturum juraverat, & ab Hortenſio, Catone, Arrio.

Caſus noſtri] Calamitates, quas ob patriam e conjuratorum inſidiis ereptam pertulit.

Varietatem] Quia varia fortuna ſum uſus: cum a ſumma dignitate ad ultimas miſerias inimicorum me detruſerit injuria: rurſuſque in patriam eximio cum honore, expetitus ab omnibus, redierim.

Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem] Quod in proverbium abiit: unde lib. II. de Fin. contra Epicureos: *Quid ſi etiam*, inquit, *jucunda memoria eſt præteritorum malorum? Vt proverbia nonnulla veriora ſint, quam veſtra dogmata.* Vulgo enim dicitur, *jucunde acti labores*: unde Vergilius:

——— *Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.*

Nec male Euripides:

Suavis eſt laborum præteritorum memoria.

Græcus autem verſus hic eſt:

Ἀλλ' ἡδύ, σον σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus] Lucretius:

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

Mantineam] Vrbem Arcadiæ, nobilitatam clade Lacedæmoniorum, & victoria Epaminondæ, Thebanorum ducis. Æmilius Probus, Juſtinus l VI. Strabo lib. VIII.

Epaminondas] Quem ſummum ducem exterarum gentium videtur Cicero judicare lib. I. de Oratore, cum ait: *Vtere exemplis Africanorum, & Maximorum: Epaminondam, atque Hannibalem nominarem.* Et lib. III. *Pythagoreus ille Lyſias Thebanum Epaminondam, haud ſcio, an ſummum virum unum omnis Græciæ.*

Non cum quadam miſeratione delectat] Cum ea illius interitu miſeratio, ex animi autem magnitudine conſtantia oriatur. Tuſcul. 1. *Quam me delectat Theramenes, quamque elato animo eſt? etſi enim flemus, cum legimus; tamen*

non

non miſerabiliter vir clarus emoritur.

Clypeum eſſe ſalvum) Aliter Probus in ejus vita, cujus verba recitabo: *Epaminondas* (inquit) *cum animadverteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim amiſſurum, uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt, viciſſe Bœotios: id poſtquam audivit: Satis, inquit, vixi: invictus enim morior*. Cicero lib. II. de *Fin.* & de clypeo, & de victoria percunctatum Epaminondam oſtendit: *Cum viciſſet* (inquit) *Lacedemonios apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari ſe videret, ut primum deſperavit, quæſivit, ſalvus ne eſſet clypeus: cum ſalvum eſſe ſtentes ſui reſpondiſſent, rogavit, eſſent ne fuſi hoſtes: eumque id quoque, ut cupiebat, audiſſet, evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam: ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria eſt mortuus. Clypeum ἀπο του γλυφειν*, quia corpus celet, appellatum Servius ait: Plinius ἀπο του γλυφειν, id eſt a ſculpendo: & irridet Grammaticos, qui deducerent a cluendo. Trebellius Pollio in Claudii vita videtur exiſtimaſſe, ex Grammaticorum ſententia dicendum, *clypeum*, non, *clypeus*: ut ait: *Ille clypeus aureus, vel*; *ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius judicio in Romana curia collocatum eſt*. Verum omnes Poetæ ſemper *clypeus*, nunquam *clypeum*, dixere: quod ſi de ſoluta oratione Grammatici illi loquebantur, ne id quidem concedi poteſt, ut recitata proxime Ciceronis verba declarant.

Themiſtoclis) Hujus vitam Æmilius Probus & Plutarchus exponunt.

Fuga) Fugit ad Artaxerxem, Perſarum regem, veritus iram Athenienſium, quibus in ſuſpicionem venerat initæ cum Perſarum rege contra Græciam ſocietatis.

Reditu) Reditum Themiſtoclis poſt fugam non invenio: forte ſecutus eſt Cicero annales, quos neque Plutarchus, neque Probus viderint, aut quibus habendam fidem non putarint: quando & de interitu ejus aliter alios exiſtimaſſe, in Bruto legimus. Memini, cum homo ingenioſus, induſtriaque excellens, familiaris meus Hieronymus Ferrarius, cui mortuo bene ſit, legendum opinabatur, *Interitu*, pro *Reditu*: quæ conjectura, etſi diſſentit ab antiquis libris, tamen, quia cum ſententia congruit, prætermittenda non fuit.

Ordo ipſe annalium) Quo quaſi filo perpetua texitur hiſtoria.

Mediocriter) Non multum: viri autem excellentis ancipites variique caſus non mediocriter, id eſt multum, retinent: ſeipſum alienis deſignat exemplis.

Retinet) Delectat: *retineri* enim videtur, qui libenter legit. Eodem modo verbum *Capior* ad delectationem transfertur.

Quaſi enumeratione faſtorum) Ut faſti delectant, enumerandis rebus, quæ ſingulis diebus agantur; unde Ovidius *Faſtos* inſcripſit libros ſuos.

Exitu notabili) Ut notabilis fuit ejus in patriam reditus poſt exſilii calamitatem.

Quo mihi accideret optatius) Modus loquendi, pro, *Quam ob cauſam mihi accideret optatius*; tale illud lib. I. de Orat. *Subtilis excuſationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, ſtultus fuiſſe: quo etiam gravius judicium in dicendo ſubimus*.

Quaſi fabulam) *Fabulam* vocat, non quia fictæ ſint res, ſed quia, tamquam fabula, varios actus habeat.

Et conſiliorum & temporum) Quædam enim actiones conſiliis hominum proprie tribuuntur, quædam temporibus potius, quam conſiliis.

Non vereor, ne videar aucupari) Hoc dicit: Certe me non putas aucupari gratiam tuam aſſentatiuncula quadam, cum ipſe te optime noveris.

Neque autem ego ſum ita demens) Eſſem autem demens, ſi laudati vellem ab eo, qui non ipſe propriam in me laudando ingenii gloriam conſequeretur; laudari enim ab eo velle, qui careat ingenio, dementis eſt; itaque me tibi aſſentari, non eſt cur exiſtimes: neque id tanc tibi in mentem venire arbitror.

Ille) De celeberrimis viris, & apud omnes fama cognitis, hoc pronomen uſurpamus, ut de Ageſilao infra. Alexandro autem quis majorem nominis celebritatem conſecutus? qui paucis annis & Darium ultimum Perſarum

ſarum regem, & Oceano tenus omnia ſuperavit, prolatis ab angulo Thraciæ ad extremum orientem imperii terminis.

Apelle] Pingendi laude omnium clariſſimo.

Lyſippo) Vnde Horatius epiſt. 1. lib. II.

Edicto vetuit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra,
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Addit Plinius lib. XXXVII. cap. 1. eumdem Alexandrum vetuiſſe edicto, in gemma ſe ab alio ſcalpi, quam a Praxitele, ejus artis clariſſimo. Tres vero hos artifices, & edictum Alexandri ſimul nominat lib. VII. cap. 37. Apuleius autem lib. 1. Florid Polyeletum, non Lyſippum ait fuiſſe, qui Alexandrum ære duxit.

Coepeeis ſimulacra) Simulacrum & imago ſunt idem, ab effigie quiddam differunt; idem eſſe, indicat id quod ſequitur infra: *Qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe*; nam ſimulacra jam vocaverat Cicero, pictam ab Apelle, fictam a Lyſippo imaginem Alexandri. Sunt igitur *ſimulacra* & *imagines*, quæ pinguntur, & quæ finguntur: *effigies* autem, contra Vallæ ſententiam, eſt, quæ fingitur, non quæ pingitur: quod ipſum nomen arguit; & Cicero Tuſcul. III. cum dixit, *Eminentem effigiem virtutis*, ad ficta opera ſpectavit; cum vero ſubjunxit, *Adumbratam imaginem gloriæ*, ad picturam: non quod *imago* tantum picturæ ſit, ſed quod, cum vocabulum generale ſit omnium ſimilitudinum, picturam quoque complectitur; *effigies* autem vel ſolida eſt, ut ſignum & ſtatua: vel expreſſa, ut cælatum opus, & quæ in cera, annulo impreſſo, effingitur imago. Latiorem igitur ſignificationem habet *ſimulacrum* aut *imago*, quam *effigies*: nec neceſſe eſt, ut *ſimulacrum* qui dicit aut *imago*, addat *effigies*; cum & *ſimulacrum* & *imago* ſimilitudines omnes comprehendant. Itaque ſtatuam Ennii, quam lib. XXXVIII. Livius nominat, Valerius Maxim. lib. VIII. cap. 15. vocat *effigiem*. Qui vero *effigies* dicit, interdum addit *ſimulacrum* aut *imago*, quaſi explanandi gratia, non quod re vera idem ſint, ut Cicero in Verrem: *Effigies & ſimulacrum alicujus*, & lib. I. de Nat. deor. *Effigies hominis & imago dei*. A parte enim tranſimus ad totum, non a toto ad partem.

Ignotis nota faciebant) *Ignotis*, poſuit, non pro iis qui ignorarentur, ſed qui ignorarent illa ſimulacra; uc id, quod patitur, accipiatur pro eo quod agit: antique; nam & Plautus in Pſeudolo: *Novi, notis peædicas*, pro, iis qui noverunt. Et noſter in oratione pro Cælio: *De dignitate, Cælius notis ac majoribus natu, etiam ſine mea oratione, tacitus facile ipſe reſpondet*. Et in Verr. lib. VI. Livius lib. III. *Notos gratia eorum, tuebum indignitas rei viegini conciliat*. Et Curtius: *Ignoti jumenta agebant*.

Nihilo ſunt tamen obſcuriores clari viri) Hoc tum ad aliorum virtute præſtantium, tum ſuam etiam ad laudem ſcripſit: claritatem, inquit, & ſplendorem a mutis imaginibus virtus non accipit, ſed ingenii monumentis celebrata immortalem famam conſequitur. Hoc Ageſilao contigit, quem Xenophon laudibus extulit; hoc & de me ipſo futurum confido, ſi in tua ſcripta pervenero. *Obſcuriores, clari viri*: nota contraria, ſic epiſt. 5. lib. II. *Obſcuro ſermoni clariſſimam vocem* oppoſuit.

Spartiates] Spartanus: a Græco Σπαρτιάτης, nomina ita deſinentia patriam ſignificant, & *Spartiata*, idem erat: nam utroque modo dicitur: ut *Tegeates*, *Tegeata*; *Eleates*, *Eleata*; *Crotoniates*, *Crotoniata*.

Ageſilaus ille] Eorum qui Spartæ regnarunt, tum aliis virtutibus, tum bellicæ rei ſcientia præſtantiſſimus.

Perhibendus] *Perhiberi* dicitur id, de quo omnes conſentiunt: *Non minus perhibendus eſt Ageſilaus*, valet, non minore hominum conſenſu celebrandus. Tuſcul. 1. *Tyndaridæ ſeatres victoriæ populi Romani nuncii fuiſſe perhibentur*.

Neque pictam neque fictam) Vt Alexandri pinxerat imaginem Apelles, finxerat Lyſippus. Ageſilaus ita ſenſit, non quod eſſet claudus, & brevi corpore, ut apud Æmilium Probum, Athenæum lib. XIV. Dionem Chryſoſtomum in oratione Corinthia-

ea ſcriptum eſt ; ſed quod memoriæ perpetuitatem a virtute potius, quam ab imagine corporis, exſpectandam duceret ; qua de re Xenophontis præclara verba recitabo : Τὸ μὲν σωματος εἰκονα γραφεσθαι ἀπεσχετο πολλων αὐτῳ τουτο διωκοντων. τὴν δὲ ψυχὴν ὡς ποτε ἐσεσθαι μνημεῖα διαπονημενος, ἡγημενος τὸ μὲν κοσμητορων, τὸ δὲ αὐτὸ ἐργον εἶναι, καὶ τὸ μὲν πλουσιων, τὸ δὲ των ἀγαθων. *Corporis quidem imaginem ſibi poni numquam voluit ; cum multi eam ipſi donare ſtuderent. Animi autem monumenta ſtatuere ſummo labore numquam ceſſavit : exiſtimans illud quidem artificum, hoc vero ſui ipſius opus ; & illud ditiorum, hoc proborum virorum.*

Vnus enim Xenophontis libellus] Qui exſtat, de Ageſilai laudibus ita ſcriptus, ut imaginem animi atque ingenii, omni præſtantiorem imagine corporis mirabiliter exprimat. Quem vero *libellum* appellat Cicero, tempori ſerviens, eumdem Themiſtius in oratione, qua Cæſari gratias agit, *longum librum* vocat, & ab eo ſcriptum ait, ut Ageſilao gratiam referret, quod eius opera a Spartanis agro donatus eſſet. Videndus Xenophon lib. V. κεφαλαιωσις ; Pauſanias in Eliacis lib. I.

Imagines omnium ſtatuaſque ſupervit) Cum de ſtatuis etiam *imago* dicatur, ſine cauſa, *ſtatuas* videtur addidiſſe. Verum addidit, quia proxime non de omni, ſed de picta tantum & ficta imagine locutus erat : nec eo genere ſtatuæ omnes comprehenduntur ſunt enim non modo fictæ, id eſt æneæ, ut Alexandri ſtatua a Lyſippo facta, & Sp. Caſſii, quam Plinius lib. XXXIV. cap. 6. nominat : verum etiam marmoreæ, quæ ſcalpuntur. Vt igitur Xenophontis librum omnibus omnium ſimulacris Cicero præferret ; marmorea etiam opera, quæ antea non nominaverat, pictis & fictis adjunxit.

Omnes omnium) Cum lepore : ut epiſt. 32. lib. VII. *Omnia omnium dicta in me conferri*. Et pro Milone : *Omnibus omnia minabatur*. Catullus de Lesbia :

Omnibus una omnes ſurripuit Veneres.

Timoleonti) Corinthio, cujus res geſtas Timæus expoſuit : vitam eius ab Æmilio Probo & Plutarcho ſcriptam habemus. Timæi ſcripta perierunt.

Herodoto) Qui novem libros Muſarum nominibus inſcribit, & in eorum ſeptimo & octavo, quorum alteri Polymniæ, alteri Vraniæ nomen eſt, Themiſtoclis virtutem & prudentiam ſingularem oſtendit. *Parentem hiſtoriæ* lib. I. de Leg. Cicero vocat, quia princeps hiſtoriam ornaverat, ut idem Cicero lib. II. de Orator.

Sigeum) Troïæ promontorium.

Dixit] His verbis : *O ſi tu natus adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris*. In oratione pro Archia, & Plutarchus in vita.

Nævianus) Apud Nævium Poetam.

A laudato viro) Abs te, pater, laudato vito : alloquebatur enim patrem Hector apud Nævium, ut ex epiſt. 6. lib. XV. cognoſcitur.

Quod nonnulli ſæpe reprehendunt] Itaque proverbio reprehenditur : *Te ipſum laudas, tamquam Aſſydamas*.

Multorum exemplo) L. Sulla Commentariorum libros XXII. ut auctor eſt Plutarchus, compoſuit de rebus ſuis. M. Scaurus, ille princeps ſenatus, tres libros de vita ipſius acta perſcripſit, quos memorat Cicero in Bruto, & Tacitus in Agricolæ, ſoceri ſui, vita : eiuſdem Scauri æqualis & inimicus, P. Rutilius vitam ſuam litteris mandavit, forſitan æmulatione permotus. Hos maxime, & alios quoque Cicero ſignificat.

Verecundius ipſi de ſeſe ſcribant) Impedirum ſe ipſum laudare, dixit Cæcina in epiſtula ad Ciceronem.

Præcones ludorum gymnicorum) Præcones in ludis gymnicis erant Poetæ Melici, qualis fuit Pindarus, & alii, qui lyra & cantu certatim Olympionicarum laudes & præclara facta celebrabant ; ex magno autem Poetarum numero, qui ceteris ingenio præſtitiſſe putabatur, is & Olympionicæ coronam imponebat ; cum tamen ejus patriam, non eum, coronari pronunciaret ; & ipſe, tamquam Poetico certamine victor, ab alio Poeta, eum laudante, coronabatur. Plinius lib. XVI. cap. 4. Ludi autem gymnici erant, in quibus nudi exercebantur, apud urbes Græciæ, Elidem, & Poſſa : eadem *Olympica certamina* vocabantur ; nam, quæ Piſæ, *Olympia* poſtea appellata. Nudi autem certabant, ut apud Pollucem ſcri-

ſcriptum eſt, luſta, curſu, pugillatione, diſco, ſaltu. Vide Plutarchum περὶ τῶ ἑαυτοῦ ἀνεπιφθόνως ἐπαινεῖν. Horum ludorum inventorem Arcadem Lycaonem Plinius nominat lib. VII. c. 56.

Ceteris victoribus) Olympionicis, qui non a quovis Poeta, ſed a victore coronabantur. *Ceteris* igitur dixit, quia ipſi quoque Præcones, quos fuiſſe Poetas diximus, victores erant; itaque poſt ludorum miſſionem corona donabantur.

Coronas) Oleaſtri. Plinius lib. XV. cap. 4. & lib. XVI. cap. 44. & Plutarchus in Catone.

Se victores eſſe) Præconum quoque certamen fuiſſe, tum ex hoc admonemur loco, tum ex Pauſania, cujus hæc ſunt verba Eliac. *a.* Σαλπιγκταὶ δὲ ἐφεστήκασιν αὐτῷ, καὶ τοῖς κηρυξὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις κελεύσαι. *Tubicines autem, & præcones ad ipſam* (aram) *ſtantes juſſit de palma certare.*

Alacres animo ſumus) Plus omnino ſignificavit, quam ſi *Cupimus*, aut aliquid ſimile dixiſſet; nam in alacritate index lætitiæ motus ineſt.

Suſcipis cauſam) Sæpe jam dixi, *Cauſam* pro eo, quod agitur uſurpari.

Commentarios) Perpetuam ac diligentem, nullis ingenii luminibus diſtinctam, rerum narrationem. *Commentarii* enim dicuntur, qui materiam hiſtoriæ præbent. In Bruto, de Cæſaris Commentariis: *Nudi ſunt, recti & venuſti omni ornatu orationis tamquam veſte detracta: ſed, dum voluit alios habere parata, unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam; ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere; ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit.*

EPISTOLA XIII.

Benevolentiam) Quæ ipſa per ſe valet ad conſolandum; conjuncta vero pari prudentia, multo plus.

Pari prudentia) Rationibus ad levandum curas accommodatis.

Non aliunde pendere) Quod perfectæ virtutis eſt: ſine qua fortunam quotidie cogimur timere. *Aliunde* igitur *pendet*, qui extrinſecus, id eſt, ab ipſa fortuna exſpectat omnia. Hæc tota ſententia ex Platonis Epitaphio ſumta eſt: Ὀρθῶ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνηρτῆται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἡ ἐγγὺς πᾶν, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις ἀωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πράξεσιν πλανᾶσθαι ἀνάγκαζαι καὶ ἃ ἐκεῖνοι, τοῦτο ἀρίστα πεφυκέναι ζῆν. *Quicumque enim, a quo res omnes pendet, quæ ad beatitudinem conducunt, aut huic accedunt, neque ab aliis hominibus, ut his bene aut male agentibus, & ſuas vivendi rationes mutare cogitur, is quidem optimam vivendi rationem paratum habet.*

Aut bene, aut male) Fortunæ enim arbitrio vel beatam vitam vel miſeram exſpectat, qui virtute caret.

Suſpenſas) Minime firmas: incerta enim ſunt, quæ in fortuna ponuntur. Præclare in hanc ſententiam pronunciavit illa Cicero in Paradoxo 2. *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia: cui autem ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi, nihilque quod exploratum habeat permanſurum fixi ne unum quidem diem.*

Tempeſtatum) Adverſa tempora *Tempeſtates* vocat, translatione utis, ut epiſt. 3. lib. IV. *Multo ante, tamquam ex aliqua ſpecula, proſperit tempeſtatem futuram.* Cum, inquit, ego quoque fortunæ vim contemnerem, præſidii ſatis eſſe ad omnes caſus in una virtute exiſtimaram, ab hac tamen ſententia, temporibus vexatus, prope deciderem: ſed me labantem confirmarunt litteræ tuæ.

Concurſu) Concurrentibus in me calamitatibus, ſuoque impetu inſitam illam opinionem non omnino quidem, ſed aliquantum labefactantibus atque convellentibus.

Convulſa) Metaphoræ concluſio: quam in verbo *Excidiſſet*, inſtitutam, verbis deinde ſimilibus exceptam, & ad exitum ſententiæ conſervatam videmus. *Convellere* autem plus aliquanto ſignificat, quam *labefactare*; nam *labefactare* movere eſt, non amovere & auferre: *convellere* vero, ita movere, ut ſeparatio ſequatur: itaque ſeorſum, quaſi diverſa, ponuntur in oratione pro Cluentio: *Si quem opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſſis, ſi eam ratio convellet, ſi ratio labefactabit.* Et lib. II. de Oratore: *Ne convellere adoriamur ea, quæ non poſſint commoveri.*

Proximis litteris) Binis igitur litte-

ris Ciceronem Lucceius consolatus erat; nam de posterioribus in eo significat. *Cui te opitulari video*: de prioribus, cum ait: *Et id feciſſe etiam proximis litteris, multumque profeciſſe ſentio.*

Sed etiam declarandum) Potest enim obscura esse significatio, cum non omnia signa perspicue demonstrent, declaratio non potest. Pro Milone: *Si unquam locus ampliſſimorum virorum delectis viris datus eſt, ubi ſua ſtudia erga bonos & fortes cives, quæ vultu & verbis ſæpe ſignificaſſent, re & ſententiis declararent.*

Itaque) Quiddam accederet ad sententiam, si legeretur, *Atque*, nec tamen, *Itaque*, rejicio, præsertim ab antiquis libris comprobatum. *Atque hoc etiam* legendum putat Hieronymus Ferrarius, seusu omnino meliore: tamen nihil immutandum duxi, cum libri omnes manu scripti cum impressis consentiant.

Hæc aliquando futura meliora) Hic locus ostendit, Lucceii consolationem adhibitam esse non ad eam tantum sollicitudinem, quam ex obitu filiæ Cicero capiebat; sed ad mœrorem etiam ex reip. pernicie susceptum: idemque confirmatur infra, in eo loco: *Et domeſtica feremus, ut cæteri, & publica paullo etiam fortius ferre, quam tu ipſe, qui præcipis.*

Casus gladiatorii) Gladiatorum similitudine Lucceius probare studuerat, non esse penitus de rep. desperandum: cum sæpe, qui jam victus ab adversario gladiator videtur, is ita convalescat, ut victorem prosternat.

Vetabant) Non quod re vera proficerent, sed eo spectabant, ut ad aliquam spem traducerer: ex quo videbam, te aliqua spe teneri, eum ego prorsus desperem.

Cum aliquid ſperes) Cum ego nihil sperem: &, qui nulla spe tenetur, eum esse fortem quis non miretur?

In affectum) Eo calamitatis & miseriæ redactum.

Fractum debilitatumve) Vt enim integris firmitas, ita fractis debilitas inest. Sic ep. 9. lib. I. *In te potiſſimum fractam illam & debilitatam vim ſuam contulit.* Pro Flacco: *Quæ urbs auctoritate tanta eſt, ut jam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen hujus urbis laude nitatur.* De Orat. lib. I. *Adoleſcentulus ſic in initio accuſationis examinatus ſum, ut hoc ſummum beneficium Q. Mar. debuerim, quod conſilium continuo omiſerit, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.*

Monitis) Tantam quod se esse Lucceii auctoritatem ostendit, ut quamquam de rep. prorsus actum putet, dolorem tamen, eo monente & præcipiente, abjicere decreverit.

Domeſtica) Interitum filiæ.

Spes aliqua) Ob rationes a te collectas, maximeque ob gladiatorios casus.

Vt tu tamen idem) Adductis jam rationibus ad aliquam sublevandæ reipub. spem accommodatis, ad illam postremo consolationem Lucceius confugerat, ut diceret, vel in summa desperatione fortitudinem tamen esse Ciceroni præcipue retinendam: cur enim qui maximas res, adversis patriæ temporibus fortissime gesserit, idem non perpetuo se sui similem, id est, fortem constantemque præbeat?

Conſcientia) Quod est maximum solatium in malis: ep. 3. lib. IV. *Multa me conſolantur, maximeque conſcientia conſiliorum meorum*: & ep. 1. lib. VI.

Te auctore) Consilio tuo.

Geſſimus) Catilinæ tempora significat: tunc enim maxime virtus Ciceronis enituit: & eas sæpe res gloriose commemorat.

Ab animo cujuſquam aut conſilio) In opprimenda conjuratione non animi tantum, sed consilii quoque præstantia opus fuit: ideo conjungit utrumque in ep. 7. cum ait: *Quæ, cum veneris, tanto conſilio, tantaque animi magnitudine geſta eſſe cognoſces.*

Aliquid) Quid amplius potuit? Nimirum haud paullo plus, quam satis est, avidior gloriæ fuit Cicero noster: quod ipse ad Dolabellam scribens, epist. 14. lib. IX. ingenue confessus est: nos autem amemus ingenium, & imitemur, quantum licet, eloquentiam, cujus in illo præstantissimum habemus exemplum: si qua tantis virtutibus adjperſa labes fuit, ut est sæpe ozvus aliquis in pulcherrimo corpore, dissimulemus potius, quam reprehendamus.

Ad ea) Ad illa præclara Philosophiæ studia, quæ maxime post eversam

ſam remp. coluit: quod eius indicant ſcripta, de Officiis, de Finibus, Tuſculanæ diſputationes, & alia.

Secundis rebus ornantur) Quia Philoſophiæ præceptis ita nos gerimus in ſecunda fortuna, ut ab omnibus temperantiæ laudem conſequamur.

Adjuvantur) Tum quia Philoſophiæ tractatio ita delectat, ut a ceteris moleſtiis animum abducat: tum etiam, quia, quod abſit a culpa, non eſſe malum perſuadet, ideoque nec magnopere dolendum. Laudat eadem ſtudia in ep. 3. lib. IV. & epiſt. 12. lib. VI. & ep. 2. 3. lib. IX. & alibi ſæpe.

Iiſdem ſtudiis) Sic malo, ut eſt in duobus antiquis libris, quam, ut in duodecim, *Iiſdemque ſtudiis*; copulam non video neceſſariam eſſe, & additam ſuſpicor e conjectura, quod illud, *Animorum conjunctione*, ad verbum *Fruemur*, referendum videretur, cum a ſe ipſo potius regatur; ut ſit: ideo ſimul eſſe videbimur, quia fruemur iiſdem ſtudiis, animis coojunctis.

EPISTOLA XIV.

QUam a me diſceſſeras) Cur hoc mendoſum ſuſpicati quidam ſint, quibus placuiſſe video, *Quam diſceſſerat*, non equidem intelligo; præſertim cum antiqui omnes libri, quibus quidem ego nunc utor, cum vulgata lectione conſentiant.

Hinc) Ab urbe.

Solitudine) In quam ſe poſt obitum filiæ Cicero contulerat: ad Att. epiſt. 13. lib. XII. *Me hæc ſolitudo minus ſtimulat, quam iſta celebritas: te unum deſidero: ſed litteris non difficilius utor, quam ſi domi eſſem: aedes tamen ille urget & manet, non meherculè indulgente me, ſed tamen non repugnante.* Et ibidem, ep. 14. 15. 16. 18. 21. 22.

Cum ſcribas) Scripſit in ſolitudine librum de Conſolatione ad ſe ipſum: ſcripſit etiam libros quinque de Finibus: quod utrumque ex epiſtolis ad Atticum intelligitur.

Quorum conſueſti) Quorum aliquid agere conſueſti. Græca figura.

Lætymis & triſtitiæ) Hetus & mœror dolentis animi ſigna ſunt: quæ tamen ſæpe ratio minuit, interdum etiam plane tollit: propterea Ciceronem hortatur Lucceius, ut a lacrymis triſtitiaque abſtineat.

Non poſſum te non, ſi concedis) In vulgatis libris: *Nec poſſum*; malui: *Non poſſum*, ut habent omnes antiqui libri, alterum *Non*, quod refertur ad verbum *deſinere*, paullo videtur durius: verum in antiquorum ſcriptis, unde hauritur ubertatem Latinæ linguæ, eaculanda omnia, non omnia tamen imitanda: quamquam hic veterum librorum diſſentio nonnullam menti ſuſpicationem affert: alii enim habent: *Non poſſum te nam ſi concedis*, alii: *Non poſſum te ſi non concedis*, alii: *Non poſſum te nam ſi non concedis.*

Aperta non videbis) Quid enim apertius, quam, nihil proficì querelis?

Duplicari) Augetur enim dolor retractando.

Vel noſtram communem) Vel ita vive, ut vivimus omnes: vel, ſi noſtram conſuetudinem imitari non vis, vive ſaltem, ut ſolebas ipſe; ſequere eam conſuetudinem, quæ tua ſolius ac propria fuit, ut ab iſto angore te liberes.

Tuam ſolius) Sic pro Q. Roſcio: *Tuas ſolius Cherea tabulas flagitamus.* Livius lib. II. *Gratiæ in vulgus leges fuere: quas cum ſolus pertuliſſet, ut ſua unius gratia eſſet; tum demum comitia collegæ ſubrogando habuit.*

Proprium) Si non impetro, ut ad communem, ſaltem, ut ad tuam conſuetudinem redeas, & peto, & impetrare debeo.

Studio) Mouendi doloris tui cupiditate.

Contexere) Nam neque plura ſcribo, ne te obtundam; & plura tamen libenter ſcriberem, ne permaneres in intercepto, id eſt, ne ſuſceptum dolorem diutius ferres. Fortaſſe autem dixit, *cupio te non obtundere*; quod alteris jam litteris antea conſolatus erat.

In altera) In hoc ſtudio meo levandi doloris tui.

In altera) Quod hortor & rogo, ut iſtis te moleſtiis laxes.

Non offendas) *Offendere* quinque modis accipitur. Aut enim eſt *lædere*: quæ notiſſima ſignificatio eſt, propterea ſupersedeo exemplis. Aut *reperire*, ut epiſt. 9. lib. I. *Non offendes eum bonorum ſenſum, mi Lentule, quem reliqui-*

ſti. Et epiſt. 14. lib. IV. *Tam miſero tempore nihil novi conſilii cepiſſem, niſi ei reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quam rempubl. offendiſſem*. Aut *incidere*, ut lib. II. de Invent. *Quod ſi in ceteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſeſe uni alicui certo vellent addiſcere, minus in arrogantiam offenderent*. Aut *peccare*, vel aliquid committere, unde exiſtimationis, honoris, benevolentiæ jactura fiat, ut epiſt. 7. lib. I. *Si ceciderit, ut volumus & optamus, omnes te ſapienter & fortiter; ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupide & temere feciſſe dicturos*. Et epiſt. 18. lib. II. *Si dignum ſe majoribus ſuis præbuerit, ut ſpero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit, ſibi totum, nihil tibi offenderit*. Et epiſt. 4. lib. X ad Attic. *Eumque perturbatum, quod intelligeret, ſe apud ipſam plebem offendiſſe de ærario*. Et pro Cluentio: *Qui bis apud judices offendiſſet*. Aut paſſive ſumitur: quæ minus nota ſignificatio eſt: non enim eſt hic, *offendas*, pro *pecces*, ut credidit homo doctus, exemplis adductus alio ſpectantibus, ſed pro *offenderis*: quod ipſe probat Cicero; nam epiſt. 1. lib. I. ad Q. F. *Si quis eſt*, inquit, *in quo jam offenderis, de quo aliquid ſenſeris; huic nihil crediderit, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris*. In Verrem lib. I. Act. 2. *Hoſpes Ianitor, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi retinere cœpit*. Et Cæſar lib. II. Bel. Civ. *At, credo, ſi Cæſarem probatis, in me offenditis*. Quæ ſi attendantur, profecto patiendi vim potius habere videbuntur, quam agendi.

P. VICTORIVS.

Quam diſceſſerat) Antiqua hic olim a nubis, & elegans lectio reſtituta eſt, quam tamen quibuſdam non probavimus; ſpero tamen illam doctis aliis & ingeniosis viris probatum iri. Lib. VIII. epiſtolarum ad Atticum Cicero eodem pacto locutus eſt; cum enim Pompeii peccata colligeret, & omnis de eo termo eſſet, nomen ipſius numquam potuit: *Aluerat Cæſarem, eumdem repente timere cœperat, conditionem pacis nullam probarat, &c.* Poſſemus & alia exempla adferre: ſed hoc, quod valde accommodatum eſt, contenti erimus, & alios etiam fore arbitramur. Poſtquam autem illius elegantiſſimæ epiſtolæ, & cum magno ardore animi ſcriptæ, mentionem fecimus, oſtendemus in Græcis verbis, quæ in ipſa incluſa ſunt, nihil vitii contineri, nec illa Ariſtophanis eſſe, quemadmodum nonnulli crediderunt, qui valde in hac re falſi ſunt. Quamvis autem hujus rei maturum tempus nondum ſit, ſemper tempeſtivum eſſe puto, ſtudioſos litterarum adjuvare. In optimo noſtro epiſtolarum exemplari ita leguntur, ut a nobis exſcripta ſunt, necnon in commentariis Suidæ: quod mihi non parvum argumentum eſt, illa recte habere. Animadverti poſtea ipſa a Clemente uſurpari in VI. Stromate, & eodem pacto ibi legi, ut in epiſtolis Ciceronis, & in Commentariis Suidæ: nam veteſtos etiam libros Suidæ inſpexi, eoſque nihil ab excuſis diſſentire cognovi: quare his tot, tamque incorruptis teſtibus de ſinceritate illius lectionis credendum puto. Qui ea nuper ad Ariſtophanis lectionem redigere voluerunt, non animadverterunt hanc præclaram ſententiam ab alio Poeta accepiſſe Ariſtophanem, & eam ad ſenſum ſuum exponendum accommodaſſe, quemadmodum crebro facit, & ut nonnullos etiam Latinos Poetas facere notum eſt. Quidquid autem ſenſui ſuo non quadrabat, lepidiſſimus comicus commutavit. Sed in extremo quod planum facit, veterem eam ſententiam fuiſſe, & non ab ipſo tunc primum prolatam; nam quod vetus ipſius auctor dixerat, *καὶ τὸ δίκαιον συμμαχεῖν ἔχει, καὶ τ' μηθ' ἅλω κακὰ πράσσων: juſtumque mecum pugnabit, nec umquam male facere deprehendar*, (id autem percipitur ex commentariis Clementis, & Suidæ, qui plura ejus ſententiæ verba, quam Cicero, adducunt) Ariſtophanes ita confirmavit: *καὶ τ' μηθ' ἅλω πρὸς τὴν πόλιν ὢν οἷόπερ ἐκεῖνος δεινὸς καὶ λακκοκατανύγων. Neque umquam deprehendar erga Rempublicam talis, qualis ille eſt, timidus & effeminatiſſimus*. Poſt ſententiam illam ſuis verbis expoſitam, Clemens eruditiſſimus ſcriptor hæc adjun-

jungit, quæ vim, intellectumque illius nun parum aperiunt: Αὕτη δὲ εὐσεβείας ἐστὶ τὸ σέβειν τὸ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαιον διαφυλάττειν, καθαρὰν τὴν ψυχὴν φυλάττουσα διανοήμασι σεμνοῖς καὶ λόγοις ἁγνοῖς, καὶ τοῖς δικαίοις ἔργοις. *Hæc autem bona conscientiæ & justitatem erga Deum, & justitiam erga homines conservat, mundam custodiens animam honestis cogitationibus, & verbis castis, & justis operibus.* Verba autem ipsa, quæ sunt elegantissima, cum ad eum locum deveniemus, accuratius declarabimus, & omnem vim illorum studiose illústrabimus.

EPISTOLA XV.

Hilarem, jucundus) Dixi jam, nihil esse jucundum, quin idem gratum; nun contra: nam sæpe multa grata, non eadem jucunda; epist. 6. lib. IV. *Cujus officia jucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora.*

In omne tempus) Ad temporis & nomen ipsum, & significationem utimur particula *In*. Epist. 14. lib. II. *In multa sæcula videbimus temp. libertatem.* Et in oratione III in Rullum: *In hunc annum professus sum otii me & concordiæ patronum.*

Ob eam unam causam) Ob interitum filiæ: quo equidem angor, sed non hæc una me torquet cura, verum illa simul, quod nec ab amicis, qui supersunt pauciſſimi, nec ab ipsa rep. quæ ipsa quoque interiit, nec mehercule a litteris, quæ negare persugium videntur, solatium petere possum. Eripuit igitur mihi jucunditatem in omne tempus non tam filiæ mors, quam amissio reip. & amicorum: quæ remedia tanti vulneris esse debebant.

Quam tu suspicaris) Scripserat enim Lucceius: *Sin autem fuit hic dum eras & lacrymis & tristitiæ te tradidisti.*

Jocosissimis & amantissimis verbis) Ita enim scripserat Lucceius, ut & modestiam suam, & eximiam in Ciceronem benevolentiam ostenderet.

Re graviter accusas) In eo loco: *Tu solus aperta non videbis?*

Illius tanti vulneris) Cruciatus ex obitu filiæ summus translatione demonstratur; est enim acerbus vulnerum dolor, eoque magis, quo graviora sunt; ideo satis non putavit, *Vulneris*, sed addidit, *Tanti*: sic ad Sulpicium, ep. 6. lib. IV. *Hoc tam gravi vulnere.*

Habuimus enim fere communes) Propterea scis, quam non multi supersint

Occiderunt) Civili bello Cæsaris & Pompeii, ut duo Lentuli, L. Domitius, M. Bibulus, App. Claudius, L. Scipio, consulares omnes.

Obtruncarunt) Vt M Marcellus, qui Mitylenis in exsilio maluit, quam in patria servitute oppressa vitam ducere: postea tamen, Ciceronis litteris, reditum suadentibus, permotus, cum ad urbem se conferret, in itinere a familiari suo Magio Cilone occisus est; ep. 12. lib. IV.

Vetustas) Vetus notitia; epist. 10. lib. X epist. 16. lib. XI. epist. 32. lib. XIII.

In Tusculano) Quæ villa fuerat antea L. Sullæ dictatoris. Plinius lib. XXIII. cap. 6.

Visitis non requiritur) Possunt cives, licet prope non habitent, crebro tamen, nec ullo incommodo, simul esse, quia forum commune sit, quo omnes quotidie fere coeunt.

Florere) Gratia, auctoritate, gloria; epist. 13. lib. IV. *In qua urbe modo gratia, auctoritate, & gloria floruimus, in ea nunc vix quidem omnibus caremus.*

Oportuerat) Quia senibus rerum pro rep. gestarum optimorumque consiliorum, præmia sunt gratia, auctoritas, gloria.

Vivere etiam puderet) Amissa libertate, sine qua bonis civibus dulce nihil est; epist. 13. lib. IV. *Sæpius mihi veniebat in mentem, queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem.* Et epist. 5. lib. VII. *Ubi non sis, qui fueris, non esse, cur velis vivere.*

Domesticis) Non domesticis ornamentis, sed solatiis: ornamentis autem foreusibus; nam, cum eum reipub. calamitatibus mœrentem consolari filia toleret, domesticum quoque, illius morte, solatium amiserat; ep. 6. lib. IV. *Mihi, amissis ornamentis iis, quæ eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod erep-*

ptum eſt. Et in eadem, paullo poſt: *Non enim ut tum me a republica mœſtum domus excipiebat, quæ levaret; ſic nunc, domo mœrens, ad rempublicam confugere poſſum, ut in ejus bonis adquieſcam.*

Forenſibus ornamentis) Honeſtate, dignitate, honoribus; hæc enim nominat Sulpicius in epiſt. 5. lib. IV. & Cicero reſpondens *Ornamenta ſua* vocat. Poteſt etiam referri ad gratiam, auctoritatem, gloriam: quibus cum antea Cicero floruiſſet, caruit omnino poſt interitum reipublicæ, idque ſcribit epiſt. 13. lib. IX.

Quid enim aliud facere poſſum) Sublata reipublicæ adminiſtrandæ facultate.

Ipſe ille) Quibus utor aſſidue.

A portu) In eas enim ego me, tot malis vexatus, tamquam ex tempeſtate in portum recepi: ſed ejicior & excludor, hoc eſt, ne in iis quidem adquieſco: quandoquidem exprobrare mihi videntur, quod in ea vita maneam, in qua miſeria ſemper eadem futura ſit; oderunt enim turpia: nec ſervitute quidquam turpius.

In qua nihil inſit, niſi peroratio miſerrimi temporis) Quod Plautus dixit in Trin. *Illi producit vitam ad miſeriam.*

His) Quæ cum ita ſint, tu tamen ea me abeſſe urbe miraris; ſubjungitur admiratio narrationi: ut epiſt. 13. l. VII. *Hic tu me etiam infimulas.* In Verrem lib. V. *Hic tu etiam dicere audebis: Eſt in judiciis ille familiaritas meus.* Pro Archia: *Hic tu Heraclienſium tabulas requiris.* Sic epiſt. 9. lib. I. *Hic ego quantum humano conſilio effici potui, circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium.*

Fori, curiæ] Iudiciorum, & ſenatus: nam in foro judicia, in curia ſenatus habebatur; epiſt. 6. lib. IV. *Nihil in foro agere libebat: adſpicere curiam non poteram.*

Medicinam) Perfugium, ſolatium, portus, medicina, remedium vulneris, eodem ſpectant: quibus nominibus Cicero utitur in hac epiſtola.

Doloris obtivionem) Aberrationem quamdam a dolore; ſic enim appellavit epiſt 37. lib. XII. ad Atticum. *Qui me* (inquit) *fractum & debilitatum putant; ſi ſciant, quid litterarum & cujus generis conficiam; credo, ſi modo homines ſint, exiſtiment me, ſive ita levatus ſim, ut animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam, reprehendendum non eſſe; ſive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberaliſſima, deſcque homine dignifſima, laudari etiam optetere.*

Si id egiſſemus) Si id utrique noſtrum curæ fuiſſet, ut una eſſemus.

Propter quotidianos metus) Qui enim quotidie timet, non modo non agit, ſed ne cogitat quidem ea, quæ agenda eſſent.

Omne tempus] Poſt ſuum a Theſſalica pugna reditum in Italiam.

Offenderet) Offenderet quidem, ſed non tam graviter; nam, ſi eſſemus una, neque non ita, ut horis omnibus timeo, male affectum viderem; & minus angerer.

Mœror meus) Tu quoque leviorem, quam nunc, ex mœrore meo moleſtiam prætens ſuſciperes; amor enim majora fingit omnia.

Conſequamur) Non dicit, *curemus*, ſed *conſequamur*; ſuum enim id erat in utriuſque poteſtate: Paullo ante: *Nec mehercule*, inquit, *video quid impediat.*

Aptius) Ne tua me valetudo, te mœror meus offendat.

EPISTOLA XVI.

ETſi *unus*) Non diſſimile principium epiſt. 18.

Tantum cepi doloris) Hoc ipſo jam incipit conſolari; nam doloris communicatio ſolatii nonnihil afferre ſolet: epiſt. 6. lib. IV. *Quantum*, inquit, *præſens me adjuvare potueris, & conſolando, & prope æque dolendo, facile ex eo intelligo.* Sic Sulpicius ep. 5. lib. IV.

Longius) Dolemus uterque, ſed impari dolore, cum tu filium lugeas, ego tuo dolore doleam.

Tamſtius) Non ſtatim igitur eum conſolatus eſt, audito interitu ejus filii.

Pervulgata). Quæ patet omnibus: ſed nos propriam quamdam e ſtatu noſtræ civitatis cunctolarionem capere debemus; qui ejuſmodi eſt, ut beatiſſimi videantur, qui liberos non ſuſce-

ſuſceperunt, minus autem miſeri, qui his temporibus amiſerunt, quam ſi eoſdem bona aut denique aliqua reipubl. perdidiſſent. Conſolatio hæc a communi omnium hominum conditione ſumitur, ut epiſt. 18. & lib. VI. ep. 6. aliera, quæ ſequitur proxima, a temporum ſtatu: quod idem notavimus infra, in ep. 18.

Ea lege natos) Interpretatio antecedentium verborum.

Ut omnibus fortunæ telis propoſita ſit vita noſtra) Quod etiam ſenarius ille Nævii Poetæ docet:

Pati neceſſe eſt multa mortalem mala.

Accidiſſe) Cum adverſi aliquid nobis accidit, eventa aliorum memoria repetamus.

Neque hæc) Conſolationem unam propoſuit; deinde ſubjunxit: *Hæc*, quaſi non unam ſolam propoſuiſſet: verum, quæ conſolationis unius partes ſunt, *conſolationes* appellat. Partes autem hæ ſunt, una: *Homines ut nos eſſe meminerimus*; altera: *Neque eſſe recuſandum*; tertia: *Ne tam graviter*; poſtrema: *Eventiſque aliorum*.

Vſurpatæ) In ſermonibus uſurpatæ, atque etiam ſcriptis conſignatæ; nam *uſurpari* dicitur, quod uſitatum antea, ſermonibus refertur, ut Phil. II. *Quod ſi te in judicium quis adducat, uſurpetque Caſſianum illud, Cui bono fuerit*. Et alibi.

Memoriæque litteris proditæ) Scriptis ab hominum oblivione vindicatæ. Poſuit idem aliis modis, ut, *memoriæ proditæ, litteris proditæ*: verum, *Memoriæ litteris proditæ*, ita dixit, quaſi, memoriæ proditæ litterarum adjumento.

Status ipſe noſtræ civitatis) Quem intuens diligere vitam nemo debet.

Aut denique aliqua) Oſtendit nullam eſſe remp. Quo adducor, ut poſt interitum Pompeii ſcriptam epiſtolam exiſtimem.

Tuum deſiderium) Quia deſideras, quos amiſiſti.

Tuarum rerum cogitatione) Non puto, *Tuarum rerum*, de fortunis dici, ſed de liberis immatura morte ereptis: ut ſit, *Tuarum rerum*, pro, *tuorum incommodorum*: quod indicant & quæ antecedunt, & quæ ſequuntur.

Univerſum) Dixit jam: *ſtatui adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus, ſanare potuiſſet*. Tua, inquit, cauſa ſi doles, quia cares iis quos dilexiſti, prorſus tibi iſtum dolorem evelli poſſe non arbitror: hæret enim quodammodo in ipſa natura, quæ amorem quendam in ea, quæ procreata ſunt, cunctis ingeneravit animantibus.

Quæ magis amoris eſt) Qui enim ſua potius, quam aliorum cauſa angitur, vere non amat: contra, id magis amoris eſt, aliorum miſerias ipſorum cauſa lugere, non noſtra.

Nihil mali eſſe in morte; in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda ſit; ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat, quæ non ſentiatur) Hæc ſe Cicero legiſſe dicit; legerat autem eum aliorum alia, tum illud Xenophontis lib. VIII. Cyri pædiæ de ipſo Cyro moriente: cujus hæc ſunt verba ad filios: Εν τῳ ασφαλει ηδη ειναι, ὡς μηδεν αν τις κακον παθειν, μητε ν μετα τη θειη γενωμαι, μητε ν μηδεν ειμι ω. *In tuto jam ero, nec mihi mali quidquam accidere poterit; ſive adeo cum numine divino fuero, ſive in nihilum redigar*. Eamdem ſententiam, ut auctore Lactantio cognovimus, libro de Legibus incerto expreſſit Cicero his verbis: *Gratulemur nobis, quoniam mors aut meliorem, quam qui eſt in vita, aut certe non deteriorem eſt allatura ſtatum; nam ſine corpore, animo vigente, divina eſt vita; ſenſu carente, nihil profecto eſt mali*. Et in Hortenſio apud Auguſtinum: *Magna ſpes eſt, aut ſi hoc, quod ſentimus & ſapimus, mortale & caducum eſt, jucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occaſum, neque moleſtam extinctionem, & quaſi quietem vitæ fore: aut ſi, ut antiquis Philoſophis, hiſque maximis longeque clariſſimis placuit, æternos animos ac divinos habemus, ſic exiſtimandum, quo magis hi fuerint ſemper in ſuo curſu, id eſt, in ratione & inveſtigandi cupiditate, & quo minus ſe admiſcuerint atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus, hoc illis faciliorem adſcenſum & reditum in cælum fore*.

Si reſideat ſenſus) Quod ſenſere Pherecydes, Pythagoras, Socrates, Plato, alii poſtea. Tuſcul. I. idque ipſe Cicero comprobat in libro de Senectute,

ſtute, ex Catonis Cenſorii perſona. In oratione autem pro Archia dubitare videtur his verbis: *Hæc ſive a meo ſenſu poſt mortem abſtutes ſunt, ſive, ut ſapientiſſimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt; nunc quidem certe cogitatione quadam, ſpeque delector.*

Sin ſit amiſſus] Qua in ſententia maxime fuit Epicurus, cum ita diſputaret: *Mors nihil ad nos; nam quod diſſolutum eſt, ſenſu caret: quod ſenſu caret, nihil ad nos.* Sextus Empiricus l. III. Pyrrh. hypot. cap 24.

Reliquerit] A vita diſcedens.

Deceptus] Tamquam aliquo bono privatus?

Peſtilentiſſimo] Quo, tamquam peſte aliqua, occiderunt.

Ne quid iis quæ amiſiſti, mali putes contigiſſe] Quod putare debes tribus de cauſis; vel ſi reſideat in morte ſenſus; vel ſi cum corporibus animi ſimul intereant; vel quod ea reipub. impendeant, quæ qui reliquerit, nullo modo receptus eſſe videatur.

Cura doloris tui] Cura illa, quia doles tua cauſa.

Non cum illis] Non enim ideo dolebis, quia mali aliquid iis evenerit; ſed ob incommodum tuum.

A puero] Sapientia non cadit in puerum; ſed elucere tamen in illa ætate ſigna quædam futuræ ſapientiæ poſſunt. Eſt igitur laudatio paullo liberalior, ut ad minuendum mœrorem valeat, qualis enim de nobis opinio eſt, tales ut re ipſa nos præſtemus, operam dare ſolemus: itaque poſt laudem ſequitur admonitio; tuendam eſſe gravitatem, & conſtantiæ ſerviendum.

Incommodorum tuorum] Quod amiſeris eos, quos amabas.

Dilexeris] Etſi *Diligere*, minus eſt, quam *Amare*: quod patet ex illo loco epiſt. 14. lib. IX. *Tantum acceſſit ad amorem, ut mihi nunc demum amare videar, antea dilexiſſe.* Et ex altero epiſt. 1. ad M. Brutum: *Cladius valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat*; tamen hic pro *amare* accipitur, paullo enim ante dictum eſt: *Ne quid iis, quos amiſti, mali putes contigiſſe.*

Sejunctus] Cur nihil in morte mali ſit, antea demonſtravit, vel manente ſenſu, vel amiſſo.

Tuenda] Qui tuetur, defendit: & quoniam, qui defendit, conſervare cupit, ideo factum, ut *Tueri* pro *conſervare* capiatur, ut hic.

Conſtantiæ] Conſtantia gravitatem ſequitur, ut inconſtantia levitatem: recte igitur gravitas primum, deinde conſtantia nominata eſt, ut etiam ep. 6. lib. II.

Serviendum] Quid eſt, *ſervire conſtantiæ?* exſequi ea, quæ conſtantia poſtulat, nihil contra committere.

Quod allatum eſt ipſa diuturnitas] Eandem ſententiam Sulpicius in ipſo Cicerone conſolando uſurpavit, ep 5. lib. IV. *Nullus* (inquit) *dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat: hoc te exſpectare tempus, tibi tuque eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occurrere.* Et Cicero ep. 28 lib. VII. & epiſt. 11. ad Attic. lib. XII. Quod autem hic *Diuturnitas*, paullo poſt, & epiſt. 28. lib. VII. dixit, *Dies*: Sulpicius autem, *Longinquitas temporis*.

Præripere] Paullo poſt, *Anteferre* & *Repræſentare*: ad Att. lib. X. *Non præripiam, ſed exſpectabo conſilium.*

Conſilio prudentiaque] Paullo poſt, *ratione*.

Mulier] Vim diuturnitatis exemplo mulierum oſtendit, quas ratio non conſolatur: quod ſi muliebrem luctum dies minuit; multo magis minuet in viris, qui conſilii prudentiaque præſtant: quod igitur futurum eſt, cur non ratio repræſentet?

Repræſentare] Repræſentat is, qui, quod aliquanto poſt factus eſt, ſtatim facit.

Benevolentiſſimi atque amiciſſimi] Etſi *benevolentia* pro amore ſumitur; quia nemo fere cuiquam, niſi quem amet, bene velle beneque cupere videtur: proprie tamen *benevolus* ab amico, & *benevolentia* ab amicitia differt: quod hic locus oſtendit, & ille lib. I. de Finib. *Quos tu paullo ante tum memorare, tum etiam amice & benevole collegiſti.* Et in Oratione pro Oppio, cujus teſtimonio utitur lib. IX. Quinctilianus: *O amicum mirum! o benevolentiam ſingularem!* Ad Appium ep. 9. lib.

lib. III. major amoris vis quam benevolentiæ demonſtratur : *Nihil eſt* (inquit) *quod ſtudio , & benevolentia, vel amore potius effici non poſſit.*

EPISTOLA XVII.

P. SEXTIO P. F.) Vix opinor, ac plane non opinor, hunc eſſe P. Sextium, pro quo exſtat Ciceronis oratio , qui C.Antonii primum conſulis, deinde Macedoniæ proconſulis quæſtor fuit. Cur ita exiſtimem , occurrunt hæc , primum , fuiſſe illum quem Cicero defendit , Lucii filium , non Publii : ut indicat inſcriptio epiſt. 6. lib. V. neque in eo libri veteres a recentioribus vulgatis diſſentiunt, nec dubito , quin Tiro , qui patroni ſui Ciceronis epiſtolas in volumina retulit , utrique Sextio in litterarum inſcriptione prænumen patris , ut interno.cerentur , addiderit , quoniam utrique prænomen & nomen idem eſſet . Altera cauſa eſt , quod ille P. Sextius L. F. Romæ fuit uſque ad initium belli civilis , & inter eos , qui eum imperio eſſent , nominatur : ut patet in epiſt. 16. ad Att. lib VII. & ad eumdem epiſt. 15. lib. VIII. & hic Publii filius aote civile bellum videtur abfuiſſe ; cum enim ait Cicero , nullas ideo ſe litteras ad eum miſiſſe , quia priora tempora in ruinis reip. jacuerint , quis non eo conjiciat , Sextium ante ruinas reipubl. id eſt , ante civile bellum , abfuiſſe? Tertio loco illud pono , Hic Sextius P. F. quo tempore hanc Cicero epiſtolam ſcripſit , exſulabat , judicio damnatus : quod ex iis verbis intelligo : *Poſteriora autem me a ſcribendo tuis injuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt* . Et infra ſemel & iterum illius judicii fit mentio ; hæc autem epiſtola , cum illa verba intueor , *Proxime recenti adventu meo* , ſcripta mihi videtur paullo poſt Alexandrinum bellum , quo tempore Cicero, qui Brunduſii diu jacuerat, conceſſu Cæſaris in urbem rediit . At ille Sextius L. F. quem Cicero ante civile bellum luculenta , quæ exſtat , oratione defendit , non modo non ſtatim poſt Alexandrinum bellum, ſed etiam poſt deviſtos in Hiſpania Pompeii liberos lege Pompeia cauſam dixit : teſtem habeo epiſt. 47. lib. XIII. ad Attic. Appianus quidem Sextium quemdam lege Pompeia de ambitu ante belli civilis tempora damnatum , auctor eſt lib. II. Bell. Civ. Sed is omnino eſſe non potuit , neque hic P.Sextius P F. quem diximus poſt Alexandrinum bellum eſſe damnatum ; neque ille L.F. qui paucis aote Cæſaris oecem menſibus lege Pompeia eſt accuſatus . Aut igitur eſt alius P.Sextius , præter hos duos: aut Appianus errore temporum, quo peccat ſæpe , lapſus eſt , quippe qui in eo ipſo loco damnatos eodem, quo Sextium , tempore abſentes Milonem & Gabinium dixerit : in quo dupliciter peccat , primum , quia neque Milo , neque Gabinius abſentes , verum præſentes damnati ſunt ; deinde , quod Gabinius non Pompeio tertium conſule , ut ille ait , ſed anno ſuperiore , Calvino & Meſſalla Coſſ. damnatus eſt : quod cognoſcitur ex Dionis hiſtoria lib.XXXIX. de Milone autem præſente , ex oratione pro illo habita , & Pediano interprete . Concludamus igitur , aut duos eſſe P.Sextios, aut in hujus epiſtolæ titulo mendum eſſe , & P. SEXTIO , fortaſſe legendum , ut eſt in antiquo Maſſei libro : aut P.SITTIO , cum in alio item antiquo libro *P. Sitii* , legatur , ubi eſt in impreſſis *P. Sextii* , quod alii quoque viderunt : ſed quia hunc eſſe P.Sextium , pro quo exſtat oratio , ſibi jam perſuaſerant , ideo mendoſum eſſe veterem librum exiſtimarunt .

In ruinis reipub. noſtriſque) Cum & reſp. civili bello , & ſimul bonorum civium auctoritas concidiſſet ; priora enim vocat tempora , quæ ſtatim civile bellum eoolecuta ſunt.

Jacuerunt) Id eſt , ego jacui per illa tempora , mœrore ſcilicet afflictus .

Poſteriora) Acceſſit poſtea , ne ſcriberem , altera cauſa , quod abhorrebat animus a ſcribendo, cum incommoda tua cogitarem iojuſtiſſima atque acerbiſſima .

Injuſtiſſimis) Quia damnatus erat injuſte : ideo ſubjungit illa , cum eo tempore invidia annonæ , inimici non ſolum tui , verum etiam amicorum tuorum , iniquitas totius judicii, multaque alia reipubl. vitia plus , quam cauſa

causa ipsa veritasque, valuissent.

Acerbissimis) Quid enim acerbius, quam carere patria, liberis, propinquis, amicis, præsertim eum, qui non suo delicto, sed judicum exsulet injuria.

Incommodis) Exsilio, in quo multa perferuntur incommoda.

Tuam virtutem) Etsi *Virtus* a *Viro* dici putatur, tamen etiam adolescentes a virtute laudantur: itaque infra Sextii filii virtus quater nominatur.

Ego te) Sæpe narrationem orditur ab hoc pronomine, ut ep. 9. lib. I. *Ego me, Lentule, initio rerum atque actionum tuarum*. Et iterum paullo post: *Ego si ab improbis & perditis civibus rempubl. teneri viderem*. Et tertio, aliquanto post: *Ego, cum mihi cum illo magna gratia esset*. Sic in epist. 6. lib. V. *Ego tua gratulatione commotus*. Et epist. 3. lib. X. *Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quam tu es natus*. Et ad Att. ep. 14. lib. I. *Ego enim, quam diu fructus auctoritatis mihi defendenda fuit*. Quæ sunt omnia narrationum initia.

Primis temporibus illis) Pater verborum sententia, sed ignota historia. Hoc alii opinati sunt ad Sextium, pro quo exstat oratio, pertinere, & significari tempus illud, quo C. Antonius, Macedonia male administrata, in judicium vocatus est: quod ejus quæstor Sextius, quasi criminum conscius & particeps, accusatus sit: ego jam satis videor probasse, alium hunc esse P. Sextium: præterea, quod omnino leve non est; quamquam non hac una ratione nititur opinio nostra; nulla plane cujusquam criminis aut invidiæ in Sextium concitatæ mentio fit in ep. 6. lib V. cum Antonii tamen accusatio nominetur.

Invidiam) *Invidiam* pro infamia sæpe usurpat Cicero: de quo diximus in ep. 1. lib I

Cum in tui familiarissimi judicio ac periculo tuum nomen conjungeretur) Vide existimari posse, causam de vi nunc significari, in qua Cicero Sextium reum ornatissima, quæ exstat, oratione defendit; nam & Milo, Sextii familiaris, eodem tempore de vi reus fuit, quo spectare aliquis putaverit illa verba, quæ sunt in oratione pro Sextio: *Quo modo in hoc genere præsidii comparati accusas Sextium, cum idem laudes Milonem?* Et in Vatinium: *Quero cum in rep. administranda T. Annio cum P. Sextio conjunctorum omnium societas fuerit; (id quod non solum bonorum, verum etiam improborum judicio declaratum est: est enim uterque reus ob eamdem causam, & eodem crimine) qui possis eos, quos crimine conjungis, testimonio disjungere?* Hinc oriri conjectura potest, hunc esse P. Sextium, pro quo legitur oratio; maneo tamen in sententia de Sextiis duobus: & hunc statuo non esse illum, cui Cicero de se in tribunatu pl. optime merito, de vi postea in judicium adducto, gratiam cumulate retulit patrocinio suo. Nam illud minus me movet: *Cum in tui familiarissimi judicio, ac periculo tuum nomen conjungeretur*; non enim ideo Sextium Cicero defendit, quod ejus nomen in ejus familiarissimi judicio ac periculo conjungeretur; sed quod suo proprio crimine, proprio etiam accusatore Albinovano, (nam Milonem P. Clodius ædilis accusavit) in judicium vocaretur; itaque cum judicium Milonis accusante ad populum Clodio partium impetu & contentione disturbatum esse Cicero ad Q. Fratrem scripsisset, subjunxit hæc, quasi de alia re: *Ad IV. Id. Sextius ob judice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus, & eodem die a quodam M. Tullio de vi, & quamquam uterque de vi, non tamen ad eosdem judices, nec ob iisdem accusati sunt, sed Milo ad populum*. Vt in epist. 3. ad Q. Fratrem: *Sextius autem ad prætorem, & judices ab ipso prætore delectos; & ille, ut dixi, accusante Clodio, hic M. Tullio Albinovano*. Alii, *Tuum crimen*, non *Tuum nomen*: utrumque recte.

Proxime recenti adventu meo) Post Pharsalicam pugnam Cicero, spe veniæ ductus, in Italiam rediit; ad urbem tamen, non nisi confecto Alexandrino bello, venia jam impetrata se contulit: ostendunt hoc epistolæ lib II. ad Att.

Rem inter institutam) Rationem Sextii defendentis abientis, ut opinor: nam, si Cicero eum Romæ vidisset, non attulisset perpetuam tam longi temporis excusationem: quod fecit ini-

initio epiſtolæ : ex qua liquet, Sextium non modo poſt damnationem, ſed etiam aliquanto ante ab urbe abfuiſſe.

Invidia annonæ inimici non ſolum tui] Cum ei propter annonam, quod frumentum fortaſſe in ædilitate vili pretio vendidiſſet, non modo ejus inimicus, verum amici etiam invidere-rent. Non eſt inuſitatum Ciceroni duobus uti generandi caſibus, ut in lib. de Senect. *Quid de P. Licinii Craſſi & pontificii & civilis juris ſtudio loquar?* Et lib. II. de Nat. Deor. *Iis artibus, quarum judicium eſt oculorum.* Et Phil. XIV. *Cujus imbecillitatem animi virtus, & ſpes victoriæ confirmavit.*

Valuiſſent) Quia damnatus eſt.

Publio tuo) Filio.

Hortarer regeremque] Hortationi ſæpe adduntur preces : vide epiſtolam ſequentem, & primam lib. I.

Hominem te & virum) Ab homine ſapientiam, a viro fortitudinem poſtulat ; eſt enim ἐμφασις in *Virum* : ut in epiſtola ſequenti : *Te colligas, virumque præbeas.* Et Phil. II. *Ille vir fuit, nos quidem contemnendi.* Et in quadam ad Atticum epiſtola : *Si vir eſſe volet, præclara ſyndica.* Et in Bruto : *Vidi Mitylenis virum, & vidi plane virum.*

Communem) Non quod omnes damnentur injuſtis judiciis, ſed quod quilibet damnari poſſit, præſertim ubi concurrant hæc, invidia multorum, iniquitas judicii, reip. vitia ; ideo ſequitur : *Quem neque vivere quiſquam noſtrum poteſt.*

Incertumque) Vt communis eſt caſus, quia cuivis poteſt incidere : ſic incertus, quia ne ſibi incidat, præſtare & efficere nemo poteſt ; quæ enim ſequantur verba, *Vitare*, & *Præſtare*, illud ad communem caſum, hoc refertur ad incertum.

Dolori) Ex injuſta calamitate ſuſcepto.

Fortunæ] Addidit, *Fortunæ*, ut eum culpa liberaret.

Ceteris] Athenis maxime : qua in civitate, qui præter ceteros virtute & rerum geſtarum gloria florerent, in exſilium nullo crimine mittebantur. Sic Miltiades, Themiſtocles, Ariſtides, Cimon pulſi ſunt ; exæquari enim omnes, nec eminere quemquam utile viſum eſt in libera civitate.

Fortiſſimis atque optimis) Non dubito, quin de fortiſſimo viro Themiſtocle, atque aliis nonnullis rei bellicæ fama clariſſimis, de optimo autem Ariſtide cogitarit, quem ob inſignem juſtitiam oſtraciſmo electum eſſe, Plutarchus & Æmilius Probus narrant.

Ex te rep. carere) Eadem ratio in duabus epiſtolis, quarta & ſexta lib. VI.

Cepiſſe) Etſi, *Teſtimonium accipere*, dixit Cicero in Verrem : tamen hic malim, *Dediſſe* : quod verbum eo magis placet, quia congruit optime cum eo quod dictum eſt, *Debitum ejus virtuti*, & *Dare teſtimonium* : frequens loquendi modus apud Ciceronem, ut epiſt. 16. lib. XIII. *Judicii mei teſtimonium ei libenter dedi.* Et lib. III. de Leg. *Tam præclarum mihi dediſti judicii tui teſtimonium.* Et alibi.

Virtuti) Ad probitatem atque animi præſtantiam, non ad doctrinam refero ; & paullo poſt : *Pietatem, virtutem, induſtriam.*

Refricem) Hujuſce nominis vim in prima ad Leutulum epiſtola jam oſtendi.

Induſtriam) Non enim ſe, ut multi adoleſcentes, languori & ignaviæ dedidit.

Tuam eſſe, tecum eſſe duces) Nam, ſi doles, quod tali filio careas : minus dolebis, ſi illius virtutem, ubicumque erit, tuam eſſe, tecum eſſe duces.

Animi tui conſcientia] Hoc & ſatis per ſe patet, & explanatur ſequentibus verbis ; interdum tamen venit in mentem de mendo ſuſpicari, cum in omnibus antiquis libris, quibus quidem nunc utor, ſcriptum videam : *Amici tui conſcientia.*

Injuria) Non jure damnatum Sextium, dixit jam in eo loco : *Invidia annonæ* ; & in eo : *Multis fortiſſimis atque optimis viris, injuſtis judiciis, tales caſus incidiſſe.*

Ego) Promittendi officii locus, quo maxime ſolamur afflictos, extremæ ſere datur epiſtolæ : exſtat exemplum in his tribus conſolatoriis, ſuperiore, & hac, & ſequenti.

EPI-

EPISTOLA XVIII.

Non hortor ſolum) De hoc verbo diximus in epiſt. 1. lib. I. & in proxima ſuperiore.

Rogo atque oro) Humilitas in *orando* major eſt, quam in *rogando*: unde *adorare*. *Orare* etiam eſt cauſam agere, unde *orator*, ac tunc, ratione finis idem eſt quod *rogare* & *petere*, quamquam actio diverſa: qui enim rogat, & qui orat, & qui petit, impetrare aliquid cupiunt, & omnes petunt: ſed petitio *rogantis* cum ſolis precibus eſt; *orantis*, cum rationibus & precibus; unde *orator*, qui rationibus interdum, ita cauſa poſtulante, preces adjungit, petenti neque preces neque rationes neceſſariæ ſunt: quæ ſi adduntur, tum vel *rogare* proprie dicitur, vel *orare*; ſi non adduntur, *petere* ſimpliciter.

Te colliges) Ne iterentur eadem, videat lector ea, quæ de hoc loquendi modo diximus in epiſt. 9. lib. I. ad eum locum, *Collegi ipſe me, & eum ipſa quaſi rep. ſum collocutus*.

Vicumque præbeas) Vt dolori fortiter ac fortunæ reſiſtas, quemadmodum virum decet, eadem ſententia in epiſtola ſuperiore: notum loquendi genus, vide illud epiſt. 18. lib. II. *Qui ſi dignum ſe majoribus ſuis præbuerit*.

Dedit) Dedit hominum ſtudia, honores, exiſtimationem.

Abſtulit) Non dicitur id auferri, quod petentes non impetramus, ſed quod poſſidentes amittimus: itaque non ad repulſam, ſed ad condemnationem hoc refero: aufert autem condemnatio patriam & convictum amicorum.

Homines novi) *Homo novus* & *nobilis* opponuntur, qua de re dictum eſt pluribus verbis in epiſt. 7. lib. I.

Plurimi) Quibus damnatio patriam abſtulit.

Tu vero) Hæc tota ſententia mire valet ad conſolandum, a tribus deducta fontibus, a præſentibus bonis, a ſpe futurorum, ab ejus innocentia.

Fortunas) Quæ ſi abeſſent, incommodum augeretur exſilii.

Et liberos) Quos damnatus non amiſit.

Neceſſitudine & benevolentia conjunctiſſimos) Amplificatio, nam & amoris cauſa, & amor, & ſummus amor tribus verbis oſtenditur.

Sic habiturus) Apte conſolatur, qui & amico minuit opinionem præſentis mali; & id ipſum tamen non diuturnum fore pollicetur, quod utrumque Cicero præſtat, cum enim de leviſſimo Fabii incommodo jam dixiſſet; de ſpe reditus, tamquam minime dubia, ſubjunxit: fortaſſe quod eum judices non exſilii perpetui, ſed aliquot annorum pœna damnaſſent, alioqui cur illi promitteret Cicero facultatem vivendi cum ſuis?

Judicium) Hoc ſi attendimus, de Fabii damnatione dubitare non poſſumus.

Ex tam multis) Hoc adjunxit, ne Pompeio, quo tertium conſule, & fortaſſe ex legibus ab eo latis, illa judicia facta erant, injuſtitiæ maculam inurat; cum enim cogeretur judicium improbare, quo Fabius damnatus erat; callide & amico velificatus eſt, & Pompeii tamen dignitatis rationem habuit.

Una ſententia) Quæ Fabium ſententiæ damnarunt, una tantum plures fuere, quam quæ abſolverunt.

Eaque dubia) Quia condonatum unius potentiæ judicium exiſtimatur: de judicum enim integritate non conſtat, non tuo, inquit, delicto; ſed unius potentia ad gravium ſententiarum numerum acceſſerit. Et hic Pompeio parcit tribus modis; non enim dicit, *Eaque corrupta*, ſed, *Eaque dubia*: nec, *Potentiæ Pompeii*, ſed, *potentiæ alicujus*: nec, *Condonatum ſit*, ſed *Condonatum exiſtimetur*.

Moleſtiam) *Incommodum* appellavit ſupra, notandum hoc genus ad copiam.

Quam leviſſime ferre) Quam tamen ipſe non leviſſime ferebat: dixit enim in prima epiſtolæ parte, *Nullam rem gravius jamdiu tuli, quam incommodum tuum*, ſed illud, ut dixi, quaſi conſolandi gratia poſuit.

Et qui eſſe debet) Hoc addit, quia licet exſpectari ſoleat exitus promiſſæ rei, tamen exſpectatur magis, cum promittitur id, quod debetur.

EPISTOLA XIX.

Rufo) Cognomen hoc esse L. Melcinii, Ciceronis antea quæstoris in Cilicia, jampridem existimavi, adductus in hanc opinionem epistola sequenti : in qua tum de rationibus agitur ab eo referendis, quod quæstorii muneris erat, tum etiam Ruh frater M. Mindius nominatur : & idem L. Melcinii frater appellatur in epist. 26. lib. XIII Nunc lector opinionem confirmari meam vetere argenteo nummo, ita inscripto, L. MESCINIVS RVFVS, is nummus est apud virum doctissimum, Episcopum Ilerdensem, Antonium Augustinum. Alterum postea nummum præstans vir Latina & Græca lingua, omoique liberali doctrina perpolitus, Fulvius Vrsinus mihi ostendit. De Melcinio autem quæstore non solum in epist. 26. lib. XIII. cujus proxime testimonio sum usus, verum etiam in epist. 6. lib. XVI & iis ad Atticum fit mentio, alter Ciceronis quæstor, qui serius in provinciam ivit, C. Cœlius fuit, is ad quem scribit ultimam epistolam libri secundi.

Quod mihi ostenderas) Pro, *significaveras*, ut infra : *si feceris id, quod ostendis*, & epist. 1. lib I. *Ceteris in rebus te acerrimum tui defensorem ostendit*, & epist. 8. lib. IX. *Etsi, munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi constitutus*.

Liberius judicium) Nam in provincia officio quæstorio adductus videri poterat eum studiose colere cum præstare quæstor prætori suo debeat, quid quid officio potest, nec in eo liberum judicium sit. Confecta vero provincia, liberum judicium datur, & verus animi sensus apparet necessitudine quæstoria solutus.

Meo consilio) Quod eo non accesserim, quo me venturum putaveras. Fortasse propius ad ea loca se Cicero contulerat, unde tutior commodiorque in Græciam transitus daretur : dicit enim in extrema epistola : *si simul placebit, statim ad me venies*.

Cepi fructum & judicii & officii tui) Id est, fructum attulisti & judicii & officii tui : declarasti non dubiis argumentis & judicium & officium tuum.

Judicii) *Judicium* prius, deinde *officium* nominavit, eamdem igitur in asserenda utriusque causa ordinem servat, contra vero in epistola ultima lib. XV. *Habes*, inquit, *de Calvo judicium & consilium meum ; consilium, quod hortandi causa fuisti ; judicium, quod de ingenio ejus valde existimavi bene*.

Fortes ac boni viri) *Fortes*, qui pericula mortemque ipsam pro patria contemnant ; *boni*, qui recte sentiant, honestumque rebus omnibus antepono-ant : significaverat Melcinius, velle ad Pompeium transire, &, quoniam in bellum eunti bus adversa multa proponuntur ; quæ tamen fortem bonumque virum a sententia non deterrent : ideo, quasi ut currentem incitaret, imitationem in eo laudat fortium ac bonorum virorum.

Officii) Erga me, pro nostra necessitudine.

Consilium ceptum) Eamdem cum Pompeio, reipubl. causam tuente, subire fortunam constituit.

Tamen) Atticum tamen, anceps animi, sæpe litteris consuluit, quid sibi agendum censeret, certior enim in Cæsaris castris victoria videbatur, ad extremum, pudore victus, ad bellum civile, tamquam ad pestem ante oculos positam, profectus est, qua de re sic epist. 6. lib. VI. *Valuit apud me plus pudor meus, quam timor, veritus sum deesse Pompeii saluti, cum ille aliquando non defuisset meæ, itaque vel officio, vel famæ bonorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positum sum profectus*.

Si feceris id quod ostendis) Si mecum eris, ut scripsisti, quodcumque consilii cepero.

Magnam habebo gratiam) Tamquam id mea causa feceris.

Timori) Quod ea timueris, quæ bellorum natura fert.

Mihi) Optanti, ut mecum sis.

Quid rectum sit, apparet ; quid expediat, obscurum est, ita tamen, ut, si nos ita sumus, qui esse debemus, id est studio digni & litteris nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducant, quæ sint rectissima) Iisdem fere verbis in epist. 2. lib. IV. eamdem extulit sententiam : *ei, quid rectissimum sit,*

ſit, quærimus, perſpicuum eſt: ſi, quid maxime expediat; obſcurum, ſin ii ſumus, qui profecto eſſe debemus, ut nihil arbitremur expedire, niſi quod rectum honeſtumque ſit: non poteſt eſſe dubium, quid faciendum nobis ſit.

Studio digni & litteris noſtris) Litteris enim optime vivendi præcepta traduntur: quæ qui non obſervat, ſtudio & litteris, quibus operam dat, indignum ſe præbet.

Quare tu) Ita in impreſſis: ſed in antiquis *que tu*: aut *quæ tu*: quomodo legitur in libro Petri Bembi, Cardinalis omni laude cumulati, & in libro Mediceæ bibliothecæ: docti locum diligentius conſiderent: ego hoc notare mei officii eſſe duxi.

Si ſimul placebit) Mecum ire ad Pompeium.

Sin idem placebit atque eodem) Sin & tibi placebit idem quod mihi, & ut eodem proficiſcamur; nec tamen rationes tuæ ferent; ut ſtatim navigare mecum in Græciam poſſis.

Omnia) Quæ ſtatuero & de diſceſſu, & de tempore.

Amiciſſimum judicabo) Non potuit modeſtius petere, & plane ſervat id, quod dixerat: *Non enim dimittam pudorem in eogndo meum.*

EPISTOLA XX.

SI ad me miſiſſes) Si mihi ſignificaſſes, eo te veniſſe, quo antea conſtitueras. *Mittere ad aliquem*, interdum eſt non ſolum miſſo nuncio, ſed miſſis etiam litteris aliquid ſignificare: ut ad Tironem epiſtola 9. lib. XVI. *Curio miſi, ut medico honor haberetur; & tibi duceret, quod opus eſſet*, qua de re ſcripſerat jam ad eumdem his verbis: *Scripſi ad Curium, quod dixiſſes, daret, medico ipſi puto aliquid dandum eſſe, quod ſit ſtudioſior.* Significatio autem per nuncium: non per litteras facta, illa eſt in epiſt. 8. lib. XI. *Eo tempore Pallæ tuæ miſi, ut ad te, ſi quid vellem, litterarum darem, cum quid ſcriberem, non haberem.*

M. Tullius ſcriba meus) Ciceronis libertus, fortaſſe Laurea cognomento, cujus egregios verſus, in Ciceronis Academiam ſcriptos, recitat Plinius lib. XXXI. cap. 2. quod ſi quis dixerit hunc eſſe M. Tullium Tironem, qui & ipſe, libertate donatus, patroni prænomen & nomen aſſumſit: negabo: quia Tiro liberatus eſt poſteaquam e provincia ad urbem Cicero rediit: at ille ſcriba, qui rationes in provincia tractavit, libertus omnino fuit. Scribas enim ſervos non fuiſſe, ex eo conſtat, (ut alia, quæ multa occurrunt, argumenta præteream) quod Romanis omnes nominibus appellatos videmus.

In extimis dumtaxat referendis) Quas M. Tullius ſcriba ad ærarium retulerat, ex more: nam in oratione in Piſonem: *Rationes*, inquit, *ita ſunt perſcriptæ ſcite & litteratæ, ut ſcriba, ad ærarium qui eas retulit, &c.* Interea Cicero proconſul, quia cum imperio erat, ſpe triumphandi extra urbem manebat nec introiit, niſi poſt Pharſalicam pugnam, abjecta demum triumphi ſpe.

Jus vetus, & mos antiquus) Cum lege Iulia nondum lata, rationes in provincia non relinquebantur, tunc enim eas ad urbem rectores provinciarum cum ſuis quæſtoribus conferebant.

Pro conjunctione noſtræ neceſſitudinis) De qua vide epiſtola ult. lib. II. & XXVI. lib. XIII. & in Divinatione, & pro Plancio.

Lege Julia) A C. Iulio Cæſare in primo conſulatu lata, vide epiſt. 17. lib. II.

Relinquere rationes in provinciis) Apud duas civitates, ut infra.

A meo ſervo ſcriba) Dixi jam ſcribarum ordinem e civibus Romanis fuiſſe: quare *ſervus* hic appellatur, non quia ſerviret, (jam enim liberi hominis prænomine & nomine, *M. Tullius* dictus eſt) verum memoria præteriti temporis, quo apud Ciceronem in ſervitute fuerat, & fortaſſe ita locutus Cicero, ut ipſa referret Rufi verba, exprobrantis, quod rationes ita Cicero ad ærarium retuliſſet, ut a ſervo ſuo ſcriba eas accepiſſet.

Majorem tibi habere non potui) Quia totum ſcribam meum tibi tradidi.

Quam pace ipſe mihi) Quia permiſi, ut rationes tecum, abſente me, conficerentur; nec ad eas poſtea quidquam, præter lectionem, adhibui.

Ea

Et honeſtum & utile) Notanda copia; ſupra enim dixit: *Nihil eum feciſſe ſcientem, quod eſſet contra eius rem aut exiſtimationem tuam.*

Cui potius id negotii darem, quam darem) Sic omnes quos ego viderim, ſcripti libri, tribus exceptis, duobus M. Antonii Maffei, tertio, quem vir doctiſſimus idemque omnium humaniſſimus, Ioan. Vincentius Pinellus, emtum ex Leonici Thomæi bibliotheca mihi dono dedit: in iis non eſt, *Quam darem*, ſed, *Quam tibi*, quod mihi tamen (ut, quod ſentio, dicam) ſubabſurdum, atque etiam falſum videtur; non enim id ei Cicero negotii dedit, ſed ſcribæ ſuo: cui deinde Ruſus fratrem ſuum adjunxit: quare crediderim illud, *Quam darem*, ſive, *Quam tibi*, abundare, additum ab imperito, qui putaret id per ſe conſiſtere non poſſe, *Cui potius id negotii darem*, quod ita conſiſtit, ſi ſubaudiatur, *Quam Tullio ſcribæ meo*. Adjuvat opinionem noſtram Maffei liber, in quo tantum illud eſt, *Cui potius id negotii darem*: in margine autem, *Quam tibi*.

Quæ nobis maxime videbantur) Ob utriuſque dignitatem. Strabo lib. XVI. ait eas ob concordiam ſorores vocatas, & utramque conditam a Seleuco Nicatore, Apameamque de uxoris ejus nomine, Laodiceam ex matre nuncupatam, idem lib. XII. vocat eas Phrygiarum urbium maximas.

Conſolutas) Sic antiquus liber Fulvii, & duo Maffei, & Medicæus: alius, *Conſulutas*: tres, *Conſolatas*: unus Maffei, *Conſolidatas*, quod mihi non placet: primum offendor inſolentia verbi, deinde, quænam iſta conſolidatio eſſe potuit? *Conſignatas*, malim, aut, *Conlatas*; nam eas cum quæſtore conferri in provincia oportere, & conlatas jam eſſe, dixit. Fero tamen, *Conſolutas*, non ſolum quia ſic eſt in tribus antiquis libris: verum etiam quia pro, *Abſolutas*, accipi poteſt: ut a, *Confectas*, ita differat, quemadmodum differt, *Abſolvere*, a *Perficere*; unde lib. II. de Nat. Deor. *In omni natura neceſſe eſt abſolvi aliquid, aut perfici*.

De Voluſio quod ſcribis) Voluſius, multæ nomine, magnam pecuniæ vim publice debebat, eam pecuniam Valerius periculo ſuo exigendam a Voluſio ſuſceperat, prædeſque dederat: quos puto Ciceronis legatum & præfectum fuiſſe: id enim ſequentibus verbis indicatur. Videtur autem Cicero, cum rationes conficeret, Voluſium liberare voluiſſe, & a prædibus multam amovere, ut eorum fortunis conſuleret; quod ejus conſilium & factum infra demonſtratur: contra Ruſus Valerium quidem, & prædes liberare, ſed nomen illud a Valerio ad Voluſium transferre cupiiſſet; quod Cicero ex amicorum, præcipueque Camilli hominis peritiſſimi ſententia, fieri non potuiſſe demonſtrat: aut enim Valerii mancipiis prædes teneri, qui ſe pecuniam illam, a Voluſio debitam, curaturos jam promiſerant: aut ſi prædes liberandi eſſent, Voluſium quoque ſimul oportere liberari; quod utrumque ut fieret, rationem a ſe initam eſſe infra Cicero dicit.

Non eſt id rationum) In rationibus id fieri non poterat: huic rei, quam te voluiſſe video, locus in rationibus non fuit.

C. Camillus) Is, opinor, quem, ut ſibi amiciſſimum, nominat in ep. 20. lib. IX. & epiſt. 14. lib. XIV. & ad Atticum ep. 5. lib. V. & ad eumdem epiſt. 16. & 23. lib. XI.

Prædes) Varro lib. V. diſſimiles ait eſſe *Prædem*, *Vadem*, *Sponſorem*: & *Prædem* eſſe, qui, a magiſtratu interrogatur, in publicum ut præſtet; a quo, & cum reſpondet, dicitur *Præs*. Sic & Feſtus: *Præs*, inquit, *eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatuſque a magiſtratu, ſi præs ſit, reſpondet, Præs*.

H-S XXX.) Scotati nongenti.

XIX.) Scutati quingenti ſeptuaginta.

Curata) Pro Voluſio debitore.

Mancipis) *Manceps* dicitur, qui aliquid conducit, aut ſuo periculo faciendum exigendumve redimit; quod in Voluſiana pecunia Valerius, datis prædibus, fecerat.

Ex qua, reliquum quod erat) Præter id, quod curatum eſſe dixit Valerii mancipis nomine; quod in rationes relatum non eſſe, inita de Voluſio

prædibuſque liberandis *ratione*, infra ſignificat; reliquum neſcio quid vel Voluſius ipſe, vel pro Voluſio Valerius ſolverat: quod in rationibus perſcriptum, Cicero ad ærarium retulit.

In rationibus retulit) *Referre in rationes*, & *in rationibus*, diverſa ſententia dicitur: *in rationes*, cum nomen aliquod in conficiendis rationibus inter cetera nomina perſcribitur. *in rationibus*, cum aliquid una cum reliquis rationibus ad ærarium refertur.

Quod minime tamen laboro) Hoc dixit, ne prudentiæ laudem appetere videatur: quod vanitatis eſt. Congruit cum hoc loco præclarum illud in epiſtola ad Catonem lib. XV. *Si quiſquam fuit unquam remotus & natura & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude & ſermonibus vulgi; ego profecto is ſum. Teſtis eſt conſulatus meus, in quo, ſicut in reliqua vita, fateor ea me ſtudioſe ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet: ipſam quidem gloriam per ſe numquam putavi expetendam.* In epiſtola tamen ad Dolabellam, lib. IX. *Sum*, inquit, *avidior etiam, quam ſatis eſt, gloriæ.* Et pro Archia: *Iam me vobis, judices, indicabo; & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortaſſe, verumtamen honeſto, vobis confitebor.*

Legatum meum præfectumque) Alii legunt, *Præfectumque Q. Leptim*, nos olim ſuſtulimus, Q. *Leptam*, auctoritate quidem veteris libri, ſed multo etiam magis ratione adducti. Cur enim Cicero præfecti ſui nomen ponat, legati prætermittat? quaſi vero ad alienum & ignotum hominem ſcriberet, non ad quæſtorem ſuum, qui & legatos, & præfectum fabrum, & univerſam proconſulis Ciceronis cohortem optime noverat. Præterea res hic agitur Ruſo notiſſima, de qua etiam ipſe ad Ciceronem ſcripſerat: ut ei prædum Valerianorum nomina ſignificari, nequaquam neceſſe fuerit. Vnde igitur præfecti nomen huc irrepſit? Notum eſt hominibus emendandi peritis, quanta ſit facta labes in optimis libris eorum inſcitia, qui cum libros deſcriberent, verba interprerantia a ſtudioſis adjecta non agnoſcentes, omnia permiſcebant, eodem errore, ut opinor, inter verba Ciceronis receptum eſt, Q. *Leptam* cum neſcio quis, eum in Cilicia præfectum fabrum cum Cicerone fuiſſe, ex epiſt. 7. lib. III. didiciſſet, adſcribere legati nomen non potuit: quia conjicere facillimum non erat, quis ex quatuor cum præfecto præs Valerii fuiſſet, quatuor autem fuiſſe Ciceronis legatos, Q. Fratrem, C. Pontinium, M. Anneium, L. Tullium, ex epiſt. 4. lib. XV. & aliis cognoſcitur. Accedit auctoritas veterum duorum librorum, unius Vincentii Riccii, quo ſum uſus adoleſcens, ut eo tempore in Scholiis meis teſtatus ſim; alterius, quo nunc utor, M. Antonii Maffei, a quo abeſt præfecti nomen; tertius eſt apud me liber, cujus in margine ſcriptum video, Q. *Leptam*: cum a continuatione verborum Ciceronis abſit.

Maxima calamitate levatos) Ex his verbis conjicio, inter prædes Valerianos legatum & præfectum fuiſſe: nam & infra dicit: *Vt multa tam gravia Valerianis prædibus depelleretur, a me inita ratio eſt.*

Non deberent eſſe obligati) Cauſam non addit: ſed hoc puto ad æquitatem potius, quam ad jus referri; prædes enim qui ſunt, omnino tenentur, niſi ſatisfacit is, pro quo prædes facti ſunt: verum æquitatis videtur eſſe, conſulere fortunis eorum, qui humanitate adducti pro aliquo ſe obligarunt, eoque magis, ſi cives & amici ſint: id ut fieret, ita rationem Cicero inivit, ne quid tamen populus amitteret, quod infra quaſi gloriatur.

Tanto officio meo) Cum populi Romani res ageretur, quam curare debet proconſul.

Tanto etiam periculo) Si quid enim ſcriba erraret in rationibus, aut improbe committeret, non in eum, ſed in proconſulem, cui mandata populi res eſt, culpa conferretur.

Cum id ne recitaſſet quidem) Cum id, non modo me non jubente, ſed etiam inſciente, in rationes retuliſſet. *Recitaſſet*, dixit, quia ſcriba prius eo ſcribebat, quam in tabulas referret; nec

nec referebat, niſi cum proconſule communicaſſet.

Pendentiæ, cum rem a me non inſipienter excogitatam quidem putas] Sic plane in omnibus meis veteribus libris, duobus exceptis, in quibus eſt, *Non inſipienter quidem excogitatam*: & uno, a quo abeſt *Non*. Verum ne ſic quidem locus mendo vacat, non magna mutatio fiet, ſi legatur, *Ne inſipienter quidem excogitatam*; nam quod nonnulli legunt, *Non inſipienter excogitatam, ne cogitatum quidem putas*: id ego, quod ad ſententiam attinet, non improbo: ſed, quia plus additur, quam emendandi moderata ratio poſtulet, malui notam apponere indicem errati, quam ex fallaci & lubrica conjectura, immodico præſertim additamento, librum immutare.

Multa tam gravis) Reorum damnatorum alibi eſt *multa*, hic & prædum & mancipis Valerii, ut quidam arbitrantur, ut mihi videtur, prædum tantum: quod enim a mancipe ſolvitur, qui de publico aliquid redemit, id ego *multam* dici poſſe vix crediderim: quippe cum ſit ea non inopinata ſolutio: præſtat enim, quod & promiſit, cum redimeret, & omnino ſe præſtaturum putavit. At præs promittit ille quidem pro alio: fore tamen, ut ipſe dependat, neque putat, &, ſi acciderit, moleſte fert: quare nomen *multæ* in prædes recte convenit, qui ſolvunt inviti, magiſtratu cogente, ſicuti qui a judicibus damnantur: in ipſum Valerium non cadit, qui cum ſolvit, præter opinionem nihil facit. Hoc ideo dixi, ne quis miretur diſſentire me ab iis, qui proxime pro, *T. Mario* legunt *T. Valeriis*: ut de multa *Valerio* quoque mancipi depellenda dicatur. Ego enim unum ex prædibus arbitror fuiſſe T. Marium, & Ciceronem hoc dicere, initam a ſe rationem, non modo ut legatus ejus & præfectus, quibus præcipue cavere deberet, verum etiam ut ipſe T. Marius, qui de ſua cohorte non eſſet, maxima calamitate levaretur.

Non ſolum probant, ſed etiam laudant] Multa probamus ſine laude, ut ea, quæ recte communiter fiunt: laudamus autem nihil, quod idem non probemus, & in quo præcipua quædam virtutis & ingenii ſignificatio non eluceat.

Cum populis ſuum ſervaret] Ita fortunis conſulere tot vel amicorum vel civium, ut populo tamen nihil adimeret. Apparet ingenium Ciceronis, qui rationem iniverit, qua cum ſatisfaceret humanitati, depellenda amicis & civibus tam gravi multa, honori tamen ſuo, re populo conſervata, non deeſſet. *Populi autem eſſe* dicebatur, & erat, quod in ærarium, ex quacumque re collectum, inferebatur: unde, *Cavere populo*, valet, cavere, ne quid ærarium detrimenti patiatur. Livius lib. VII. *Tarda nomina & impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, ærarium, menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit; ut populo prius caveretur.*

Tot vel amicorum vel civium) Communi quodam jure cum civibus, proprio cum amicis conjunguntur: itaque priore loco amici, deinde cives nominantur: amici autem ac neceſſarii Ciceronis, legatus & præfectus, qui tamen iidem cives erant: cives vero tantum, non etiam amici, T. Marius, Valerius, Voluſius.

Nam de eo loco) Particula, *Nam*, ſæpe lectorem commode traducit ad diverſam ſententiam: ut hic, & infra: *Nam de H-S nongentis millibus*. Et epiſt. 9. lib. I. *Nam de Appio, quod ſcribis, ſunt de Ceſare, te non reprehendere: gaudeo tibi conſilium probari meum.* Et epiſt. 1. lib. VII. *Nam quid ego te athletas putem deſiderare?* Et ad Attic. epiſt. 10. lib. III. *Nam quod me tam ſæpe, & tam vehementer objurgas*. Et eodem libro epiſt. 15. *Nam quod pueros eos, &c. Lacum* fuiſſe ſanum arbitror, in quo pecuniæ deponerentur: ubi pecunia quoque illa, in provincia Ciceronis exacta, a Ruſo quæſtore juſſu Ciceronis depoſita eſt, auctore Pompeio. Infra res eadem attingitur.

Auctore) Hortante, & ſuadente; quod videtur ideo Pompeius feciſſe, ut ea pecunia ipſe poſtea uti poſſet, quemadmodum uſus eſt. *Actore*, liber Medicæus, mendoſe: *Auctore*, mei omnes.

Agnovi] Non negavi: confeſſus ſum, id quod res erat, meo juſſu eſſe de-

poſitam. *Agnoſcere* dicimur, quod verum fatemur eſſe: epiſt. 4. lib. IV. *Illam partem excuſationis, qua te ſcribis, rationis paupertate, iiſdem vetus epiſtolas ſæpius mittere, nec agnoſco, nec probo.*

Tua) Quæ ad Ruſum ex adminiſtratione provinciæ, ſalvis legibus, pervenerat: nam illa, qua Pompeius eſt uſus, populi fuit.

Quam tu] Nullus omnino liber antiquus, quem ego viderim, habet: *Quam tu*; ſed alii, *Quam tum*; alii, *Quam tamen*; alii; *Tamen quam*, & poſt: *Depoſuerat*, omnes habent, non, ut in impreſſis, *Depoſueras*: quocirca valde ſuſpicor de mendo: non enim placet: *Tua, quam tu depoſueras*; quid? non illam quoque depoſuerat, quam abſtulit Pompeius?

Sextius] Nominatur inter Pompeianos, qui cum imperio fuere initio civilis belli, epiſt. 15. ad Attic. lib. VIII. Nec dubito, quin eam pecuniam Pompeio mandante acceperit, ut ea deinde in bello ex ipſius voluntate, id eſt, contra Cæſarem uteretur.

Sed hoc ad te nihil intelligo pertinere) De populi pecunia loquitur, a Pompeio ſumta, non de illa, quæ Ruſi fuerat, de qua non diceres: *Hoc ad te nihil intelligo pertinere*. Non eſt, inquit, quod labores de hac pecunia, quam a te juſſu meo depoſitam, Pompeius accepit; quid enim tua refert? cum exſtet S. C. quo conſtat, cui data ſit, exſtent tuæ meæque litteræ, quibus conſtat, cui data ſit. Timebat ſcilicet Ruſus, ne quando ejus pecuniæ rationem reddere cogeretur, quia Cicero in rationibus non adſcripſiſſet eam ſuo juſſu a Ruſo eſſe depoſitam: qua de re queſtus erat per litteras Ruſus.

Monumentis teſtata, cui data) Hoc explanatur proxime ſequentibus verbis: *monumento* enim ſunt S. C. & litteræ Ciceronis & Ruſi: data vero pecunia P. Sextio ſignificatur; ſi modo ita legendum eſt, de quo ſubjungam, quid ſentiam.

P. Sextio] Non hic agitur de pecunia Ruſi, qua uſus erat Sextius, ſed de publica, juſſu Ciceronis depoſita: quod in rationibus omiſſum queſtus erat Ruſus. Itaque legi malim, ſi modo per veteres libros liceat, *Pompeio*: quem uſum ea pecunia eſſe, paullo ante dictum eſt. Opinor enim pro, *Pompeio*, aliquem ſcripſiſſe, P. brevitatis cauſa, imperite ſcilicet; cum hæc littera prænomen indicet, non gentem: inde alius, quia prænomen illud per ſe conſiſtere non poſſe intelligeret, & Sextium paullo ante nnminari animadverteret, addidit, *Sextio*. Corrumpi autem invicem hæc nomina, *Pompeius*, & *Publius*, librariorum culpa contractam ſcribendi rationem ſequentium, ex epiſtola quoque nona lib. I. cognovimus; nam in eo loco, *Cum, ut laudaret P. Sextium, introiiſſet in urbem*: veteres libri aliquot habent. *Vt laudaret Pompeium Sextium*: nonnulli, *Vt laudaret Pomp. Sextius*: ex quo patet, rudes antiquitatis librarios accepiſſe hoc prænomen, P. pro nomine Pompeii.

Non adſcripſi) In rationibus in quibus hoc tantum ſcriptum erat, pecuniam a Ruſo depoſitam. Ruſus autem illud adſcribi, quod verum erat, voluiſſet, depoſitam a te Ciceronis juſſu, ita fore ratus, ut, quocumque caſu illa pecunia periiſſet, aut in quemcunique uſum eſſet erogata, ipſe omni periculo & cura liberaretur.

Tum nihil referebas) Quia certiſſimis & graviſſimis monumentis teſtata jam iſta pecunia erat, cui data eſſet, quo S. C. quibus tuis, quibus meis litterit.

Referendum) Hinc apparet, provinciæ rationes & a proconſule, & a quæſtore ſeparatim referri ſolitas eſſe; quod opinor lege Iulia, quæ jam nominata eſt, ſancitum eſſe.

Idem ipſe ſentio) Vt addas in illius pecuniæ mentione, quod ego non addidi, depoſitam a te eſſe meo juſſu.

Diſcrepabunt) Hic aliquis objiciat: immo diſcrepabunt; cum idem non erit in utriuſque rationibus. Futilis objectio: non enim in eo diſcrepant rationes, cum aliquid in alteris omittitur; ſed cum adverſantur ea, vel diſſentiunt, quæ in utrilque ſcripta ſunt: &, ut ſilentio nec affirmatur quidquam, nec negatur; ita, quod ſcriptum non eſt, ab eo quod ſcriptum, diſcrepare non videtur.

Quod ego quidem non addidi] Medi-

cæus

cæus liber, *Quod ego qui non addidi*; mendoſe: quid mirum? liber mendo nullus vacat: ſed ex multis depravaris unus ut corrigatur, opera dari ſolet: emendatiores hic libri quatuor, Sigicelli unus, alter Fulvii Vrſini, duo Maffei: habent enim, *Quod ego quidem non addidi*.

Nec cauſa eſt, cur negem) Iuſſu meo illam pecuniam a te depoſitam, cauſam, cur neget, non eſſe dicit, ut oſtendat abeſſe periculum, de quo Rufus metuere videbatur, ne quando ejus pecuniæ, qua Pompeius utus erat, ratio exigeretur, cum inſtare videretur mutatio temporum, commoto civili bello.

Et tu nolles] Negari a me: obſequerer voluntati tuæ, vel ſi quid eſſet cauſæ, cur negarem, id eſt, etiam ſi moleſtiam aliquam ex ea pecunia timerem.

H-S. nongentis millibus) Scutatorum noſtratium XXVII. millibus.

Sive frater tuus) M. Mindius, qui rationes cum ſcriba confecerat.

De logeo) De ſano: ſupra.

Parum gratioſum eſt) Sic libri veteres quinque: alii, *Graviſum eſt*: utrumque mendoſum; nam, *Gratioſum*, de inanimatis rebus non dicitur: ſed *gratioſi homines* appellantur. Nec, *Graviſum eſt*, politus litteris quiſquam probaverit. Medicæus liber, *Graviſum*. Corrado placuit, *Gratum viſum*: nobis olim, *Proviſum*: quod nec a *Graviſum* longe diſtat, nec ſententia carer; nam in eo dicit parum eſſe proviſum, quia cum pecunia illa deponeretur, additum non erat deponi juſſu Ciceronis proconſulis: de quo ſupra.

Referendis) Quo modo, *referendis*, cum & ſupra relatas jam eſſe dixerit, & infra idem ſignificet? Accipio, *Referendis*, pro in relatione rationum, dum rationes reſeruntur: ut præſenti tempore utatur Cicero ob eam cauſam, quia corrigere aliquid etiamnum in relatis iam rationibus licebat: propterea ſubjunxit, *Quid per leges liceat*: quæ verba demonſtrant, non eſſe adenitam corrigendi facultatem, ſed corrigi non omnia licere: itaque Rufo videndum, quid a Cicerone petat: nihil enim contra leges impetraturum.

Cum S. C. non ſim uſus) Videtur Cicero temporis aliquanto plus decreto ſenatus habuiſſe ad rationes referendas, quam legibus: quo tamen tempore uti noluit, ſed rationes confeſtim retulit juſtis de cauſis, ut ſupra dixit, metu ſcilicet exorientis belli civilis.

Quid per leges liceat, conſiderandum eſt) Modeſte ſignificat, velle quidem ſe aliquid corrigere in rationibus ex Rufi voluntate, ſed ita, ne quid amicitiæ cauſa contra leges committat.

Te certe in pecunia exacta ita efferre, ex meis rationibus relatis non oportuit) Libri aliquot ſcripti, etiam Medicæus, *pecuniæ exactæ*: nonnulli, *Iſta efferre*. Placet idem, quod olim, *Pecunia exacta*, non eadem tamen ſententia, quæ olim placuit; non enim illud, *Te efferre*, ſignificare nunc arbitror iracundiam Rufi, qua ſit elatus, quod Cicero pecuniæ ab illo exactæ mentionem nullam in rationibus referendis feciſſet; verum ad erogatam a Ruſo pecuniam refero, cum ſciret, eam ſcriptam eſſe in rationibus jam relatis. Vt in exacta, inquit, pecunia ita efferres, ita erogares, ex meis rationibus relatis non oportuit: id eſt, per meas rationes tibi non licebat. Hanc noſtram opinionem adjuvare videntur & ſuperiora verba: *De ea mihi quid per leges liceat, conſiderandum eſt*; & quæ ſequuntur proxima: *Niſi quid me fallit: ſunt enim alii peritiores*. Exactæ pecuniæ plus conſumſerat Ruſus, quam ſcriptæ rationes, præſertim jam a Cicerone relatæ, paterentur: id cum in rationibus Ciceronis, ut cum ſuis conſentirent, corrigi vellet; de eo quid tibi per leges liceat, conſiderandum Cicero reſpondet: mox indicat non licere, ſubjungens *Non oportuit*; atque in hac opinione poſſum, inquit, falli: ſuot enim alii peritiores. Vt Rufum quodam modo conſoletur.

Aut etiam velle) Etiam ſi tua non interſit.

Si ullo modo facere poſſim) Id eſt, ſi per leges liceat.

De beneficiis) Proconſules, proprætores, atque etiam, ut hic locus indicat, quæſtores, cum ad urbem a

provinciis revertiſſent, eorum nomina poſt relatas rationes ad ærarium deferebant, quorum ſtrenua fidelique opera uſi eſſent. Hi autem erant ex iis, quos ſecum in provinciam duxerant: qui *deferri in beneficiis* dicebantur; quod eorum virtus ac fides reip. profuiſſet: in quo erat eorum, qui deferebant, ambitio quædam, oſtendendis non modo ſuis, verum aliorum quoque beneficiis in reip. Detulerat igitur Cicero, non exſpectato quæſtore, ſuos contubernales, præfectos, tribunos mil. quoſdam autem non detulerat, ut centuriones & tribunorum mil. contubernales, de quibus ait rem eſſe in integro, ſi Ruſus eos deferre velit. Morem hunc oſtendit oratio pro Archia: *In beneficiis ad ærarium delatus eſt a L. Lucullo prætore, & conſule*. Et pro Balbo: *In prætura, in conſulatu præfectum fabrum detulit*.

Tribunos mil.) Duodecim: ſeni enim creabantur in ſingulis legionibus, ut Polybius docet: legiones autem duas, qui conſularis erat exercitus, in provincia Cicero habuit: quod ipſe ad Atticum ſcribit epiſt. 15. lib. V. & Plutarchus idem narrat in ejus vita. Tribunos mil. primo tres fuiſſe, qui ſingulis tribubus, a Romulo inſtitutis, præeſſent; deinde ſex; interjecto tempore ſedecim; poſtremo 24. ut ſeni eſſent in ſingulis legionibus, Livius, Polybius, alii declarant. Creati primum ab iis, qui exercitibus præeſſent, mox populi ſuffragio: ut interdum tamen, in apparatu maximi belli, conſulum prætorumque arbitrio deligerentur: poſtremo teſte Pediano, partem eorum imperatores fecere, qui *Rufuli* vocabantur, partem populus, qui *Comitiati*. Idem ex Feſto, licet mutilato, colligi tamen videtur poſſe: qui etiam Ruſulorum nominis, omiſſam a Pediano & aliis, cauſam ponit, quod Rutilius Ruſus de eorum jure legem tuliſſet.

Præfectos) Equitum. Vide epiſt. 17. lib. II. ne repetantur eadem.

Contubernales) Nobiles adoleſcentes cum conſulibus, & proconſulibus, & prætoribus etiam, ut rerum uſu mature inſtruerentur, in provincias exibant. Pro Cœlio: *Profectus eſt in Africam Q. Pompeio contubernalis*. Pro Plancio: *Adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat*. In Bruto: *Qui ſe illi contubernalem fuiſſe dicebat*. Suetonius de Cæſare: *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris contubernio*. In urbe etiam contubernales erant conſulum: Cicero in conſulatu, quem peregit in urbe, contubernales habuit; unde illud in ea pro Sulla: *Lucius ille Torquatus, cum eſſet meus contubernalis in conſulatu*.

Ratio me fefellit) *Ratio* hic pro opinione, quam ratiocinatio peperit, accipitur.

Triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem] Non vulgaris loquendi modus; eſt enim, *Triginta diebus, quibus rationes retuliſſem*: pro, triginta diebus, poſtquam rationes retuliſſem. Tempus deferendi triceſimo die a relatis rationibus definiebatur. Conſtat ex hoc loco, relatas prius ad ærarium rationes, quam deferrentur ii, qui bene de rep. meriti eſſent.

Neceſſe eſſe) Lege Iulia jubente: quæ ſignificatur etiam paullo poſt.

Res eſt in integro) Licet tibi eos deferre.

Genus enim horum beneficiorum) Deferendis centurionibus, & tribunorum mil. contubernalibus certam diem lex non definiebat: tribunis autem mil., præfectis, & contubernalibus, de quibus facta paullo ante mentio eſt, ſpatium triginta dierum.

H-S centum millibus) Scutatorum tribus millibus.

Memini) Ergo ab eo tempore dies interceſſerant multi: quo licet intelligere, non ſtatim Ciceronem, poſtquam ad urbem rediit, hanc epiſtolam ſcripſiſſe.

Myrina) Libri duo, Sigicelli, & Fulvii, habent, *Smyrna*, reliqui, *Myrina*: utraque nota urbs, Smyrna in Ionia, Myrina in Æolia; quis poteſt divinare, ex utra ſcripſerit Ruſus eas litteras? Smyrna quidem naviganti in Italiam Melcinio propinquior & commodior.

Non mei errati, ſed ſui) Erratum in ra-

in rationibus, antea ſcripſerat Rufus: quod niſi corrigeretur, H-S centum millia ſibi eſſe de ſuo perſolvenda; reſcripſit Cicero, corrigi non poſſe, quia rationum exemplum in provincia depoſuerat, a quibus diſcrepare non oportet eas, quas ad ærarium relaturus eſſet: ſed tamen ei pro ſuis facultatibus benigne commodaturum. Aliquanto autem poſt ſcripſit Rufus eas litteras, quibus Cicero nunc reſpondet.

Fratris tui, & Tullii) Qui rationes, abſente Cicerone, confecerant: ſupra.

Deceſſimus) Sic omnes, quos viderim, veteres libri; a quibus olim diſcedendum putabam, & legendum, unius litteræ mutatione, *Dreceſſemus*: nunc me ipſe revoco, & ita ſtatuo, ſyncopen eſſe non poſſe in iis verbis, quorum in præteritis ultima ſyllaba eſt, *ſi*: ut *Credo*, *Ceſſi*, *Ceſſiſſem*, non *Criſſem*; eodemque modo in compoſitis, *decedo*, *recedo*, *incedo*, *diſcedo*, *concedo*: antea *dreceſſiſſemus* legebatur.

Credo) Ita loquitur ut de re non recenti, quæ potuit, ſpatio interjecto, effluere ex memoria.

Pro animi mei voluntate) Vt eram animatus, pro animi mei ſenſu. Eodem modo *animus velle* dicitur: ut Varro lib. V. L. L. *Animus ita eſt, ut puncto temporis pervelet, quo vult.* Et in orat. poſt red. ad Quir. *In ſtudiis veſtris tanta animorum declarata eſt voluntas.* Et Lucretius lib. II. *Ex animique voluntate id procedere primum.* Idem lib. IV. *Ergo animus cum ſeſe ita commovet, ut velit ire. Iudicium animi*, lib. II. de Orat. & lib. III. bis.

Facultatum) Hoc nomen late patet: itaque dixit Cicero lib. I. de Invent. *Facultates ſunt, aut quibus facilius fit, aut ſine quibus aliquid confici non poteſt.* Et pro Rabirio: *Quæ ſi ea illo minime fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.* Et in Partitionibus, vires, animus, copiæ, opes, tempus, locus, *Facultatum* nomine comprehenduntur: *Facultatum*, ait, *infirmatione utetur, ſi aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuiſſe demonſtrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum.* Sumuntur & pro occaſionibus commodorum, ut epiſt. 15. ad Atr. lib. I. *Exponis, quas facultates aut provincialium, aut urbanorum commodorum & aliis temporibus, & me ipſo conſule prætermiſeris.* Transferuntur ad ſignificationem rei familiaris, ut epiſt. 13. lib. II. ad Att. *Vrlim conſideres, ut ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumtus neceſſarii; ſi quas habuimus facultates, eas Pompeio detulimus.* Et in Verrem lib. II. *Sthenius ab adoleſcentia paullo ſtudioſius hæc comparabat, ſupellectilem ex ære elegantiorem & Deliacam, & Corinthiam, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, fuit.*

Quam tum habebamus) Diſtat igitur hoc tempus ab eo non parum, quo rediit ex provincia: cum & hic, *Tum* & proxime dixerit, *Mrmini*, & *Credo*; nec vero dubie ſignificat, ad arma rem eſſe deductam, amiſſa ſpe facultatum, quam ante habuerat.

Obligatum) Deberi ſibi a Cicerone mutuam pecuniam ex litteris ab eo antea humaniſſime ſcriptis, Rufus oſtenderat.

Moleſte) Quia pecuniam a debitoribus poſcunt, quæ propter belli difficultatem expedita non eſt; propterea dixit Cæſar lib. III. Bell. Civ. *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur; conſtituit, ut arbitri darentur; per eos fierent eſtimationes poſſeſſionum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque ea creditoribus tradirentur.*

Perveniſſet) Ex adminiſtratione Cilicienſi; de qua pecunia ſic epiſt. 17. lib. II. *Omnis pecunia ita tractatur; ut præda a præfectis; quæ autem mihi attributa eſt, a quæſtore curetur.*

Epheſi) Vrbs Ioniæ nobilis fuit, extra Ciceronis provinciam, cui præfuit, Cicerone proconſule, Q. Thermus; ut patet epiſt. ad Att. 13. & 14. lib. V.

Apud publicanos) Ciceronis amantiſſimos, eique cariſſimos: erant enim equeſtris ordinis: quem ordinem conſul cum ſenatu in gratiam reduxerat. Vide illud in epiſt. 8. lib. I. *Ordinem conjunctiſſimum*; & ad Att. epiſt. 15. & 16. lib. I.

H-S XXII) Parva ſumma, ſcutati nclx. itaque legendum opinor, *Bis*

& vicies, ut eſt in epiſt. 1. lib. XI. ad Attic. *In ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S. bis & vicies*; loquitur de hac Epheſi depoſita pecunia; nam Epheſus in Ionia, quæ regio aſt Aſiæ; ſunt autem bis & vicies, ſcutatorum LXVI. millia.

Omnem) Partem potius, quam omnem: nam Cicero partem exegit, & apud Egnatium trapezitam depoſuit, ubi tutius fore videbatur; hoc duæ ad Atticum ſcriptæ epiſtolæ, ſecunda & tertia lib. XI. declarant; in prima ſcripſerat hæc Cicero: *In ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis & vicies*. In ſecunda: *Ex ea*, inquit, *pecunia, quæ fuit in Aſia, partem dimidiam fere exegi; tutius videbatur fore ibi, ut eſt, quam apud publicanos*. In tertia ſic: *Pecunia apud Egnatium eſt: ſit a me, ut eſt*. Deinde ſubjunxit eodem in loco: *Etſi ego rebus omnibus: quod is quoque in anguſtiis eſt, qui cum ſumus; cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes nobis, conſtitutis rebus, eam rem etiam honori fore*. Et ad eumdem epiſt. 13. ejuſdem libri: *Si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, cum id videbamur ſuſpentre facere, detulimus*. Quare fictam excuſationem attulit Cicero tempori ſerviens, tum ut de H-S centum millibus Rufum conſolaretur exemplo jacturæ ſuæ: tum etiam, ut ei, mutuam pecuniam, tamquam ex promiſſo debitam, poſcenti, juſtius negare videretur.

De H-S. centum millibus) Quæ Rufus ærario debebat, ex relatis a Cicerone rationibus: ſed erratum ſcripſerat, idque corrigendum: reſcripſit Cicero corrigi non poſſe: verum ſe de ſuo, quantum poſſet, ei commodaturum.

Cibariis] Publice datis.

De mea liberalitate] Cum aliqua exprobratione dictum.

Mihi expenſa tuliſſes) Mihi commodaſſes.

Æſtimationem accipere) Poſſeſſionem æſtimatam accipere pro pecunia mihi commodata. Hic locus videtur indicare ſcriptam hanc epiſtolam Cæſare iterum & Servilio iterum coss. poſt latam a Cæſare legem de æſtimandis poſſeſſionibus, quanti quæque ante civile bellum fuiſſent; ut debitoribus conſuleretur: quorum erat iniqua conditio, jacentibus prædiorum pretiis: quod fere ſolet in bellis evenire; dicebantur autem poſſeſſiones illæ, *eſtimationes*, ut epiſt. 16. lib. IX & ep. 18. ejuſdem libri. Rufus, cum Cæſar conſulatum ſecundum, in quo legem illam tulit, inierit poſt illud tempus, quo Cicero ad Pompeium in Græciam tranſiit; (nam, Cæſare in Hiſpaniis contra Pompeii legatos bellum gerente, Cicero tranſiit, ut ex epiſt. ultima lib. X. ad Attic. intelligitur) Cicero autem hanc ad Rufum epiſtolam in Italia ſcripſerit; quod indicant primæ epiſtolæ verba, & multo etiam magis illa, quæ in extremo fere ſunt: *Cum Tullius eure redierit, mittam eum ad te*: ratio perſuadet, hanc epiſtolam & ante ſecundum eſſe ſcriptam Cæſaris conſulatum, & ante profectionem Ciceronis in Græciam. *Æſtimationem* igitur accipio pro poſſeſſione æſtimata, non ex lege Cæſaris, quæ lata nondum erat, ſed ut æſtimabantur res, quas inopes a pecunia debitores creditoribus dabant. Sic & Livius loco jam citato, lib. VII. *Tecta nomina, & impeditiora inertia debitorum potius, quam facultatibus, aut ærario, menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit, ut populo prius caveretur; aut æſtimatio æquis rerum pretiis liberavit*.

Scindi] Varie dixit, hic quidem *Scindi*; alibi *Conſcindi*, ut epiſt. 18. lib. VII. &, *Concerpto*, epiſt. 10. lib. X. ad Atticum.

EPISTOLA XXI.

Ita mihi communia omnia, quæ opto, contingant) Verbum *Communia*, video eſſe in omnibus veteribus libris præter unum, qui fuit olim Hieronymi Ferrarii, nunc eſt Caroli Borromæi Cardinalis: in eo eſt, *Commoda*, non, *Communia*: quod olim probavi; cum & Plautus in Trin. ſimiliter dixiſſet: *Ita commoda, quæ cupio, eveniant*. Nonnulli, *Communia*, putarunt abundare; quorum non diſplicet opinio; ne tamen tot librorum conſenſus repudietur, videndum etiam atque etiam, an probabilis aliqua ſen-

ten-

tentia elici poſſit, nullo nec deleto verbo, nec mutato. Ita mihi, inquit, ea, quæ opto, contingant omnia communia, ut vehementer velim, id eſt: ita te rerum omnium, quas opto, participem habeam, ut eſſe tecum vehementer velim; nam ad verbum, *Communia*, ſubaudio, *Tecum*; ut ſit: ita mihi tecum communia, quæ opto, contingant omnia. Occurrit alia ſententia, quam non occultare conſilium eſt. Ita mihi res omnes publicæ, quales opto, contingant; nam, *Communia*, & *Communes res*, pro publicis rebus accipi, nemo (ut opinor) dubitat; idque vel hoc uno conſtat exemplo, quod obſervavimus epiſt. 8. lib. I. *Ex eodem de toto ſtatu rerum communium cognoſces, quæ quales ſint, non facile eſt ſcribere. Communem quoque rem*, dixit epiſt. 27. lib. VII. *Communium fortunarum*, epiſt. 12. lib. V. Hoc totum ad eruditorum hominum judicium refero; nam ipſe nihil affirmo: tantum enitor, ut veterum librorum auctoritatem conſervem.

Etenim, cum eſſet major) Aliis placet, *Vt enim*, pro *Etenim*: quia ſic habent plerique veteres libri; ſolœciſmi ſpecies apparet; quid refert? inquiunt; quam multa præterea hujuſce generis in Cicerone deprehenduntur. His itaque reſponderi videtur poſſe, ſolœciſmum, ſi modo libri veteres in eo conſentiant, ferendum: ſin aliter, tollendum. Itaque, cum habeam duos veteres libros, unum M. Antonii Maffei, quo etiam olim, commodante ejus fratre Bernardino Cardinali, uſus ſum: alterum Fulvii Vrſini, in quibus diſerte legitur, *Etenim*, libenter auſero ſolœciſmum, & integritatem Cicerone dignam reſtituo.

Et virorum, & civium bonorum) Differre putantur *bonus vir*, & *bonus civis*; quam diſtinctionem oſtendimus ep. 9. lib. I. in eo loco: *Eumquo quem bonum virum ſemper habuiſſet, bonum civem eſſe negaret.*

Iucundorum) Bonitas, jucunditas, amor, cauſæ ſunt, cur amemus, unaque eſſe cupiamus; propterea dixit, *Bonorum*, *Iucundorum*, *Amantium mei*; quæ tria conjungit in epiſtola etiam 24. lib. IX. *Moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas.*

Hominum) *Vir*, & *Homo* differre, pauci neſciunt; hic tamen, *Hominum*, potuit omitti, ut omiſſum eſt loco proxime recitato ex epiſtola ad Pætum, ſed additum eſt ob interpoſitam civium mentionem; nam, ſi eſſet omiſſum, ad cives illa referrentur, *Iucundorum, & amantium mei*: cum ſit aptius, *Iucundorum hominum, & amantium mei*.

Erat nemo, quicum eſſem libentius, quam tecum; & pauci, quibuſcum æque libenter) Satis modeſta ratio captandæ benevolentiæ, non enim omnibus Meſcinium, ſed Meſcinio neminem antefert, comparat paucos. Ita vitatur illa, quæ veritati fidem detrahit, ὑπερβολὴ.

Alii interierint) Inſignes quidem, & conſulares, M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Ahenobarbus, L. Cornelius Lentulus, P. Lentulus; præterea, C. Curio tribunicius.

Alii abſint) Aberant conſulares duo, P. Scipio, Pompeii ſocer, qui bellum in Africa contra Cæſarem gerebat, & M. Marcellus, qui poſt Pharſalicum prælium, cum ſpe vincendi ſimul abjecta certandi etiam cupiditate, voluntarium Rhodi aut Mitylenis exſilium ſibi delegerat; aberat & M. Cato prætorius, qui cum Scipione cauſam Pompeianam acerrime tuebatur; nec Romæ tunc erant M. Brutus, nec Ser. Sulpicius, ille Galliæ, hic Græciæ præpoſitus: ut ep. 6. lib. VI.

Mutati voluntate) Non eodem, quo antea in Ciceronem animo, temporibus mutati, & victoria Cæſaris.

Neceſſario) Eſt enim Cæſaris familiaribus inſerviendum, temporis cauſa.

Frequentant domum meam) Sic lib. I. Off. *Si domus alio domino ſolita eſt frequentari*. Et, *Frequentare ludos*, lib. I. de Invent. Alio modo, *Celebratur domus*, epiſt. 5. lib. II. ad Q. Fratrem.

Ad ſummum) *Summum* epiſt. 1. lib. II. *A te vero bis terve ſummum, & eas perbreves, accepi*; & *ad ſummum* dicitur Ciceronis exemplo.

Per-

Perfugio) Hoc verbum interdum ſolum Cicero aſſert, ut hic: interdum conjungit, ut epiſt. 15. lib. V. *Litteris uter aſſidue: quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio, quo modo ipſæ illæ excludere me a portu & perfugia videntur.* Et pro Archia: *Perfugium ac ſolatium adverſis hæc ſtudia præbent.* Perfugium autem litteræ ſunt duobus modis: vel quod eas dum tractamus, moleſtias obliviſcimur; vel quod animus, præceptis utiliſſimis conformatus, humana omnia, præter honeſtum, contemnit, nihil præter culpam extimeſcit. De fructu autem quem afferunt litteræ, vide epiſt. 3. lib. IV. & epiſt. 13. lib. V. & epiſt. 2. & 3. lib. IX.

Conſcientia conſiliorum meorum) Sæpe hanc ſententiam uſurpat, epiſt. 3. lib. IV. epiſt. 1. & 4. & 6. & 10. & 13. & 21. lib. VI. & epiſt. 3. lib. VII. quæ recitare longum eſt: indicare loca, & quaſi digitum ad fontem intendere, unde hauriant, qui copiæ ſtudent, ſatis duco.

Niſi invidiſſet is) Pompeium, opinor, deſignat; a quo ſe proditum, contra datam fidem, ſæpe queritur.

Me enim amabas) Mea cauſa illum non amabas, cujus invidiam perfidiamque noſſes.

Beatus eſſet) Hoc dicit: Si mecum ad tuendam libertatem conſenſiſſet, neque pernicioſam reip. cum Cæſare ſocietatem coiiſſet: non modo viveret, ſed beatus eſſet, & cum eo omnes boni. De Cæſare autem, & victore jam, & a quo veniam paullo ante impetraverat, hæc, ut, opinor, ſcribere non auderet; nec invidit ei Cæſar, qui ſemper popularis fuit, & ab urbe multos annos abfuit, dum in Gallia bellum gereret, ſed Pompeius, qui parem ſibi Ciceronem in ſenatu non ferret.

Nullius vim) Epiſt. 3. lib. VII. *Notum*, inquit, *tibi omne conſilium meum eſſe volui; ut primum ſcires, me numquam voluiſſe plus quemquam poſſe, quam univerſam reip. poſtea autem quam alicujus culpa tantum valeret unus, ut obſiſti non poſſet, me voluiſſe pacem.*

Arma) Cæſaris.

Quæ ſempre timueram) Epiſt. 3. ad Attic. lib. X. *Præclara*, inquit, *conſcientia ſuſtentor, cum cogito me de rep. aut meruiſſe optime, cum potuerim, aut certe numquam, niſi divine, cogitaſſe, eaque ipſa tempeſtate everſam eſſe reip. quam ego XIV. annis ante præſtiterim.*

Quem ego idem efferam) In conſulatu: epiſt. 9. lib I. *Non offendes eumdem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliqueris: qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnumquam poſtea interruptus & afflictus ante te conſulem, recreatus ab te totus eſt, nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus.* Eodem illud ſpectat ex epiſt. 15. lib. I. ad Att. *Tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam.*

Quavis tuta conditione) Quavis, modo tuta: epiſt. 6. lib. VI. *Cauſa belli orta eſt: quid ego prætermiſi aut monitorum, aut querelarum? cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem.* Et ad Attic. epiſt. 5. lib. VII. *Ego is ſum, qui illi concedi putem utilius eſſe, quod poſtulabat, quam ſigna conferri: ſero enim reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos.* Et ad eumdem ep. 11. lib. VIII. *Præ me tuli, me nihil malle, quam pacem; non quin eadem timerem, quæ illi: ſed ea bello civili leviora ducebam.* Et ad Pompeium: *Mea ſempre quæ fuerit ſententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de urbe, meminiſſe te arbitror.*

Ritum Africanarum) Africani belli, quod inter Cæſarem, & Scipionem, ac regem Iubam geſtum eſt.

Quid interſit, non ſane intelligo) Cauſam infra exponit: quia non multum inter victores interfuturum putat. De Pompeianorum crudelitate, ſi viciſſent, vide epiſt. 9. & 14. lib. IV. & ep. 6. lib. IX.

Inter victorias non multum interfuturum) Idem ep. 3. & 4. lib. VI. item ep. 9. & 4. lib. IV. & ep. 6. lib. IX.

Injuriam) Urbe carebat Meſcinius, hac illi, ut opinor, a Cæſare pœna impoſita, quia Pompeium initio belli ſecutus eſſet; nam, quin hoc tempore fuerit in Italia, dubitandum non eſt; cum ſubjungat Cicero: *Ad te veniam brevi. Injuriam* igitur, quod urbe immerito careret, ſic ad Cæcinam, eadem cauſa exſulantem, ep. 5. lib.

lib VI. *Herere non poteſt in tam bonis civibus tam acerba injuria*. Et ep. 10. lib. VI. *Injuriam temporum*.

Cum tuam ſummam humanitatem, tum etiam tuas litteras) Naturam & doctrinam laudat : quarum altera efficiat, ut pacatiore animo Meſcinius injuriam ferat ; altera, ut humana omnia, cum abſit culpa, ne putet in malis eſſe numeranda.

Sicut omnes fere) Quod reprehendere cœperat, excuſat multorum exemplo ; nam, *Fere*, dixit, ne omnino ſuperiorem ejus mollitiem excuſaret.

Vita ingenua) Quam nunc tempora eripiunt ; quod enim ſentimus, eloqui libere & ingenue non licet.

Beata & libera) Nunc miſerrima & ſerviente.

Nullum ſenſum) De quo tamen dubitare viſus eſt in ep. 16. ſed orationem tempori accommodat.

Si me diligis) Dubitatio videtur, quæ nulla tamen eſt ; valet enim, pro amore in me tuo, pro eo, quantum me diligis ; & in extrema epiſtola : *Me velim*, inquit, *ut facis, diligas* ; qui locus ex hoc dubitationem tollit.

Servias) Et *Servire*, & *Inſervire*, & *Indulgere*, & *Obſequi valetudini*, dicitur : epiſt. 9. 17. 18. ad Tironem lib. XVI.

PAVL.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN EPISTOLAM I. LIBRI VI.

A. *Torquato*) Manliæ gentis, patriciæ, antiquiſſimæ: patriciam autem & Cicero hanc gentem fuiſſe oſtendit in oratione pro Sulla; verum & plebejos fuiſſe Manlios idem teſtatur in Phil. I. *Propter unius*, inquit, *M. Manlii ſcelus, decreto gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet*. Niſi hæc dixit habita ratione ſui temporis; cum & patricii & plebeji eſſent Manlii; non quod eo tempore, quo Manlius Capitolinus damnatus eſt, Manlii duorum generum eſſent. Livius quidem lib. VI. hoc Manliæ gentis decretum memorat, omiſſa patriciæ mentione. *Torquati* cognomen a *Torque* natum, quem Gallo ſingulari pugna victo detraxit T. Manlius: qua de re Livius lib. VII. Gellius lib IX. cap. 13. Cicero lib. I. de Fin. & Tuſc. IV. & de Offic lib. III. Hunc Manlium vocat optimum virum epiſt. 1. ad Att. lib. I. Tranſit ante Ciceronem in Græciam ad Pompeium, ut in ep. 7. ad eumdem lib. IX. Africam videtur adminiſtraſſe poſt præturam; nam conſul numquam fuit; leguntur enim hæc in oratione pro Plancio: *Adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo graviſſimo, & ſanctiſſimo, atque omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentis modeſtiſſimi pudor poſtulabat.*

Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat; nemoque ſit, quin ubi vis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit) Infra eadem ſententia, epiſt. 4. *Tempus eſt hujuſmodi, ut ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet, & ubi quiſque ſit, ibi eſſe minime velit*. Hic advertendum, quater in primis hujus epiſtolæ comprehenſionibus repetitum, *Etſi*, *Tamen*: in quo ſi quis hodie noſtrum offenderet, excuſari vix poſſet.

Quiſquis) *Quiſquis*, pro *Quiſque* interdum veteres uſurparunt, ut hic ipſe Tuſc. V. *Ut quidquid objectum eſt, quod modo a natura non ſit alienum, eo contenti non quærant amplius*. In Verrem lib. IV. *Ita edorabantur omnia; ut, ubi quidquid eſſet, aliqua ratione invenirent* Plautus Trinummo: *Sin unum quidquid ſingillatim & placide perſunctabere*. Lucretius autem ſæpiſſime.

Oculi augent dolorem) Oratorie modo ſenſum oculorum auget, aurium imminuit, modo contra; nam ep. 9. lib. IV. aurium ſenſu plus doloris, quam oculis percipi dixit: quia Marcello reditum ſuadebat: hic, ut abſentem Torquatum conſoletur, oculis augeri dolorem ait. Et epiſt. 4. *In omnibus*, inquit, *malis acerbius eſt videre, quam audire*. Et ep. 13. lib. IV. *Nec audio ſolum, quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam video, quo nihil eſt acerbius, eorum fortunas diſſipari*.

Futuri coguntur) Quo dolor ſit acerbior; audire autem, qui non vult, non cogitur: itaque poteſt averiere cogitationem a miſeriis.

Nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt) A conſuetudine enim oculorum animum abducere, difficillimum eſt.

Multarum rerum deſiderio) Quas cum rep. perdiderimus.

Cum magna moleſtia tua tuaque deſiderii) Liberos in primis: de quibus epiſt. 4. *Reliquum eſt, ut te angas, quod abſis a tuis tam diu: res moleſta, præ-*

præſertim ab iis pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtivius.

Aut præcipuam aliquam fortunam poſtulare, aut communem recuſare) Sic epiſt. 15. lib. IV. *Non debes aut proprium fortunam & præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.*

Agitare animo) Tribus modis hoc verbum ad eamdem ſententiam accommodatur, *Agitare animo*, *Agitare in mente*, *Agitare* ſimpliciter: primus hoc in loco modus oſtenditur, & pro Fonteio: *Vos & ſæpius eamdem rem animis agitare, & dictus unoquoque de teſte cogitare poteſtis.* Alter lib. I. de Nat. deor. *Habet nihil aliud, quod agitet in mente.* Tertius in Verrem: *Si hoc unum agitare caperit, eſſe aliquod genus cognatæ pecuniæ.*

Ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem aut timorem] Ut in tuis cogitationibus locum deſperationi aut timori nullum tribuas: id eſt, ut neque de reditu deſperes, neque ſaluti tuæ timeas.

Qui in te adhuc injuſtior, quum tua dignitas poſtulabat, fuit] Cæſarem ſignificari manifeſtum eſt: de quo paullo mitius epiſt. 4. *Ejus enim, qui tardior in te levanda fuit, quum fore putaramus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia.*

Non magna] Affirmant duæ negantes particulæ, ſed ita, ut aliquid imminuant; plus enim erat *magna ſigna*, quam, *Nec non magna.*

Nec tamen is ipſe) Cur ſalutis amittendæ timore angamur, cum is ipſe, a quo ſervari volumus, eodem timore vacare non poſſit? Augurium Ciceronis brevi Cæſaris interitus comprobavit.

Omnium bellorum exitus incerti] Utrius partis victoria ſit futura, incertum eſt: epiſt. 4. *Omnis belli Mars communis, & ſæpe incerti exitus præliorum.* Et Phil X. *Ut concedam incertos exitus eſſe belli, Martemque communem.*

Ab altera] Si Cæſar vicerit in Hiſpania.

Sejunctum ab omnium interitu] Aut ſimul omnes victoris clementia ſervabimur; aut ejuſdem ira peribimus, epiſt. 4. *Illud cuivis facile eſt docere, cur præcipue tu dolere nihil debeas.*

Ab altera] Si vicerint Pompeiani.

Numquam timuiſſe) Licet a bello diſceſſeris. *Numquam*, dicit, ut ſignificet nec antea, bello ſcilicet Africano, timuiſſe Torquatum a Pompeianorum victoria.

Quaſi conſolationis loco) Non plane conſolationis loco: quia, cum patria, quæ nobis rerum omnium cariſſima debet eſſe, periclitetur; minus angi privatis incommodis debemus: itaque communis periculi recordatio, quaſi quædam conſolatio videtur eſſe. Huius generis illud eſt in epiſtola ſequenti: *Miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue dolendum in ea, quod accidat univerſis.*

Multa dicunt) Quæ ad conſolandum valent: ſignificat ea, quæ inſignes Philoſophi de ſedando luctu conſcripſerunt: quorum ſententias poſtea Cicero, amiſſa filia, in ſua ſcripta tranſtulit, ægritudinis leniendæ cauſa: eorum nomina recitat Divus Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Legimus*, inquit, *Crantorem, cujus volumen ad conſovendum dolorem ſuum ſecutus eſt Cicero: Platonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Poſſidonii ad ſedandos luctus opuſcula percurrimus; quo diverſis ætatibus diverſorum luctum vel libris, vel epiſtolis minuere ſunt conati: ut etiam, ſi illorum areret ingenium, de illorum poſſet fontibus irrigari.*

Vereor, ne conſolatio nulla poſſit vera reperiri] Mei veteres libri, *Ulla*, omnes habent: ſed *Nulla*, requirit ſententia; nam *Vereor* cum ſimplici negatione conjunctum, uſurpatur in rebus, quas accidere nolimus, ut *Vereor ne filius pereat*: cum gemina vero negatione, in rebus, quas accidere nollemus: ut, *Vereor ne filius non recte vivat*: volumus enim filium recte vivere. Interdum, quod idem valet, pro gemina negatione utimur, *ut*, hoc modo: *Vereor ut filius recte vivat*; quare videtur aut legend. hic: *Vereor ut conſolatio ulla poſſit vera reperiri*; aut: *Vereor ne conſolatio nulla poſſit vera reperiri*; nam & paullo poſt cum dicit: *Vereor ne nefas ſit dicere*, hoc ſignificat, nefas ſit dicere; ſic igitur, ſi dicas: *Vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri*: hoc ſignifices, conſolatio aliqua poſſit vera reperiri, quod

quod a Ciceronis mente diſcrepat ; nullam enim ait ſibi videri eſſe conſolationem tanti mali , præter illam, &c. Vide , quæ de hoc verbo, *Vereor*, diximus in ep. 1. lib. II.

Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum) Non enim omnes , qui præteritam vitam æque laudabiliter traduxerint , æque conſcientia ſuſtentantur : ſed ut quiſque firmo , aut infirmo animo eſt , ita majorem aut minorem a conſcientia conſolationem capit : quo ſpectat illud in ep. 4.

Quæ tamen , ſi poſſis eam ſuſcipere , maxima eſt .

Satis eſt) Ergo felicitas non ab iis rebus , quæ ab aliis , aut a fortuna dantur , ſed a nobis eſt : quæ Stoicorum fuit opinio , ut Acad. lib. I. ſed Ariſtoteles Eth. lib. I. & Polit. lib. VII. adjunxit externa bona .

Bene beateque vivendum | *Bene vivit* , qui cum virtute vivit : *beate* , cui nihil omnino deeſt ; addidit enim *Beate* , quia *recte vivere* , non idem eſt cum beate vivere , quod Ethic. lib. I. ad Eudemum ſcripſit Ariſtoteles. Nobilitas enim , proles , opes , divitiæ, amici , vires etiam corporis & pulcritudo ad beatitudinem conferunt , ſine quibus tamen licet bene vivere , quod virtutis eſt .

Vereor , ne eum , qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit , miſerum eſſe nefas ſit dicere | Interrogandi nota ſententiam alii concludendam putant , quibus aſſentirer , ſi legeretur , *Vereor*; quomodo autem nunc eſt , elicitur hoc : fortaſſe nefas eſt eum appellare miſerum , qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit ; nam ut , *Non vereor ne* , negationem ſignificat , ut illud ep. 7. lib. II. *Non vereor , ne quid timide , ne quid ſtulte facias* , idem eſt , ac ſi dicas , nihil te timide , nihil ſtulte facturum confido . Et epiſt. 12. lib. V. *Non vereor , ne aſſentatiuncula quædam tuam gratiam videar auceupari* ; ut igitur qui dicit , *non vereor ne* , negat , non affirmat ; ſic qui ait , *vereor ne* , affirmat potius , quam negat : timet enim aliquid futurum , quod nollet . Quocirca , *Vereor ne nefas ſit dicere* , valet , opinor eſſe nefas , vel , fortaſſe nefas eſt dicere . Minime igitur neceſſaria eſt nota illa interrogantibus uſitata . Neque vero, *Non vereor*, legendum eſt , ne ſine cauſa diſcedamus ab antiquis libris .

Optimorum conſiliorum | Cum dixerit, *Bene ſentire , rectèque facere* , videtur hic addere debuiſſe , *Atque factorum* , ſed nobilius poſuit , nec alterum , licet omitteret , exclusit .

Miſerum) Non enim eo te miſerum putes , quia reſp. miſerrima eſt , cum te poſſis optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare .

Victoriæ præmiis ductos) Vt Pompeianos quoſdam , de quibus epiſt. 6. *Victa eſt auctoritas mea non tam a Pompeio (nam is movebatur) quam ab iis , qui duce Pompeio freti , peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis belli victoriam fore putabant* . Hanc rem & Cæſar attigit lib. I. de Bell. Civ.

Officium) Epiſt. 5. lib. IX. *Secuti ſumus non ſpem , ſed officium* .

Qui neque cum id faciebamus , tam eramus amentes) Hæc particula, *Neque*, hic habet vim quamdam , non ſæpe uſitatam ; ſubauditur enim , *non modo* , ut ſit , *non modo nunc , ſed neque tunc* . Simpliciter ep. 15. lib. IX. *Neque ego aliter accepi* . Et epiſt. 4. ad Attic. lib. I. *Neque id neglexi* .

Si id evenit) Vt vinceremur .

Ingredientibus nobis in cauſam | Publicam cauſam ſuſcipientibus contra Cæſarem , ſenatui dicto non audientem . Eamdem ſententiam poſuit ep. 12. in eo loco : *Cum recordarer te in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum , non ſolum victor beatus , ſed , etiam ſi ita accidiſſet , victus ut ſapiens eſſes* . Nec diſſimiliter in epiſt. 6. *Sin propter inversos exitus , eventuſque bellorum poſſe accidere , ut vinceremur , putaſſes , non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe , adverſam ferre nullo modo poſſe* .

Cadere animis | *Cadimus animo* , & *Cadit animus* , utrumque enim dicitur, in Lælio : *Nec debilitari animos , aut cadere patitur* . Et Tuſc. I. *Simul animus cum re concidit* . Et Phil. III. *Allato nuncio de quarta legione, mente concidit* .

Præſtandum) *Præſtare culpam* dicitur , qui culpam vitat : hoc præſtare debemus , reliqua ne curemus , non enim præſtanda nobis ſunt , quia malum in una culpa ſitum eſt .

Per-

Perditis rebus omnibus) Hoc refertur ad illud : *Reliquum eſt , ut te exeuſiet commune periculum eripiat.* Hæc, inquit, ideo dixi, ut intelligas, vel ſi omnia interierint, virtutem tamen ſuſtentare ſe ipſam poſſe. Quanta igitur cujuſque virtus, tantam ille ab ipſa virtute conſolationem capit, quod ſupra dixit : *Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum, tanta conſolatio eſt.* Atque hæc virtus, hoc robur, hi nervi ſunt eorum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſunt. Quod autem hic, *Perditis rebus*, infra dixit, *Perditis rep.* & in epiſtola ſequenti, *Remp. funditus interiiſſe* ; & ibidem paullo poſt : *Si omnino interierint omnia* ; & ep. 21. *Everſis omnibus rebus* ; & epiſtola ult. libri ſuperioris, *Fortunam funditus everſam*. Contrarium eſt, *Salvis rebus*, ep. 1. lib. IV.

Quicumque ſtatus eſt futurus) Infra : *Nec dubitare debes, quin aut aliqua rep. ſis futurus, qui eſſe debes, aut, peditis, non afflictiore conditione, quam ceteri.* Idem in epiſt. ſeq.

Atque hæc mihi ſcribenti veniebant in mentem) Eleganter interdum a particula *Atque* ſententiam ordimur, ut proxime, *Atque hæc ea pertinet oratio.* Et epiſt. 6. *Atque utebar familiariſſime Cæſare.* Et ad Terentiam ep. 4. lib. XIV. *Atque ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum.*

Deſperationem) Cum de rep. deſperabam, ſi res ad arma deduceretur.

Conſilium impediebam) Pugnari nolebam : cupiebam quamvis iniqua conditione pacem : epiſt. 4. & 6. & libro ſuperiore, epiſt. ult.

Multo ante confirmata per noſmetipſos) Cum Pompeius iterum conſul operam dedit, ut Cæſari Galliarum adminiſtratio in alterum quinquennium prorogaretur, de quo in epiſt. 6. ipſum Pompeium conſulem pugnaſſe dicit. Et ad Attic. epiſt. 3. lib. VIII. de Pompeio : *Iſtum in remp. ille aluit, auxit, armavit : ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis auctor : ille Galliæ ulteriori adjunctor : ille genti : ille provinciæ propagator : ille abſentis in omnibus adjutor.* Eadem dixit in Phil II.

Pilis & gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus) Sic epiſt. 7. lib. IV. *Non enim iis rebus præſtabamus, quibus valere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora ; ſed inertiæ & vitiis, quibus pares non eramus.*

De jure publico diſceptari) De ipſa re contendi : ſic epiſt. 4. lib. IV. *Poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico.* Et epiſt. 14. ejuſdem libri : *Quanto periculo de jure publico diſceptaretur armis.*

Neque ego divinabam) Futura non videbam ; ſed, ne acciderent, timebam.

Eventu atque exitu) Exitus eventu, non eventus exitu poſterior eſt ; nam ultra eventum exitus eſt : ultra exitum nihil omnino.

Id futurum quod evenit) Fore, ut Cæſar vinceret.

Explicatius promittere) Non plane promittere, ſed explicatius, quam de victoria Pompeii : huc quidem explicatius, quam illud, promittere, divinare tamen plane non poteram.

Iis rebus) Conſiliis, auctoritatibus, cauſa : paullo ante, & ep. 7. lib. IV.

Militum robore) Epiſt. 3. lib. VII. de Pompeio : *Signa tirone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit.*

Sed tu illum animum) Tale illud Sulpicii : *Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.*

Philargyrus) Liberti cognomen, quod in ſervitute nomen unicum fuerat ; valet autem, *Amator argenti.*

Suſpenſi) Exſpectatione eventus ; pugnabatur enim in Hiſpania : itaque dixit ſupra : *Cum omnium bellorum exitus incerti ſint, &c.* Et epiſt. 6. *Videmur intelligere, non diuturnum bellum fore.*

In ea urbe) Athenis. Pro Flacco : *Aſſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Et lib. I. de Orat. *Athenæ omnium doctrinarum inventrices*, ep. 4.

Nata & alta) In Bruto : *Videt ne, ut in ea ipſa urbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia, quam ea ſero prodierit in lucem?* Veteres ab *Alo* & *Altum*, & *Alitum* deducebant. Priſcianus, & Diomedes.

Ratio

Ratio ac moderatio vitæ) Ob doctrinam, religionem, jura, leges; ideo putabantur Athenæ in tutela Minervæ.

Ser. Sulpicium) Græciæ præpoſitum a Cæſare: epiſt. 6. *Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ*: vide, quæ diximus epiſt. 12. lib. IV.

Benevolentia & ſapientia) Quæ ſapienter in re noſtra dicuntur ab amicis, ereduntur facilius, & magis movent, quam ſi dicantur ab alienis: ideo conjunxit cum ſapientia benevolentiam: epiſt. 4. in extremo.

Auctoritatem & conſilium) Omnino cavendum civile bellum, cujus initia cernebantur, Sulpicius conſul cenſuit: epiſt. 4. lib. IV. *Abſens*, inquit, *cognoſcebam, quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo ſententia*; & quæ ſequuntur.

Togati potius potentiam quam armati victoriam ſubiiſſemus) Simile illud in epiſt. 6. *Nola hunc exiſtimare, ea me ſcripſiſſe Pompeio, quibus ille ſi paruiſſet, eſſet hic quidem clarus in toga, & princeps, ſed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet*. Subiſſemus, inquit, potentiam, ut rem gravem, ſed victoria tamen leviorem: ideo in epiſt. 4. *Cupiebam quamvis iniqua conditione pacem*. Et in ultima ſuperioris libri: *Quevis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare*.

Quam neceſſe fuit) Amorem ſuum declarat, ac ſtudium confirmandi Torquati, cum plura etiam fortaſſe ſcripſerit, quam neceſſe fuit; ſimul illum tacite laudat, quaſi virtus ejus minus multa deſideraret: hoc ipſum dicit in epiſtola tertia; addita, quam hic omittit, ratione, cur fuerit longior: *Superioribus* (ait) *litteris, benevolentia magis adductus, quam quod res ita poſtularet, fui longior; neque enim confirmatione noſtra egebat virtus tua*. Et epiſt. 4.

Illa, quæ majora ſunt, brevius exponam) Rerum diverſarum connexio, in qua laborare multos video, vulgare non requirit ingenium: hic Cicero a conſolatione doloris ad promiſſionem auxilii perconmode tranſit, nam, cum dixiſſet, *Hæc longiora*, ſubjunxit, *Illa majora*, ſic epiſt. 3. *Sed hæc conſolatio levior, illa gravior*. Et ad Appium epiſt. 10. lib. III. *Atque hæc domeſtica: quid illa tandem popularia?* Et ad Caſſium, epiſt. 2. lib. XII. *Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quod eſt, qui veſtro anno conſulem filium ſuum futurum putet*. Et Phil. II. cum objicienti Antonio, civile bellum ejus colpa natum eſſe, copioſe reſpondiſſet, tranſitum ita quæſivit ad aliam rem, vix ut interrupta narratio videatur, hoc modo: *Sed hæc vetera, illud vero recens, Cæſarem meo conſilio interfectum*. Hujus generis innumerabilia fere occurrunt. Sed faſtidium vitemus, & hæc ſibi quiſque, quod nos olim facere conſuevimus, noter in legendo.

Neminem) Quia perierat Cn. Pompeius, & P. Lentulus, quorum opera reſtiturus ab exſilio fuerat.

Quibus tantum debebam, quantum tu intelligis) Plus ſcilicet, quam *tibi*; ſed, cum eos belli caſus eripuerit, nemo, cui plus quam tibi debeant, ſuperaſt, epiſt. 4. *Benevolentiam tuam erga me imitabor, meritis non adſequar*.

Belli caſus eripuit) *Mors eripuit*: de iiſdem dixit, epiſt. 13. lib. IV.

Qui fim) Epiſt. 9. *Eodem tempore, eodemque cauſa noſtrum uterque cecidit*. Et epiſt. 13. *Eadem cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit*. Et in ultima hujus libri: *Quid poſſim, neſcio, vel potius me parum poſſe, ſentio*.

Studium certe) Si conſilio & opera prodeſſe tibi non multum potero, ſtudio certe numquam deero.

EPISTOLA II.

Fuori) Perſiſtit in translatione, ſic quia dixerat *Gravitate*.

Varietate) *Varietatem* non vocat mutationem cauſæ; quia ſcilicet modo timuiſſent homines, modo ſperaſſent; ſed quod varietas fuerit inter cauſam Torquati, & voluntatem opinionemque hominum; propterea quod, cum ei reditum in Italiam Cæſar conceſſiſſet, ut infra oſtendemus, fore ſperaverunt homines, ut paullo poſt redeundi quoque in urbem facultas ei permitteretur, in quo ſe difficilem Cæſar præbuit.

Adhuc) Sperare ſe aliquid oſtendit: nam,

nam, *Adhuc*, varietatis illius, quam proxime nominavit, quaſi terminus videtur . . .

Aut volebant, aut opinabantur) *Contra voluntatem, & præter opinionem*, dixit epiſt. 12. lib. III.

Pro malis temporum) Si rem ipſam ſpectes, moleſte ferendum videtur: ſi tempora conſideres, quæ peſſima ſunt, mihi crede, non eſt cur moleſte feras. Epiſt. 28. lib. XIII. *Pro horum temporum perturbatione. Pro malis velle habebat*, epiſt. 14. lib. XII. ad Atr. Alibi: *Vt in malis, ut in perditis rebus.*

Armis urgeri rempub. ſempiternis) Vt in armis de jure publico ſemper diſceptetur, ſicut adhuc quidem diſceptatur.

Poſitis) Infra addidit, *Abjectis, aut detractis*, hic *Poſitis*, communiter pro omnibus uſurpatum eſt.

Funditus interire) Amiſſa libertate: quod accidit: numquam enim poſtea ſuum jus reſp. recuperavit.

Si arma valebunt) Non loquitur de victoria armis parta, ſed de conditionis diuturnitate: id eſt, ſi armis res agetur, hoc enim ad illud reſpondet: *Neceſſe eſt armis urgeri rempub. ſempiternis*. De victoria vero ſtatim ſubjungit.

Recuperis] Recipiebatur, quia, licet in urbem redire non poſſet, in Italia tamen ei licebat eſſe. Hoc etiam e poſtremis epiſtolæ verbis colligitur: *Vt, aut quo ſcribam, aut quo veniam, ſcire poſſim*; nam, ſi extra Italiam Torquatus eſſet; non diceret Cicero, *Quo veniam*. Præterea, Torquatum in Tuſculano fuiſſe, ejuſque cauſam Dolabellæ a Cicerone commendatam, ut ſcilicet ejus reditum in urbem a Cæſare ex Hiſpania redeunte impetraret, licet intelligere ex epiſt. 9 lib. XIII. ad Att. Evocatus, inquit, *ad me venit, cum haberem Dolabellam, Torquatus: humaniſſime gratur Dolabella, quibus verbis ſecum egiſſem, expoſuit: quæ diligentia grata eſt viſa Torquato*. Et ad eumdem epiſtola 20. *Torquato noſtra officia grata eſſe, facile patior: eaque augere non deſinam*. Et epiſt. 21. *Quid poſſim a Torquato, niſi aliquid a Dolabella?* Et epiſt. 22. *Cum Dolabella vivendum eſſe iſtis dicbus, vides: quod niſi me Torquati cauſa teneret, ſatis erat dirrum, ut Patrolos excurrere poſſem*. Atque illæ ad Atticum epiſtolæ, Cæſare ex Hiſpania, devictis jam Pompeii liberis, redeunte, ſcriptæ ſunt: hæc vero ad Torquatum, adhuc pugnante: id quod periculum ſatis eſt: hæc tamen una, confecto jam bello, & conceſſa Torquato manendi in Italia, non in urbem veniendi, poteſtate, ſcripta videtur eſſe, ideoque rejicienda in extremum locum.

Conditione] Quod inter utramque partem de ponendis armis conveniat.

Victoria detractis] Alterutra parte vincente, ita ut bellum nullum ſuperſit.

Reſpiraverit) Quia non amplius armis urgebitur reſp. quod ſi victoria, detractis armis, civitas reſpiraverit; bonitas in eo & clementia indicari videtur, in quo Cæſari, qui ſecunda jam fortuna uſus erat, Cicero aſſentatur, quamquam Pompeii partes afflictæ nondum penitus erant.

M. Antonius) Orator ille ſummus, qui loquitur in oratoriis libris.

Jam tum timebat) Ante Marii, & Sullæ bellum, quo in bello ipſe eſt interfectus.

Suſpicabatur) Ex diſcordiæ principiis, hoc ſignificatur initio lib. I. de Orat. nam de ſermone inter Scævolam, Antonium, & Craſſum habito, ſic air: *Quo quidem in ſermone multa divinitus a tribus illis conſularibus Cotta & commemorata & deplorata narrabat: ut nihil incidiſſet poſtea civitati mali, quod non impendere illi tanto antr vidiſſet*.

Tali præſertim civi & viro] Qui ne hoc genere conſolationis indigere deberet, probitate & virtute meritus eſt. *Civem*, & *Virum* ſæpe conjungit Cicero, ut epiſt. 15. lib IV. ad Att. *O virum, o civem!* & alibi.

Neceſſaria) Quid enim præterea conſolari poſſit?

In his paucis verbis) Non his proximis, quibus de omnium rerum interitu locutus eſt, ſed illis ſuperioribus, ab eo loco, *Neceſſe eſt aut armis urgeri remp. ſempiternis*: quibus aliquid eum, quod ſperet, habere oſtendit: nam, tribus propoſitis, ſi arma valeant, ſi omittantur, ſi funditus interteant omnia; ex primo, li-

berat cum timore, ex altero, ſpem affert recuperandi fortunas & dignitatem, ſecundum ſi eveniat, præcipuum dolorem adimit in eo, quod accidat univerſis. Ergo, cum ſubjungat hic: *Profecto etiam ſine meis litteris intelliges, te aliquid habere, quod ſperes*: ad ſuperiora illa reſpexit.

Hoc] Dum de jure publico dimicatur.

Aliquo] Poſitis armis, aut abjectis, aut detractis, de quo ſupra.

Quo veniam] Erat igitur, ut dixi, Torquatus in Italia, nec tamen prope urbem: nam aut ille ad Ciceronem, aut ad illum Cicero, cum præſertim hoc tempore extra urbem eſſet, omnino acceſſiſſet, non fuiſſe autem in urbe Ciceronem, cum hanc epiſtolam ſcripſit, nec Torquatum prope urbem, oſtendunt ſuperiora illa verba: *Quod aſſim ab urbe; ut, qui ad te proficiſcatur, ſcire non poſſim.* Poſtea vero Torquatus propius urbem acceſſit: ut recitata jam ex epiſtolis ad alia loca demonſtrant.

EPISTOLA III.

QVem quod rei ita poſtularet] Idem dixit epiſt. 1.

Neque erat ea mea cauſa] Meæ res eo loco erant: is erat mearum rerum ſtatus.

Earum rerum] Quæ geruntur in Hiſpania.

Idem exitus] Victoriam inſolentem & crudelem fore, infra.

Video animo] *Cernere animo*, dixit epiſt. 12. lib. V.

Oculis cernimus] Epiſt. 19. lib. X.

Nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo ſciam] Epiſt. 16. lib. II. *Non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre.*

Quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt] Epiſt. 1. *Cum omnium bellorum exitus incerti ſint.* Epiſtola 4. *Cum omnis belli Mars communis, & cum ſemper incerti exitus præliorum ſunt; tum hoc tempore ita magnæ utrimque copiæ, ita paratæ ad dimicandum eſſe dicuntur, ut, utercumque victerit, non ſit mirum futurum.*

Belli exitum] Belli finem, quod in epiſtola ſequenti dixit: *Nunc tantum videmne intelligere, non diuturnum bellum.*

Si id minus] De belli exitu, quem propinquum eſſe arbitror, falli fortaſſe poſſum. de ipſa certe victoria, qualis futura ſit, minime fallor.

Quæ alia futura] Quid ſignificet, indicant interiora verba. *Ita vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt*: quibus verbis amiſſio priſtinæ dignitatis, legum interitus, & victoris inſolentia atque crudelitas prædicitur.

Si id vel ante acciderit] Si acciderit mors.

Ita enim vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt] Epiſt. 3. lib. VII. *Vbi non ſis, qui fueris, non eſſe, cur velis vivere.*

Mori autem nemo ſapiens miſerum duxit, ne beato quidem] Miſeriam in morte nemo ſapiens conſtituit, ſed in turpi vita: quod ſi ne beato quidem mori miſerum eſt, quanto minus nobis in iis miſeriis, quæ poſt bellum impendent, epiſt. 16. lib V. *Vt ea non dicam, quæ ſæpiſſime & legi, & audivi, nihil mali eſſe in morte.*

In ea ex urbe] Athenis, epiſt. 1. & 4.

Parietes ipſi] Cum ſapientes multi Athenis de contemnenda morte diſputaverint.

Levis eſt conſolatio ex miſeriis aliorum] In epiſtola ſuperiore: *Miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidit univerſis.*

Aut eorum qui diſceſſerint] Deſideratur omnino aliquid; deſignari enim duo genera hominum, ex eo, quod ſequitur, manifeſtum eſt: in antiquis libris non eſt alterum illud membrum, *Aut eorum qui remanſerint*, quod ex ingenio additum videtur. Duo veteres libri habent, *Quam quamvis eorum qui diſceſſerint*, quod ſincerum exiſtimarem, niſi ſequeretur: *Alteri dimicant, alteri victorem timent.* Qui enim ab armis diſceſſerant, victorem Cæſarem timebant, contra quem pro Pompeio jam pugnaverant; itaque in epiſtola ſequenti: *Nemo eſt*, inquit, *quin cogitet, quam ſit metuendus iratus victor armatus.*

Cum omni voce culpa] Sæpe in conſolationibus hanc ſententiam uſurpat, vide

vide epiſtolam ſequentem & primam. ne multa ejuſdem generis afferentes lectorem obtundamus.

Senſu omni carebo] Amitti ſenſum in morte, & hic affirmat, & in epiſtola ſequenti: quod dubitare viſus eſt epiſtola 16. lib. V. Ariſtoteles quoque non ſatis in eo ſuam ſententiam aperuit.

Rurſus] Quia rurſus de morte philoſophari cœpit, quaſi veniam petit, eum ad eum ſcribat, qui Athenis, ut paulo ante dixit, ea vel plura, vel ornatiora a doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris audire poſſit, qui hæc igitur ad te, noctuam ſcilicet Athenas mittit. Adagium inde ortum, quod Athenis nummi percuterentur cum imagine noctuæ: noctuæ igitur Athenis multæ, quia nummi multi, epiſt. 3. lib. IX. & ult. lib. II. ad Q. Fr. & interpres Ariſtophanis.

EPISTOLA IV.

NOn dijturnum bellum] Quod in Hiſpania cum Pompeii liberis Cæſar gerebat; de quo dixit in epiſtola proxima: *Belli exitum video.*

Non quo, ſed quod difficilis erat conjectura] Mendoſus, & fortaſſe mutilus locus; nec opem ferunt antiqui libri, unus Fulvii habet ſic: *Putabam quo ego certo ſciam, ſed quod difficilis erat conjectura.* Alter; *Putabam non quo modo, ſed quod difficilis erat conjectura.* Reliqui omnes, ut impreſſum eſt. Ego hic ingenio nihil adſequor, quod probem.

Omnis belli Mars communis] Incerta ſemper victoria eſt, unde illud in oratione pro Milone: *Adde caſus, adde inſertos exitus pugnarum, Martemque communem; qui ſæpe ſpoliatum jam & exſultantem everſit, & perculit ab objecto.* Et pro Sextio: *Nimium communem Martem, bellique caſum metuens.* Et Phil. X. *Ut concedam, inſertos exitus eſſe belli, Martemque communem.* De hoc genere ornamenti ſic lib. III. de Orat. *Gravis eſt modus orationis, & ſæpe ſumendus; ex quo genere ſunt hæc, Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellari pro vino, &c.*

Magnæ utrimque copiæ] Pompeianæ majores; nam in eo libro, quem de bello Hiſpanienſi vel Hirtius, vel Oppius conſcripſit, hæc ſunt: *Erat acies XIII. equitis conſtituta, quæ longe plurimum equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus ſex. præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum, noſtra præſidia LXXX. cohortium, & octo millibus equitum.*

Vt, uterumque vicerit, non ſit mirum futurum] Hic locus corrigit ſuperioris loci ſententiam demonſtrat.

Inter victorias] Hoc & in proxima epiſtola, & in ſuperioris libri ultima: ſed hic ratio ſubſcribitur.

Alteros] Pompeianos.

Propemodum] Non plane, ſed propemodum: quia, cum belli civilis initio Pompeiani crudeliter otioſis minati eſſent, inde licuit conjicere, quales in victoria futuri eſſent. Vide epiſt. 6. lib. IX.

Iratus victor armatus] Iratus iis, qui Pompeium ſecuti eſſent. *Victor*: quia victoria, etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit: ut, etiam ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur; multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. *Armatus*: nam depoſitis armis, ira deſervescit, & ad levitatem animus paulatim delabitur: arma vero qui adhuc retinet, victoria recenti, facile iis ad eædem utitur. Ab irato, a victore, ab armato quid non timendum?

Præter illam, quæ tamen, ſi poſſis eam ſuſcipere, maxima eſt] Hæc eſt illa conſolatio, de qua dixit epiſt. 1. *Præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum, ut ea uti poſſis.* Non enim omnes ii, qui recte vixerint, æque conſcientia ſuſtentantur: ſed qui fortiores animo ſunt, eo majorem a conſcientia conſolationem capiunt; prodeſt igitur magis aut minus conſcientia, pro cujuſque animo.

Eventus noſtri conſilii] Quia victi ſumus.

Conſilium] Quia pro rep. arma ſumſimus, epiſt. 1. *Quoddam nobis officium juſtum, & pium, & debitum reip. noſtræque dignitati videbatur.* Et epiſt. 5. lib. IX. *Conſilii noſtri, ut ſi eos quidem, qui id ſecuti non ſunt, non pœniteret nobis pœnitendum putarem, &c.*

Ad ferendum) Moderate: quod proxime dixit; eſt enim hic, *Ferre*, pro tolerare.

Ejus) Cæſaris.

Qui ſurdior in te levando fuit) Ep. 1. *Qui in te adhuc injuſtior, quam tua dignitas poſtulabat, fuit.*

Non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia) Epiſt. 1. *Signa dedit animi erga te mitigati.*

De aliis) De Pompeianis, ſi vicerint, eamdem ſententiam poſuit in epiſt. 1. *Ab altera victoria tibi periculum nullum eſſe perſpicio: ab altera te ipſum numquam timuiſſe certa ſcio.* Et epiſt. 3. *Si arma valebunt; nec eas, a quibus receperis vereri debes, nec eos, quos adjuviſti.*

Quid ſentiam) Cum tu quoque ſentias idem, quod ego, ab iis tibi timendum non eſſe.

Pueris) Manlia natis; nam, ut eſt in oratione pro Plancio, A. hic Torquatus uxorem habuit T. Torquati, fratris ſui patruelis, filiam; feminas autem gentis nomine appellari ſolitas, quis jam neſcit?

Feſtivius) Feſtivitas laudari ſolet in pueris, epiſt. 10. ad Att. lib. I. *Puer feſtivus Sofitheus deceſſerat.* Et pro Flacco: *Matercula ſuæ feſtivus filius.* *Feſtivus* autem eſt, qui ſermone, & adſpectu hilaritatem excitat, & *Feſtivam librorum copiam* dixit Cicero, quam cum videret, lætabatur, & *feſtivam picturam* in Paradoxis.

Ut antea ad te ſcripſi) Initium ſignificat epiſtolæ primæ.

Acerbius eſt videre quam audire) Epiſt. 1. *Oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.* Et ep. 13. lib. IV.

Ad omnes caſus ſubitorum periculorum magis objecti ſumus) Vide ingenium, diverſo modo in re diverſa argumentatur; nam hic ad leniendum Torquati deſiderium, urbanam vitam ſubitis periculis objectam eſſe ait: at, cum ad Marcellum ſcriberet, quem Romam redire cupiebat, tutiorem eſſe probat in urbe vitam, quam in externis alieniſque locis: *Magna* (inquit) *gladiatorum eſt licentia: ſed in externis locis minor etiam ad faſinus verecundia.*

Objecti) Præpoſiti, ut epiſtola 16. lib. V.

Litteræ) Vide epiſtolam 3. lib. IV. & epiſt. 15. lib. V. & epiſtola 6. hujus libri, & epiſt. 2. & 3. & ult. libro IX.

Longinquitas temporis) Epiſt. 5. lib. IV. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque mollíat.* Et epiſt. 16. lib. V. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit, id nos præripere conſilio prudentiaque debemus. Quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus; neque exſpectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſimus.* Et epiſt. 11. ad Attic. lib. XII. *Conſolationum multæ viæ, ſed illa rectiſſima, impetres ratio, quod dies impetratura eſt.* Et epiſt. 28. lib. VII. *Me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet valere; ſed etiam dies, quæ ſtultis quoque mederi ſolet.*

Quanto fuerim dolore, meminiſti) Offendi ſcio Latinæ linguæ rudes hoc loquendi genere: quaſi mendoſum ſit, *Quanto fuerim dolore*: ſincerum autem, *Quanto fuerim in dolore*: quia ſcilicet non dicatur, *Ego ſum lætitia*, ſed, *Ego ſum in lætitia*. Apte vero & appoſite, quis enim hoc negat, *Ego ſum lætitia, dolore, ſpe*, Latine non dici? at illud quis negare poteſt, *Ego ſum magna lætitia, magno dolore, magna ſpe*, recte & eleganter dici? Diſcant igitur uti ſimilibus exemplis, ubi refellere aliquid, aut probare conantur, nec tam facile conſenſum auctoritatemque veterum omnium librorum contemnant.

Ceteros) Qui pacem improbabant: non, *Ceteros*, omnes: nam Servius Sulpicius, Marcus Marcellus, & alii pacem ſuaſerunt, epiſt. 1, 2. 3. 7. 9. lib. IV.

Quamvis iniqua conditione) Epiſtola ultima ſuperioris libri: *Quavis tua conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.* Et epiſt. 6. lib. III. & in epiſtola ad Pompeium lib. VIII. ad Attic. *Mea quæ ſemper fuerit ſententia, primum de pace, vel iniqua conditione retinenda, meminiſſe te arbitror.* Et ad Attic. epiſt. 5. lib. VII.

Caſu factum) Vt viderim plus, quam

quam ceteri : id eſt , ut Cæſar viceſit : quod ego metuens , cupiebam quamvis iniqua conditione pacem.

Si jam veer ad exitum vitæ) Si quis mihi vitam eripiat. Non loquitur de naturali morte ; ſequitur enim : *Vetat in eo vim timere.*

Non ab ea rep. avellar , quæ carendum eſſe doleam) Eadem conſolatio in epiſt. 17. lib. V. *Illud utiam ne vere ſcriberem , ea te rep. carere , in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet.* Et infra ep. 6. *Expoſuerem etiam, quemadmodum hic , & quanta in turba , quantoque in conſuſione rerum omnium viveremus ; neceſſe eſt enim , minore deſiderio peritæ reipub. carere , quam boni.*

Sine ulla ſenſu) Earum rerum quæ accidunt in vita. Infra , & epiſt. 3. *Si non ero , ſenſu omni carebo.*

Ætas & alia jam vita) Epiſt. 20. *Ita viximus , & id ætatis jam ſumus.*

In eo) In morte , a qua non longe abſumus.

Vim) Quæ a victoribus poſſit aſſerri.

Is vir) Cn. Pompeius , tribus triumphis clarus. Argumentum a caſibus clariſſimorum virorum : quo etiam uſus eſt epiſt. 6. *Commemorarem* (inquit) *non ſolum veterum , ſed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum graviſſimos caſus ; levat enim dolorem communis quaſi legis & humanæ conditionis recordatio.*

Ii viri) M. Bibulus , P. & L. Lentulus , L. Domitius , Ap. Claudius , alii.

In illa ipſa quod timetur) In morte : ſic ad Attic. epiſt. 11. lib. X. *Vitam miſeram , mainſque malum , tamdiu timere , quam eſt illud ipſum , quod timetur.*

Dolor nullus) Amiſſo ſenſu , paullo ante , & epiſt. 3.

Benevolentia) Vide initium ſuperioris epiſtolæ.

Servium) Sulpicium , qui Achaiæ præerat.

Athenis) Vrbe ejus imperii & juriſdictionis , epiſt. 1.

Prudentiſſimi) Epiſt. 1. *Qui te profecto & benevolentia, & ſapientia conſolarer.*

Tua virtute) Quando Servius diſceſſit , cujus te benevolentia & ſapientia valde levabat. Ne tamen omnem in uno Sulpicio Torquati conſolationem ſitam fuiſſe oſtenderet , ideo dixit , *Vt ſoles* , ita eum debita virtutis laude non privavit : quam tamen ei , ut in ep. 6. legitur , Philargyri ſermo ademerat. Et quod hic , *Virtute tua* , in epiſt. 6. *Firmitudine animi* , dixit.

Studioſe diligenterque) Studium eſt animi : diligentia re ipſa præſtatur.

Benevolentiam tuam erga me imitabor ; merita non adſequar) Epiſtol. 8. lib. I. dixit : *Minus faciemus , quam debemus.* Et epiſt. 4. ejuſdem libri: *Si vitam pro tua dignitate profundam , nullam partem videor tuorum meritorum adſecutus.* Merita Torquati ſignificantur & in ep. 1. in extremo : *Ego* , inquit , *habeo , cui plus quam tibi debeam , neminem. Adſequi* plus eſt , quam *Imitari* : imitatur enim is , qui poſt ſequitur : adſequitur autem , qui ad eum , quem ſequebatur , jam pervenit : utriuſque verbi vim plane Cicero expreſſit lib. I. de Leg. *In hiſtoria* (inquit) *puerile quiddam conſectatur : ut unum Clitarchum, neque quemquam præterea de Græcis legiſſe videatur , eum tamen velle dumtaxat imitari : quem ſi adſequi poſſet , aliquantulum ab optimo tamen abeſſet.*

EPISTOLA V.

Cæcina) Cognomen eſt Liciniæ gentis, ut oſtendit Plinius lib. XX. cap. 18. Cæcina vero ex Etruria Romam venit , ut epiſtola ſequenti , & oratione pro illo habita, quæ exſtat, intelligitur , & videtur hoc accepiſſe cognomen a Cæcina , Volaterrani agri fluvio , quem nominat Plinius lib. III. cap. 5. nam & Cæcinam Volaterranum , idem Plinius appellat lib. X. cap. 24. & Tiberius prænomen a Tiberi fluvio deductum crediderim , & Aufidius atque Aternius , quæ Romanarum gentium nomina fuere , & a fluviis Aufido & Aterno , non Aufido, qui eſt in Apulia , apud quem natus eſt Horatius Poeta , ſed eo , qui fluit ad Pomptinas paludes. Aternus autem , qui hodie *Peſcara* dicitur , Veſtinos dividit a Marrucinis, ortus in agro Amiternino. Huius Cæcinæ uxor *Cæcinia* nominatur in oratione , quæ illum moriens ex decunce & ſemuncia heredem reliquit. *Cæcina* , & unica *n* ſcribo ,

bo, & ſecunda ſyllaba producta, ut Porcina, Catelina, Arvina, Spurina, Hemina: quibus Romanæ cognominibus uſæ ſunt. Id trium quoque veterum lapidum teſtimonio comprobatur.

Filium tuum] Non e Cælennia natum, ſed ex priore uxore: quod ex oratione licet conjicere.

Video autem fere quotidie] De hoc genere ornamenti, quod ſit verbo repetito, diximus epiſt. 1. lib. I. in eo: *Si qui ſunt, qui regis cauſa velint, qui pauci ſunt.* Hujus generis & illud eſt epiſt. 17. lib. IX. *Fiet quodcumque volent qui valebunt: valebunt autem ſemper arma.*

Quantum valeam] Parum te valere oſtendit ep. 1. *Qui ſim hoc tempore intelligo*; & epiſt. 13 lib. IV. ut alia lora omittantur, quæ multa ſunt.

Liber] Quo Cæſarem laudabat, ut epiſt. 7. nam ille, quo maledixit, antea ſcripſus erat.

Cuſtoditur] Scripſerat enim Cæcina epiſt. 7. *Filius, ut audio, pertimuit, neque injuria, ſi liber exiſſet; quando non tam intereſt, quo animo ſcribitur, quam quo accipiatur; ne ea res inepte mihi noceret.* Et in ejuſdem epiſtolæ clauſula: *Peto a te, ne liceat erant; aut ita corrigis, ne mihi noceat.* Nec dubito, quin hæc epiſtola poſt illam ſcripta ſit.

Non mihi ſumo, ut plus ipſe proſpiciam, quam te videre atque intelligere mihi perſuaſerim] Solet, cum de futuris rebus loquitur, arrogantia ſuſpicionem vitare, communicata prudentiæ laude cum eo, ad quem ſcribit, ut ep. 16. lib. II. *Non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre.* Et epiſt. 3. hujus libri: *Nec vero quidquam videa, quod non idem te videre certo ſciam.*

Quia fieri poteſt, ut tu ex perturbatione animo cogites] Simili excuſatione Sulpitius epiſt. 5. lib. IV. avertit a ſe culpam arrogantiæ, cum Ciceronem conſolari vellet: *Quæ* (inquit) *mihi in mentem venerunt, deſcripſi brevi ea te perſcribere: non quod ea te fugere exiſtimem; ſed quod forſitan, dolore impeditus, minus ea perſpiceres.*

Ex natura rerum] Quia nihil ſtare eſſe diu poteſt.

Temporum] Civilium: *Rerum hoc natura & civilium temporum non patietur*, ait in epiſtola ſequente.

Tam bona cauſa] Suſcepta pro communi libertate.

Injuria] Sic ad Meſcinium ep. nlo ſuperioris libri: *Intelligis, quam ferenter injuriam ferres*: ep. 10. lib VI. bis.

Quam extra ordinem de te ipſo habemus] Præcipuam, non eamdem quam habemus de aliis, qui patria carent. Hic quæro, quibus cauſis adductus Cicero ſpem haberet extraordinariam de Cæcina: non enim ob ingenium & virtutem, quæ paullo poſt nominantur, ſpem de ipſo præcipuam reperat: ſed illa dixit ad eam ſpem credere, quam extra ordinem jam habebat. Itaque aliæ cauſæ, præter ingenium & virtutem, quærendæ ſunt, quæ ſpem extraordinariam efficerent: quæ quoniam occurrunt nullæ, dicendum eſt, cum Cicero ſcripſit, *Quam extra ordinem de te ipſo habemus*, ſignificaſſe eam ipſam ſpem, quam haberet ob illius ingenium & virtutem, non ullam, quæ ſine ingenii & virtutis acceſſione extraordinaria eſſet, ut hoc dixerit: accedunt ad ſpem, ut extraordinaria ſit, ingenium & virtus: accedunt autem præter illa, quæ tibi ſunt cum aliis communia. Eſt omnino inconſequens & obſcura locutio: ex quo vereor, ne corrupte totus hic locus legatur. Ac fieri tamen poteſt, ut ita ſcripſerit Cicero, & inciderit in vitium, quod Græci σολοικοφανὲς appellant. Cujus generis nonnulla cum in reliquis ejus ſcriptis, tum in libris maxime contra Verrem deprehenduntur, quæ Pedianus adnotavit.

Dignitatem & virtutem tuam] Nota dignitas eſt, *virtus* autem dupliciter accipitur, pro quadam naturæ præſtantia, etiam ſine doctrina, & pro ipſa doctrina: pro naturæ præſtantia hic & in oratione pro Archia: *Multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu proprie divino, per ſe ipſos & moderatos & graves extitiſſe fateor: etiam illud adjungo, ſæpius ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam.* Doctrina vero virtutis nomine paullo poſt demonſtratur, in eo: *Propter eximium ingenium ſummamque virtutem.* Vide ep. 4. lib. IV. & ep. 27. lib. XIII.

Accedunt tua præcipua] Hæc ego libenter, atque etiam quæ ſequuntur,

Pro-

Propter eximium ingenium summamque virtutem, parentheſi ſuperiore includerem, ut poſt communia multorum ornamenta, ſtatim præcipua Cæcinæ ſubjicerentur. Sed hoc videtur fieri non poſſe propter illud, *ad eam ſpem*: quod ad aliquod verbum referri neceſſe eſt. Omnino carere locum mendo vix crediderim: aut, ſi modo vacat, erit ex eo genere, quod Pedianus habere ſolœciſmi ſpeciem, in Cicerone interdum notavit.

Mehercule] Cum ex veteribus libris alii, *Mehercule*, alii *Mehercules*, habeant, maluit *Mehercule*, ipſius Ciceronis auctoritate commotus, apud quem in Orat. ita ſcriptum eſt: *Pomeridianas quadrigas, quam Poſtmeridianas, libentius dixerim, & Mehercule, quam Mehercules*.

Cujus in poteſtate fumus] Ep. 7. lib. IV.

Cogitare deberes, te fore in ejus ipſius, quem fugeres, poteſtate. Varie ſummam Cæſaris poteſtatem oſtendit, duobus quidem modis in ea, quam proxime appellavimus, epiſtola: *Penes quem eſt poteſtas*, &c. *Qui tenet remp.* in epiſtola vero octava ejuſdem libri: *Qui omnia tenet*; in nona: *Omnia delata ad unum ſunt*; in decimatertia: *Qui plurimum poteſt*.

Eo ipſo bono tuo] Cæcinæ ingenio in epiſtola ſequenti: *mirifice ingeniis excellentibus, quale eſt tuum, delectatur*.

Violatum] Quia Cæcina in Cæſarem ſcripſerat, epiſt. 7. & Suetonius, ubi de Cæſaris moderatione ac clementia loquitur: *A Cæcina*, inquit, *criminoſiſſimo libro laceratam exiſtimationem ſuam civili animo tulit*.

Quod ipſum lenitur] Hæc ipſa ira, quam commovit in Cæſarem liber ſuus, quotidie ſedatur.

Natus] Patre nobiliſſimo; ut in epiſtola ſequenti.

Cognitus] Durior eſt conditio ſpectatæ virtutis, quam incognitæ, inquit M Brutus in epiſtola ad Ciceronem. Simile illud ep. 6. lib I. *Præſta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus*. Nec alienum eſt ab hac ſententia, quod legitur ep. 14. lib. IX. *Nec licet quidem tibi jam, tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe*.

Vetuſtas noſtri amoris] Quippe eum etiam ejus patre familiariſſime ſit uſus; vide ep. 66. lib. XIII.

EPISTOLA VI.

Meorum multorum & ſtudiorum parium] Epiſt. 66. lib XIII Cæcinam appellat hominem omnibus ſecum ſtudiis officiisque conjunctiſſimum. Hic vel ſtudia litterarum ſignificantur, ut epiſt. 15. lib. V. *Vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria*: vel etiam ſtudia in remp. quia fuerat uterque in præſidiis Pompeii, pro cauſa optimatum, id eſt reip. Antea legebatur, *Et ſtudiorum, & partium*; placuit eorum ſententia, qui, *Studiorum parium*, ope aliqua veteris libri repoſuerunt.

Sed timen vereor] Etiamſi deeſſe tibi non debere intelligas officium meum; tamen vereor, ne litteratum a me officium requiras.

Expuliſſent] Clodiana temnora ſignificat; nec magis ipſum Clodium, quam Cæſarem, Pompeium, Craſſum tacite carpit: qui omnes, pulſo Cicerone, facilius aditum ſibi ad peſſima quæque parari poſſe crediderunt: vide orationem pro Sextio.

Qui illiam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt] Major in privato cive virtutis fieri ſignificatio non poteſt, quam ſi fortunam illius cum reipub. fortuna conjunctam eſſe dicamus, quod de Camillo Romana, de Epaminonda Græca prodit hiſtoria: illo in exſilium pulſo, urbem a Gallis captam, reſtituto, liberatam: hoc vivo Thebanos imperaſſe, qui antea ſervierant; mortuo, iiſdem ſervire coactos, quibus antea imperaverant. Eandem laudem tribuit Iſocrates Alcibiadi ἐν τοῖς περὶ τὸν ζωγρεῖν. Οὐχ' ὑγιαίνω δέος ἐστὶ σοὶ ἐναντίον ἀνὴρ ἐν πόλει ἐκείνῃ καὶ ἀδίκουντων ἀνὴρ ἐν πόλει ἐκείνῃ καὶ οὐκ ἀγαθοῦ. Id eſt: *Non putarunt, illa ex parte manente ſtatum reip poſſe, niſi de medio tolleretur*. Quam ſententiam aut imitari voluit Cicero gloriæ ſuæ favens, aut Iſocratis fortaſſe legenti conſuetudine, vel etiam ingenii felicitate quadam, in eam incurrit, cum & hæc ſcripſit, & illa in ep 2. lib. VII. *Cum ego in reſp. ea mea cepiſſe conſilia eſſe habita, magnum quoddam ſpectavi, nec*

Sua ſponte, ſed eorum auxilio, qui, me ſtante, ſtare non poterant.

In qua re eras] Negotiationis fortaſſe cauſa; nam epiſt. 6. *Conſilium*, inquit, *petis, quid ipſum tibi auctor, in Sicilia ne ſubſides, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare.* Nec dubito, quin eamdem negotiationem ſignificet, cum ad Servilium, qui Aſiæ præerat, Cæcinam his verbis commendat: *Te rogo atque oro, ut eum in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves.*

Glorioſo] Quid glorioſius, quam ab univerſa rep. revocari, promulgantibus omnibus, referente conſule, comitiis centuriatis, ordinibus hominibuſque incumbentibus? quod ipſe gloriatur epiſt. 9. lib. I. maximeque in orationibus poſt reditum.

Celeri] Rediit poſt menſes XVII, nam videtur diſceſſiſſe extremo menſe Martio, ut ex epiſtolis ad Att. lib. III. cognoſcitur: in urbem autem anno ſequenti eſt ingreſſus pridie non. Sept. quod indicat epiſtola prima lib. IV. ad eumdem; nam quod Plutarchus & Appianus eum rediiſſe decimo ſexto exſilii menſe dixerunt, fortaſſe non ad tempus, quo urbem intravit, ſed ad illud, quo in Italiam venit, ſpectarunt.

Etruſcæ] Divinandi ratio ab Etruſcis in urbem inducta: lib I. de Divin. & lib. II. de Nat. Deor. & Valerius Max. lib. I. cap. 1.

A patre] Epiſtola ad Furfanum, infra, & epiſt. 65. lib. XIII.

Monumentis atque præceptis] Non ſignificat libros; nam de his proxime ſubjunxit: *Plurimo doctrinæ ſtudio*; quid igitur? monita ipſa & documenta; epiſt. 1. lib. IV.

Noſtrorum temporum varietate] Exſilio miſerrimo, & reditu glorioſiſſimo. Nam *varietas temporum* & adverſam, & ſecundam fortunam ſignificat epiſt. 29. lib. XIII. *Notæ tibi ſunt varietates meorum temporum, in omni genere & honorum & laborum meorum, & animus, & opera, & auctoritas, & gratia Capitonis præſta fuit.*

In his tam obſcuris rebus] Cum ex nimia Cæſaris potentia, cujus auctor adjutorque maxime Pompeius fuit, civile bellum, & ea, quæ acciderunt, futura prædixi.

Monuiſſe Pompeium] Phil. 2. *Mea illa vox eſt nota multis. Vinam, Cn. Pompei, cum C. Cæſare ſocietatem aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes.*

Pompeium ſciebam plurimi] Ep 15. lib II. *Ceſeeem honeſtum eſſe cupiet pro Pompeio emori poſſum* Et ep. 2. ad Attic. lib. VIII. *Pro Pompeio libenter emori poſſum; facio pluris omnium hominum neminem.*

Fidele Pompeio] Vt fides amicitiæ debita poſtulabat: epiſt. 16. lib. II.

Salutare utrique] De Pomoeio vere dictum, qui civili bello vitam amiſerat. Sed ait, *Salutare utrique*, quod ad utriuſque ſalutem ſpectaret; utrique enim amicus erat: quod proxime dixit.

Providerim] Non eſt hic, *Providerim*, pro *perſpexerim*, ut epiſt. 4. *Interdum conjecturâ poſſis propius accedere, cum res eſt ejuſmodi, cujus exitus provideri poſſit*: ſed pro, operam dederim, ne accideſent, quod ſequentibus verbis oſtenditur. Sic epiſt. 10. *Quæ ſunt in fœtura temporibus regentur, & conſiliis noſtris provideburtur.*

Hunc] Cæſarem.

Ea me ſuaſiſſe Pompeio] Quæ ſuaſerit, ipſe exponit Phil. 2. his verbis: *Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim: unum, ne quinquennii imperium Cæſari prorogaret; alterum, ut peteretur ferri, ut abſentis ejus ratio haberetur*: quorum ſi utrumvis perſuaſiſſem, in has miſerias numquam incidiſſemus.

Tantas opes] Tantam potentiam. *Opes* enim non plane divitiæ ſunt, ſed totum illud, quo valemus. Epiſt. 13. lib. IV. *Aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam.*

Eundum] A Pompeio, cui lege Trebonia in quinquennium utraque Hiſpania, Craſſo vero Syria data erat. Epiſt. 11. lib. XVI *Ferantur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hiſpaniam.* Cæſar lib. I. Bell. Civ. Plutarchus, Appianus, Dio, alii.

Civile bellum nullum omnino fuiſſet] Nam Cæſar conditionem hanc ferebat; velle ſe, ſi Pompeius, in Hiſpaniam iret, in urbem venire, & præſentem petere conſulatum, non abſentem, ut ei lex concedebat, ipſo Pompeio rertium conſule adnitente lata; ep. 11. lib.

lib. XVI. & Cæſar lib. I. de Bel. Civ. & alii.

Rationem haberi abſentis) Permitti, ut abſens Cæſar conſulatum petere poſſet.

Non tam pugnavi ut liceret) Non ego, ut hoc liceret, pugnavi, (nam ipſe Pompeius tertium conſul, ut liceret, pugnaverat atque effecerat) ſed ut, quoniam jam licebat, ejus ratio haberetur. Cur enim, quod populus juſſerat, non probarem? Hac de re Suetonius hoc modo: *Cæſar ſenatum litteris deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur, aut ut ſeteri quoque imperatores ab exercitibus diſcederent.* In epiſtola ad Cæſarem, lib. IX. ad Attic. *Iudicavi te eo bella violari, coatra cujus honorem, populi Romani beneficio conceſſum, inimici atque invidi niterentur.*

Ipſa conſule) Ipſo Pompeio tertium conſule; epiſt. 3. ad Att. lib. VIII. *Tertio conſulatu contendit Pompeius, ut decem tribuni pl. ferrent, ut abſentis ratio haberetur; quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua.* Et Suetonius in Cæſare: *Cum ſenatus unum conſulem, nominatimque Cn. Pompeium fieri conſuiſſes, egit cum tribunis pl. ſollegam ſe Pompeio deſtinantibus, id potius ad populum ferrent, ut abſenti ſibi, quandocumque imperii tempus explesi cœpiſſet, petitio ſecundi conſulatus daretur: ne ea cauſa maturius, imperfecto adhuc bello, decederet.*

Pugnante) *Contendit*, dixit in epiſt. 3. lib. VIII. ad Attic. in tertia vero ad eumdem lib. VII. *Cur*, inquit, *tantopere pugnatum eſt, ut de ejus abſentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent?* Eſt autem plus, *Pugnante*, quam *Adnitente*. Epiſt. 32. lib. VII. *Pugna ſi me amas, ut ſaſcamento contendas mea non eſſe.*

Populus juſſerat) Iubet populus, decernit ſenatus; & *jubere* populus dicitur, cum legem a magiſtratu latam, ſuffragiis comprobat; juſſerat autem populus, ſeſentibus decem tribunis plebis.

Cauſa belli orta eſt) Cum Pompeius & ejus amici rationem abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberi nollent; Cæſar, quod ei populus dederat, id ſervari vellet.

Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem) Idem epiſt. 4. hujus libri, & ultima ſuperioris libri, & ad Att. epiſt. 14. lib. VII. *Ad pacem hortari non deſino: quæ vel injuſta utilior eſt, quam juſtiſſimum bellum.*

Nam is movebatur) Reſpondit Pompeius ad conditiones Cæſaris honorifice & large: ſed ejus amici armis diſceptari maluerunt; epiſt. 11. ad Att. lib. VIII.

Rebus domeſticis) Ob æs alienum: cujus diſſolvendi ſpe, civile bellum exoptabant. Videtur ſignificare L. Lentulum conſulem, P. Scipionem Pompeii ſocerum, Fauſtum Sullæ filium, Libonem, quem Sext. Pompeii ſocerum Dio vocat. De Lentulo ſic Cæſar lib. I. Bell. Civ. *Lentulus eris alieni magnitudine movetur.* De Scipione, Fauſto, Libone epiſt. 11. lib. IX. ad Attic. *Quid tu illic Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem prætermiſſuerum ſceleris putas? quorum creditores convevire dicuntur.* Eoldem notat epiſt. 3. lib. VII. *Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum.*

Cupiditatibus) Honorum opumque comparandarum: cum ſe præfuturos exercitibus ac provinciis exiſtimarent.

Quieſcente me) Rebus gerendis intereſſe Cicero noluit. Epiſt. 7. lib. IV. *Neque tu multum intereſſe rebus gerendis: & ego id ſempre egi, ne intereſſem.* Epiſt. 11. lib. XVI. *Ego adhuc majus negotium ſuſcipere volui; quo plus apud illum meæ litteræ, cohortationeſque ad pacem valerent.* Et epiſt. 11. ad Attic. lib. VII. *Ego negotio præſum non turbulento: vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campana, & meritima ora habeat intentum.* In epiſtola ad Cæſarem lib. IX. ad Att. *Sumtis armis, belli nullam partem attigi.*

Potui) Quoad ſermones bonorum, me reprehendentium, ſuſtinere potui; epiſt. 1. ad Attic. lib. IX. *Audio bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari; multaque in me & ſevere, in conviviis tempeſtivis quidem diſputari.* Et ad eumdem epiſt. 2. ejuſdem libri: *Eundum eſt, nec tam ut belli, quam ut fugæ ſocii ſimus: nec enim ferre potero ſermones iſtorum, quicumque ſunt: non ſunt enim verè, ut appellantur, boni.*

Pudor

Pudor meus) Epiſt. 3. lib. VII. *Pudori malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere.*

Quem timor) Exitii mei: eum imparatum Pompeium, Cæſarem paratiſſimum ab iis rebus, quibus victoria quæritur, viderem. Epiſt. 1. *Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum eſſet, id futurum quod evenit, exploratius poſſem promittere.*

Aliquando) Cum ab exſilio me reſtituit.

Officio) Patriæ debito; epiſt. 1. *Quoddam nobis officium juſtum, & pium, & debitum reipub. noſtræque dignitati videbatur.* Et epiſt. 3. lib. VII. *Si manerem in Italia; verebare, ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum; periculum te meum commoveret: pudori tamen malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere.*

Fama bonorum) Ne vituperarer a bonis; quid boni de me ſentirent ac loquerentur, laboravi: eoque in Græciam ad Pompeium tranſlivi. Paullo poſt, *Fama populi Romani* eadem ſententia dixit.

Vt in fabulis Amphiarai) Poetæ fingunt, vatem Amphiaraum, cum videret ſe interiturum, ſi ad bellum Thebanum iret, latitaſſe, uxore tantum conſcia: eam, accepto monili aureo, virum indicaſſe: itaque coactum ire cum ceteris, hiatu terræ abſorptum. Diodorus Siculus lib. V. Pauſanias, Statius, alii. Cicero lib. I. de Invent. & in Verrem. Servius in illud Virg. lib. VI.

——— *Mœſtamque Eriphylen*
Crudelis nati monſtrantem vulnera ſervit.

Ad peſtem ante oculos poſitam) Quia ſore videbam, ut Pompeius vinceretur. In oratione pro Marcello: *Tantum apud me gravi animi fidelis memoris valuit; ut nulla non modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem prudens & ſciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium.*

Ex alitis volatu, nec e cantu ſiniſtro oſcinis) Sic omnes mei veteres libri; & Cicero, cum hac ipſa de re loqueretur, lib. I. de Divinat. *Cilicum*, ait, *& Piſidarum gens, & Pamphylia, volatibus avium conſibuſque, ceteriſſimis ſignis, declarari res futuras putant.* Et ibidem lib. II. *Quæ eſt natura, quæ volucres huc & illuc paſſim vagantes effecerit, ut ſignificent aliquid, & tum volent agere, tum jubeant, aut cantu, aut volatu?* Feſtus quoque, ubi de volucribus auſpicium facientibus loquitur, ſemel in verbo, *Alites*, iterum in *Oſcines*, *volatum* appellat. Nec Cicero umquam, aut alius quiſquam ex iis, quorum ſcripta exſtant, aliter, quam *Volatus*, vocavit. Nec vero *Involare*, idem eſt quod *volare*, ſed *intro volare*; at hoc particulare verbum in alites auſpicium volatu facientes non convenit; quæ non *involant* modo, ut auſpicium faciant, ſed *avolant* etiam, aut *prætervolant*; nec mihi quidem occurrunt involantium exempla: nec dubito, ſi modo ſunt, quio rara admodum ſint. Cum igitur ad antiquorum librorum auctoritates accedat conſuetudo Latini ſermonis, *Volatu*, placet; *Involatu*, probare vix poſſum. Venio ad ſententiam. Alitum volatu, & oſcinum cantu; aut tripudiis auſpicium fieri veteres opinabantur, aveſque ab alitibus diſtinguebant: ut aves eſſent, quæ ore canentes auſpicium facerent, alites, quæ volatu. Feſtus: *Oſcines aves Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, ut corvus, cornix, noctua: alites, quæ alis ac volatu, ut buteo, ſanqualis, aquila, immiſſilus, vulturius. Picus autem Martius Feroniſque, & Parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur. Cantu ſiniſtro*, pro læto, & proſpero, dixit Feſtus: *Siniſtræ aves, ſiniſtrumque eſt ſiniſtimum auſpicium, id eſt, quod fieri fieri.* Varro lib. V. epiſtolicarum quæſtionum ait: *A deorum ſede cum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes; factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra, eſſe exiſtimentur.* Item fere ſentiunt Sinnius Capito, & Cincius. Eſt apud Varronem lib. VI. de Ling. Lat. *Quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur, a quo dicuntur comitia a vado quid indici ave ſiniſtra. Inde natum, ut, quæcumque boni eminus eſſent, etiamſi a dextra cernerentur, ſiniſtra tamen vocarentur.* Cicero lib. II. de Divinat. *Haud ignoro, quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere, etiamſi dextra ſint.* Exempla habemus lib III. de Legib. *Ave ſiniſtra dictus; populi magiſter eſto.* Et in Plauti Pſeud.

ri Pſeud. *Omnes ordines ſub ſignis ducum, legiones meas avi ſiniſtra auſpicio liquido.* Et hic: *Cantu ſiniſtro oſcinis*; non enim de cantu a læva tantum parte exaudito accipiendum eſt, verum de omni proſpero cantu ſive a læva, ſive a dextra fieret: cum omnia proſperà, ut dixi jam, vocarentur *Siniſtra*. Oſcines erant picus, cornix, corvus, at picus, & cornix a læva, corvus porro a dextra conſuadent. Et Cicero lib. IV. de Divin. *Cur aliis a dextra, aliis a læva datum eſt avibus, ut ratum auſpicium facere poſſint?* Quare cum hic de proſpera Cæcinæ fortuna Cicero auguretur, nec ſiniſter cantus auſpicium proſperum ſemper oſtendat, ſic intelligendum, quaſi dixerit: nec e cantu proſpero earum avium, quæ oſcines ab auguribus vocantur, eventumque dextro-aliæ cantu, aliæ lævo felicem promittunt.

Ut in noſtra diſciplina eſt) Ut augures noſtri appellant. Hoc enim pertinet ad vocabulum, *Oſcines*: nam & lib. II. de Nat. Deor. *Aves quaſdam*, inquit, *& alites, & oſcines, ut noſtri augures appellant*. Erat enim augur Cicero, epiſt. 4. lib. III. epiſt. 4. lib. XV. & alibi.

Tripudiis ſolliſtimis) Lib. II. de Divin. *Quia cum paſcuntur aves, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire, Terripavium prima, poſt Terripudium dictum eſt: hos quidem jam Tripudium dicitur. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſolliſtimum nunciant.* Feſtus autem: *Puls potiſſimum datur pullis in auſpiciis: quia ex ea neceſſe eſt aliquid decidere, quod tripudium faciat, id eſt terripavium; pavire enim ferire eſt: bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli per quos auſpicabantur, comediſſent, præſertim ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet; ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere.* Et alio loco: *Solliſtimum Ap. Pulcher in augurali diſciplinæ lib. I. ait eſſe tripudium, quod avi excidit ex eo, quod illa ferit.* Livius lib X. *Cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſolliſtimum conſuli nunciavit.*

Somniis) Sic omnes libri ſcripti, & quos olim vidimus, & quibus nunc utimur; in uno tantum ita ſcriptum eſt, ut & *Somaiis*, & *Soniviis* legi poſſe videatur; quibus enim lineis litteræ conſtant, totidem in utroque verbo ſunt; porro, cum duobus modis animi ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitentur, uno furente, altero somniante, ut inquit Cicero lib. I. de Divinat. non video, cur ſomniorum mentionem tollamus, cum præſertim de divinatione agatur.

Vel obſcuritatis, vel erroris) Non enim aperta plane ſunt, & in iis interpretandis erratur ſæpe.

Mitis clemenſque natura) Suetonius de Cæſare: *In ulciſcendo natura leniſſimus: moderationem vero clementiamque tum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit.* Et Plinius lib. VII. cap. 25. *Cæſari proprium & peculiare clementiæ inſigne, quæ uſque ad pœnitentiam omnes ſuperavit.* Similiter Plutarchus, & omnes hiſtorici; Cicero etiam ipſe in orationibus pro Marcello, Ligario, Deiotaro.

Querelarum tuarum) Querebatur de ſua calamitate, Cæſarem laudabat potius, quam accuſabat; nam hic non prior Cæcinæ liber, quem *criminoſiſſimum* vocat Suetonius, verum alter ſignificatur, de quo in epiſtola ſuperiore, & in ea, quæ poſt hanc legitur; in qua partem harum querelarum licet animadvertere.

Ingeniis excellentibus delectatur) Epiſt. 5. *Accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium ſummamque virtutem; cui meherculè hic, cujus in poteſtate ſumus, multum tribuit: itaque ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes, niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe violatum putaret.* Et epiſt. 8. lib. IV. *Etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis.*

Juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambitioſis voluntatibus) Epiſt. 12. *Valent apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes, quam neceſſariæ.*

Etruria) Quæ pro Cæcina ſupplicabat. Infra: *Te, hominem in parte Italiæ minime contemnenda nobiliſſimum.*

Suſtinere cauſas poſſe multorum) Negari multis poſſe.

Juſtius)

Iuſtius) Quia non ſolum arma in eum tuliſti, ſed libro etiam acerbiſſimo maledixiſti.

Eadem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leviter adſperſus] Fore putat, ut eum laudes, cum accuſaveris antea.

Leviter adſperſus) Intimo vehementer vituperatus: nam illum librum *criminoſiſſimum* appellat Suetonius. Cicero autem, ne ipſum Cæcinæ minuat veniæ impetrandæ, non valde læſum ab eo Cæſarem oſtendit, & laudationem acculatione majorem exſpectari; propterea de laudibus dixit, *Hauſturum*, quo verbo copia demonſtratur, de probris, *Leviter adſperſus*.

In parte Italiæ minime contemnenda) In Etruria: de qua Virg. lib. X.

Gens ibi triplex, populi ſub gente quaterni.

Facile omnium nobiliſſimum) In extrema oratione pro Cæcina: *Habetis*, inquit, *hominem ſingulari pudore, virtute cognita, & ſpectata fide, ampliſſimum Etruriæ totius, in utroque fortunæ cognitum multis ſignis & vetuſtis & humanitatis.*

Fama populi Romani] Opinione & ſermone omnium. Sic ſupra: *Vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus.*

Animatus melius, quam paratus) Hoc ſæpe objicit Pompeio: ep. 8. lib. IV. & ep. 3. lib. VII. & ad Attic. ep. 15. lib. VII. *Summa flagitia ſe imperati cum a militibus, tum a pecunia.*

In ejus perſonam] In ipſum Pompeium.

Caſſium) C Caſſium, qui poſtea in eum cum M. Bruto conjuravit.

Legavit) Legatum ſuum eſſe voluit, venia data ſuperioris temporis: epiſt. 15. lib. XV. *Tu eam partem petiſti, ut conſiliis intereſſes.*

Galliæ præfecit) Quod eo majus beneficium fuit, quia Brutus præturam nondum geſſerat, geſſit autem biennio poſt, Cæſare V. & Antonio Coſſ. Galliæ, quam reait, Ciſalpina; nam in Oratore: *Vna Gallia*, inquit Cicero, *communi non ardet incendio: in qua frueris ipſe te, cum in Italiæ luce vigilaris:* epiſt. 10. 11. 12. 13. 14. lib XIII.

Gratia) Vide, quæ diximus ep. 12. lib. IV.

Cui maxime ſuccenſebat) Epiſt. 4. lib. IV. & Suetonius.

Rerum hæc natura) Quæ poſtulat, ut in cauſa pari eadem ſit omnium conditio.

Nec manens, nec mutata ratio feret] Sive ſtatus hic erit, ſive mutabitur; in patriam redibis. Moneo lectorem ea mea conſuetudine, in omnibus, quos nunc habeo, veteribus libris eſſe, *Mutæ ratio*, uno excepto, in quo eſt, *Mutata ratio*: quod magis probo.

In cauſa pari) Hoc dicit, quia, cum & ipſe, & Caſſius, & Brutus, & Marcellus in prætidiis Pompeii fuiſſent, & iis tamen Cæſar ignoviſſet, æque videtur, ut Cæcina quoque, qui fuerat in eadem cauſa, iidemque caſtris, veniam a Cæſare impetret.

Eadem ſit) Eadem tua, quæ noſtra.

Nefariorum ſcelerum condemnati) Maxime ſignificat eos, quos lege Pompeia de ambitu damnatos Cæſar reſtituit: epiſt. 4. ad Att. lib. X. Suetonius, Cæſar lib. III. de Bell. Civ. Ad hanc rem illud ſpectat in ep. 19. lib. XV. *Cæſar habet damnatos, quos pro illo nobis reſtituat.*

Illa conſolatione) Qua tamen utitur per inſinuationem.

Poſſe accidere ut vinceremur) Simile illud eſt epiſt. 1. *Qui neque cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria:* & quæ ſequuntur.

Quantæ delectationi in rebus adverſis litteræ) Epiſt. 12. *Poſſi a litteris in ſecunda fortuna delectationem* dixit, *in adverſa ſalutem*. Idem epiſt. 3. lib IV. & ep. 2. lib. IX.

Non ſolum veterum) Vt Coriolani, Camilli, & aliorum, qui, cum duces bello clari fuiſſent, poſtea exſulaverunt.

Horum etiam ætatium vel ducum vel comitum) Duces, vel comites in bello civili ſignificat: quorum alii perierant, alii exſulabant. Idem ſcripſit ad Torquatum. epiſt. 4. *Poſtremo ii vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, ut imprudentia videatur, eandem fortunam, ſi eos cogat, temnere.*

Externos claros viros) Hannibalem, Lycurgum, Solonem, Themiſtoclem, Ariſtidem, alios, qui procul a patria,

tria, de qua meriti erant optime, vivere coacti ſunt.

Quaſi legis] Vere enim lex non eſt, ſed ideo lex videtur, quia pertinet ad multos.

Humanæ conditionis) *Cum omnes homines ea conditione naſcantur, ut omnibus fortunæ telis propoſita vita ſit.* Ad Titium epiſt. 16. lib. V. & ad Fabium, epiſt. 18. ejuſdem lib. *Qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſumus, cogites.*

Quemadmodum his] Conſolatio ducta a miſeria civitatis: ut ad Sextium, epiſt. 17. lib V. *Illud utinam ne vere ſcriberem, ea te republ. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet.* Et epiſt. 1. hujus libri, ad minuendum Torquati deſiderium: *Hoc*, inquit, *tempore Romæ eſſe, miſerrimum eſt.* Et epiſt. 4. *Nos quod Romæ ſumus, miſerrimum eſſe duca.*

Hoc genere nihil opus eſt) Eſt in orationis artificio, quæ ſe dicit velle prætermittere, ea diſſimulantem breviter exponere: quo genere ſæpiſſime uſus eſt Cicero, hic quidem egregie, ab eo loco: *Qua, ſi quid addubitarem, non potius uterer, quam illa conſolatione, qua facile fortem virum ſuſtentarem: te, &c.* ita, dum rejicere videtur quaſi non neceſſaria, collegit callide quatuor argumenta, quæ dolorem levent, unum ab incerto bellorum eventu & ancipiti fortuna ductum; alterum, a conſcientia facti; tertium, a conditione communi; quartum, a miſeria civitatis.

Perſpicio) Opinione certior eſt ſenſus, & ſpem ſæpe fallit eventus: quod in reſibus accidere vix poteſt: ideo, cum dixiſſet, *Ut ſpero*, ſubjunxit, *Vel potius ut perſpicio*: tamquam de re præſenti & oculis propoſita: nam de fortuna dixiſſet, *Ut proſpicio*; quemadmodum ep 3. lib. IV. *Multo ante, tamquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram*: & alibi.

Imagini animi & corporis tui) Cum omnes filii parentibus cari, tum ii maxime, qui corpore eos & animo referunt: itaque in epiſt. 3. ad Q. Fratrem, lib. I. *Quid quod eo tempore deſidero filium? qua pietate, qua modeſtia, quo ingenio? effigiem oris, ſermonis, animi mei.* Hoc quoque pertinet ad conſolandum Cæcinam, qui filium haberet ſui ſimillimum.

Conſtantiſſimo] Qui patris adverſam fortunam conſtanti animo ferat.

Eo uteruli] Quo ſtatim, ſi vellet, uteretur: ſic epiſt. 9. *Univerſum ſtudium & benevolentiam ad te defero.*

Familiares quidem ejus ſimul omnem) Familiares Cæſaris, Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Poſtumius: epiſt. 12.

Valebo tibi] Repetitio ejuſdem verbi quiddam venuſtatis habet: ep. 11. lib. II. *Quidquid erit, tibi erit.* Et ep. 18. ejuſdem lib. *Sin quid offenderit; ſibi ipſum, tibi nihil offenderit.*

Firmitudine animi) *Virtute* dixit ad Torquatum, epiſt. 4. in extremo.

EPISTOLA VII.

Liber) Is, de quo epiſt. 5. Itaque hinc patet, illam poſt hanc fuiſſe collocandam: hanc autem poſt eam, quæ ſequitur, in qua Cicero ſcripſit: *In Sicilia cenſeo commeandum*: cui reſpondit in hac Cæcina: *De Aſiatico itinere, ut imperaſti, feci.* Hic liber cum laude Cæſaris, Ciceroniſque ſcriptus erat, ut ioſra perſpicuum eſt. illum alterum, quo Cæſari maledixerat, ante pugnam Pharſalicam Cæcina compoſuit: quo ſe duriorem in venia danda Cæſar præbuit.

Quo animo ſcribatur) Vel hæc verba ſcriptum eſſe librum cum laude Cæſaris demonſtrant.

Inepte) Imprudentia noſtra: cum hoc damnum vitare licuerit libro comprimendo.

Stili) Quia ſcripſerim contra Cæſarem.

Cum mendum) Medicæus liber, *Commendum*: mei, *Cum emendandum*: unus, *Commentum*.

Scripture) Et hic & paullo poſt pro *ſcripta* poſuit: & ep. 11. lib. XV.

Litura) Veteres libri, *Littera*.

Stultitia fama multetur) Qui ſulte aliquid commiſit, fama illi pœna eſt, & ſtultus eſſe dicitur. Quidam libri, *Stultitiæ*.

Corrigitur) Non punitur, quod pertinet ad crimina, ſed corrigitur, quaſi levi culpa. Neque congruunt, *Exſilio corrigitur*: ſed erat proprium, *Exſi-*

Exſilio punitur : verum dedita opera cum leni verbo acerbum nomen conjunxit, ut inde perſpicuum faceret, quam inique ſecum ageretur, & quam eſſet in ea re fato ſingulari, cujus error corrigeretur exſilio.

Summa criminis) Et hoc aliqua cum ironia atque indignatione dixit : quaſi leviſſimum ſit crimen, ſi quis adverſario maledicat armatus : id quod proxime non crimen, ſed errorem vocavit.

Vota victoriæ ſuæ) Pro victoria imperatores vota feciſſe, Livius, & alii ſæpe dixerunt : ſed privatim vovere alii quoque ſolebant.

Immolaret) Feſtus : *Immolare eſt mola, id eſt, farre molito, & ſale, hoſtiam ſuſam ſpargere.*

Omnibus rebus) Hic etiam, non modo in bellis.

Prius) Quia vota non cogitat, quæ in ipſum ab adverſariis facta ſunt.

Multa deos venerati) *Multa*, adverbii loco poſuit, ut Virgilius Georg. lib. IV.

—— *Et ſpiritus oris*
Multa reluctanti obſtruitur ——

Sic locutus idem Cicero de Nat. Deor lib. III. & pro Murena : Topicorum autem initio : *Cum*, inquit, *mihi meiſque multa ſæpe caviſſes*. Gellius lib. XIII. cap. 22.

Scripſi de te) Timui, quia ſcripſi de te, quamquam parce, ne Cæſar offenderetur.

Non revocans me ipſe) Non revocavi me ſponte, ſed refugi metu.

Genus hoc ſcripturæ) Cum alterum laudamus ; nam cum alteri maledicimus, aut cum nos ipſos laudamus, minus liberum eſt.

Atque elatum) Vnus Maffei liber, *Elatum* : quod olim probavimus, reliqui mei omnes, *Latum*. Sed coniecturam noſtram aliis quoque placuiſſe, nunc video.

Alterum laudare) Quod ego feci : nec tamen id mihi liberum fuit.

Or quo quidquid detraxeris) Si perfecte alterum non laudes.

Infirmitati) Ingenii.

An nescio, an tibi gratius opportuniusque acciderit) Fortaſſe gratius tibi erit, ac melius cadere videbitur, quod parce te laudaverim, metu ſcilicet refugiens ; nam, quod egregie præſtari non poteſt, id vel non attingere oportet, vel ſaltem quam parciſſime facere.

Suſtiani) Licet hoc ſcripturæ genus incitatum eſſe debeat, ego me tamen ſuſtinui.

Minui) Vt parcius te laudarem.

Suſtuli) E libro.

Ne poſui quidem) Quæ, niſi metus impediſſet, jure ac merito tuo poſuiſſem.

Quemadmodum igitur, ſcalarum gradus, &c.) Comparationes Poetis, potius, quam ſoluta oratione ſcribentibus, conveniunt. Demetrius, cum de longioris vitio ſimilitudinis præciperet, hæc ſubjunxit : *Ταυτα γαρ ουκ ικανωτικης εστι σοφιστης, αλλα παραβολης ποιητικης. τας δε παραβολας ταυτας ουτε ῥαδιως εν τοις πεζοις λογοις τιθεναι δει, ουτε αλλου πλειους φυλαττειν.* Id eſt : *Hæc enim non jam ſimilitudinum ſpeciem habent, ſed Poeticarum comparationum : hujuſmodi autem comparationes neque facile in ſoluta oratione, neque ſine cautione plurima uti oportet.* Idem alio loco minui docet comparationibus gravitatem illam, quam Græce vocant *δεινοτητα*. *Αι παραβολαι*, inquit, *τη δεινοτητι ουκ επιτηδειαι δια το μηκος· οιον το, Ωσπερ δε κυων γενναιος, απειρος, απροσοιστος επι κακον φερεται : πολλος γαρ και ακριβης εις εν τουτοις εμφαινεται· η δε δεινοτης σφοδρον ει βουλεται και συντομον, και τυχοθεν πληττουν εστικε. Comparationes gravitati non conveniunt propter prolixitatem. Cujuſmodi illud eſt* : Quemadmodum canis generoſus incaute in aprum irruit : *Venuſtas enim, & elegantia quædam in hiſce apparet. Gravitas autem deſiderat vehemens quid, & conciſum ; & ſimilis eſt jaculis, quæ e propinquo feriunt.* Videndum igitur, an ſatis apte comparationem hanc Cæcina in epiſtolam induxerit : quamquam & Ciceronem hoc nonnumquam feciſſe conſtat.

Num pœne metu) Non enim timenda eſt laudanti pœna, ſed offenſio tameo quædam ejus, qui laudari fortaſſe non vult.

Animum) Quo modo animum affici atque angi meum putas, ubi hæc ſecum ipſe cogitat ?

Loqui-

Loquitur) Animus cogitat, lingua loquitur, ſed quia cogitata animi loquitur, ideo quod eſt linguæ, ad animum transfertur.

Hoc probabit) Et hoc & quæ ſequuntur, uſque ad illud, *Quid faciet?* ea ſunt, quæ ſecum loquitur animus.

Non offendo) Ipſum Cæſarem.

Cum certo offendam) Aliquem, non ipſum Cæſarem; abſurdum enim eſſet id, quod ſequitur: *Quid ſi non vult?* nam cur dubitet in re notiſſima? quaſi vero offendi quiſquam velit. Sed opponit Cæcina, *Laudare aliquem*, *Offendere*: non quo in utroque veretur, ne Cæſarem lædat.

Armati ſtilum) Stilum ejus, qui ſcripſit armatus.

Victi & nondum reſtituti quid faciet) Quo modo perſequetur ſtilum victi, & nondum reſtituti?

In Oratore) Sic inſcripſit librum, in quo formam perfecti oratoris expreſſit: epiſt. 18. *Oratorem meum a te probari, vehementer gaudeo: mihi quidem ſic perſuadeo me quicquid habuerim judicii de dicendo, in illum librum contuliſſe &c.*

Caves tibi per Brutum) Cum hæc ſcribis: *Teſtificor me a te rogatum, & recuſantem, hæc ſcribere eſſe ausum, volo enim mihi ſecum commune eſſe crimen: ut, ſi juſtinere tantam quæſtionem non potuero, injuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti.*

Veterem tuum) Exſtat Ciceronis oratio pro Cæcina.

Sentire oportet) Multo, inquit, magis mihi eſſe timendum intelligo, quam tu in Oratore tuo timuiſti.

Calumnia timoris) Calumniator ea fingit, quæ vera non ſunt, itidem timor ſæpe falſa proponit: ut recte, propter ſimilitudinem, *Calumnia timoris* dici poſſit.

Cæca ſuſpicionis tormento) Cum non videam, quo conſilio gratiam a Cæſare inire poſſim, & incerta ſuſpicione torqueor, metuens, ne offendam potius eum, quam mihi reconciliem.

Ad alieni ſenſus conjecturam) Male agitur cum eo, cui ſcribenti cogitandum eſt, non quod ipſe probet, ſed quid alii probaturi ſint, in quo ſequitur non judicium ſuum, ſed conjecturam de alio ſenſu.

Evadere) Ita ſcribere, ut animus acquieſcat. *Evadere* dixit, tamquam ex difficultate.

De Aſiatico itinere) Petierat a Cicerone conſilium Cæcina, quid ſibi eſſet auctor, in Sicilia ne ſubſideret, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſceretur, reſpondit Cicero: *In Sicilia cenſeo commorandum*; quod ſe facturum Cæcina confirmavit: vide epiſtolam ſequentem, quæ tamen ante hanc ſcripta eſt. Poſtea tamen in Aſiam Cæcina profectus eſt, fortaſſe reditu in patriam deſperato; nam ep. 6. lib. XIII Cicero eum Servilio commendans: *Te rogo*, inquit, *atque oro, ut eum in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves.*

De nobis) De reditu noſtro in patriam.

Vel ſtudio) Quo ſæpe impeditur ingenium; eſt enim *ſtudium*, vehemens quædam animi affectio & propenſio ad aliquam rem.

Capiatur) Traslatum verbum, pro, *ad voluntatem noſtram traducatur*; ſunt enim in poteſtate noſtra, quæ cepimus.

Ejus omnes) Familiares, qui nominantur epiſt. 12. & ſignificantur epiſtola 6.

Niſi forte, aut in miſeria nimis ſtulte) Ideo ſtulte, quia dixit, *Sed totum tuum eſſe*, modeſte enim, qui in calamitate eſt, petere debet.

In amicitia nimis impudenter) Videndum enim, quid amico oneris imponamus.

Tuæ vitæ conſuetudo) Excuſat petitionem ſuam tribus modis, primum, quod Cicero, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæſar, optime omnium intelligat: deinde, quod apud ipſum Cæſarem eiuſque familiares omne gratia valeat: poſtremo, quod laborare pro amicis conſueverit. Hæc diſperſa parum attenduntur: collecta, & ſub oculos ſubjecta legentium, copiam in ſimili argumento non exiguam pariunt.

EPISTOLA VIII.

Fargus) Romanæ gentis cognomen.

Tibi præfinitum eſſe) Ne ultra tibi eſſe liceret in Sicilia.

Balbus) L. Cornelius Balbus, Gadita-

ditanus, pro quo exſtat Ciceronis oratio, hic abſentis Cæſaris negotia procurabat, epiſtola ult. ad Att lib. XIII. *orationes, opinor cum Balbo*, quo loco fuerit apud Cæſarem cum C. Oppio, Cæſaris ipſius ad utrumque declarat epiſtola, quæ legitur lib. IX. ad Atr. De Balbis vide infra, epiſt. 12.

Oppius) C. Oppius Cæſaris legatus Africano bello, ut in libro legitur, qui de eo bello ſcriptus eſt, exſtat ejus, & L. Balbi epiſtola ad Ciceronem lib. IX. ad Att. & Ciceronis ad eum lib. XI.

Meis meæ rogationi potius non continuo reſponderunt) Nihil deeſt, ut quidam putarunt; nam, *Potius*; refertur ad illa ſuperiora. Cum ſueſſent, aut polliceri, aut etiam negare: quorum neutrum fecerunt, ſed potius huic meæ rogationi non continuo reſponderunt.

Re aut impetrata, aut, quod ſpero, aliqua ratione confecta) Vtroque modo elicitur ſententia: ſed in alteram partem ut propendeam, facit auctoritas veterum librorum; vult enim Cæcinam ſperare, ſi res non impetrabitur, ſaltem ut aliquo modo ad exitum perducatur: quid autem, dicit aliquis, ſi res non impetratur, ſperare poterat? ut in Italia fortaſſe poſſet eſſe, modo ne ad urbem accederet, nam de Sicilia jam impetratum erat. At illud optabilius, ut reditus in urbem impetraretur. Quis negat? ſed ego opinionem ad verba, quam verba ad opinionem, accommodare malo. Proferat aliquis veterem librum, in quo videam, *Re aut impetrata, quod ſpero*: tum facile & libenter aſſentiar.

T. Furfano Poſtumio) Vſitatius erat, *T. Poſtumio Furfano*, ut cognomini nomen præponeretur: tamen & cognomen interdum nomini anteponitur, ut epiſt. 8. lib. II. & epiſt. 1. lib. VII. *Gallus Caninius*, & *C. Criſpus Salluſtius* in libro vel Hirtii, vel Oppii, de bello Africano, non ſemel nominatur: item *Gallus Fabius* epiſt. 12. lib. VIII. ad Att. & epiſt. 47. lib. XIII. ad eumdem. Sunt, qui legant, *T. Fuefonio Poſtumo*: ego malo, *Furfano Poſtumio*, teſtimonio fretus veterum librorum: &, quod ignoti *Furfanii*, *Poſtumii* notiſſimi, adde quod *Furfanus* appellatur epiſt. 15. ad Att. lib. VII.

Quæ mihi venirent in mentem, &c.) Vide eamdem ſententiam in epiſt. 8. lib. V. in extremo.

EPISTOLA IX.

PAtre ejus) De quo epiſt. 6. & lib. XIII. epiſt. 66.

Vivebat mecum conjunctiſſime non ſolum officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibus) Non dubito, quin eadem ſtudia & officia ſignificet epiſt. 66. lib. XIII. cum ait: *Haminis omnibus mecum ſtudiis officiiſque conjunctiſſimi*.

Neceſſe ſit) Sic in uno vetere libro: reliqui omnes, *Neceſſe eſt*, utro modo legas, parvi refert.

Reliquum eſt, ut, cum cognorim) Qui petit, ſpem impetrandi ſi oſtendit, eo ipſo impetrat facilius; probitatis enim & humanitatis commemoratio benevolentiam gignit.

EPISTOLA X.

VEl caſus potius) Minuitur culpa, cum a voluntate in caſum transfertur: hoc artificio utitur Cicero quaſi conſolandi gratia; nam ſi conſilio Trebianus Cæſarem læſiſſet; recuperandi fortunas & dignitatem ſpes eſſet infirmior: ſin autem caſu excuſationem aliquam inveniret, injuria.

Magno dolori fuit) Refertur ad illud, *Semperque fecerim*. Magno dolori autem, quia de victoria veſtra deſperabam; nec putavi, cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore.

Recuperes) Antea, *Receperis*: non *recuperes*, aliquot jam annis emendavimus, & impreſſimus, liber vetuſtus habet, *Reciperes*. Et in aliis etiam exemplaribus *I* litteram pro *V* ſæpiſſime reperias.

Cura eſt) Et hoc ad illud alterum ſpectat, *Quanti te faciam*, ſingulis enim ſingulare reddere, confirmandæ ſententiæ cauſa, Cicero ſolitus eſt.

Caſus mei) Cum patria pulſus lege Clodia ſum, hoc ad illud pertiner,

net, *Quanti me a te fieri intellexerim*: ita cum tria propoſuerit, tria ſubjunxit.

Poſtumuleno) Cognomen Romanæ gentis: & *M. Poſtumulenus Secundus* nominatur in antiquiſſimo lapide quadrato, quem vidi in ædibus Rainucii Farneſii Cardinalis, huius generis nomina ſunt, *Voluſenus*, *Salvidenus*, *Vibienus*, *Labienus*, *Naſidienus*, *Ceſidenus*, *Vatienus*.

Theude) Nomen ſervi, cognomen liberti.

Quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum] Vide idem iiſdem fere verbis epiſt. 13.

Qui fuiſti] Fuiſti autem & omni honoris gradu ampliſſimo digniſſimus, & ordinis tui facile princeps.

Ordinis tui) Equeſtris; nam, ſi ſenatorii fuiſſet, *Ordinis noſtri*, dixiſſet: cum ipſe Cicero ſenator eſſet; ideo & *Digniſſimus* dixit, tanquam de equite, iis honoribus digno, quos qui adepti ſunt, non jam equeſtris, ſed ſenatorii ordinis dicuntur eſſe.

Eodemque de cauſa) Quod pro Pompeio contra Cæſarem arma ſumſimus. *De*, valet *propter*: ut apud Terentium, in Eun. *Equid nos amas de fidicina iſtac*.

Tanquam ex reliquiis) Non enim priſtinam recuperavi dignitatem: ſed quaſi reliquias quaſdam ſervo. *Imago veteris meæ dignitatis*, dixit epiſtola 13.

Familiariſſimi ejus) Quos nominat epiſt. 12.

Caſu devincti) Quia, cum olim in eos officia conferebam, fore aliquando tempus divinare non poteram, ut eorum ope indigerem. *Caſu* igitur, ob hæc tempora, quæ præter opinionem meam conſecuta ſunt.

De tuis fortunis) Quarum partem amiſerat, epiſt. 11.

In qua ſunt omnia) Hanc maxime curemus: de fortunis minus laborandum, in hac enim omnia ſunt. Videtur ſignificare, fortunas omnino recuperari non poſſe, quod comprobatur epiſt. 11.

Ad te deſero) Epiſt. 6. *Et pollicitus ſum, & deſuli*.

Ut nihil exiſtiment eſſe tam difficile) Vide ſimilem ſententiam in ep. 11. lib. V.

Tali enim tempore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri) Similis ſententia in epiſt. 13. in principio, & lib. IV. epiſt. 13.

Injuriam temporum] Temporibus aſſignat, quod hominum eſt: ut in epiſtola proxima, quod conſilii fuit, in caſum confert. Hæc derivatio culpæ cautionem habet, ne lædatur is, qui quo animo ſit, magni refert in utramque partem. Epiſt. 21. lib. V. *Injuriam* appellat: item epiſt. 5. lib. VI. nulla temporum aut hominis cujuſquam mentione facta.

Magnum fructum ſtudiorum optimorum capis) Docent enim hoc maxime litterarum ſtudia, nihil eſſe curandum præter culpam.

Idque ut facias) Non refero hoc ad proxima, ſed ad ſuperiora illa verba, *Magnum fructum*, &c.

Simul & illud) Iam incipit aliquid polliceri: ut ad conſcientiam vitæ ante actæ ſpes etiam accedat futuræ incolumitatis.

Rerum & exemplorum) Uſum rerum & doctrinam ſignificat: quod utrumque vitæ genus Trebianus coluiſſet, το πρακτικον, ex Dicæarchi præcepto, και το θεωρητικον, a Theophraſto laudatum.

Plus etiam, quam vellem] Ob incommoda, quæ ſuſtinui.

Qui plurimum poteſt] Cæſar: epiſt. 13. lib. IV. ſic locutus eſt. Eamdem ſententiam epiſt. 7. lib. IV. tribus modis expreſſit: *Ei penes quem eſt poteſtas*: *Ita late patet ejus poteſtas, ut orbem terrarum complexa ſit*: *Is qui tenet remp.* Dixit etiam: *Qui omnia tenet*: *Cujus dominatu locus vacat nullus*: *Ad quem unum omnia delata ſunt*: epiſt. 8. 9. ejuſdem libri.

Delabi ad æquitatem) Æquitas a ſummo jure diſcedit: ſummum jus perſequebatur Cæſar, cum eos, a quibus lætus erat, ulciſcebatur: quod ſi non tantum injuriam, qua ipſe eſſet affectus, verum alia quoque ſimul cogitaret, verbi cauſa, qui Pompeium ſecuti eſſent, alios id amicitiæ dediſſe, alios reipubl. quod eam crederent in Pompeii & conſulum caſtris eſſe: præterea, ſatis eos iam dediſſe pœnarum; pertuliſſe incommoda, quæ bellorum natura fert; caruiſſe patria, liberis, fortunis; nec poſſe talibus

viris remp. carere diutius, hæc ſi cogitaret, delaberetur ad æquitatem, nec ſummo, ut antea, jure agendum putaret.

Ad reeum naturam) Vt homo hominem tueatur ac diligat. Odiſſe enim & lædere, violentum quiddam eſt, non ex rerum natura: epiſt. 6. *Rerum hoc natura & civilium temporum non patietur.*

Ipſa cauſa) Dixi jam epiſt. 1. lib. I. *Cauſam* interdum id vocari, quod ad aliquem pertinet: ut, *Pompeii cauſa juſtior, quam Cæſaris.*

Cum rep.) De hac ſpe, quæ ab ipſa reviviſcente rep. capi poſſet, vide infra epiſt. 12. *Scis*, inquit, *me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te, magis ut conſolarer fortem virum atque ſapientem, quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi eam quam ab ipſa rep. cum hic aedor extinctus eſſet, ſperavi oportere cenſerem.* Et epiſt. 13. lib. IV. *Etiam illa, quæ minimum nunc quidem poteſt, ſed poſſit neceſſe eſt, reſpub. quaſcumque vices habebit, ab iis ipſis, quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit.*

Quæ quoniam) Ea quæ lenius ac liberalius fiunt.

In temporum inclinationibus) Opportunitates temporum vel parvæ ad impetrandum ſæpe adjuvant; qua de te vide epiſt. 16. lib. II.

Levandi) Qui juvat, idem dolore levat, vel, *Levandi*, calamitate exſilii.

Proclivius) Facilius: quia per clivos facile deſcenditur. Sic Off. lib. II. *Dictu quidem eſt proclive.* Et in Lælio: *Amicitia remiſſior eſſe debet, & ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.* In Tuſculana tamen quarta: *Hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facultas nominetur; in malis, proclivitas, ut ſignificet lapſionem.*

Quod eſt in me te) Hoc ipſi præſtare non poſſumus, in te uno ſitum eſt.

Quæ ſunt in fortuna) Præſentem ejus calamitatem ad fortunam refert, & eam non fore perpetuam oſtendit, cum ait, *Temporibus regentur*: id eſt, ratio temporum moderabitur: nos autem, quantum conſilio licebit, occurremus.

EPISTOLA XI.

Dolabellam) P. Cornelium Dolabellam, antea Ciceronis generum, de quo ſupra diximus, divortium jam cum Tullia fecerat, quo tempore ſcripta eſt hæc epiſtola: id licet conjicere ex epiſt. 23 ad Attic. lib. II. quæ ſcripta eſt ante bellum Africanum: hæc vero ad Trebianum omnes poſt id bellum; nec vero ſimul cum affinitate dirempta amicitia eſt, (niſi ſi temporum cauſa ſimulatum eſt) exſtant Ciceronis epiſtolæ lib. IX. ad Dolabellam inſigni cum amoris argumento. & hæc ipſa, prodeſſe Ciceroni gratiam Dolabellæ apud Cæſarem in amicorum negotiis demonſtrat.

Non deſuram eius periculis) Bis eum Cicero, ante filiam ſuam ei collocatam, in capitis periculo defenderat, epiſt. 10. lib. III

Quam gratias agere) Reſpuit enim verus amor gratiarum actionem.

Vere facere poteris) Quia maxime gaudeo impetrata ſalute tua; ideo, ſi mihi gratulaberis; jure & vere facies: nam, *vere gratulari*, eſt, eum cauſa gratulari, ut in epiſtola ſequenti.

Virtus) Antea cognita, hic *Virtus* non fortitudinem, non doctrinam, ſed præſtantiam quamdam in magnis rebus demonſtrat; nominatur autem ſimul cum dignitate, ut in epiſt. 5. quo loco *Virtutis* omnen eadem ſignificatione uſurpatur.

Dignitas) Trebianus, ut ex epiſt. 9. intelligitur, equeſtris ordinis fuit: dignitas tamen ei, tamquam honor cum ordine conjunctus tribuitur, & in eadem epiſtola, & in hac.

Eſt tuæ ſapientiæ magnitudiniſque animi) *Sapientiæ*, ut anteponendam rei familiari dignitatem judicet; *magnitudinis animi*, ut illam jacturam neglegat fortiterque ferat. Vtramque conjunxit & epiſt. 5. lib I. cum ait: *Tuæ ſapientiæ magnitudiniſque animi eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute atque in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare.*

Veſtorius) Puteolanus, de quo ſæpe fit mentio in epiſt. ad Att.

Ad me ſcripſit, te mihi maximæ gra-

tiam

tias agere) Erat igitur Trebianus ubi Veſtorius, & fortaſſe Puteolis, quia Puteolanus Veſtorius.

Facile patior) De hoc genere loquendi ſatis dictum eſt epiſt. 9. lib. I. & ep. 7. lib V.

Ea prudentiſſima cuique) Similem ſententiam vide ep 13. lib. II. Confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus prudentibus fideliterque ſuadentibus idem videri.

EPISTOLA XII.

Ampio Balbo) Videtur is eſſe, ad quem ſcribit epiſt. 29. lib. X. quod ſi ita eſt, collocari illam epiſtolam ante hanc oportuit; ut ex utriuſque cognuſcitur argumento. Idem commendatur epiſtola 70. lib. XIII. Quatuor Balbos invenio, unum hunc Ampiæ gentis, alterum Atiæ, qui Iuliam, C. Cæſaris ſororem, in matrimonio habuit, ex qua genuit Atiam, Auguſti matrem; duos reliquos Gadibus natos, & civitate Romana donatos, Corneliæ gentis: quorum alter Balbus major, alter minor, ejus fratre genitus, vocatus eſt; major eſt, qui nominatur inter Cæſaris amiciſſimos in hac ipſa epiſtola, & in ep. 8. 19. & in 5. 7. 18. lib. VII. & in 37. lib. IX. pro quo extat egregia Ciceronis oratio, primus in Oceano genitorum conſulatum eſt adeptus, ut ait Plinius lib. VII. cap 43. Minor Balbus ex Africa triumphavit, ut item Plinius lib. V. cap. 5. Strabo lib. III. Solinus nominatur a Cicerone epiſt. 11. lib. VIII. ad Attic. a Pollione epiſt. 32. lib. X.

Frangi) Cognita veritate.

Ad æquitatem animi) In qua ſunt, qui dolore vacant.

Tui caritas) Mea in te caritas cogebat, ut apertius tuam cauſam agerem, quam permittere videbatur fortuna noſtra. Infra: *Nihil eſt a me inſervitum tempori cauſæ.*

Vidi, cognovi, interfui) Tribus verbis, nulla copula interpoſita, vis ſumma perficitur, tale illud pro Milone: *Eſt hæc, judices non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* Et Phil. 14. *Hujus nefarios impetus repreſſit, fudit, occidit.* Interdum & quatuor verbis, ut in Catilinam: *Adiit, exceſſit, evaſit, erupit.*

Satis opportuna) Cum eorum gratia & auctoritas magno nobis emolumento & fuerit nunc, & eſſe poſſit.

Cum eo illo diſceſſeriat) Ep. 9. lib. I. *Sic enim te exiſtimare velo, me, cum a vobis, meæ ſalutis auctoribus diſceſſerem, hominem eſſe, cujus officiis me tam eſſe devinctum, non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam.*

Panſa) C. Panſa, Vibiæ gentis, ut mei teſtantur duo veteres argentei nummi, conſul fuit cum A. Hirtio, anno poſt Cæſaris necem 1. tribunatum geſſerat Sulpicio & Marcello coſſ. ut indicat Cœlius in epiſtola lib. VIII. cujus initium eſt: *Etſi de cop. Mutinenſi pugna duobus vulneribus acceptis, Bononiæ periit*, ut ait Appianus. Vide epiſt. 30. lib. X. & epiſt. 33. ejuſdem libri, & Phil. XIV. & Dionem lib XLVI. Hujus in ſe benevolentiam ſummam non hic modo, verum & in Phil. VII. Cicero declarat his verbis: *Quamquam nos ab ineunte illius ætate uſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas, ſimilitudoque conjunxit: ejuſdemque curam in redibilem aſperrimis belli civilis periculis perſpexit non modo ſalutis, ſed etiam dignitatis meæ.*

Hirtius) Panſæ collega in conſulatu, qui eodem in prælio occiſus eſt. Homo novus, ut Cicero etiam noſter fuit: atque hoc illi exprobravit M. Antonius epiſtola illa, quæ eſt in Phil. XIII. *Acerbiſſimum eſt*, inquit, *eſt, te, A. Hirti, cenatum eſſe beneficiis Cæſaris, & tolum ab eo ereftum, qualem ipſe mearis.* Et Cicero, ad excuſandam ejus novitatem, ita ſcripſit in quadam ad illum epiſtola: *Cum nobilitas ſit nihil aliud, quam cognita virtus, quis in eo quem vere ſalutem videret ad gloriam, generis antiquitatem deſideret?* Dio unum fuiſſe ait e filiis proſcriptorum a Sulla, & a Cæſare ad honores elatum. Huic Cicero, poſt divortium Terentiæ, ſororem ſibi in matrimonium offerenti, reſpondit, ſe Philoſophiæ ſimul, & uxori operam dare non poſſe: auctor divus Hieronymus lib. I. ad Iovinianum.

Balbus Oppius) Vide, quæ diximus epiſt. 8.

Matius) Virum doctiſſimum appellat epiſt. 15. lib. VII. Ejus habemus diſertiſſimam epiſtolam lib. XI.

Poſtumius) Cæſaris & hic familiaris : fortaſſe is , qui Siciliæ præfuerat , ep. 8. vel qui epiſt. 10. lib. XIV. ad Attic. nominatur.

Plane ita ſciunt) Ad illud refertur, *Me proximum habeant*, ut ſit : hoc ita multis officiis præſtant , ut, amorem ſingularem mihi declarent .

Pro me) Pro ſalute mea : veteres libri omnes , quos inſpicere ſoleo dubiis in lucis , habent , *Per me* ; nec diſplicet . Egerat Cicero per familiares Cæſaris , amicos ſuos , non per ſe ipſum , cujus auctoritas & gratia non erat ejuſmodi , ut aliorum incolumitatem deprecari poſſet : ita porro in Ampii ſalute impetranda ei ſatisfecerant amici ejus omni ſedulitate atque officio , ut vix ipſe Cicero , ſi auctoritate & gratia pari fuiſſet , agere potuiſſet . *Agere* autem *per aliquem* , eſt , alicujus opera uti , & in epiſt. 9. dixit : *Agam per me ipſe & moliar* . Quocirca videndum , an rectius ſit , *Per me*, quam *Pro me* ; nam , nec libenter diſcedo ab antiquis libris , nec hic quidem , ut diſcedam , ſententia poſtulat .

Molitum) *Moliri* eſt , ſine propoſito aliquid agere , epiſt. 9.

Nihil eſt a me ipſervitum temporis cauſa) Hoc eſt , quod paullo ante dixit : *Egi tuam cauſam apertius , quam tempora noſtra ferebant.*

Non minus auctoritate , quam gratia) Gratia adoleſcentes valere poſſunt , auctoritate non poſſunt ; nam *auctoritas* quædam exiſtimatio eſt partæ rebus egregiis , in quibus gravitas & conſilium enituerit .

Cimber autem Tillius) Sic placet, ut alii emendarunt ; licet veteres aliquot libri *Tullius* habeant .

Mihi plane ſatisfecit) Hic locus oſtendit, Cimbrum inter Cæſaris familiares fuiſſe : quod ſi quis ambigit, Senecam legat lib. III. de Ira , qui ait eum Cæſaris partium civili bello defenſorem acerrimum fuiſſe . Poſtea conjuravit in Cæſarem , primaſque partes in eo necando ſuſcepit . Suetonius, Plutarchus .

Non tam ambitioſe , quam neceſſarie) Sic epiſt. 6. *Cedit multorum juſtis & officio incenſis , non inanibus aut ambitioſis voluntatibus* . Et in oratione pro Ligario : *Video cauſas rogantium valere plus apud te , quam preces , ab iiſque te , moveri maxime , quorum juſtiſſimum dolorem videas in petendo* .

Quas quia Cimber habebat) Videtur fuiſſe Cimber Ampii propinquus .

Diplomata) Litteræ Cæſaris obſignatæ , reditum Ampio & incolumitatem dantes .

Tubam belli civilis) Quo cives ad bellum , ut ad prælium vocari milites ſolent . Tale illud Phil. VII. *Bellicum me cecinisse dicunt* .

Quaſi non gaudeant) Ob direpta , vel parvo emta proſcriptorum bona .

Recepit) *Recipere* plus eſt , quam promittere , epiſt. 28. lib. XIII. & epiſt. 8. lib. V. *Qui enim in ſe recipit , præſtaturum ſe promittit* . Epiſt. 41. lib. XIII. dixit : *Confirmo & ſpondeo* .

Eppuleiæ) Vxoris , nam Ampia , filia : quia fœminæ gentis nomine appellabantur . Fulvii liber unus, *Appuleiæ* : reliqui omnes , *Eppuleiæ* : quorum conſenſu moveor : licet *Eppuleiæ* gentis mentionem alibi non viderim : *Eppiam* quidem exemplis non paucis cognitam habemus .

Niſi eam , quam) Quam ſpem ab ipſa repub. ſperari oportere cenſerem. Omnino durius videtur , *Sperare ſpem*: itaque Lambinus legit , *Niſi ejus* : ut ſit , ejus ſalutis .

Ab ipſa repub.) Quæ , belli ardore extincto , jacentem bonorum cauſam ſublevabit . Sic epiſt. 10. *Cauſa* , inquit , *ea eſt , ut jam ſimul cum rep. quæ in perpetuum jacere non poteſt , neceſſaria reviviſcat atque recreetur* . Et in epiſt. 13. lib. IV. *Quæ minimum nunc quidem poteſt , ſed poſſit neceſſe eſt* .

Cum recordarer te) Tacita cohortatio ad conſtantiam : commemorantur enim ea , quæ ſapientiam & animi magnitudinem pariunt .

In repub. eſſe verſatum) Hoc dicit , quia diuturna reipubl. adminiſtratione prudentia comparatur : qua qui præditi ſunt , adverſis caſibus minime ſtranguntur .

In ipſa diſcrimina) In belli civilis initiis . Itaque jam ab eo tempore , quæ acciderunt , ſuſpicari ac divinare potui-

potuiſti : cur igitur mirarer conſtantiam tuam in iis rebus , quarum eventum aliquanto ante prospexeras?

Sed etiam , ſi ita accidiſſet , victus ut ſapiens eſſes) Libri aliquot veteres : *Sed etiam ut , ſi ita accidiſſet , victus & ſapiens eſſes*. Alii : *Sed etiam ut , ſi ita accidiſſet victus ut ſapiens eſſes* , quos ita ſum ſecutus , ut primum *Vt* , induxerim , tamquam non neceſſarium. Sententia ſimilis epiſt. 1. *Si id evenit, quod ingredientibus nobis in causam propoſitum fuit accidere poſſe ; non debemus ita cadere animis , quaſi aliquid evenerit, quod fieri poſſe numquam putaverimus* . Et epiſt. 6. *Sin preoptee incertos exitus eventuſque belloeum , poſſe accidere , ut vinceremur , putaſſes ; non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, adverſam ferre aulla modo poſſe* .

Memoriæ prodendis) Ampius hic hiſtoriam ſcribebat.

Similem præbeas) Eadem ſententia in epiſt. 1. lib. I. ad Q. Fratrem : *Tuberonem arbitror , cum ſcribat hiſtoriam , multos ex ſuis annalibus poſſe deligere , quos velit & poſſit imitari* .

Ad hæc) Quæ communia ſunt : quando illa propria jam effugiſti.

Quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur , nunc vero etiam ſalutem) Idem epiſt. 3. lib. IV. & ep. 2. 3. lib. IX.

EPISTOLA XIII.

Tali tuo tempore) Exſulabat Ligarius , quod in Africa in Pompeianis partibus fuiſſet : vide orationem.

Aut conſolandi aut juvandi tui cauſa) Epiſt. 13. lib. IV. *In quo debebas eſſe aut promiſſa auxilii alicujus , aut conſolatio doloris tui.* Et epiſt. 10. hujus libri : *Tali tempore aut conſolari amicorum eſt , aut pollicei* .

Et ſententiam & voluntatem) Sentiebat , in eum non fore Cæſarem duriorem : quid autem ejus cauſa vellet , re potius quam verbis , ſe eſſe declaraturum , infra dicit.

Res) Epiſt. 10. *Ipſa cauſa ea eſt, ut jam ſimul cum rep. , quæ in perpetuum jacere non poteſt , neceſſario reviviſcat.*

Dies) Quæ omnia minuit ac mollit : epiſt. 5. lib. IV. epiſt. 16. lib. V. epiſt. 28. lib. VII.

Opinio hominum) Quia videt bene homines de te ſentire ; nec putare , diutius eum huic iraſci cauſæ oportere.

Mitiorem) *Durum* & *Mite* opponuntur. *Mitioeem* igitur ſubjunxit , quia *Dueiorem* dixerat.

Ex Afrieæ nuncius) De Pompeianis in Africa deviſtis.

Ipſum) Sua ſponte , nemine ſupplicante , aut intercedente.

Diuturnioribus moleſtiis) Arma enim, ſemel in Theſſalia ſuperati , abjicere noluerunt.

Quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum) Idem epiſt. 9.

Eadem cauſa opes meas fregit , quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit) *Eadem de cauſa noſtrum uterque cecidit* : epiſt. 9.

Imago veteris meæ dignitatis) Ep. 9. *Reliquiæ peiſtinæ dignitatis* dixit. Et epiſtol. 14. lib IV. *Ne veſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis* .

EPISTOLA XIV.

SI quiſquam eſt timidus in magnis periculoſiſque rebus , ſemperque magis adverſos eorum exitus metuens , quam ſpeeans ſecuados ; is ego ſum) Ingenua culpæ confeſſio fidem facilius invenit in aliis rebus. Et eſt concinna figura : *Si quiſquam eſt , is ego ſum* : ut etiam epiſt. 4. lib. XV. *Si quiſquam fuit umquam remotus , & natura , & magis etiam , ut mihi quidem ſeatire videor, rationæ atque doctrinæ ab iaani laude & ſermonibus vulgi ; ego profecto is ſum* . Et lib. V. de Finib. *Si eſt quiſquam , qui acute in cauſis videre ſoleat , quæ res agatur ; is es profecto tu* .

Ad XI. Kalend. iaterkalares priores) Locus perdifficilis , & qui ſine prolixa narratione explicari non poſſe videatur : quare , indagandæ & oſtendendæ gratia veritatis , cogitavi olim quædam , quæ filio meo communicara , & cum eo accurate a me perpenſa , peti poſſunt ab ejus libro de Quæſitis per epiſtolam.

Indignitatem & moleſtiam) Indignitas eſt & moleſtia , cum ad principem virum admitti , negotii cauſa cupientes , ambulare diutius ante oſtium, fictas cauſas afferente cubiculario , cogimur : ſedes enim ſæpe non vacant , quamquam nec ſeſſio diuturna dignitatem habet ; quod Cæſarem ſenſiſſe Cicero

cero indicat epiſt. 1. lib. XIV. ad Attic. *Proxime*, inquit, *cum Sextii regatu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens, quoad vocarer, dixiſſe eum: Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim, cum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit?*

Tuum tempus] Ita locutus eſt, ut cauſæ ac temporis rationem haberet.

Sed etiam ex oculis & vultu] Poteſt enim eſſe ficta oratio: ſed oculi ſunt indices animi: itaque non tam facile mentiuntur, lib. III. de Orat. & in Oratore. Libro etiam tertio de Legibus: *Oculi*, inquit, *nimis arguti, quemadmodum animo ſimus affecti, loquuntur.* Et in ep. ad M. Antonium, l. XIV. ad Att. *Non ſolum ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, ut ajunt, meum erga te amorem perſpicere potuiſſes.*

Hanc in opinionem diſceſſi] Diſcedens in hanc opinionem veni.

Tranquilliora] Contrarium contrario reddidit: dixerat enim, *Turbidiora*.

EPISTOLA XV.

Tibi gratulor, mihi gaudeo] Omnino utriuſque verbi vim vel hic unus oſtendit locus: monendus tamen lector eſt, interdum & ad nos ipſos gratulationem converti: ut epiſt. 11. lib. III. *Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam vero oſculatus, etiam ipſe mihi gratulatus ſum.* Et in epiſtola ad M. Brutum: *De Caſſio lætor, & reip. gratulor, mihi etiam, qui ſententiam dixerim, ut Dolabellam bello Caſſius perſequeretur.* Marcellus quoque in epiſtola ad Ciceronem, lib. IV. *Hoc ego*, inquit, *mihi gratulor.*

EPISTOLA XVI.

Bithynicus] Pompeiæ gentis: cui genti cognomen hoc dedit Bithynia devicta. Feſtus: *Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, ephebi more Græcorum aream ruentis exercitationis gratia: quod ſignum Pompeius Bithynicus ex Bithynia ſupellectilis regiæ Romam deportavit.* Nominatur etiam in libro de Claris Orat. *Q. Pompeius Bithynicus*: ſed eum puto hujus Bithynici patrem fuiſſe: nam illum inter mortuos oratores Cicero numerat in eo libro, qui ſcriptus videtur ante exitum Africani belli: hæc autem & quæ ſequitur epiſtola, ſcripta ſunt, niſi me conjectura fallit, poſt Cæſaris necem. Hujus autem pater, qui nominatur in epiſtola ſequenti, videtur is eſſe, qui Bithynici cognomen adeptus eſt; quod ut ita eſſe conſtet, ipſa recitabo verba Ciceronis, ex eo, quem proxime appellavimus, libro. *Q. Pompeius* (inquit) *A. F. qui Bithynicus dictus eſt, vicinio, quam nos, fortaſſe major, ſummo ſtudio dicendi, multaque doctrina, incredibili labore, atque induſtria: quod ſcire poſſum, fuit enim mecum, & cum M. Piſone cum amicitia, tum ſtudiis exercitationibuſque conjunctus: hujus actio non ſatis commendabit orationem, in hac enim ſatis erat sapiens, in illo leporis parum.* Eius filiam, poſt Cæſaris necem, Siciliæ præpoſitum, Sext. Pompeius Magni filius occidit. Dio lib. XLVIII.

Tueare] Poſt Cæſaris necem ſumma fuit Ciceronis auctoritas in civitate.

Intermoriturum] Pro *moriturum*, dixit: alibi tamen *intermori*, eſt morientium ſimilitudine deficere.

EPISTOLA XVII.

Patris sui] Quem nominavit honorifice in Bruto, ut proxime oſtendi.

Valuerunt, aut valent] Valuerat Cæſar, valebat Antonius, qui, quo anno Cæſar periit, conſul erat.

Conjunctiores tecum eſſe] Io Cæſaris partibus fuiſſe Bithynicum, & ab eo etiam ornatum, hæc verba demonſtrant: quibus Appiani teſtimonium accedit de Sicilia ei a Cæſare mandata.

EPISTOLA XVIII.

Epte] Q. Leptæ, quo fabrum præfecto uſus eſt Cicero procoſul in Cilicia; epiſt. 7. lib. III.

Simul accepi] Varius eſt huius adverbii uſus; dicitur enim, *Simul atque, Simul ac, Simul ut, Simul*: hic quidem, ut ſcripſi olim adoleſcens, omnes libri veteres, quos tunc videre potui, habebant, *Simul accepi*, non *ſimul atque accepi*, ut eſt in vulgatis libris: itidem nunc, inſpectis omnibus libris, quos ab amicis contrahere potui, video conſentire omnes cum iis,

iis, quibus olim uſus ſum; itaque diſcedendum a veteribus libris non cenſui, cum præſertim ita locutos eſſe non modo Terentium, Lucretium, Virgilium, Horatium, viderem; (nam ſermo poeticus ab oratorio non nihil differt) verum etiam Ciceronem ipſum, ut in Acad. lib II. *Simul tibiæ inflavit, carmen agnoſcitur*. Et de Fin. lib. III. *Simul autem cepit intelligentiam*. Omitto alia ejuſdem generis exempla, quamquam, quibus hoc loquendi genus ignotum fuit, ii pro libidine ſæpe mutarunt *Simul* in *Simul atque*, vel *Simul ac*: in quo ſcripti libri, ſublato mendo, veritatem reſtituunt.

Per codicillos) Vide, quæ de Codicillis diximus epiſt. 12. lib. IV.

In lege) Quam Cæſar, ubi Romam ex Hiſpania revertiſſet, ferre cogitabat: ſcripſerat autem vel ipſe ante quam iret in Hiſpaniam, vel, poſt profectionem, Balbus & reliqui familiares, ex ejus ſententia: ut ipſo in urbem reverſo promulgaretur, & ferretur; nam, ſi lata fuiſſet, vel etiam promulgata, non a Balbo, quid in ea eſſet, Cicero quæſiſſet.

Decurionibus) Senatores vel coloniarum, vel municipiorum, *decuriones* vocabantur; & ut Romam ad ſenatum conſules, ita in municipiis ad decuriones *quatuorviri*, in coloniis *duumviri* referebant. Ac nomine quidem ipſo *decuriones*, decem tantum videntur: ſed plures fuiſſe conſtat ex eo, quod in ſecunda agraria centum nominantur.

Qui hodie haruſpicinam facerent) Pungebat bonos viros delata a Cæſare haruſpici Spurinæ ſenatoria dignitas. Haruſpicinam & extiſpicinam profeſſiones artes eſſe, re vera non eſſe tradit Sextus Empiricus adverſus Mathematicos cap. 14.

Pompeium] Cnæum, Magni filium: qui, ad Mundam victus, paullo poſt interfectus eſt.

Paciæi) L. Iunii Paciæi, Hiſpani hominis, Romana civitate donati: quod prænomen & nomen indicant; cognomen vero Hiſpanicum fuiſſe, ſatis conſtat: cum hodie quoque multi in ea provincia Paciæci nominentur: de hoc in libro de bello Hiſpanienſi.

Illi XI. eſſe legiones] De copiis Pompeii ſic in libro de bello Hiſpanienſi: *Erat acies XIII. equitis conſtituta, quæ lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus ſex: præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum.*

Oratorem meum] Librum de perfecto Oratore, quem Cæcina nominavit ep 7. & ipſe ep 20. lib. XV.

De dicendo) De oratione dicendi. Sic locutus lib. I. de Oratore: *Quid ineptius, quam de dicendo dicere?*

Tantundem] Imperite nonnulli ſcribunt, *Tantumdem*; nam Priſcianus l. I. admonet, *m* tranſire in *n*, ſequentibus *d*, *t*, *c*, *q*, ut *tam tandem*, *tantum tantundem*, *idem identidem*, *num nuncubi*.

Tullia mea) Cum qua divortium fecerat Dolabella; paullo enim poſt mentio fit de prima penſione ab eo exigenda: eademque de re epiſt. 21. lib. XVI.

Partus] Ex partu Tulliam deceſſiſſe, Plutarchus auctor eſt; bis igitur peperit, ſemel ante pugnam Pharſalicam, cum in Græciam ad Pompeium Cicero iturus eſſet; ut epiſt. ult. lib. X. ad Att. iterum, cum in Hiſpania Cæſar contra Pompeii liberos pugnaret: quod hic locus oſtendit.

Primam penſionem] Triennio, tribus penſionibus, poſt divortium dos reddebatur: quod tempus *annuum*, *bimam*, *trimam diem* vocabant: dotis exactionem, *annua*, *bima*, *trima die* celebrari vetuit Iuſtinianus, ut eſt lib. V. Cod. Sic & Ulpianus & Pomponius locuti ſunt; *tertiæ penſionis* mentio epiſt. 23. lib. XI. ad Att.

Ædificia] Villæ.

Domus] In Palatio; ep. 6. lib. V.

Eaiſſet] Æſchines: Δει παιδας των ποιητων γνωμας μανθανειν, αν ανδρες χρωνται. *Oportet, ut pueri poetarum ſententias ediſcant, quibus viri deinde utantur.* Iſocrates quoque ſententias Heſiodi laudat.

Τυς δ' αριστυς ἱδρωτα) Sic Medicæus liber: reliquos verſus non habet; recte: ſatis enim eſt, primis verbis locum indicare; quem ſæpe morem Cicero ſervavit. Heſiodi verſus hi ſunt:

Τυς δ' αριστυς ἱδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκαν
Αθανατοι· μακρος δε, και οξυς οιμος ες' αυτην,

Και ερυχος το πρωτον, ιδρω δ' εις ακρον ικεσθαι,
Τοισιν δ' αθανατοι προπαροιθε θεηκαν αρετην.
Ante virtutem vero ſudorem Dii poſuerunt
Immortales : longa vero, atque ardua via eſt ad ipſam
Primumque aſpera : ubi vero ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinceps eſt, quantumvis difficilis fuerit.

Simonides etiam apud Clementem Alexandrinum lib IV. Stromatum, habitare virtutem in rupibus difficillimis, dixit.

Simul accepi) Vetuſtorum librorum hæc eſt lectio : cujus etiam Florentini meminerunt ; ſed quoniam ſæpe etiam libros manu ſcriptos eſſe corruptos intelligebant, neque de dictione *ſimul*, præter codicum auctoritatem quidquam habebant quod ſequerentur, vulgatam lectionem immutare non ſunt auſi : nos non dubitamus, quin recte, *ſimul*, pro *ſimul ac*, in exemplaribus antiquis ſcriptum ſit, cujus vocis ex iis, qui ſoluta oratione ſcripſerunt, exempla non afferam : (nam ſi quis erit, qui locum ubique depravatum eſſe contendat, & pro *ſimul*, vel *ſimul ac*, vel *ſimul atque*, legendum dicat ; quibus argumentis contra pugnabimus?) ſed e Poetis, in quibus eam vocem in aliam mutari carminis ratio non patitur ; dixit igitur Virgilius libro Georgicorum III. *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Pleias, &c.* & Lucretius I. *Cui ſimul ipſa virgineo circumdata corpus.* Ea utraque pari malarum parte profuſa eſt. Et Horatius epiſt.10. lib. I. *Vivo & regno, ſimul iſta reliqui* ; quibus in locis, *ſimul*, dictum eſſe pro *ſimul ac*, licet animadvertere.

P. VICTORIVS.

Simul accepi) Ita ſane in Mediceo libro hic legitur : verumtamen quemadmodum poſtea animadvertimus, cum indicem epiſtolarum huius libri conſuleremus, offendimus ſic ibi ſcriptum eſſe, *Cicero Leptæ. Simulatque accepi*. Quare ſtatim ita in meo codice emendavi : non quod neſciam, (quod nonnulli me intimulant) *ſimul* etiam a bonis auctoribus ſine *Ac* aut *Atque* crebro uſurpari : frequens enim id eſt apud Poetas, & pueri omnes ſciunt. Terentius etiam in Phormione inquit: *Hic ſimul argentum repperit*. Quin ipſe potius nonnullis exemplis allatis docui, aliis in locis ita Ciceronem locutum fuiſſe : ſed cum ex majore parte illi in vulgatis codicibus aliter legerentur, nolui videri parum firmis uti teſtibus. Multa ſunt autem, quæ conceduntur Poetis, quibus, qui ſoluta oratione ſcribunt, abſtinent.

EPISTOLA XIX.

Maculam) Fortaſſe Pompeium Maculani, amatorem Fauſtæ, L. Sullæ filiæ : de quo Macrobius lib. II. Sat.

Ejus Falernum) Villa in agro Falerno : de quo Plinius lib. XIV. cap. 6. *Falernus ager a ponte Campano ceteris petentibus urbanam coloniam Sullanam, nuper Capuæ contributam, incipit*. Sic Tuſculanum, Albanum, Pompeianum, Cumanum, villæ, nomine ſumto a propinquis oppidis, vel ab agro, ubi oppida olim fuerant.

Diverſorio) Etſi *Divertere* verbum commune eſt, pertinetque ad omnia loca, ſive aliena, ſive noſtra, ad quæ de via defleximus, paullo poſt diſceſſuri : *diverſorium* tamen appellari non ſolet, quocumque divertimus ; aliquid enim habent proprium, quo differant, *diverſorium*, *hoſpitium*, *taberna*, quam opinor cum *caupona* idem eſſe. *Diverſorium* poteſt & alienum eſſe, quo divertimus amicitiæ cauſa, nec pretio ſolvendo, nec diu manſuri ; & noſtrum, noſtri commodi cauſa emtum, aut ædificatum ; ne vel ad hoſpitem, cui moleſti eſſe nolimus, vel ad cauponam divertere cogamur ; itaque epiſtol. 23. lib. VII. *Multo libentius*, ait, *emerim diverſorium Terracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim*. *Hoſpitium* duabus rebus cum diverſorio congruit, una, quod modo noſtrum eſt, quo hoſpites excipimus ; modo alienum, quo ipſi excipimur ; altera quod gratuitum, duabus item diſcrepat ; & quod ſanctiora quædam jura obtinet, unde *Hoſpitales dii*, *Hoſpitalis Jupiter* ; & quod diuturnioris interdum commorationis eſt. *Hoſpites* autem

autem Cicero in oratione pro Cluentio uſurpavit pro iis, qui diverſantur in caupona: *Hominem* (inquit) *multorum hoſpitum. A. Binnium quendam, cauponem de via Latina, tabernatis, qui filii a Cluentio ſeeviſque ejus in taberna ſua manus allata eſſe dixit.* Quo loco accepit *hoſpites* pro peregrinis, ut alibi quoque, non pro iis, quorum ſancta jura ſunt. *Taberna* & *caupona*, ut verba Ciceronis proxime recitata demonſtrant, idem ſunt inter ſe, non idem tamen cum *hoſpitio*, & *diverſorio*; ſiquidem illa & amicos tantum, & gratis accipiunt: hæ vero amicum a peregrino non diſtinguunt, ſed alienis etiam igootiſque hominibus quæſtus gratia patent. Hoc tamen animadvertendum, *Tabernæ* ſignificationem latius patere, quam *Cauponæ*; nam tabernarum plura genera, in quibus merces venduntur, ut *taberna libraria*, orat. 2. in Antonium; *tabernæ ſutrinæ*, apud Tacitum lib. XV. *argentarias* etiam *tabernas* Livius appellavit lib. XXVI. non in quibus veniret argentum, ſed pretio permutaretur, vel de manu, quod ajunt, in manum, vel ut alibi tantumdem redderetur: quod hodie quoque fit; nec dubito, quin iiſdem in tabernis fenori pecunia daretur. *Tabernæ veteres* & *novæ*, circa forum, ex Plauto, Varrone, Cicerone, Livio, Plinio, cognoſcuntur; ideo Plautus in Men. & in Truc. *diverſoriæ* cognomen addidit, ut a reliquis tabernis diſtingueret. Sunt etiam *tabernæ*, humiles ædes, ex tabulis fere confectæ, in quibus pauperes habitant, unde Horatius: *Pauperum tabernas, regumque turres. Caupona* vendit ea tantum, quæ comeduntur, aut potantur.

Petrinum tuum) Villæ nomen, a vico Petrino, qui fuit in Sinueſſano. Horatius epiſt. 15. lib. I. *Sinueſſanumque Petrinum.*

Commorationis eſt, non diverſorii) Ergo diverſorii commoratio non eſt, quod ſupra oſtendimus.

De curatione aliqua) Hac de re, ut opinor, ſic epiſt. 45. lib. XIII. ad Art. *Balbum conveni: Lepta enim, de ſua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat.*

Munerum regionum) Et antiquus liber, & Suetonii teſtimonium, ipſa etiam ſententia me hortatur, ut, *Regionum*, legam; ludi enim ſignificantur, quos Cæſar, ſuperatis jam in Hiſpania Pompeii liberis, per ſingulas regiones dare cogitabat: id quod e Suetonii cognoſcitur hiſtoria. Ac, ne quis, mentione a me regionum facta, contradicendi occaſionem arripiat, quod ante Auguſtum diviſa urbs non fuerit in regiones; ait enim de Auguſto Suetonius hæc: *Spatium urbis in regiones vicoſque diviſit*: moneo lectorem, urbis *regiones* hic vocari quaſdam urbis partes a locis, licet earum certi fines nondum eſſent, qui poſtea ſtaturi ſunt ab Auguſto, Italiam, Urbemque in regiones dividente; propterea & Suetonius dixit, ludos regionatim urbe tota a Cæſare, confectis bellis civilibus, datos eſſe. Aliis placet legere, *Munerum regiorum*: ut munera Cæſaris regis dicantur; quod nec improbo, nec tamen ſatis probo: licet *regem* appellari Cæſarem videam epiſt. 37. lib. XIII. ad Attic. non enim arbitror Ciceronem in ullis, præterquam ad Atticum, litteris auſum eſſe *regem* Cæſarem appellare; ſed Attico nihil occultat, ſenſus omnes aperit, fretus ejus amore, fide, ſummaque ſapientia.

Balbum) Quæ Balbus & Oppius, abſente Cæſare, agebant, ea ſolere illi rata eſſe, dictum eſt epiſt. 8.

Aſſequi vis) Sperabat ita ſe benevolentiam Cæſaris ea curatione conſecuturum, ut intimorum in numerum perveniret.

Præter operam) Qui excepta, tu quoque nihil aſſerres.

Si modo ipſum ſiet) Te ludos curaſſe: quod ignorare poteſt, in tanta majorum rerum occupatione.

Non accepiſſe) Hoc ipſum Cicero monet lib. II. Off. *Qui ſe* (inquit) *locupletes, honoratos, & beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt: quin etiam beneficium ſe dediſſe arbitrantur, cum ipſi quamvis aliquod magnum acceperint.* Ejuſdem generis illud in epiſt. ad M. Antonium, lib. XIV. ad Attic. *Litteræ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere a te ita petente.*

Aliquid videbimus in quo ſit ſpes) In hac enim curatione ſpes ponenda non eſt;

eſt ; nam , quod eo labore adſequi vis , nullo modo adſequere ; aliquid igitur videbimus , unde ſperare liceat, in eorum numerum , qui Cæſaris intimi familiares ſunt , poſſe te pervenire . Hanc ego loci huius eſſe omnino ſententiam arbitror : ad eamque pertinent verba , quæ ſequuntur : *Non modo* (inquit) *eum adpetendum , ſed fugiendum arbitror , quidquid ejuſmodi ſit , ut , quod tu à Iſſeo vis , id ex eo adſequi non queas.* Sunt quibus placeat, *Species* , non *Spes* : quod ita ſcriptum viderant in Mediceo libro : qui ſi ubique eſſet emendatus , non tam ſæpe ab eo diſcederent . Hic quidem ut omittam eos libros , quibus olim uſus ſum , tredecim exemplaria , quorum nonnulla haud parum antiqua ſunt , habent , *Spes* : quare , cum nec obſcura ſit ſententia , nec libri veteres diſſentiant , mutandum nihil ſtatuo .

Aſſure] Epiſt. 38. ad Attic. lib. XIII ſignificat velle ſe Aſſuræ Cæſarem ex Hiſpania redeuntem exſpectare .

EPISTOLA XX.

C. *N. Plancii*) Pro quo exſtat oratio .

Quod vitaveris] Toranius antea ſcripſerat, velle ſe neſcio quo accedere, ut advenientibus ex Hiſpania ſe offerret , quos ad impetrandam a Cæſare ſalutem ſuam , conciliare ſibi cupiebat .

Ne illud quidem eum , quamvis ſubito) Sic veteres libri omnes , recte : nam duæ negantes particulæ , *ne nec* , affirmant : quod ignorat nemo : quaſi diverit , & præter illud , quamvis ſubito , cum certi aliquid audieris , te iſtinc poſſe proficiſci . Mendo locus vacat , cuntra quam nonnullis viſum eſt : modus tamen loquendi , *Ne illud quidem non* parum uſu tritus; ſed nec omnia Ciceronis ad hanc ætatem ſcripta pervenerunt ; nec ea, quæ ſingularia ſunt , qualia & in Cicerone ipſo , & in aliorum libris multa animadvertimus , damnare ſtatim & ejicere , noſtri judicii eſt .

Proficiſci) Ad urbem , cum de tua ſalute certi aliquid audieris .

Nihil eſt præterea) Improbat eam rationem , qua Toranius adductus de loci mutatione cogitabat ; cur , inquit , advenientibus te offeras ?

Chilone] Sic malo, ut eſt in Maffei libro , quam *Cilone* . *Chilo* cognomentum eorum fuiſſe , qui labris eſſent majoribus , Feſtus docet ; nam a Græco χείλος deducitur .

Si recipies ille ſe] Si Cæſar ex Hiſpania redibit . Hæc verba nondum Hiſpanienſe bellum eſſe confectum demunſtrant : quod e ſequenti etiam epiſtola intelligitur .

Vel impediet , vel morabitur) Ne veniat , vel , ne cito veniat .

Vbi omnia ſcire poſſis) Ex litteris amicorum ; non longe igitur Toranius aberat .

In hac cauſa) In eo , quod ad Pompeianos omnes , belli civilis cauſa exſulantes , pertinet ; non enim interpretor , *In hac cauſa* , quæ ad te unum pertinet .

Præter communem caſum civitatis) Præter univerſæ reipub. interitum , dixit in epiſtola ſequenti , & ad Torquatum, ep t. Idem ſcripſit : *Reliquum eſt* (inquit) *ut te id ipſum , quod ego quaſi conſolationis loco pono , maxime excruciet , commune periculum reipub.*

Ita viximus , & id ætatis jam ſumus] Egregie ſententiam hanc explicavit epiſt. 4. *Adjuvat* (inquit) *etiam ætas & acti jam vitæ : quæ cum curſu ſuo bene confecto jam delectatur , tum vetat in eo vim timere , quo nos jam natura ipſa pene peduxerit .*

Pietate] Vide epiſt. 1. lib. I.

P. VICTORIVS.

Te iſtinc poſſe proficiſci] Hinc potiſſimum olim adnotavimus , in antiquis codicibus *Iſtim* pro *Iſtinc* legi , citavimuſque multorum locorum teſtimonia , plura etiam nunc afferre poſſemus. Nam dum accurate verſamus priſca exemplaria , in hanc vocem crebro incidimus , vel potius raro aliter ſcriptam animadvertimus . Addimus nunc ad ea *Illim* quoque pro *Illinc* nos ſæpe poſitum in iiſdem libris animadverſiſſe : nam lib. VII. ad Attic. in optimo illo ſic legitur : *Iſta magis exſpecto , quid illim afferatur.* Accurate igitur conſiderandum , an hujus animadverſionis auxilio locus Cicero-

ceronis in epiſtola ad Brutum emendari poſſit, ſive ita adverbium hoc pronunciare, ac ſcribere veteres ſoliti ſint, ſive frequenter in eo exſcribendo ab antiquis librariis, & eodem ſemper modo peccaretur, quod vix puto. Verba Ciceronis ſunt a Quinctiliano adducta lib. V. *Veritus ſortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferremus illi mali quid eſt, etſi argumentum ſimile non erat.* Arbitror igitur legendum: *Transferremus illim aliquid, etſi argumentum, &c.* Vt ſit *Illim* pro *illinc*: nam in manuſcriptis nonnullis *Eſt* non vidi: quo facilius hic locus nunc corruptiſſimus ita reſtitui poteſt: totam tamen rem arbitrio doctiorum permittimus. Animadvertimus poſtea Germanos in ſuo Quinctiliano, quem multis locis caſtigatum edidereunt, hunc etiam locum reſtituere conatos eſſe: nam ita ſcripſerunt: *Transferremus illinc mali quid: etſi, &c.* Nam quod *Eſt* ſuſtulerunt, quodque *Illinc* deſiderari in hac ſententia judicarint, nobiſcum faciunt: non tamen ex reliquis duabus vocibus *Aliquid* componere; quod non minus deſiderari videbatur, potuerunt.

EPISTOLA XXI.

Commemorabam) Aliis, an ſibi? ſibi potius, & cogitatione, non voce; quaſi dixerit: memoria repetebam, in memoriam redigebam.

Seſeſque nos vidiſſe) Gratiæ cauſa eum uno Toranio communicat hanc laudem; ſed, quantum eſſet in civili bello mali, non ſoli viderant Cicero & Toranius, ſed & Sulpicius, & Marcellus, & Varro; epiſt. 2. lib. IV. epiſt. 7. ejuſdem libri, epiſt. 6. lib. IX.

Spe pacis excluſe) Quorumdam Pompeianorum culpa, qui, Pompeio duce freti, peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant; epiſt. 1. lib. IV. epiſt. 6. lib. VI. & epiſt. 3. lib. VII. & epiſt. 6. lib. IX.

Servitutem) Ob contumaciam & arrogantiam Pompeianorum: iiſdem tamen crudelitatem tribuit epiſt. 9. 14. lib. IV. & epiſt. 6. lib IX. & ultima l. VIII. & ad Attic. epiſt. 6. lib. XI.

Fortes illi viri & ſapientes) Cum ironia dictum; *Fortes*, qui me timidum vocarent; *Sapientes*, qui de belli eventu nihil timendum judicarent.

Domitii & Lentuli) L. Domitius Ahenobarbus, & L. Lentulus conſul.

Timidum) Cum pacem quavis tuta conditione cupiebam; epiſt. ult. lib. V. epiſt. 4. & 6. hujus libri.

Cum omnium rerum mors ſit extremum) Horatius epiſt. 16. lib. I.

—— *Mors ultima linea rerum eſt.*

Hoc ſignificat, mala omnia morte terminari; epiſt. 4. *Cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit.*

Salutem) Ipſius reip. cujus antea dignitas, bello autem civili ſalus etiam concidit; ſignificat illud tempus, cum accipiendas, quas tulit Cæſar, conditiones cenſuit, ne reip. ſalus, quando jam dignitas amiſſa erat, in diſcrimen adduceretur.

Voluiſſe) Quod conſequi non potuit, ob nonnullorum pugnandi cupiditatem; epiſt. 6. *Vicit eſt auctoritas mea, non tam a Pompeio, quam ab iis, &c.*

Sententia & voluntate) Vtramque conjungit & epiſt. 13.

Præter univerſæ reipub. interitum) *Præter communem caſum civitatis*, dixit in epiſtola proxima.

Præſto ſemper futurum) Tale illud epiſt. 5. *A me vero tibi omnia liberiſque tuis paratiſſima eſſe, confidas velim.*

EPISTOLA XXII.

Deterruit) Removit: ſic epiſt. 2. lib. V. *Vt eum ab illa mente deterrerent.*

Ipſe egens rebus omnibus) Eadem ſententia epiſt. 13. lib. IV. & alibi.

Plus conatum eſſe) Plus conatus eſſet muneris ſuſcipere reipubl. cauſa, quam præſtare poſſet, ſi poſt pugnam Pharſalicam bellum cum aliis renovare voluiſſet; quod non fecit, deſperata victoria.

Quam quantum præſtare potuiſſes) Poſt Pharſalicum prælium ideo nihil muneris ſuſcipere voluiſti, quod optime intelligeres, id præſtari a te non poſſe, amiſſa prorſus vincendi ſpe.

Quæ daretur) Licet non optima.

Sed cum tui conſilii, &c.) Argumentum

tum hujuſmodi eſt : Si manſiſſes in bello, ut manſere multi ; tamen hortarer te, ut æquo animo fortunam tuam ferres, eaque vivendi conditione, quæ daretur, utereris : cum vero ſtatim victo in Theſſalia Pompeio, belli finem tibi ſtatueris eum, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet ; multo magis hortari te debeo, ne mœrori te totum dedas, ſed incolumitati tuæ conſulas.

Voluiſſes) Quaſi ſuam tota de re voluntatem Pharſalico bello fortuna declaraſſet.

Parenti) Matri, non patri ; infra.

Qui ex te pendent) Quorum incolumitas in tua ſita eſt.

Iis hoc tempore uſare) Id enim tradidere ſapientiſſimi viri, Culpa qui careat, ei magnopere dolendum non eſſe.

Eorum deſiderium) Quo Domitium angi, videtur Cicero audiſſe.

Si non æquo) Non dolere enim non poſſumus : ſed dolorem premere & vincere fortitudine poſſumus.

Ego, quid poſſim, neſcio) Epiſt. 1. *Qui ſim hoc tempore intelligo.*

Quæ tibi utilia eſſe arbitrabor) Explicat diverſis verbis eamdem ſententiam, quam paullo ante, cum dixit : *Quæcumque ſaluti dignitatique tuæ conducere arbitrabor.*

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN EPISTOLAM I. LIBRI VII.

M. *Mario*) Arpinati: quod illa indicant verba: *Cum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis. Marium Gratidium* nonnulli vocant, ut sit Gratidius ille, qui legatus fuit Q. Ciceronis; quod falsum puto; non enim & Mariæ gentis & Gratidiæ idem potest esse; aut igitur non is est; aut, si est, *Marius Gratidianus* appellari debet: & epist. 1. lib. I. ad Q Fr. *Gratidiano* legendum, non *Gratidio*.

Dolor aliquis corporis) Tum ex podagra, qua laborabat, ut epist. 4. tum ex alio morbo: erat enim Marius & valetudine, & natura imbecillior: ut epist. 9. lib. II. ad Fr. nam, si de podagra sola loqueretur, *dolor aliquis pedum*, non *corporis* dixisset.

Infirmitas valetudinis) Sine dolore; infra: *Tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta, & tuere*.

Fortunæ magis tribuo, quam sapientiæ tuæ) Cum fortuna ratio non miscetur: &, quod a fortuna est, id præter rationem esse, dixit Aristoteles; nam ratio est earum rerum, quæ vel semper, vel plerumque sunt: fortuna vero earum, quæ nec semper, nec plerumque; distinguit etiam fortunam & casum idem Aristoteles: sed, hæc quia non sunt hujus loci, omittantur. Gratulor quidem tibi, ait Cicero, sed ita, ut te non laudem; unde enim abest consilium, ibi laus locum non habet.

Animo valuisse) Quasi animo ægrotent, qui ludos mirentur.

Modo ut) Sic epist. 11. lib XVI. *Videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut uebe salva*. Et Terentius in Andr. *Modo ut possim*. Et in Phorm. *Scies: modo ut tacere possis*.

Constiterit fructus otii tui) In isto otio non fueris otiosus; quod solitum dicere majorem Africanum, scripsit Cato, Numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus.

Pene solus) Cum te reliquerint ii, qui ad ludorum spectacula in urbem se contulerant.

Ex illo cubiculo tuo) Subaudi, prospectans ad ea loca, quæ tibi perforasti, & patefecisti.

Stabianum) Plinius lib. III. cap. 5. *Campano*, inquit, *agro Stabiæ oppidum fuere usque ad Cn. Pompeium & L. Catonem Coss. pridie Kal. Maii: quo die L. Sulla legatus bello sociali id delevit: quod nunc in villas abiit*.

Perforasti) Prospectum in Stabianum agrum aperuisti.

Seianum) Alii libri, *Senium*, vel *Senum*: quidam, *Szenam*: unus, *Semini*; plerique, *Seianum*: quod placet; sunt enim loca hodie in agro Etrusco, *Stabianum* & *Seianum*, hodie quoque nominata: quamquam Seiani pauca apparent vestigia, nomen remansit.

Communes) Qui spectari solent ab omnibus: quid igitur mirum, si nihil novum spectantibus somnus irreperet?

Semisomni) Vel quia nihil novum, ut dixi, spectarent: vel etiam, quia matutino tempore; nam verbum *Interea*, ad matutina referri tempora satis constat, ut eos dicat matutina tempora spectandis communibus mimis

mis conſumſiſſe, quæ Marius multo & ſapientius & jucundius legendo tra-ducebat.

Tibi ipſi] Quinque libri veteres, *Tibi ipſe*: quod nonnullis placuit, ut Ciceroni magis uſitatum. Ego utrumque probo.

Scilicet] Cum ſtomacho dixit.

P. Mæcius] Qui poemata a mimis in ſcena recitanda prius judicabat: eſt enim hic, ut opinor, P. Mæcius Tarpa, de quo Horatius in epiſtola ad Piſones:

—— *Si quid tamen olim*
Scripſeris, in Mæci deſcendat judicis aures,
Et patris, & noſtras.

Mæci, pro *Mæcii*. Quo loco inquit Porphyrio: *Mæcius perdiligens carminum fuit æſtimator*. Et Sat. 10. lib. I.

Quæ ac. in eâ jument certantia, judice Tæpa.

Ludi apparatiſſimi] De his ludis in oratione in Piſonem his verbis: *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi; quales non modo numquam fuerunt, ſed ne quo modo quidem fieri poſthac poſſint, poſſunt ullo modo ſuſpicari*. Quo loco Pedianus: *Cn. Pompeii ludos*, inquit, *ſignificat, quibus theatrum a ſe factum dedicavit; quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo*.

Hoteris cauſa in ſcenam redierant] Ut ludos Pompeii honorarent, mimi veteres in ſcenam redierant, qui antea, ne quid ætatis vitio peccarent, in ſcena agere deſierant: in his Galeria Copiola Emboliaria ſignificatur, de qua Plinius lib. VII. cap. 48. *Reducta eſt*, inquit, *in ſcenam, C. Poppæo, Q. Sulpitio Coſſ. ludis pro ſalute divi Auguſti votivis, annum CIV. agens: quæ producta fuerat tirocinio a M. Pomponio ædili pl. C. Mario, Cn. Carbone Coſſ. ante annos XCI. & a Magno Pompeio, magni theatri dedicatore, anno pro miraculo reducta*.

Deliciæ tuæ] Qui tibi in deliciis & amoribus eſt. Titus, Veſpaſiani filius, *amor ac deliciæ generis humani*, dictus eſt. *Deliciæ* quoque vocabantur, ut ait Plutarchus in Antonio, feſtivi ſervi, quibus maxime domini delectarentur.

Æſopus] Tragœdus; quem ex arte mimica H-S ducenties filio reliquiſſe, Macrobius lib. III. Sat. prodidit: hujus luxum ita notat Plinius lib. X. cap. 51. *Infignis eſt in hac memoria, Cladii Æſopi, tragici hiſtrionis, patina DC H-S ſtetiſſe: in qua poſuit aves canoras oliquo, aut humano ſermone vocales, gummis VI. ſingulas coemptas*. Alibi cum laude a Cicerone nominatur.

Ut ei deferret per omnes homines liceret] Nemini enim placuit.

Si ſciens fallo] Verba jurisjurandi per Jovem lapidem. *Lapidem* enim *ſilicem*, ut ait Feſtus, *tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalva urbe, arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem*. Huc ſpectat illud lib. II. Acad. *Quam rationem majorum etiam comprobat diligentia: qui primum jurare res ſui animi licentia quemque voluerunt; driadr ita teneri, ſi ſciens falleret*. Et hic epiſt. 12. *Quo modo tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum ſcias Jovem iratum eſſe amici poſſe?* Et Livius lib. XXI. *Eaque ut rata ſirent fore, agnum lœva manu, dextra ſilicem retinens, ſi fallerent, Jovem cæteroſque precatus deos, ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet, & ſecundum precationem, caput pecudis ſaxo elidit*. Et lib. XXII. *Stricto ſuper capita conſultantium gladio, Ex mei animi ſententia, inquit, juro, ut ego remp. non deſeram, neque alium civem Romanum deſerere patiar: ſi ſciens fallo; tum me, Jupiter Optime Maxime, domum, familiam, remque meam peſſimo leto affligas*. Et Gellius lib. I. cap. 21. *Jovem lapidem, quod ſanctiſſimum jusjurandum eſt habitum, paratus ego juravi, Virgilium hoc numquam ſcripſiſſe*. Quibus locis mendum cognoſcitur in hiſtoria Polybii lib. III. non enim δια λιθα, legendum eſt, ut Perotus interpres credidit, qui vertit, *Per lapidem*, ſed Δια λιθον, id eſt, *Jovem lapidem*. Græca verba ſubſcribam; ut hoc etiam teſtimonio peranticuus in fœderibus percutiendis jurandi mos comprobetur. Ρωμαιοι Δια λιθον, κατα τι πατριον εθος, επι δε τατῳ του Αρεως, και του Ενυαλιου. επι δε το, Δια λιθον, τοιουτον. λαβων εις την χειρα λιθον ὁ ποιουμενος τα ορκια περι των συνθηκων, επειδαν ομοσῃ δημοσια

μοσια πεζει, λεγει σαδε. Ευορκουντι μεν τ' αγαθα· τι δ' αλλως διανοηθεντι τι, η πραξαντι, πανταχου των αλλων σωζομενων εν ταις ιδιαις πατριοις, εν τοις ιδιοις νομοις, επι των ιδιων βιων, ιερων, ταφων, εγω μονος εκπεσοιμι ουτως, ως ουδε λιθος ων. Και ουτω εποιουν, βαλλει τον λιθον εκ της χειρος. *Romani Iovem lapidem* (iurarunt) *ex veteri quodam ritu: deinde Martem, & Gradivum patrem. Mos autem* iurandi *Iovem lapidem est hic. Fecialis, qui iusiurando fœdus firmat, postquam fide publica iuravit, lapidem in manus sumit, atque hæc dicit*: Si fidem servasso, tum me Dii adiuvent; sin sciens fefellero, tum ego, salvis ceteris omnibus in suis patriis, suis legibus, suis penatibus, sacris, sepulcris, solus exterminer, ut hic nunc lapis. *Et simul lapidem manu ejicit.*

Reliquos ludos) Quos cum sæpe videris; quales hi fuerint, potes conicere; quamquam hi quidem hilaritatis minus etiam, quam mediocres ludi, habuerunt

Sexcenti) Numerus finitus pro infinito: ut Asinius epist. 31. lib. X. *Sexcentis locis exsultiantur a Lepido tabellarii*: & Cicero sæpe.

Muli) Troica præda onusti; nam in Clytemnestra, Accii Poetæ tragœdia, ut ex Nonio cognoscitur, reditus ostendebatur Agamemnonis in patriam ab excisa Troja.

In Equo Trojano) Tragœdia Livii Andronici: nominatur & ep. 16. lib. VII. *In Equo Trojano scis esse in extremo: Sero sapiunt.*

Craterarum tria millia) Ex eadem præda. *Cratera crateræ*, hic, & in Verrem: *Crateras ex ære pulcherrimas ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit.* At *Crater crateris* apud Poetas, vas fuit & potorium, & quo dis libabatur.

Armaturæ veteris) Pro genere armorum posuit, ut ep. 1. ad Att. lib. VI. *Cohortes habet quadringenarias, nostro armaturæ triginta*. Et Hirtius de Bello Alexandrino: *Adjungit Cn Domitius legioni XXXVI. duas a Deitaro, quas ille disciplinæ atque armaturæ nostræ complures annos constitutas habuit.*

Operam dedisti Protogeni) Legentem Protogenem audisti. Sic in Bruto: *Iuria civilis studio multum operæ dabam Q. Scævolæ*. Et ibidem infra: *Molonі Rhodio Romæ operam dedimus.*

Haud pollo plus) In exprimendis rebus perspicue majoribus, hoc Cicero delectatur genere loquendi, ut ep. 20. ad Attic. lib. VI. *Alexander, imperator haud paullo melior, quam aut tu, aut ego*. Et in Oratore: *Haud paullo melior scriptor Plato*. Et epist. 12. ad Att. lib. II. *Civis haud paullo melior, quam ipsi nostri.*

Non enim) Non connexio eiusdem rei, quasi causa exponatur superioris sententiæ, sed transitus est ad aliam, ut post: *Nam quid ego te athletas pati desiderare?*

Græcos) De ludis Græcis epist. 5. ad Attic. lib. XVI. *Rumoris nescio quid offlaverat, commissiane Græcorum, frequentiam non fuisse: quæ quidem me minime fefellit: scis enim, quid ego de Græcis ludis existimem*. Sed ludos illos Bruti prætoris absentis nomine, hos a consule Pompeio video datos esse: quo licet intelligere, ordinarios non fuisse, verum arbitratu magistratuum, ut Oscos etiam, communis lætitiæ causa dari solitos.

Oscos ludos) Tria ludorum genera Pompeius dedit, Latinos, Græcos, Oscos, diversos scilicet lingua, sermone, & amictu: itaque Ennium gluriari solitum ait Gellius, tria corda se habere, quia tres linguas calleret, Latinam, Græcam, Oscam. *Osci a regione Campaniæ, quæ est Osca, vocati sunt*, ut inquit Festus. Oscum ludicrum levissimæ apud vulgum delectationis appellat Tacitus lib. IV.

Cum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis) Duæ sunt causæ, quibus neque Græcos, neque Oscos ludos Marius desiderare debuerit: prior in ipsis ludis, quod indigni sint, qui a viro gravi doctrinaque expolito spectentur: altera non in ipsis ludis est, sed petitur extrinsecus: quia Osca verba Marius vel in senatu Arpinati audire posset; (non enim Oscus ludos fieri in Arpinati senatu Cicero dicit, sed jocatur in Arpinatum senatorum linguam, Osca mistam propter vicinitatem) a Græcis autem alienus animo esset usque eo, ut Græcam viam, cum ad villam suam iret, libenter vitaret.

Athletas) Quos in theatro certasse, Dio-

Dionis teſtimonio jam probavimus. Athleticum autem certamen Olympiæ Hercules invenit. Græce πεντάθλον, Latine *quinquertium* dicebatur, quia certationes corporum eſſent, ut in Polluce legitur, quinque rebus, curſu, luſta, pugilatu, ſaltu, diſco; ideo πεντάθλος dictus eſt Democritus Abderita, quod exercuiſſet phyſica.

Ipſe] Dator ludorum.

Confitetur) Quia pauci eo certamine delectati.

Operam & oleum] Laborem & ſumtum; oleo enim ungebantur athletarum corpora: id primo dictum in una re, de athletis ſcilicet, qui labore & ſumtu exercitati, mox interdum parum probarentur; deinde ad omnia ſimilia translatum eſt, in quibus & operæ & ſumtus jacturam factam eſſe conſtaret. Plautus in Pœn. *Et oleum & operam perdidi*.

Venationes) In quibus leones quingentos interfectos eſſe, auctor Plutarchus, & Dio lib. XXXIX.

Binæ per dies quinque) Binæ, quia mane datæ, poſt meridiem inſtauratæ ſunt.

Homini politico) Si veteribus libris habenda fides eſt: in omnibus, & quos olim vidi, & quibus nunc utor, ita legitur: ſi de ſententia laboramus, cauſæ nihil video, cur non placeat, *Homini politico*; valet enim viro gravi, & in rep. verſato. Medicæus liber, *Homini polito*, quod eſt, eleganti.

A valentiſſima beſtia] A leone.

Venabulo] Telum venantium, lato ferro. Virg. lib. IV. Æneid.

Tranſverberatur) Transjicitur.

Elephantorum) Quos XX. ut Plinius ait, vel, ut Dio, XIIX. Pompeius in Circo dedit.

Admiratio] Tantarum belluarum adſpectu.

Quin etiam] Contrarium ſubjungitur: nam delectatio cum lætitia eſt, miſericordia cum dolore.

Miſericordia quædam] *Quædam*, dixit, quia proprie miſeremur noſtri ſimilium, non bestiarum. Cauſam hujus miſericordiæ Plinius exponit his verbis lib. VIII. cap. 7. *Amiſſa fuga ſpe, miſericordiam vulgi inexorabili habita quærentes ſupplicavere, quædam ſefe lamentatione comprecantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, fletu univerſus conſurgeret, diraſque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur*. Eadem fere Dio. Plutarchus hanc rem breviter attigit.

Ludis ſcenicis) Ludos ſcenicos vocat, Clytemneſtram, & Equum Trojanum, itemque Græcos & Oicos ludos. Hic quæro: ſi ludi ſunt inter dies feſtos, quod Macrobius lib. I. Sat. ſcriptum reliquit; & feſti dies, iidem ſunt nefaſti, quod idem tradidit; qui potuit Caninii cauſam Cicero ludis ſcenicis, id eſt, nefaſtis diebus agere? nam judicia faſtis tantum diebus fiebant: nefaſti autem faſtis oppoſiti. Non deeſt, quod reſpondeam. Ludi non omnes, ſed anniverſarii tantum inter dies feſtos fuere, ludi autem Pompeii non anniverſarii, ſed extra ordinem dati, cum theatrum templumque Veneris Victricis dedicaret: itaque per eos dies judicia fieri licuit. Exoritur altera quæſtio: ſi ludos Cicero ſpectavit, quo modo Caininum defendit? Potuit ante meridiem defendere, poſt meridiem ſpectare.

Ne forte videar tibi non modo beatus, ſed liber omnino fuiſſe) Ne tu me putes ludorum diebus, non dicam beatum, ſed omninn liberum fuiſſe.

Diripi) Præ labore, & contentione.

Galli Caninii] Quem Athenis poſtea vidit in Ciliciam proficiſcens: ep. 8. lib. II.

Tam facilem) Facilem populum non habeo, quia non licet mihi a cauſis diſcedere: cogor enim defendere, quos nolim.

Ambitio) Cauſis enim agendis multorum ſibi amicitias comparavit; quorum ope ſummos honores conſecutus eſt: ut in Commentario Q. Ciceronis de Petitione Conſulatus.

Vita nulla eſt) Prorſus injucunda vita eſt: ut mihi vivere non videar.

Neque enim fructum ullum laboris exſpecto) Sic olim reſtitui, cum in omnibus antiquis libris viderem, ſicuti nunc etiam video, *Ex his peto*.

Homines non optime de me meritos) Gabinium ſignificat, quem rogatu Pompeii defendit, cum ab eo conſule op-

le oppugnatus & ejectus eſſet. In Oratione pro Poſtumo, defenſum a ſe Gabinium, air, non tam ut Pompeio gratificaretur, quam ut bona fide rediiſſe videretur in gratiam. Ad Vatinium quoque ſpectavit, quem, Cæſare contendente, reum defendit: epiſt. 9. lib. I. *De Vatinio*, inquit, *primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium; poſt autem, Cæſaris, ut illum defenderem, miru contentio eſt conſecuta*. Et ipſe Vatinius, cum Ciceroni odio fuiſſet, mox eo ſe patrono abſolutum, fatetur in epiſt. 9. lib. V. Et Valerius lib. IV. cap. 2. *Cicero, Gabinium repetundarum reum, ſummo ſtudio defendit, qui eum in conſulatu ſuo urbe expulerat: idemque P. Vatinium, dignitati ſuæ ſemper infeſtum, duobus publicis judiciis tutatus eſt*. Et Quinctilianus lib. II. c. 1. *Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio, inimiciſſimis antea ſibi hominibus, & in quos orationes etiam ſcripſerat*. Divus etiam Hieronymus contra Rufinum recitat locum ex oratione Ciceronis pro Gabinio.

Et laudo vehementer, & probo] Vide illud epiſt. 20. lib. V. *Quam omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant*.

Lepore tuo] *Lepor* in verbis proprie dicitur, ad alia tamen transferrur, quæ delectationem afferant: ut, *Homo omni lepore ac venuſtate affluens*. Et, propter cultum nimiumque laſciviorem, *lepidi & delicati pueri* vocantur Orat. II. in Catil. Et, *Lepide ſit illa ἐκχυσις*, epiſt. 3. ad Attic. lib. II. quod refertur ad jucunditatem eorum, qui ex anguſtis feneſtris proſpicerent.

Moleſtiſſimus] Hujus moleſtiæ præcipuam cauſam dixit, quod eos etiam, quos nollet, defendere cogeretur.

Quibus ſi me relaxaro] Epiſt. 15. ad Attic. lib. XVI. *Si te occupatione iſta relaxaris*.

Exſolvam] Non omnino occupationibus expediri, ſed impediri minus vult; plus enim, *Exſolvere*, quam *Relaxare*; contraria vero, *Relaxare*, & *Adſtringere*, ut epiſt. 6. ad Attic. lib. XVI. *Pater, quidquid ego adſtrinxi, relaxat*.

Quid ſit humaniter vivere] Non refero *Humaniter* ad eam virtutem, qua qui prædirus eſt, facilem ſe omnibus præbet, comiter excipit benignum, complectitur, vultu, verbis, re, neminem lædit: ſed accipio *Humaniter*, pro jucunde ſimul & honeſte, cum iis voluptatibus & ſtudiis, quibus animus quidem remittitur, numquam tamen a virtute disjungitur. *Humaniter* & *Humane* dixit Cicero: ſed uſitatius eſſe *Humane*, & cum quadam licentia dictum *Humaniter*, ſicut a Terentio in Andria *Duriter* pro *dure*, oſtendit Auguſtinus in libro de Grammatica.

Iſtam imbecillitatem valetudinis] *Iſtam infirmam valetudinem*, dixit ep. 2. lib. XIV.

Suſtenta] Apte & proprie: niſi enim ſuſtentetur, quod imbecillum eſt, facile concidit.

Villas obire] Pro *adire*: quamquam voluntatis & ſtudii plus eſt in *obire*, quam *adire*: ut cum alibi dixit, *Obire cænas, obire colonias*. Interdum valet exſequi.

Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris erga te] Dixi jam, ſimilitudine locorum indaganda, copiam ali, & ingenium exerceri: quare, ſi quid in hoc genere pro noſtro inſtituto, ſtudii operæque ponimus, non ſupervacuum, ut opinor, noſtra induſtria, ſed cum aliquo forſitan ſtudioſorum fructu collocatur. In epiſtolarum clauſula ſolet excuſationem Cicero aliquam afferre, vel quia longior fuerit, vel quia liberior in ſcribendo: prioris generis exemplum eſt hoc, & illud epiſt. 4. lib. VI. *Sed hæc ſatis multa, vel plura potius, quam neceſſe fuit; facit autem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas*. Et epiſt. 10. lib. III. *Sed hæc hactenus: pluribus enim etiam fortaſſe verbis, quam neceſſe fuit, ſcripta ſunt*. Cato etiam epiſt. 5. lib. XV. excuſationem quæſivit, quaſi longior fuiſſet: *Hæc* (inquit) *idcirco ad te contra conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, ut, quod maxime volo, exiſtimes me laborare, ut tibi perſuadeam me & voluiſſe de tua dignitate, quod ampliſſimum ſum arbitratus; & quod tu maluiſti, factum eſſe gaudere*. In poſteriore genere ſunt illa, ep. 4. lib. II. *Hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei*. Et epiſt. 3. lib. X. *Hæc amore me-*

gis impulſus ſcribenda ad te putavi, quam qua te abiterere monitis & præceptis meis egere; ſciebam enim ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſeram: quare modum faciam. Hoc tantum ſignificandum putavi, ut potius amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtentarem prudentiam.

EPISTOLA II.

Homo acutus] Cum ironia; minime enim acutus, qui mandat ei, ut aliquid emat, cui expediat illud venire quamplurimo.

Sed eo vidiſti multum] Ergo non multum viderat in emtione mandanda: quod correxit pretio demto. *Videre* autem oculorum eſt proprium: ſed ea vis, quæ in oculis eſt ad cognoſcendum, apta ſimilitudine ad mentem, animum, ingenium cum laude transfertur; unde *acies mentis, animi, ingenii* dicitur: & *videre* aut *cernere animo, ingenio, conjectura*, &c. Epiſt. 16. lib II. *Non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre.* Et ep. 4. lib. VI. *In quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me plus, quam cet eos, cum cupiebam quamvis iniqua conditione pacem.* Et epiſt.28. hujus libri: *Vidiſſe mihi multum videris.* Et ep.2. lib IX. *Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudentia vincis, omnis, credo, vidiſti, nihil omnino te fefellit.* Et in Oratore: *Pæona qui dixit optimum, in qua eſſet longa poſtrema, vidit parum.*

Qua ne pluris emerem] Mandaverat enim Ciceroni Marius, ut vel tuam venderet, vel aliorum coheredum partem emeret.

Qui meus in te amor eſt] Pro meo in te amore: epiſt. 20. lib. V. *Quod ſi mihi expenſa iſta H-S centum tuliſſes: tamen, quæ tua eſt ſuavitas, quique in me amor, nolles a me hoc tempore eſtimationem accipere.* Et epiſt. 13. hujus libri: *Morior, ni, quæ tua gloria eſt, puto te multo a Cæſare conſuli, quam ingenii.* Et epiſt. 3. lib VIII. *Qui, quæ mea negligentia eſt, multos ſæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam; nunc, quotidie non eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior.* Et epiſt 78. lib XIII. *Cognitum, per te ipſum, quæ tua natura eſt, dignum tua amicitia atque hoſpitio judicabis.*

Confeciſſem] Tranſegiſſem, negotium abſolviſſem.

Inlicitatorem potius ponam, quam illud minoris veneat] Sic veteres aliquot libri: alii, *Illicitatorem*: nonnulli, *In licitationem*: vel, *In licitatione*; placet, *In licitationem*: ut ſit: conferam illud potius in contentionem licitantium, quam minoris veneat: non patiar illud minoris venire, quam quanti ut emerem, permiſiſti: ita neque contra mandatum tuum agam; non enim pluris emam, quam tu vis, & conſulam utilitati meæ; quia, minoris ne veneat, in licitationem ponam. Tota jocatio eſt, præter illud primum, *Mandatum tuum curabo diligenter*: quod infra quoque, remoto joco iterat. *Ponere* autem cum accuſandi caſu alibi quoque dixit Cicero, ut Phil. III. *Longa intervalla in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus.* Et lib. V. de Fin. *Quæcumque ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.* Et ep. 3. ad Att. lib. V. *Apud Lentulum ponam te in gratiam.*

De Burſa] Hic eſt T. Munatius Plancus Burſa, frater L. Planci Oratoris, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ lib X. tribunus pleb. anno proximo acerbiſſimis concionibus in invidiam rapere Milonem Ciceronemque conatus erat: eoque incitante plebs curiam incenderat: quo crimine anno ſequenti, ſtatim poſt depoſitum magiſtratum, lege Pompeia de vi damnatus eſt: epiſt. 1. lib. VIII. & Plutarchus in Pompeio & Catone, Dio lib. XL. & Pedianus. Reſtitutus a Cæſare poſt victum Pompeium: qua de re ſic Phil. XIII. *Sequuntur alii tribunitii, T. Planus in primis: qui ſi ſenatum dilexiſſet, numquam curiam incendiſſet: quo ſcelere damnatus, in eam urbem rediit armis, a qua exceſſerat legibus.* De hoc etiam Dio, Pedian. & alii.

Gaudere] Tum, quia de vi damnatus eſſet; tum etiam, quia Cicerone ipſo accuſante, Dio lib XL.

Hominis ſordes] Ad vitia refertur: quibus inquinati homines contemnuntur ut ſordes. In Piſonem: *O luxum, o ſordes.* Ad Attic. epiſt.16. lib. IV. *Iudicum ſordes.*

Mor-

Morte inimici) Clodio a Milone interfecto.

Quam calamitate) Non tanti mihi eſt inimicorum exitium, ut eos perditos velim cum amicorum calamitate, quod accidit in Clodio: eum enim occidit Milo, & eo crimine calamitatem ſubiit exſilii.

Bonorum) Iudicum, qui Burſam damnaverant.

Contentionem) Summum ſtudium pro ſalute Burſæ; nam *contentio* plus eſt, quam *ſtudium* epiſt. 1. lib. I. *Sic egit cauſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, neque gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit.* Et Epiſtola 9. ejuſdem libri: *Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.*

Clariſſimi) Pompeium ſignificat; quem & epiſt. 8. lib. I. *clariſſimum* vocat. *A ſenatu* (inquit) *ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienarunt.*

Potentiſſimi) *Contra tantas opes ejus*, dixit infra,

Oderam multo pejus hunc) Epiſt. 1. ad Attic. lib. XIV. *Non dubito, quin me male oderit.* Et M. Brutus in epiſt. ad Ciceronem: *Pati contumelias, pejus odero omnibus malis.* Phil. II. *Nemiuem veterani pejus oderunt.* Terentius in Adel. *Illud vus nulla alia de cauſa tam male odi.* Horatius: *Odi cane pejus & angue.*

Hunc defenderam) Reum; ingeatus igitur: *in quo vitio nihil mali non ineſt*; ut epiſt. 4. lib. VIII. ad Attic.

Diſcrimen eſſet habitura) Periclitatura eſſet: cum in mea ſalute reip. ſalus ageretur.

Eorum auxilio) Improborum omnium; non enim præcipue Cæſarem, Pompeium, Craſſum notari crediderim, de quibus in oratione pro Sextio; nam hoc tempore Cæſari & Pompeio non vulgari Cicero conjunctus erat amicitia.

Qui me ſtante, ſtare non poterant) Perditis enim illorum conſiliis adverſabar acerrime: epiſt. 6. lib. VI. *Cum me e rep. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt.*

Simiolus) Plane contemnendus, non homo, ſed ſimiolus: homini enim ſimia quibuſdam rebus ſimilis: ep. 10. lib. V. *Simius non ſemiſſis homo, contra me arma tulit.* Et Horatius Sat. ult. lib. I.

—— *Quos neque pulcher*
Hermogenes unquam legit, neque ſimius iſte.

In quem invheretur) Quem injuriis afficeret: in hoc verbo illud notandum, duo participia, *Invehens* ab agente verbo, *Invectus* a patiente deductam, tempore magis, quam ſignificatione, differre. Phil. II. *Cæſar in ſenatu, aperte in te invehens, queſtus eſt.* De Nat. Deor. lib. I. *Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis.* Ejuſdem generis illud eſt in Bruto: *Cujus in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna reip.*

Emiſſarium) Qui meorum invidorum arbitrio & voluntate in me emitteretur, ſimilitudine locorum, quibus, cum volumus, aqua emittitur: ep. 18. lib. XVI.

Contra tantas opes ejus) Contra contentionem potentiſſimi viri Pompeii: qui cum, imperii cauſa, ad urbem eſſet, Plancum per tabellas abſens laudavit. Dio lib. XL. idem confirmat Plutarchus in Catone; quamquam in Pompeio non ab ipſo abſente, ſed a præſente laudatum eſſe Plancum ſignificat: ait enim, Λυσας νομῳ τους γινομενους περι των κρινομενων επαινους, αυτος εισηλθε πλησιον επαινεσομενος. *Ipſe* (Pompeius) *cum laudari reos lege vetuiſſet, ad laudandum Plancum progreſſus eſt.*

A quo ipſi lecti judices erant) Pompeius duas tulit judiciarias leges, unam in ſecundo conſulatu, ut e cenſu ampliſſimo e centuriis aliter, quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, de quibus L. Aurelius Cotta prætor legem tulerat, res judicarent, de qua Pedianus: alteram in tertio conſulatu, quam Velleius nominat, ut eſſent ccclx. quod ipſe legit; tot enim & Velleius lib. II. & Plutarchus in Pompeio nominant: vide Cælii epiſtolam lib. VIII. quæ incipit: *Etſi de rep.* quo loco trecenti tantum judices appellantur. Lectionem autem illam conſulis Pompeii fuiſſe, non Velleii modo, ſed Ciceronis etiam teſtimonio cognoſcitur: ſunt enim hæc in oratione pro Milone, in extremo: *Veſtram virtutem, ja-*

ſtitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabis, qui in judiciis legendis optimum & ſapientiſſimum quemque legit. Idem oſtendit Pedianus in ejus orationis argumento.

Niſi iis dolori meus fuiſſet dolor) Suſceptus ex multis Planci iniuriis: qui me animi cauſa, in quem inveheretur, delegerat. Non diſſimile illud Phil XIV. *Dolorem ferre non potuit doloris mei*: ſic enim eum locum diſtinguo.

Nos his multitudine & celebritate judiciorum, & novis legibus ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne interkaletur) *Celebritate*, ob magnitudinem rerum, quæ judicabantur, *Novis legibus*, quas proximo ſuperiore anno Pompeius Magnus, tertium conſul, tulerat: duas nominat Pedianus, unam de vi, qua Burſam ejectum eſſe in exſilium diximus, alteram de ambitu, qua Hypſæum damnatum Plutarchus in Pompeii vita videtur indicare.

Vota faciamus) Vota facit is, qui ſe aliquid cum honore Dei facturum ita promittit, ſi, quod optat, ex animi ſententia ſucceſſerit.

Ne interkaletur) Ne dierum interpoſitione tempus protrahatur. Indicat hic locus, pontifices interkalare ſolitos arbitratu ſuo; nam ſi annus hic eſſet interkalaris ex inſtituto Namæ, fruſtra Cicero vota faceret, ne interkalaretur; metuebat igitur, ne interkalaretur extra ordinem; quod idem timuit in adminiſtratione Ciliciæ epiſt. 9. 13. 21. ad Attic. lib. V. Contra ſequenti anno C. Curio tribunus pl. ut diem haberet longiorem ad ea perficienda, quæ pro Cæſaris cauſa cogitabat, interkalare cupiebat; quod quia non obtinuit, a ſenatu ad populum tranſfugit, & pro Cæſare loqui cœpit, ut ait Cælius ep. 9. lib. VIII.

EPISTOLA III.

Verſare mihi cogitanti) Narrationem ordiri interdum ſolet a dandi caſu, ut lib. I. de Orat. *Cogitanti mihi, Q. frater, & memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe mihi videri ſolent, &c.* Et epiſt. ad Att. lib. II. *Kalendis Jun. venti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer.* Et ad eumdem epiſt. 16. ibidem: *Cœnato mihi, & jam dormitanti, pridie Kal. Maj. epiſtola eſt illa reddita.*

De communibus miſeriis) Afflicta civili bello reſp.

Tot annos) Initio ſumto ab eo anno, quo Cæſar primum conſul fuit; leges enim multæ contra majorum inſtituta, contraque libertatem publicam latæ ſunt: quod poſtea res ipſa declaravit: itaque ſcripſit Cicero in quadam ad Axium epiſtola, quæ non exſtat, ſed a Suetonio nominatur in Julii vita, Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum, de quo ædilis cogitarat. Horatius anno ante, id eſt Metello Celere & Afranio coss. factum eſſe motum civilem ait, ode prima lib. II. *Motum Metello conſule civicum*: fortaſſe ob eam cauſam, quia Metello ipſo conſule in carcerem a Flavio tribuno pl. ducto, ſeditio commota eſt; epiſt. 1. ad Att. lib. II. & Dio lib. XXXVII. Dixit igitur Cicero, *Tot annos*, ad originem belli civilis reſpiciens, non ad primum ejus belli annum, quo Lentulus & Marcellus conſules fuere, quadriennio ante, quam hæc epiſtola ſcriberetur; nam de hoc tempore, *Tot annos*, opinor, non diceret.

Vt video) Spes enim fortunæ melioris nulla ſupereſſe videbatur, devicta jam duobus prœliis Pompeianorum cauſa, Pharſalico primum, deinde Africano.

Solet in mentem venire illius temporis) Modo cum generandi, modo cum nominandi caſu dixit Cicero, *In mentem venire*: de Finibus lib. VI. *Venit mihi Platonis in mentem*. Pro Amerino: *Venit mihi in mentem oris tui*. At ep. 17. lib. II. *Quæ mihi veniebant in mentem*.

Proxime) Anno primo civilis belli: ut infra patet, ex mentione conſulum Lentuli & Marcelli, quo modo igitur, *Proxime*? cum ſit hic tertius belli civilis annus; nimirum, cum ſæpe fuiſſet cum Mario, *Proxime*, dixit de poſtremo inter eos habito ſermone.

Præſto fuiſti) Villam & Marius habebat in Pompeiano; epiſt. 4.

Sollicitum te habebat) Sollicitabat. Sic locutus ep. 16 lib. II.

Tum officii, tum etiam periculi mei) Hoc explanatur ſequentibus verbis.

Si ma-

Si manerem in Italia) Profecto in Græciam Pompeio.

Officio) Erga remp. & Pompeium de me bene meritum.

Ut non explicarem, quid eſſet optimum factu | Vtilitas enim cum honeſtate pugnabat : epiſt. 2. lib IV. *Si, quid rectiſſimum ſit, quærimus; perſpicuum eſt: ſi, quid maxime expediat; obſcurum.* Et epiſt. 19. lib V. *Eſt res profecto maxima; quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt.*

Pudori tamen malui famæque cedere) Epiſt. 6. lib. VI. *Vel officio, vel famæ bonorum, vel pudore victus, ut Amphiaraus in fabulis, ſic ego pudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.*

Neque magnas copias) Non magnas, eum Cicero in Græciam venit : magnas autem poſtea, coniuncto Scipionis exercitu, & multorum auxiliis. Cæſar ipſe lib. III. Bel Civ. in exercitu Pompeii ait fuiſſe millia LV. præterea evocatorum circiter duo millia, & cohortes ſex. Plutarchus in Cæſare, peditum XLV. millia in Pompeii numerat exercitu, equitum ſeptem millia: vide illa verba epiſt. 7. lib. IV. *Neque copias Cn. Pompeii, nec genus exercitus probare.*

Neque belliceſus) Tirone & collectitio exercitu ; quod infra dicitur, & epiſt. 7. lib. IV. ep. 24. lib. X.

Ducem) Pompeium, belli ducem.

Rapaces | Maxime P. Scipio, Pompeii ſocer, Syriæ proconſul : de cuius infinita rapacitate, vide quæ ſcripſit Cæſar lib. III. Bell. Civ.

Crudelem) Ep. 14. lib IV. & ep. 6. lib. IX. & ep. 19. lib. XV. & ep. 6. lib. XI. ad Attic.

Ex alienum) Hoc ſignificatur ep. 6. lib. VI in eo loco : *Qui, duce Pompeio freti, perpoſitionem & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant.*

Amplifſimorum virorum | Præſertim L. Lentuli conſulis, P. Scipionis, Pompeii ſoceri, Fauſti Libonis ; de Lentulo Cæſar lib. I. Bel. Civ. *Lentulus ætis nimia magnitudine, & ipſe exercitus, ac peregrinicerum, & regum appellandorum lætitiis movetur.* De tribus reliquis, epiſt. 9. lib. IX. ad Att.

Præter cauſam) Eſſe enim in caſtris Pompeii reſp. & libertas defendi videbatur.

Semper | Etiam ante quam iretur ad arma, ebiſt. 1. lib. IV. & epiſt. 11. lib. XVI.

Valde abhorreret) Vel ſuperbia quadam, qui parem ſibi Cæſarem ferre non poſſet ; vel quia certam de victoria ſpem ſuſceperat, confiſus exercituin ſe habiturum multis partibus maiorem exercitu Cæſaris.

Quodam pago) Ad Dyrrachium facta : ex qua Pompeius imperator eſt appellatus. Cæſar lib. III Bell. Civ.

Nullus imperator fuit | Nihil egit egregio imperatore dignum.

Tuone & collectitio exercitu | Collectitio exercitu belli civilis initio. Tuſc. II. *Tantum intereſt inter novum & veterem exercitum, quantum experti ſumus.*

Robuſtiſſimis) Quarum nonnullæ per novem annos in Gallia pugnaverant.

Victus | In Pharſalia.

Turpiſſime) Vtpote qui & amiſſis caſtris, & ſolus fugerit.

Nec putavi) Eadem in ſententia fuit, M. Marcellus, ad quem Cicero epiſt. 7. lib. IV. ita ſcripſit : *Tuum conſilium nemo poteſt non maxime laudare, quod cum ſpe vincendi ſimul abjeciſti certandi etiam cupiditatem.*

Integri | Nondum adverſa pugna fracti : translatio ; firmiora enim ſunt integra, quam fracta.

Iubam | Mauritaniæ regem, ad quem Scipio, Pompeii ſocer, poſt Pharſalicum prælium confugit, epiſt. 6. lib. IX. *Quaſi nullus fuerit, cum etiam ad beſtiarum auxilium confugere, quam vel mori, vel cum ſpe ſi non optima, at aliqua tamen vivere.* Hic eſt ille Iuba, de quo Cæſar triumphavit, eiuſque filium, qui poſtea inter ſcriptores doctiſſimos, ut ait Plutarchus, connumeratus eſt, & ad Caium Auguſti filium, teſte Plinio, de Arabiæ rebus libros conſcripſit, in triumphum duxit, admodum infantem.

Aut capiendus tamquam exſilio locus) Quod M. Marcellus & alii fecere. *tamquam exſilio*, non proprie exſilio : nam exules damnati legibus patria carent : qui vero patria caret, ſed non legibus damnatus, is non exſul,

ſul, ſed tamquam exſul eſt: in epiſtola tamen ad Marcellum 8. lib. IV. dixit, *hunc aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum locum*: quaſi exſilium ſit, adſpectu patriæ frui non poſſe: & hic, paullo poſt, ſimpliciter exſilium appellavit: *Ex omnibus* (ait) *iis, quæ dixi, incommodis, nihil tolerabilius exſilio.*

Aut conſiſcenda mors voluntaria) Quod M. Cato, audita Cæſaris Africana victoria, Vticæ fecit: unde illi cognomen Vticenſi. Conſciſcere mortem, e ſex incommodis ultimum poſuit, ſerviens videlicet cauſæ ſuæ, qui diſcederit ab eo bello, in quo nihil proſperum exſpectari poſſet, adverſa omnia imminerent: alibi tamen præclarum vocat Catonis mortem, quam ſibi ille conſciverat voluntariam, ep. 18. lib. IX.

Nolles aut non auderes) *Nolles*, quia turpe: *non auderes*, metu poteſtatis.

Committere) Quod Cicero fecit, ſtatim a pugna Pharſalica in Italiam reverſus.

Præſertim innocenti) Hac de re præclare diſputat in Paradoxo adverſus Clodium, a quo exſul appellatus erat.

Cum meis) Propinquis & amicis.

Si quidquam) Correctio: quaſi omnia plane ſint in unius poteſtate.

Etiam in meis eſſe malui) *Etiam*, vim quamdam indignationis & doloris habet: quaſi dixerit: omnia ſunt in unius poteſtate, nihil cujuſquam præterea: hoc tamen cum ſcirem, in meis eſſe malui. Particula *In*, ſeiungere videtur ab illo poſſeſſionem, quam tribuebat particula *Cum*; nam, *Cum meis*, rei poſſeſſæ ſignificationem habet: *In meis*, fructum potius, quam poſſeſſionem, demonſtrat. Venuſtas non abeſt: Cum meis non ero, quia nihil cujuſquam eſt: at in meis ero; quod in malis aliquod ſolatium affert.

Si nullæ, tamquam in exſilio) Epiſt. 8. lib. IV. *Si ſit aliqua reſp., in ea te eſſe oportere; ſin autem nulla, hunc tamen aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum locum.*

Multæ cauſæ) Amiſſio libertatis, dignitatis, honeſtatis, amicorum, omnium denique rerum, quæ, *rep.* ſtante, jucundiſſimæ fuerant.

Vetus eſt enim) A veteribus dicta ſententia: epiſt. 3 lib VII. *Ita vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt.*

Suſtentem) Litteræ ſuſtentant, aberrante animo a dolore, & memoria calamitatum: rerum geſtarum gloria ſolatium affert in miſeria, cum recordamur, non omnia tamen erepta nobis eſſe, manere gloriam, manſuramque poſt obitum etiam, ab omni tutam injuria.

Mihi vivo numquam) Morbo tantum, perturbata memoria, vivis eripi ſcientia poteſt: manente memoria, non poteſt.

Tum reip.) Cujus conſulebam ſaluti, cum pacem ſuadebam.

Quemquam) Aut Cæſarem, aut quemvis alium. Epiſt. ultima lib. V. *Ego ſum, qui nullius vim plus valere volui, quam honeſtum otium.*

Alicujus culpa) Pompeius notatur: cujus affinitate Cæſar, quæ voluit, pro ſua potentia conſecutus eſt: quod ſæpe queritur Cicero in epiſtolis ad Atticum, & hic epiſt. 1. & 5. lib. VI. & Cælius epiſt. 14. lib. VIII. & omnes hiſtorici.

Vnus) Quis hoc de Cæſare dici non videt?

Vt obſiſti non poſſet) Quis enim obſiſteret habenti robuſtiſſimas legiones, nec petenti, niſi quod jam ei, latis legibus, populus conceſſerat? ut etiam honeſtæ cauſæ ſpeciem quamdam oſtenderet.

Me voluiſſe etiam rel. omn. &c.) Ita hunc locum diſtinximus, qui antea male diſtinctus erat.

Reliquis omnibus) Facere finem belli; pacem enim, victo Pompeio, ſuaſi: qua non probata, uſus ipſe meos conſilio tum. Epiſt. 6. lib. IX. *Eram nobis perirati, quaſi quidquam de noſtra ſalute decreviſſemus, quod non idem illis cenſuiſſemus.*

Rhodum aut Mitylenas) Quo ſe, tamquam ad liberas civitates nonnulli ex Pharſalico prælio, qui ſe victori nollent, aut non auderent committere, contulerunt, epiſt. 7. lib IV.

Sed, quia longius fiebat) Epiſt. 8. lib. IX. *Sed, cum tu tardius faceres.*

Vitæ

Vituperatores meos) Crimini dabant, quod a bello diſceſſiſſet. Eodem modo *Amatorem tuum*, dixit epiſt. 5. libro IX.

Cum meus interitus nihil fuerit reip. profuturus] Hoc interponit, ut ſuſpicionem timoris avertat; ne videatur ob vivendi cupiditatem boni civis officio defuiſſe. Mortem, inquit, non timui: ſed cum ea nihil eſſet reip. profutura, mori cur nollem, quam vivere?

Si me audiſſent) Pacem ſuadentem, ſupra; & epiſt. 1. lib. IV. & 21. lib. VI.

Quamvis iniqua pace) Epiſt. 6. lib. VI. *Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem.*

Honeſte tamen viverent) Hoc dicit; ne quis objiciat, eum turpiter vivere, non enim ſatis fuit, oſtendere, nihil reip. mortem ſuam fuiſſe profuturam: ſed vitam quoque ipſam nulla cum turpitudine conjunctam demonſtrat.

Non eſuſa) Honeſte igitur vivit, quirumque bene ſentit; nec honeſtatem vel afferunt arma, vel eripiunt.

EPISTOLA IV.

CUM *Libone*) Scriboniæ gentis, plebejæ.

Tuo, vel noſtro potius) Similis loquendi modus epiſt. 2. lib. IX. *Caninius, idem tuus, & idem noſter.*

In Pompeianum) Villam ſuam, prope oppidum Pompeios.

Factam te ante certiorem) Erat enim & Marius in Pompeiano ſuo.

Hic] In vicinis prædiis, uterque enim villas habebat in Pompeiano, epiſt. 9. lib. II. ad Q. Fr. *Illorum prædiorum ſcito mihi vicinum Marium lumen eſſe.*

Vides] Ideo vides, quia Pompeianum prope Cumanum eſt, epiſt. 13. lib. II. ad Att.

Quanto poſt) Diſſentio ab iis, qui, *multo poſt*, ſignificari putant; nam ſe brevi cum eo futurum, in extrema epiſtola Cicero demonſtrat.

Si quod conſtitutum) Libri aliquot veteres habent, *Si quid*; alii tamen, *Si quod*, quos ſequor; nam *conſtitutum*, tranſiit in naturam nominis: ut epiſt. 1. lib. XII. ad Att. *Quinto Cal.* igitur *ad conſtitutum*. Et pro Cæcina: *Qui ad conſtitutum experiundi juris gratia veniſſent*. Et pro Cœlio: *Cum ſit iis conſtitendum, numquam ſe ne congreſſu quidem, & conſtituto cœpiſſe de tantis injuriis experiri*. Apparet, verbum juris eſſe. Si tu, inquit, curare podagram his diebus conſtituiſti; differ in alium diem, ut interea ſimul cœnare aliquanto hilarius poſſimus.

EPISTOLA V.

VIDE, *quam mihi perſuaſerim, &c.*) Facilius impetratur, impetrandi ſpe propoſita; parit enim benevolentiam humanitatis commemoratio, quo hic artificio utitur Cicero.

Quocumque exirem] Legatione non frumentaria, ut nonnulli putarunt, ſed Hiſpanienſi, cum Pompeio proconſule: cui lege Trebonia, ut omnes hiſtoriæ narrant, utriuſque Hiſpaniæ adminiſtratio in quinquennium demandata erat.

Commoratio] Ad urbem; numquam enim Pompeius ivit in provinciam: quæ belli civilis origo fuit, epiſt. 6. lib. VI. *Eundum in Hiſpaniam ſenſi, quod ſi feciſſet, civile bellum nullum omnino fuiſſet.* Hic autem de curatione frumentaria quî poteſt intelligi, cum ea jam ante biennium demandata Pompeio eſſet? nec ea res tam diuturnam Pompeii commorationem ferret: quin etiam frumenti comparandi cauſa, ivit Pompeius in Sardiniam & Africam, Marcellino & Philippo coss. ut epiſt. 9. lib. I. demonſtrat, at hæc ad Cæſarem, ſcripta biennio poſt, nondum ab urbe Pompeium diſceſſiſſe oſtendit. Præterea epiſt. 17. eamdem manifeſte rem attingens, ait: *Quod opinatus ſum me in provinciam exiturum*. Ire in provinciam non opinor diceret, ſi ad frumentariam curationem iturus eſſet.

Dubitatio] Verebatur, ne Clodius abſenti negotium faceſſeret. Eadem legatio ſignificatur epiſt. ult. lib. V. ad Attic. & epiſt. 1. lib. III. ad Q. Fr.

Exſpectare a te quæ ſperaſſet a me) Plus eſt *exſpectare*, quam *ſperare*; nam in ſpe dubitatio videtur ineſſe aliqua, in exſpectatione nulla, parem igitur ſibi, quod ad juvandi Trebatii vo-

luntatem attinet, Cicero Cæſarem facit: ſic enim exorſus eſt epiſtolam: *Vide, quem mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum*: ſuperiorem autem in opibus agnoſcit, quia longe majorem, cum utramque Galliam proconſul adminiſtraret, ornandi augendique Trebatii facultatem haberet.

Proliæ) Liberaliter, epiſt. 8. lib. III. *prolixam beneficamque Appii naturam* vocat.

Mirificus) *Mirificus*, *mirus*, *mirandus*, *admirandus*, *mirabilis*, *admirabilis*, ſynonyma ſunt.

Quaſi) Quia, quod hominum eſt, ad calum tranſtulit; ideo, *Quaſi*, dixit.

Teſtis opinionis meæ) Cujus teſtimonio comprobaretur id, quod ego de te exiſtimaram.

Sponſæ humanitatis tuæ) Cui, tamquam ſponſori, de tua credendum humanitate videretur.

Cum Balbo noſtro) Hic eſt L. Cornelius Balbus, Gaditanus, Cæſaris & Ciceronis amiciſſimus, pro quo exſtat oratio, pervenit Cæſaris beneficio ad maximas divitias, & conſulatum poſtremo eſt adeptus. Plinius lib. VII. cap. 43.

M. Iefium) Antiquos libros inſpexi multos, alii habent, *M. Irfium*: alii, *M. Iffium*: alii, *Mirfium*: alii, *Idfium*: quidam, m. v. *Fivium*, nonnulli, *M. Ilfinium*: vel, *M. Iifium*: vel, *M. Infium*: vel, *M. Infinium*: vel, *M. Iifium*: vel, *M. Rufum*: alii aliter: nullus, *Orfium*: quod tamen nonnullis placuit, opinantibus eum eſſe, de quo in epiſt. 13. lib. II. ad Q. Fr. fit mentio, qua de re ſcripti olim tempora non congruere: nam hunc, qui nominatur in hac epiſtola, iviſſe ad Cæſarem, conſtat, ante Trebatium, illum autem poſt; cum in ea ſit epiſtola in extremo, *Trebatium ut valde ames, vehementer te rogo*. Hic a conjectura ſubſidium quærunt; & ajunt poſſe fieri, ut Orfius in Galliam antea ſit profectus; deinde, ſui negotii cauſa, vel ab ipſo Cæſare miſſus Romam venerit; unde cum litteris Ciceronis ad Q. Fratrem in Galliam redierit: hæc facile poſſunt excogitari: ſed nihil cogimur credere, niſi quod ratio perſuadeat; nam illa verba quæ ſunt in ea ad Q. Fratrem epiſtola, *Eſt tribunus mil. in exercitu veſtro*, mihi quidem argumentum afferre non videntur, cur ille Orfius antea fuerit in exercitu Cæſaris: fortaſſe etiam contrarium ſignificant; nam ſi fuerat antea tribunus mil. in exercitu Cæſaris, cur, quaſi de homine ignoto, ſcriberet ad fratrem Cicero, *Eſt tribunus mil. in exercitu veſtro?* quis putet a legato legionis Quinto ignoratum eſſe tribunum mil. cujuſcumque legionis? Dicit igitur Cicero, ut opinor, hoc: venit ad Cæſarem tribunus mil. creatus. Non enim ſoli imperatores tribunos mil. creabant, ut iidem credunt; ſed ea poteſtas populi quoque fuit. *Tribunorum militarium*, inquit Aſconius, *duo genera; primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent, alii ſunt Comitiati; qui Romæ comitiis deſignantur*. Idem legitur apud Feſtum, idem & a Livio lib. IX. ſignificatur. Erat igitur Orfius e comitiatis, quo refellitur illud argumentum, non potuiſſe Ciceronem divinare tribunum mil. Orfium a Cæſare creatum iri: itaque antea creatum eſſe, & in exercitu fuiſſe.

Vel regem Galliæ faciam) Hoc non faciam; ergo id, quod cupis. Modus loquendi, cum vel hoc, vel illod promittentes, alterutrum nos facturos eſſe, credi volumus; excluditur enim difficilius.

Leptæ delega) Video ſcriptum eſſe, *Dilegam*, in quatuor antiquis libris, in aliis omnibus, *Delega*: utroque modo locus, ut arbitror, mendo non vacat: nec ipſe mihi in conjectura ſatisfacio.

Suſtulimus manus) Ob admirationem; manus enim tollere conſuevimus, aliquid admirantes, in Acad. *Horteniius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret*. Catullus: *Admirans ait hæc, manuſque tollens: Dii magni, ſalaputium diſertum*.

Neſcio quid) Sic malo, quam *Neſcio quod*: idque videtur uſus poſtulare Latinæ linguæ: utrumque habent veteres libri.

Non fortuitum, ſed divinum) Fortuitis divina præſtant, nam, quæ a fortuna ſunt, ratione carent. Deus autem ſumma ratio eſt. Non igitur caſu,

ſu, inquit, accidiſſe videbatur, ut eo tempore litteræ mihi abs te darentur, cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer; ſed ita, Deo volente, factum, ut opinio mea de tua erga me voluntate confirmaretur.

Invitatu tuo] *Invitatus*, *invitatio*; *permiſſus*, *permiſſio*; *conceſſus*, *conceſſio*; *conſenſus*, *conſenſio*; *diſceſſus*, *diſceſſio*; aliaque ſimiliter dicuntur.

Per me) Non propter me, (non enim ſe ponit ut cauſam, quo ſpectetur) ſed, mea opera & commendatione; ut ſit ipſe cauſa efficiens. Sic epiſtola 8. lib. XIII. *Magno me affeceris non modo lætitia, ſed etiam gloria, ſi P. Sextius homini maxime neceſſario per me ſatisfecerit.*

In meos) Non modo propinqui, ſed amici etiam ſignificantur, epiſt. 10. lib. XVI. de Curione non propinquo dixit: *Curio meus illum incitabat*; & epiſt. 3. de ſolis propinquis non ſcripſit illud: *Ego cum meis (ſi quidquam nunc cujuſquam eſt) etiam in meis eſſe volui.*

Spondeo) Ita promitto, ut me ſponſorem conſtituam, & in me ipſum recipiam, ſi ſecus acciderit: epiſt. 6. lib. I. ad Att. *Tulliola tuum munuſculum flagitat, & me, ut ſponſorem, appellat: mihi autem objurare certius eſt, quam dependere.* Sponſor, præs, vas, in quo differant, oſtendit Varro lib. V. de ling. Lat.

Vetere verbo meo) Quo antea usus eram in Milone commendando. Cum infra videam ſubjungi, *Sed more Romano*; & *more Romano commendare*, ſit exquiſite laudare, & præſtanti quodam uti genere commendationis: quod hic locus demonſtrat; & ille in epiſt. 18. *Ego te Balbo more Romano commendabo*: facile poſſum conjicere, frigidum fuiſſe verbum illud Ciceronis, quod ſcriptum de Milone Cæſar luiſſet: itaque ſequitur minime frigida laudatio: *Probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem.*

De Milone] Hoc anno P. Clodium nondum occiderat Milo: qua porro in cauſa eum Cæſari Cicero commendaverit, ſuſpicari difficile eſt. In magiſtratus petitione, non puto, nam præturam non petiit Milo; ſed, ea omiſſa, conſulatum petiit Calvino & Meſſalla coss. cum ædilitatem geſſiſſet biennio poſt tribunatum, id eſt, Pompeio & Craſſo iterum coss. Fortaſſe igitur Milonem in aliqua contentione, quæ illi cum Clodio eſſet, eum Cicero commendavit. Nam Cæſar, licet abſens, gratia & opibus in urbe plurimum valebat.

More Romano) Graviſſime. Epiſt. 17. *Sic te ei tradidi, ut graviſſime diligentiſſimeque potui.* Epiſt. 18. *Ego te Balbo more Romano commendabo.*

Quo modo homines non ineepti loquuntur) Ineptorum igitur hominum eſt, frigide laudare: ſiquidem non inepti exquiſite laudant.

Probiorem hominem, meliorem virum) Conjuncta notentur: *probus homo*, *bonus vir*, potius, quam, *bonus homo*, *probus vir*.

Pudentiorem) Epiſt. 7. *Multum in eo te frater adjuvabit meus, multum Balbus; ſed, mihi crede, tuus pudor, & labor plurimum.*

Quod familiam ducit) Hoc non ad ipſum Trebatium refero, ut dicatur, ſuos habere ſectatores, verum ad ejus excellentem in jure civili memoriam atque ſcientiam; cum enim laudare Trebatium Cicero cœpiſſet, adjunxit ea, quæ in ejus laudibus ita prima ſunt, ut quaſi familiam ducere & excellere videantur: laudatur enim, & neceſſaria in primis eſt in juriſconſulto memoria; ſine qua ſcientia non conſiſtit: nec tamen memoria ſola laudem habet, ſed ita, ſi cum intelligentia conjungatur: ex utraque enim fit ſcientia; itaque poſt memoriam adjunxit Cicero ſcientiam, ut optimum juriſconſultum deſcriberet. Quod ad loquendi genus attinet, confirmatur exemplo lib. IV. de Fin. *Primum* (inquit) *illud vide, graviſſimam illam veſtram ſententiam, quæ familiam ducit; honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum; honeſteque vivere, bonorum finem, communem fere vobis cum omnibus, qui in una virtute conſtituunt bonorum finem.* Et Phil. V. *Lucius frater ejus, utpote qui peregre depugnarit, familiam duxit.* Translatio ab iis, qui ceteros ducunt, quia potestate, aut honore, ſcientiave antecellunt.

In jure civili ſingularis memoria) Neceſſariam eſſe juriſconſultis memoriam,

riam, & eorum maxime propriam, oſtendit lib. I. de Orat. cum ait: *In oratore autem acumen dialecticorum, ſententiæ Philoſophorum, verba prope Poetarum, memoria jureiſconſultorum, vox tragœdorum, geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus.*

. *Tribunatum*) Militum, qui, poſt conſulem & legatos, honor in caſtris erat maximus, & poſt eum præfectura equitum, de qua ſequitur mentio: vide quæ de tribunis mil. diximus epiſt. 20. lib V.

. *Certum nomen*) Modeſtiam ſervat, quia nihil petit nominatim: & plus tamen petit, quam ſi nominatim peteret: quia nihil eſt, quod a Cæſaris benevolentia & liberalitate exſpectari non poſſit.

, *Peto*) Repetit hoc verbum elegantiæ cauſa, ſimiliter ut epiſt. 15. ad Att. lib. V. *Denique hoc non deſidero: lucem, forum, urbem, domum, vos deſidero.*

Gloriolæ) Quaſi non omnino veræ ac ſolidæ gloriæ ſint inſignia vel trihunatus, vel præfectura, ſed aliquam tamen gloriæ imaginem habeant.

De manu, ut ajunt, in manum tuam iſtam) Curam ſuam & cupiditatem ornandi Trebatii ſignificat, quia, non contentus eo, quod dixerat, *Mitto ad te Trebatium*, ſubiungit, *Totum hominem tibi tendo*: plus eſt enim *tradere*, quam *mittere*, idque etiam atque etiam magis exprimitur hoc addito, *De manu, ut ajunt, in manum tuam*; quod vero intulit, *Iſtam*, ex laude Cæſaris benevolentiam quærit; quod ipſum Trebatii cauſa facit. Ingenioſe autem, quia dixerat, *In manum tuam*, de victoria & fide ſubiunxit; manus enim & victoriam parit, & fidem promittit, quod utrumque oſtenditur in oratione pro Deiotaro: *Per dexteram te iſtam oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, iſtam, inquam, dexteram, non tam in bellis & in præliis, quam in promiſſis & fide fieminem.* Terentius de fide, in Andr. *Quod ego te per hon. dexteram oro, & ingenium tuum.* Nec ab re fides hic in Cæſare laudatur: ſed ergo quodam modo, ut quem ad ſe mitti voluerit, eum pro ſua fide tractet; ſcripſerat enim: *Si vis tu, ad me alium mitte, quem velim.*

Sumus enim putidiuſculi) Excuſat ſe, quod in Trebatio commendando plura verba conſumſerit, quam Cæſaris humanitas patiatur. *Putidum* appellat Cicero, in quo nimia diligentia reprehendi poſſit, ut de Orat. lib. III. *Nolo exprimi litteras putidius, nolo obſcurari diligentius.* Et de Offic. lib. I. *Litteræ neque expreſſæ, neque oppreſſæ: ne aut obſcurum eſſet, aut nimis putidum.* Vidi ſcriptum in quibuſdam antiquis libris, *Blandiuſculi*: ſed in pleriſque, *Putidiuſculi*: quod magis probo; & fortaſſe, *Blandiuſculi*, gloſſema fuit.

Quam per te vix licet) Non vis me tam diligentem eſſe in eo commendando, quem & ſcis diligi a me non mediocriter, & vides mitti ad te invitatu etiam tuo; dicit autem, *Vix licet*: quod quaſi medium eſt inter *licet*, &, *non licet*; ita excuſat ſuam diligentiam, & eam tamen parum neceſſariam oſtendit.

Veeum, ut video, licebit] Accipies in bonam partem officium meum: non tibi moleſtiam afferet hæc noſtra, quamvis nimia, in Trebatio commendando diligentia.

P. VICTORIVS.

Quod familiam ducit) Hunc locum antea mendoſiſſimum caſtigavimus, elegantiſſimum modum loquendi, pluribus Ciceronis exemplis adductis, explanavimus. Acculant tamen nonnulli, quod exiſtimarim Ciceronem dixiſſe, Trebatium ipſum ducere familiam: intelligique volunt (quod non reprehendo) inter alias Trebatii laudes hoc bonum, quod legum ſcientiam habeat, & in jure civili ſingulari memoria ſit, præſtare omnibus aliis ipſius bonis. Scio Ciceronem μεταφορικως alibi in loco hoc modo dicendi uſum eſſe; ut in IV. de Finib. (qui locus a me olim adductus eſt) cum inquit: *Sed primum illud vide, graviſſimam illam noſtram ſententiam, quæ familiam ducit, &c.*

Erit

EPISTOLA VI.

Legitima) Vſitata, ut quæ lege fiunt.

Cum aliquo inſigni indicio meæ erga te benevolentiæ) Id, *More Romano commendare*, dicitur epiſt. 5. & 18.

Urbanitatis) Hic *urbanitas* non eſt virtus, ſed pro rebus urbanis accipitur, quarum deſiderio Trebatius flagrare ſe ſignificaverat; epiſt. 17. *Mihi interdum levis in urbis urbanitatiſque deſiderio videbare*.

Quo conſilio profectus es) Profectus erat eo conſilio, ut benevolentiam Cæſaris aſſiduitate & virtute adipiſceretur.

Medeæ) Hunc locum vir eacellentis ingenii Angelus Politianus primus illuſtravit: nam illud, *Quæ Corinthum, arcem altam, habebant*; & *Matronæ opulentæ optimates*; & quæ ſequuntur, recte vidit ex Ennio Poeta, verborum ordine nonnihil immutato, eſſe ſumta. Græcos etiam verſus Euripidis, ab Ennio converſos, adduxit: quos hic ſubſcribere viſum eſt:

Κορινθίαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μὴ μοι σε μεμψιν'. οἶδα γὰρ πολλὰς βροτῶν
Σεμνὰς γεγῶτας, τὰς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τὰς δ' ἐν θυραίοις· αἱ δ' ἀφ' ἡσύχου πτόδος
Δυσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ βλαυμίαν.

Corinthiæ mulieres, e domo egreſſa ſum,
Ne me incuſetis; multos enim vidi viros
Claros illuſtreſque factos, partim peregre profectos,
Partim procul a patria alibi degentes;
qui vero tuciti domi manent,
Dedecoris ac pigritiæ notam ſibi quæſiſſe.

Corinthum, arcem altam) Vrbs ipſa, Achaiæ caput, quam cepit evertitque L. Mummius, Corinthus dicta, ara vero Acrocorinthus, quod editiore loco caſtructa immineret urbi; hic tamen eodem, quo urbs, nomine appellatur; quia ſcilicet pars urbis eſt arx, & poteſt, quod in toto, idem in parte nomen uſurpari. Medeam cum viro ſuo Iaſone Corinthum exſulem deveniſſe demonſtrat hic locus; & ex ipſa, quæ extat Euripidis tragœdia cognoſcitur; habitaſſe ibi diutius, Pinduri ſignificat interpres; nam, ἐν τῳ εἶδει τῶν Ὀλυμπ. ubi Xenophon Corinthius laudatur, ad illa verba, καὶ τὸν πατρὸς αὐτὸν Μήδειαν θεμένην τὴν γαμετὴν αὐτὸν; interpres hæc affert: Μήδειαν μέμνηται, ὅτι ἐν Κορίνθῳ κατῴκει, καὶ ἐπαύσε Κορινθίους λιμῷ κατεχομένους, θύσασα Δήμητρι, καὶ νυμφαῖς Λιμνιάσι. *Medeam memorat, ea quod apud Corinthum habitavit, Corinthioſque fame vexatos liberavit, cum Cereri, & Lymniis nymphis ſacrificaſſet*. Alia quoque, ut Pindari verba explanet, adducit idem interpres, ut ſolet obſcuris in locis eſſe varius: verum ea referri ad exſulem Medeam, de qua hic ſermo eſt, mihi non videntur; nam Euripides, & eum ſecutus Ennius, veniſſe Coriothum Medeam exſulem, oſtendunt: interpres autem ille Corinthum Æætæ, Medeæ patris, fuiſſe patriam ait, ideoque in laudibus Corinthi Medeam nominari; quod ego abſurdum puto. Plutarchus etiam in Theſeo, veniſſe Medeam Corintho Atheoas, auctor eſt.

Habebant) Pro, *habitabant*. Plautus in Bacchidibus: *Quis iſtic habet?* Et Varro lib. IV. de ling. Lat. *Ciſpius mons, ubi editimus habere ſolet*. Et Digeſtorum lib. VIII. tit. 2. *Quidam Iberus, qui habet poſt horrea mea*.

Optimates) Nobiles principum virorum uxores: Optimatem Cicero deſcribit in oratione pro Seatio, qui ſe ita gerit, ut ſua conſilia optimo cuique probet, quique nec natura improbus eſt, nec furioſus, nec malis domeſticis impeditus; hic propter opes & claritatem familiæ dicuntur *Optimates*.

Manibus gypſatiſſimis) Verbum opinor Enniauum, pro *Candidiſſimis*; nam Ciceronem ita locutum, numquam credidetim; in hac quidem, quæ extat, Euripidis Medea gypſatarum manuum nulla mentio.

Ne ſibi vitio illæ verterent, quod abeſſe a patrin) Quærit excuſationem apud mulieres Corinthias Medea, quod egreſſa domo ſit, id eſt quod patriam reliquerit: id enim ſequentes duo verſus indicant; utrum autem Euripidis verba, unde hoc Ennius tranſtulit, id ipſum ſignificent, an erraverit Ennius,

nius, & eum ſecutus Cicero, dubitari fortaſſe poteſt, e doctorum hominum ſententia. Nos tamen, qui Ciceronem interpretamur, diſputare de Euripidis mente non debemus: illud quidem ἐξηλθον δόμων, de patria, non de privatis ædibus, Ciceronem intelexiſſe, ſatis conſtat; quemadmodum & ep. 5. *Vt eum meis omnibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum domum reducerem*. Et ep. 17. *Domum redire properabas*. Et ep. 30. *Nec hortor, nec rogo, ut domum redeas*. Iam illud, *Domi ſeniſque, Domi militiæque*, quam ſæpe dicatur, omnes norunt. Nec ſane video, ſi, ἐξηλθον δόμων, de privatis ædibus accipiatur, cur mulieres Corinthias Medea rogaret, ut ſibi ignoſcerent, quia prodiiſſet; cum earum nomine, ut prodiret, rogata jam eſſet. Apte vero dicitur: ne mihi vitio detis, quod ex patria diſceſſi: quando, idem qui fecere, multi gloriam ſunt adſecuti; ut verbum σεμνὸς, Ennius verterit, *Qui rem ſuam publicam bene geſſere*: recte fortaſſe: cum σεμνὸν, tam ad laudem, quam ad infamiam referatur: ut exempla, non modo quæ Suidas collegit, verum alia quoque non pauca demonſtrant; nam quod in hoc ipſo Euripidis loco, σεμνὸς, idem Suidas accepit pro ὑπερφανὸς, id eſt, arrogantes: equidem, quod ad me attinet, ſequor libentius veterem Poetam Ennium, quam recentiorem Grammaticum Suidam: cum præſertim Cicero noſter, qui Euripidis verba & videre potuit, & opinor, vidit, Ennii ſententiam probaverit.

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam patrii procul:
Multi, qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati

Duo videntur eſſe verſus: nec tamen, quæ menſura ſit, apparet: itaque vir acuti ingenii diſtinguendum ita cenſuit:

—— Nam multi ſuam
Rem bene geſſere, & publicam patrii procul:
Multi domi qui ætatem egerunt, propterea
Sunt improbati. ——

in quo aſſentirer, niſi viderem ſcriptum eſſe in omnibus antiquis libris, *qui domi ætatem agerent*; non, *Domi qui ætatem egerunt*: itaque tentare volui, an alia ſit probabilior, id eſt ab antiquis libris minime diſſentiens, diſtinguendi ratio: occurrit autem hæc:

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam
Patria procul: multi, qui domi ætatem ege-
Re, propterea ſunt improbati.

Primi verſus pes ſecundus, *Ti ſuam*, ſpondeus eſt, more ſatis noto, ex tragicorum comicorumque conſuetudine: in ſecundo verſu extremam ſyllabam transtero ad menſuram tertii: quemadmodum dixit Virgilius lib. I. Georg.

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem:

translata ad ſequentem verſum poſtrema ſyllaba: & Catullus:

Quænam te mala mens, miſelle Ravide,
Agit præcipitem in meos iambos?

Et Horatius in Oda ſecunda,

Vxorius amnis:

cum primam ſyllabam, *V*, transferri neceſſe ſit ad ſuperiorem verſum: quod apud comicos & tragicos, quorum eſt major licentia, uſitatum fuiſſe, negari non poteſt. Nam illud in eodem verſu, *Qui domi*: daſtylum eſſe, nemo (opinor) ignorat: licet in verbo, *domi*, ſecunda ſyllaba produci ſoleat; hic enim idem accidit, quod in illo Virgilii verſu Eclog. VIII.

Credimus, an, qui amant, ipſi ſibi
Somnia fingunt?

quo loco non modo omittitur ſynalœphe, verum etiam quæ ſua natura producitur ſyllaba, ob ſequentem poſterioris verbi vocalem contrahitur; & fit daſtylus, *An qui a*. Sic idem Poeta lib. I Georg.

Tres ſunt commiſi imponere Pelio Oſſam.

Et l. V. Æn.

Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alta.

Et lib. VI.

Numen & arma locum ſervant: te, amice, nequivi
Conſpicere, ——

Antiquior etiam Poeta Lucretius lib. V. dixit:

Pectora terrarum qui in ærâ ſancta tuetur.

Nec

Nec ſimplices modo vocales, ſed diphthongi quoque naturam mutant, ut l. I. Georg.

Flerant Rhodopeiæ arces.

Et lib. III. Æn.

Inſulæ Ionio in magno.

Ceteris cavere) Cum juriſconſultus ſis: juriſconſultorum enim eſt, aliis cavere. Idem jocus epiſt. 10. *In re militari multo es cautior, quam in advocationibus.* Et epiſt. 1. lib. III. *L. Valerium juriſconſultum valde sibi commendo; ſed ita etiam, ſi non eſt juriſconſultus; melius enim ei cavere volo, quam ipſe aliis ſolet.* Et ad eumdem Trebatium in Topicis: *Tu mihi meiſque ſæpe caviſti.* Et Offic. lib. I. *Cavere in jure, conſilio juvare, atque hoc ſcientiæ genere prodeſſe quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam.*

Didiciſti) A legibus & a jure civili.

In Britannia) Iviſſe Trebatium, vel iturum cum Cæſare in Britanniam, Cicero arbitrabatur; non iviſſe conſtat ex epiſt. 10. & 14.

Ab effedariis) Iis, qui pugnant ex eſſedis: epiſtola ſequenti: *Eſſedum aliquod ſuadeo rapies.* Epiſt. 10. *Spectare effedarios voluiſti.* Et Cæſar de Britannis ita loquitur lib. V. *Illi equitatu atque eſſedis, ad flumen progreſſi, prælium committerе cœperunt.* Et paullo poſt: *Equites hoſtium eſſedariique acerrimo prælia cum equitatu noſtro conſtixerunt.* Videntur & apud Belgas eſſeda fuiſſe. Virgilius Georg lib. III.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Romæ quoque, ut peregrina per luxum ſæpe amamus, eſſedo utebantur ditiores. Phil. II. *Vehebatur eſſedo tribunus pl.*

Decipiaris) Turpe eſt juriſconſulto decipi; eum ipſe, ne alii decipiantur, ſua ſcientia præſtare ſoleat: cave igitur, ne te lædant.

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit) Quæreudum eſt, cujus Poetæ Latini ſit hic verſus, ex quo Poeta Græco tranſlatus, ex qua fabula. Verſus eſt Ennii: dixit enim Cicero lib. III. Offic. *Hæc eſt illa pernicies, quod alios bonos, alias ſapientes exiſtimant: ex qua Ennius, Nequidquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret.* Græcum autem Euripidis verſum convertit Ennius, recitatum a Cicerone in epiſtola ad Cæſarem lib. XIII. Μισω σοφην οστις ων αυτω σοφος. Ex Medea tragœdia ſumtam eſſe hanc ſententiam, quis dubitet? cum dicat Cicero: *Et, quando Medeam agere cœpi, illud ſemper memento: Qui ipſe ſibi, &c.* Nunc ſcrupulus remanet, ſane moleſtus & difficilis: nam in hac, quæ exſtat, Euripidis Medea non reperitur hic verſus: ut neceſſe omnino videatur, vel ex altera ejuſdem Euripidis Medea ſumtum eſſe, vel duos Euripides fuiſſe, qui Medeam conſcripſerint. Duas fuiſſe ejuſdem Euripidis Medeas diſerte nemo dixit, quod equidem ſciam: contra, potius unam fuiſſe, oſtendit Suidas, cum de Neophrone ait: του φασιν ειναι Ευριπιδη Μηδειαν. *Hujus dicunt eſſe Euripidis Medeam.* Præterea, ſi duas idem ſcripſiſſet, notaſſet utramque inſcriptione diverſa, ut in Iphigenia fecit, & Sophocles in Œdipo, Æſchylus etiam in Prometheo. Interpres etiam Ariſtophanis in eo loco ejus comœdiæ, quæ inſcribitur, Ειρηνη, Εστι μυνῳδειν εκ Μηδειας: Ολμοι: Ολμοι απωτιρωδεις: unam videtur legiſſe Euripidis Medeam, quæ exſtat; ſubjungit enim: Μυστοτε εκ της Ευριπιδη Μηδειας παραγγραφει τοιαυτι· ω δυσηνες εγω, μελεα τε πονοις, πως αν ολοιμαν. *Nequaquam ex Euripidis Medea illæ adnotationes: Infelix ego, atque erumnoſa, quomodo perii!* Rurſus, oritur conjectura de duabus, non modo, quia non eſt, ut dixi, verſus hic in ea, quæ nunc eſt in manibus, Medea; ſed etiam quia Stobæus Euripidem bis appellat in Medea; recitatque verſus, qui ab hac abſunt tragœdia, quam novimus, quos etiam ſubſcribam:

Πλαλ' εν κακοισι θυμος ευηθεια δρα,
Μεγαλοπλαγχνος δυσκατασβεστος ψυχη δυχθοισι κακοισιν,
Sapiens animus in malis multum videt,
Male tractatam vix ſedari ſe patitur magnanimum cor.

Et alio loco:

Τα θρεπτα δ' εν βροτοισι πολλακις
Πλειω πορζει φιλτρα του φυσαι τεκνα.

Sepe

Sepe educeſſe, quam dediſſe exordium
Plus vincit, illecebraſque majores habet.

Latini quoque veteres Grammatici modo Ennii Medeam ſimpliciter, modo Medeam exſulem appellant; in quo quærendum, ſi ſunt duæ Medeæ, utra ſit, quæ vocatur Exſul. Sane Nonii teſtimonio Exſul videtur ea, quam ab Euripide ſcriptam habemus: quis enim non videt, duos illos verſus,

Antiqua, herilis, fida cuſtos corporis,
Quid ſis: ante ædes exanimata eliminas?

quos ex Ennii Medea Exſule recitat Nonius, ex illo Euripidis loco translatos eſſe?

Πιλλίου οἴκων κτῆμα δισπότης ἐμὸς,
Τί πρὸς πυλαισι σὴν δ' ἀγυιὰ ἐρημίαν,
Ἔσηκας, αὐτὴ θρέομένη σαυτὴν κακά;

Ecce aliunde ejuſdem Nonii de Medea Exſule, ab Ennio conſcripta, teſtimonium:

Nam ter ſub armis malim vitam cernere,
Quam ſemel modo parere.

Eadem ſententia legitur in Euripide, his elata verbis:

Τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' μᾶλλον, ἢ τίκτειν ἅπαξ.

Accedit Probus, & Eclog. Virgilii antiquiſſimus, & idem eruditiſſimus interpres; is ex Ennii Exſule Medea adducit hos verſus:

Iuppiter, tuque adeo ſumme Sol, qui res omnes inſpicis,
Quique tuo lumine, mare, terram, ac cælum contines, inſpice
Hoc ſacinus; priuſquam fiat, prohibe ſcelus.

Quod ex Euripide, mutatione quadam, Ennio utitata, converſum eſt: ait enim chorus:

Ἰω γᾶ τε, καὶ πάμφαης ἀκτὶς
Ἀελίου, παρίδατε, ἴδετε, τὰν
Ὀλομένην γυναῖκα, πρὶν φονίαν
Τέκνοις προσβαλεῖν χερ' αὐτοκτόνον.

Præterea videtur Iaſon poſt interfectum a filiabus, fraude Medeæ, Peliam, Theſſaliæ regem, Corinthum una cum Medea profugiſſe, ibique aliquamdiu, tamquam exſulem vixiſſe: atque ipſe querenti Medeæ, quod, ſe repudiata, Glaucam, Creontis filiam Corinthii regis, duxiſſet uxorem, factum ſuum excuſat his verbis:

Τί τυδ' ἂν εὑρημ' εὕρον εὐτυχέστερον,
Ἢ παῖδα γυμνὰν βασιλέως, φυγὰς γεγώς.

Medeæ quoque nutrix, initio fabulæ, exſilium heræ ſuæ nominat, hæc dicens:

Ἀνδάνουσα μὲν
Ξυγγὴ πολίταν, οὐν ἀφίκετο χθονὰ.

Et alibi. Argumentum igitur Medeæ, quæ exſtet, poſt ipſius Medeæ fugam ex Theſſalia, datum videtur, ut exſul vere nuncupari poſſit. Quod ſi hæc Euripidis Medea, quam omnes norunt, Exſul eſt: cur eadem non vocatur Exſul a Donato & Priſciano, verſus illos ex Ennii Medea recitantibus,

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes,

& quæ ſequuntur? Qui verſus hanc aggredientibus legere occurrunt primi. Et apud Nonium appellatur Ennius in Medea, Exſulis cognomine prætermiſſo: verbaque illa ipſius Medeæ ſubjunguntur ſuos liberos ad complexum invitantis:

Salvete, optima corpora: certe manus veſtras, meaſque accipite.

Quem locum ex illo Euripidis converſum eſſe, licet non plane Græcis Latina reſpondeant, ſatis liquet.

Προσείπατ' ὦ παῖδες, δότ' ὦ τέκνα,
Δότ', ἀσπάσασθε, μητρὶ δεξίαν χερά.

Quare in Exſulis Medeæ cognomine, modo addito, modo omiſſo, cum tamen eadem tragœdia ſignificetur, valde conturbor. Quod ſi obſcura difficilique in re ſententiam licet dicere: crediderim omnino, duas fuiſſe, quas coovertit Ennius, Græce ſcriptas Medeas, non ab eodem Euripide, ut ſatis jam videor probaſſe; ſed unam ab Euripide majore, quæ exſtat, alteram ab Euripide minore, qui ex majoris fratre natus eſt: nam Suidas hæc prodidit: Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ πρότερα ἀδελφιδὴς, ὡς Δικαιάρχος ἐν χρο-

ει χρονικοις. Δραματα αυτου ταυτα, Ορεστης, Μηδεια, Πολυξενη. *Euripides Tragicus, prioris ex fratre nepos, ut refert Dionyſius in Chronicis. Ipſius Dramata hæc ſunt, Oreſtes, Medea, Polyxena.* Et Cicero, cum illum verſum Μισω σοφιστην, tribuit Euripidi, de poſteriore alterius Euripidis Medea, quæ deſideratur, locutus eſt: quam cum videret Euripidis nomine inſcriptam, non quæſivit homo, ad majora natus, duo ne, an unus fuiſſet Euripides; & utrum, quæ tunc erant duæ Medeæ, ab uno maiore Euripide, an a duobus factæ eſſent: ſatis habuit, Euripidem nominare, cujus erat illc verſus. Sunt igitur duæ Medeæ Græce ſcriptæ, quarum alteram habemus integram; ex altera, quæ amiſſa eſt, verſus quoſdam, præter proxime nominatum, ponit Stobæus: duæ item Latinæ, utraque ab Ennio eonverſa; quarum ex priore ſunt illi verſus:

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam patriæ procul.
Multi, qui domi ætatem egerunt, propterea ſunt improbati.

& illi, *Vtinam, ne in nemore Pelio:*
& quos propterea jam recitavi: qui reperiuntur omnes in Euripidis Græca pervulgata. Ex poſteriore autem, præter illum,

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit;

qui de Græca, quam nobis ademit temporis injuria, translatus eſt, alii quoque ſunt, ut ille apud Varronem & Diomedem,

Quis tu es mulier, quæ me inſurto nuncupaſti nomine?

& ille, quem idem Varro ponit:

Contempla, & Cereris templum ad lævam adſpice.

& qui eſt in Nunio:

Sol qui candentem in cælo ſublimat facem.

& qui apud eumdem:

Vtinam, ne umquam me de cordis cupido corde prædem extuliſſe.

& alio loco:

Fructus verborum aures aucupavit.

Item alibi:

Adſta, atque Athenas, antiquum, opulentum oppidum, contempla.

Qui verſus cum in Ennii Medea nominentur, ab hac tamen Medea Græca, quæ integra legitur, abſunt omnes. Hic poſſet aliquis credere, unam ab Ennio Medeam de Græco in Latinum ſermonem translatam, alteram vero ab ipſo confictam; ideoque verſus illos non reperiri in Græca, quæ hodie in manibus eſt. Infirmat hanc opinionem illa ratio, quod is Ennii verſus,

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit,

tamquam verſus Euripidis agnoſcitur a Cicerone, ut ſupra docuimus. Medeam præterea ſcripſere inter Græcos Euphorion & Sophocles, de quibus Ariſtophanes Grammaticus: Πρωτος, inquit, Ευφοριων, δευτερος Σοφοκλης, τριτος Ευριπιδης. *Primus Euphorion, ſecundus Sophocles, tertius Euripides.* Scripſit & Neophron; ex qua luculentos admodum verſus, ex perſona interfecturæ filios Medeæ, recitat Stobæus: item Melanthius, ut interpres Ariſtophanis demonſtrat. De Latinis autem, præter Ennium, Accius Medeam fecit, ſecutus fortaſſe Euphorionem, aut Sophoclem, aut Neophronem, aut minorem etiam Euripidem; nam, ut apparet, maiorem, cujus tragœdiam habemus, in aliqua parte potuit imitari, in toto argumento certe non potuit: quippe cum hic a Glaucæ nuptiis & Medeæ ira; Accius autem a profectione Argonautarum ſuam tragœdiam ſit exorſus: recitat enim Cicero lib. II. de Nat. Deor. verſus illos Accianos de Argo navi, qua delecti heroes cum Iaſone, vellus aureum petente, vehebantur:

—— *Tanta moles labitur,*
Tremebunda ex alto, ingenti ſonitu, & ſpiritu:
Præ ſe undas volvit; verticem vi ſuſcitat, &c.

Ex qua Accii tragœdia ſint hi verſus, Priſcianus oſtendit, quod omiſit Cicero: ait autem eſſe ex Medea. Quartam tragœdiam de Medea ſcriptam a Pacuvio, ne quis credat; nam, etſi apud Nonium ſæpe appellatur, *in Medea*: tamen ubique veteres libri habent, *In Medo*: quod eſſe reſtius, minime dubito; fuit enim filius Medeæ Medus: tragœdiæque de eo a Pacuvio conſcriptæ, Feſtus ter. Chariſius bis, teſtimonium afferunt. Quod attinet ad men-

menſionem verſus: ego nihil deſidero: nec video cauſam, cur nonnulli legere maluerint, *Prodeſſe non quit*: cum præſertim antiqui libri, quibus quidem uror, omnes ſine ulla varietate habeant, *Nequit*. Eſt autem tetrameter catalecticus, e ſeptem pedibus, & una ſyllaba, quæ trocheum, extremum pedem, ſequitur, hoc modo, *Qui ipſ-* ſpondeus eſt; *ſe ſibi*, tribrachus; *ſapiens*, anapæſtus; *prodeſſ-* ſpondeus; *ſe nequ-it*, anapæſtus; *ne quid-* ſpondeus; *quam ſa-* trochæus; *pit*, ultima ſyllaba, propter quam Catalecticus dicitur verſus; deeſt enim altera ſyllaba, quæ ſi adeſſet, octonarius eſſet integer, & diceretur Acatalecticus. Sunt, qui diſtinguunt, leguntque ſic, *Qui ipſus ſibi Sapiens prodeſſe non quit, nec quidquam ſapit*. Quos neque reprehendo, neque ſequor: hoc tantum dico, me nondum in ullo vetere libro, *Ipſus*, pro *Ipſe*, hoc in loco ſcriptum animadverriſſe. Etiam illud confirmo, ubi ipſi legunt, *Non quit*, in meis antiquis eſſe, *Nequit*. At ſenarius eſſe non poteſt, ſi legatur, *Nequit*. Intelligo: & mutationis hanc opinor fuiſſe cauſam. Sed in tragœdia, aut comœdia, non ſolis ſenariis locus eſt. Eodem modo lib. III. Off. dixit Cicero; *Ex quo Ennius, Nequidquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret*. Sic enim eſt in libro viri integerrimi, & incredibili quadam ingenuarum artium doctrina referti, Guilielmi Sirleti, non, *Non quiret*, ut ipſi dicunt eſſe in ſuis exemplaribus. Quod ſi ira eſſet in omnibus, non tamen admodum moveret; nec putarem, fracti & diſſoluti verſus teſtimonio, mutationem in verſu integro beneque conſtituto, qualis eſt in hac epiſtola, faciendam eſſe. Quod ad ſententiam attinet, ſimilem animadvertimus apud Iſocratem, *ἐν τῶν πρὸς Νικοκλέα, περὶ τῆς βασιλείας*; *Ὁ μηδὲν ὠφελῶν αὑτὸν χρήσιμος, πῶς ἂν ἄλλον φρονίμου ποιήσειεν*. *Qui nihil ſibi prodeſt, nec alium efficere ſapientem poteſt*.

EPISTOLA VII.

IN Britannia] Putat in Britanniam iviſſe Trebatium, aut certe brevi eſſe iturum. Idem exiſtimat epiſt. 8. non iviſſe tamen cognoſcitur ex epiſt. 10. & 14. & 16. & 17.

Nihil neque auri neque argenti] In epiſt. 17. lib. IV. ad Att. *Illud jam cognitum eſt neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis*.

At nos quamprimum rediturus] Iocatur; nam omnino vult ab ipſo Cæſare Trebatium exſpectare omnia: quod ex epiſtolæ clauſula cognoſcitur.

Sin autem] Dubitatio videtur: ſed affirmatio eſt per dubitandi ſpeciem inducta; quaſi dicat: Cum vero ſine Britannia id, quod volumus, adſequi poſſimus; perfice, &c.

Tuus pudor] Epiſt. 5. *Pudentiorem eſſe neminem*. Et epiſt. 17. *Sæpe etiam, id quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare*.

Imperatorem] De hoc nomine ſupra diximus: infra etiam imperator Cæſar vocatur, epiſt. 17.

Ætatem opportuniſſimam] Rebus gerendis, & conciliandæ tibi imperatoris benevolentiæ.

Singularem] Vel totum, quo uſus eſt in multis ad Cæſarem litteris, officium ſignificat: vel illam notat epiſtolam, qua Cæſari Trebatium more Romano commendavit; ep. 5. & 10.

Unum timendum] Adſunt enim cetera; ep. 10. *Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem, qua melior numquam reperietur*. Similis ſententia in ep. 17.

Ipſe ubi defuiſſe] Epiſt. 9.

EPISTOLA VIII.

Liberalitatis] Plus in officio, quam in ſtudio, plus in liberalitate, quam officio, continetur.

Tribunatus] Militum: quem Cæſar honorem cum vacatione militarium onerum, Trebatio detulerat. Eſt autem, ut diximus jam, in caſtris prima dignitas conſulis, altera legatorum, tertia tribunorum militum, quarta præfectorum equeſtrium turmarum, quinta centurionum, deinceps minorum ordinum.

Vacerra] Cognomen eſt Romanæ familiæ. Accuſabo te, inquit, apud amicos tuos. Videntur fuiſſe juriſconſulti, Vacerra, Manilius, Cornelius, ut infra cognoſcitur ep. 9.

Manilio] Epiſt. 10.

Cornelio] *Q. Cornelio* ep. 17.

Nihil audeo dicere] Ne magiſtrum oſten-

offendam, reprehenſo diſcipulo. A Cornelio jus civile Trebatius didicerat: ut, ſine præceptoris culpa, ſtultus eſſe non poſſet. Digeſt. lib. I. tit. 2.

Sapere) Tu autem ſtultus es: itaque nec magiſter videtur ſapere; nam a ſapientibus magiſtris inſipientes diſcipuli fieri non ſolent.

Quia tu urges] Cur non urges: modus loquendi Ciceroni familiaris.

Occaſionem & facultatem) Plus eſt *facultas*, quam *occaſio*; nam facultas, poſſe rem fieri, demonſtrat; occaſio ſuadere videtur, ut fiat.

De illo Præciano juriſconſulto) Qui erat apud Cæſarem gratioſior, ut videtur, quam Trebatius; cum ipſum Trebatium ei Cicero commendet. Præciorum gens Romæ fuit, unde Præcilii: fortaſſe hic ex Præciis in aliam familiam adoptione tranſierat.

Gratias agere] Quia ſuo re juverit officio; quod cum ignorarer Cicero, ſubjunxit: *De eo quid ſit, cura ut ſciam.*

Veſtras] Opinatur in Britanniam cum Cæſare iviſſe Trebatium, & ep. 7. non ivit tamen; ep. 10. 14. 16. 17.

Britannicas) Litteræ nominantur a loco, unde dantur; unde *Olbienſis epiſtola*, ad Q. fratrem lib. II. *Epiroticæ litteræ*, ad Att. lib. XII. *Britannicæ*, ad Q. fratrem lib. III.

EPISTOLA IX.

Hiematurus] Hiemabant legiones diverſis in locis, ut commodius utiliuſve putabat imperator; quod, Cæſaris commentarios qui legerit, animadvertet.

Propter ejus occupationes) Soleo, quam maxime poſſum, ad antiquorum librorum teſtimonium opiniones meas accommodare. itaque olim, cum in nullo vetere libro hoc verbum, *Occupationes*, reperirem, deſiderari Græcum aliquid, aut mendoſum eſſe locum exiſtimavi: quod etiam nunc arbitrarer, niſi viderem in quatuor veteribus libris diſerte ſcriptum eſſe, *Occupationes*; idque rectum puto. Notæ ſunt autem, & nominantur ſæpe in his epiſtolis occupationes Cæſaris Gallico bello, omnium maximo. Nam, quod a multis hoc verbum abeſt antiquis libris, non eſt, cur miremur: nota librorum varietas eſt: ex varietate autem, quod ſpeciem veritatis majorem præ ſe ferat, id eligimus in emendando; ſi modo veritatem ipſam potius, quam conjecturas noſtras, amamus. *Luctum* autem, quod verbum alii ex ingenio repoſuerunt, in vetuſtis libris, cum pæne innumerabiles viderim, nondum inveni. In duobus vetuſtiſſimis codicibus non eſt vox illa *occupationes*: ſed ejus loco ſpatii aliquantum eſt relictum: ex quo credimus, a recentioribus, quorum imperitia depravati leguntur veterum ſcriptorum libri, vocem *occupationes* eſſe repoſitam. Nos, quid ea dictio, quam, in exſcribendo librarius omiſit, ſignificare potuerit, adſequi conjectura non poſſumus: Græcam quidem vocem deeſſe crediderim. Id enim veriſimilius eſt, quam Latinam: ut etiam alibi cognoſcitur in ipſius Ciceronis ſcriptis, ubi Græcum deſideratur ex ſcriptorum inſcitia, qui cum id legere non poſſent, omittebant, relicto ſpatio, ut ab aliis aliquando reponeretur.

Ad Balbum] Ut ejus opera hiemares cum Cæſare. Id Cicero cupiebat, quo facilius in Cæſaris familiaritatem Trebatius perveniret; nam & ep. 7. *Perfice*, inquit, *ut ſis in familiaribus Cæſaris.*

Tu tibi deeſſe noli) Idem monet epiſt. 7.

Plenior) Ditior: ſic *Tenues* dicuntur ii, qui domeſticam rem non habent.

Vacerra) Cum quo ſuaviter vivere ſolebas.

Quid conſtitueris) De manſione, vel reditu.

Cn. Octavius, an Cn. Cornelius quidem) Notat hominis ignobilitatem, cujus prope cerium nomen ignoretur: propterea cum ironia ſubjunxit, *Summo genere natus*: &, *Terræ filius*; quod in obſcuriſſimi loci homines confertur: itaque epiſt. 11. lib. I. ad Att. *Huic*, inquit, *terræ filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audeo.* Arnobius autem lib. VIII. ſic de Saturno: *Terræ & Cœli filius, quod apud Iſtos eſſet ignotis parentibus, proditus: ut in hodiernum inopinato viſos, Cœlo miſſos; ignobiles & ignotos, Terræ filios nominamus.* Omitto, quæ alii, ut adagium confirmarent, exempla conjecerunt

runt : sunt enim in promtu. Lusit in eumdem Octavium epist. 16. *Deo te, quis tu es?*

Crebro ad cœnam invitat) Ineptum hominem carpit, qui crebro Ciceronem, summis honoribus functum, homo ignotus ad cœnam invitaret, quia sciret esse Trebatii, communis amici, familiarem.

Non potuit) In quo habuit Cicero rationem suæ dignitatis, quam non habebat, cum eum crebro invitaret, Octavius.

P. VICTORIVS.

Propter ejus occupationes) Accurate de hoc loco in nostris explicationibus disseruimus, & quomodo legi posset non inepte (ut arbitror) ex historia indicavimus: quare nihil ad ea quæ tunc a me dicta sunt, addimus. Defendemus tantum ipsa ab argumentis, quæ contra ea a nonnullis excogitata sunt. In duobus meis antiquissimis & optimis codicibus (in quibus illius vocis nullum vestigium manet) nihil spatii relictum est, quo recipi aut illa, aut alia possit, quemadmodum illi in suis relictum esse narrant. Quod Græcam potius vocem deesse credunt, quam Latinam, id parvam, aut nullam vim habet: quasi non sæpe in scribendo dictio aliqua imprudentia prætermittatur, quemadmodum in optimis his etiam libris factum esse quandoque ostendimus. Græcas voces Latini librarii scientes omittebant, sermonis inscitia: sedem tamen illis, ac regionem, in qua collocari possent, relinquebant: quod hic factum non est, ut testimonio Mediceæ codicis, & alterius, non multo deterioris, comprobavimus. Addo etiam, in Latinis auctoribus quandoque voces Græcas abundare, non solum deesse: quod docuisse, ad id quod volumus probandum, accommodatum erit, & sua sponte etiam gratum esse debebit. Quinctilianus libro primo: *Notæ quidem illo, ut tradidere, versu ex Philoctete frequenter usus, Tuæque esse tuæque, & Ilioneæ patri dixere.* Sic enim legi debet, non ut in omnibus impressis codicibus. Id autem & ratio docet, & vetera exemplaria confirmant. Versus autem, qui importune inculcatus erat, intelligi hic, non legi debet; interpretatur enim illum diligenter Quinctilianus, quod non faceret, si in suo libro posuisset. Eodem modo apud eumdem auctorem peccatum erat lib. VIII. Sic autem legi debet: *Neque alio Platonis inventa sunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo opere eum in Piræeum descendisse significat pluviis modis scripta.* Voces enim illæ Græcæ ναιβὸς χθὲς ἐς Πειραιᾶ, intelligi debent, non adponi.

EPISTOLA X.

VT Alde jureconsultum videri) Hoc significaverant litteræ Trebatii: in quo notat ejus ambitionem Cicero.

Aliquid sapere) Quasi nihil sapere Romæ viderentur, ubi peritiores plurimi essent.

Peritior te) Laudare videtur, & vituperat; nam in Britannia juris civilis nulla peritia: quis igitur eum laude dignum putet, qui sapere videtur inter stultos, aut esse doctus inter ignaros litterarum? ea demum vera laus est, cujus præstantia cognoscitur ex comparatione similium: itaque nec Homerus Achillem cum ignavo, sed cum omnium Trojanorum fortissimo Hectore commisit: & Virgilius certamen facit inter Æneam, & Turnum; ut, superato Turno, cui primas fortitudinis partes tribuit, magis Æneam extollat. Alterum igitur hoc est, in quo Trebatium tamquam imperitum irridet.

A te invitatus) Dupliciter hoc accipi potest; vel quod in suis litteris aperte jocatus erat Trebatius; vel quod magni te a Cæsare æstimari dixerat: quo se ad ridendum esse invitatum Cicero demonstrat; quasi ejus gloriolam ridere merito pusset: huic sententiæ congruunt ea, quæ statim sequuntur.

Ulteo te etiam accessitum) Id scripserat Trebatius: ideoque jocans Cicero respondit, intellexi te Cæsari nostro valde juriconsultum videri. *Ulteo* & cum verbis actionem significantibus jungitur, ut, *ulteo ad me venit, ulteo se mihi obtulit*; cujus generis exempla satis patent, & cum verbis, quæ patiendi notionem continent: quo modo dixit Cicero in Catilinam: *Qui spem*

ſpem imperii, ultro ſibi a patriciis hominibus oblatam, neglexerunt. Et Cæſar lib. V. Bell. Gall. *Ipſe Cicero cum tenuiſſima valetudine eſſet, ut noctumum quidem ſibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultro militum concurſu ac vocibus ſibi parcere cogretur.* Et Terentius in Adelph. *Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, Injuriam ſibi ultro factam, ſi quam fecerit ipſi.*

Occupationem) Venit in mentem nonnullis, legendum, *Occupationes*, contra veteres omnes libros, & conſuetudinem Latinæ linguæ; nam *occupatio*, quamquam ſingulare nomen, multarum tamen rerum curam æque complectitur, ut *occupationes*: epiſt. 17. *Si qua te forte res aliquando offenderit, cum illa aut occupatione, aut difficultate tardior tibi venit viſus, perfero.* Lib. V. epiſt. 12. *Poteſt mihi denegare occupatio tua.*

Aſſpirare non poſſunt) *Aſſpirare* pertinet ad ea, quæ conſequi nequimus: epiſt. 24. lib. II. ad Attic. *Cæſar Vettium in Rostra produxit, eumque in eo loco conſtituit, quo Bibulo conſuli aſſpirare non licuerat.* In Bruto: *Ex brillea laude aſſpicere ad Africanum nemo poterat.* Eodem ſpectant reliqua Ciceronis exempla.

Ne frigeas in hibernis) Quia Trebatius hiemabat, hinc occaſionem jocandi ſumit Cicero. *Frigere* autem eſt, nihil agere: nam actio caleſacit. Metuo, inquit, ne non optime tecum agatur; quandoquidem opera tua Cæſar in bello non utitur. Cælius in epiſt. *Non dubito, Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem frigere: jam calet.*

Camino luculento utendum cenſeo) Caminus non idem apud nos eſt, qui apud veteres; quæ enim quaſi gula adſcendentem e foco ignem excipit, & extra teſtum educit innocenter, is *Caminus* a nobis appellatur: illi modo pro fornace, cui caminus Latine reſpondet, modo pro hypocauſto, interdum pro igne uſurpabant. De fornace Virg. lib. III. Æn.

—— *Ruptis flammam exſpirare caminis.*

Iuvenalis Sat. XIV.

Sed cerſunt quocumque modo, majoraque fiunt,
Incudi aſſidua, ſemperque ardente camino.

De hypocauſto accepiſſe videtur Galenus lib. V. de Sanitate tuenda. De camino, quo homines caleſiunt, hic Cicero; nam in caſtris ubi Trebatius erat, fornacibus aut hypocauſtis milites uſos eſſe, veriſimile non videtur. Et Cato de Re Ruſt. *Ahena duo, hveis decem, focum, januam maximam.* Eodem ſenſu Horatius Sat. V.

—— *Niſi nos vicina Trivici*
Villa recepiſſet, lacrymoſo non ſine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.

Et epiſt. ad Ballatium:

Per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.

De hoc tertio genere, quo caminus noſter vocabulo ſaltem refertur, nec multa, nec ita pauca dicam, ut qui antiquitate capiuntur, aliqua ex parte contenti eſſe poſſint. Loco & forma differebant a noſtro; non enim, ut nunc, in excavato pariete, quo ſimul cum fumo ignis excipitur, ſed, ut monere videntur exempla, in medio cubiculo hiberno, quod conclave dicebatur, (nam in æſtivis & exhedris focum non fuiſſe, colligitur ex Vitruvio lib VII. cap. 3.) fieri ſolebant: propterea dixit Cato cap. 18. de Re Ruſt. *Focum pulum circumverſum, prius quam cubitum ſat, habeat.* Quomodo enim circumverri focus poſſet, ſi fuiſſet, more noſtro, in excavato pariete? noſtri a lateribus verruntur, a tergo nec poſſunt, nec opus eſt. Et cum ait Columella lib. II. cap. 1. *Conſueſcat ruſticus cieca larem domini, focumque familiarem ſemper rpulari:* quid aliud ſignificat, niſi larem & focum, circa quem epularetur familia ruſtica, medium in cunclavi locum tenuiſſe? Nunc agatur de forma. Exitum ignis caminus antiquus non habebat; itaque moleſtia fumi vacare non poterat, niſi vel ligna urerent, quod Cato docuit, amurca illita, vel apertis feneſtris urerentur: quorum alterum impenſæ non minimæ: alterum qui ferri poſſet, cum per feneſtras, hieme præſertim, frigori & ventis aditus pateret, non intelligo. Sed certe Horatius, *Lacrymoſo non ſine fumo*, cum dixit, exitu caminum caruiſſe demonſtrat. Clarior hæc tota

res fiet aliorum teſtimoniis: nam uno remanet obſcurior. Columella lib. I. cap. 6. *Oleo, quod minus provenit, ſi congelatum, flacceſcit. Sed ut calore naturali eſt opus, qui contingit poſitione cæli, & declinatione, ita non eſt opus ignibus, aut flammis, quoniam fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur.* Palladius quoque Columellam, ut videtur, imitatus, lib. I. cap 20. de Cella loquens: *Olearia, ſi quis, inquit, majori diligentiæ ſtudet, ſubjectis hinc inde cuniculis priments ſuſpendat, & ignem ſuggerat furnace fuccenſa, ita purus calor olei cellam ſine fumi nidore vaporabit, quo ſæpe infectum colore corrumpitur, & ſapore.* Si caminus noſtro ſimilis fuiſſet, quo ignis cum fumo & fuligine excipitur, quid erat, cur ignem removerent, ne fumus & fuligo ſaporem olei corrumperent? Eodem loco ſubjunxit Columella de utilitate camini, qui vinariis ſupponatur apothecis: *Apothecæ velle ſupponentur iis locis, unde plerumque fumus earum exoritur, quoniam vina celerius vetuſteſcunt; quæ fumi quodam tepore præcoquem maturitatem trahunt.* Et lib VIII. cap. 3. de Gallinariis: *Junctis ſint ea furno, vel culinæ, ut ad eam perveniat fumus, qui eſt huic generi præcipue ſalutaris.* Quo modo ex culina, fumus in gallinarium tranſit, niſi quia per caminum adſcenſum ad ſuperiora non habet? Confirmat idem ſubjungens paullo poſt: *Huic autem foco applicetur tam longus, ut nec impediat prædictos aditus, & ab eo fumus perveniat in utramque cellam.* Iam fuligo non inhæret hodie quidem tecto, ſed camino; fit enim ex fumo: fumum autem caminus excipit. At Columella lib. II. cap. ult. teſtis eam dicit inhærere; nimirum quia fumus exitum non haberet: *Fuligo, inquit, quæ ſupra focos teſtis inhæret, colligi debet.* Et quoniam, ſi fumo exitus non datur, ſequitur ut nec igni: propterea culinam altam fieri in ruſtica villæ parte, ut contignatio careat incendii periculo, jubet idem Columella lib. I. c. 7 Vitruvius quoque fumum & fuliginem in conclavibus, id eſt, in hibernis cubiculis, vitari non poſſe, lib. VII. c. 3. auctor eſt: *Coronarum* (inquit) *aliæ ſunt puræ, aliæ celatæ. Conclavibus, aut ubi ignis, aut plura lumina ſunt ponenda, puræ fieri debent, ut ea facilius extergeantur: in eſtivis & exhedris, ubi minime fumus eſt, nec fuligo poteſt nocere, ibi celatæ ſunt faciendæ.* Et ejuſdem lib. c. 4. *Tricliniis hibernis non eſt utilis hæc compoſitio, nec megalographia, nec camerarum coronario opere ſubtilia ornatus: quod ea & ab ignis fumo, & ab luminum crebris fuliginibus corrumpuntur.*

Mucio | Iurisconſulto, de quo Digeſt. lib I. t. 2.

Manilio | Et hic jurisconſultus erat epiſt. 8.

Placebat | Sic infra, epiſt. 17. *Hæc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, Q. Cornelio videbatur.* Solebat enim jurisconſultorum opinio, præſertim in re dubia, aliorum teſtimonio comprobari: unde illa tit. Negot geſt. c. 9. *Idque & Labeo probat.* Et tit. ad legem Aquil. cap. 11. *Quod & Marcello videtur, & eſt probabilius.* Et tit. de Pecul. cap 47. *Idque & Iuliano videtur.* Et tit. de in diem addict. cap. 13. Celſus quoque lib. VIII. refert, *Mucium, Brutum, Labeonem, Sabinum ita exiſtimaſſe: ipſe quoque idem probat* cap. 13. *& ita Labeoni & Nervæ placet.* Et tit. de periculo, & com. rei vend. c. 1. Trebatius ait: *Labeo contra, quod & verum eſt.* Et tit. locati & conduct. c. 19. *Et ita Servio, Labeoni, Sabino placuit.* Et tit. de ædilitio ed. cap. 17. *Celius* (ait) *& Labeo probant.* Et tit. de adquirendo rerum domin. cap. 5. *Trebatio placuit.*

Sagis | *Sagum* veſtitus militaris: itaque ſæpe in tumultu aliquo perturbationeque reipubl. togis depoſitis, ſaga in urbe ſumta.

Satis calere | Plus habere negotii, quam vellem: hoc dicit propter allatum antea nuncium de hoſtibus in Britannia vehementer contra Cæſarem pugnantibus.

Cautior | Cavere aliis jurisconſulti dicebantur: epiſt. 6. & lib. III. ep. 1.

Quam in advocationibus | Et hic notatur inſcitia: quaſi non optime Trebatius caveret iis, quorum eſſet advocatus. Quid autem *Advocatus* & *Advocatio* ſit, Aſconius oſtendit his verbis: *Qui defendit alterum judicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt; aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſen-*

ſententiam ſuam commodat amico : aut cognitor , ſi præſentis cauſam novit , & ſic tuetur , ut ſuam . Idem alio loco : *Vel , uti conſulantur , conveniunt advocati ; vel , ut alterutri parti apud arbitros adſint ; vel , ut ipſi judices in rem aliquam capiantur* . Epiſt. 11. *Ego omnibus , unde petitur , hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent* . Et epiſt. 14. *Minus multi jam , te advocato , cauſa cadent* . Poſterior ætas ad cauſarum actiones hoc vocabulum tranſtulit . Tacitus in proœmio dialogi de Orat. *Horum* , inquit , *temporum diſerti cauſidici , & advocati , & patroni , & quidvis potius, quam oratores , vocantur* .

In Oceano natare) Iocatur in Trebatii timiditatem , qui cum Cæſare in Britanniam navigare noluerit .

Eſſedarios) Quorum impetum timuerat .

Ne andabatam quidem) Luſus fuiſſe genus , quo clauſis oculis certaretur , exiſtimo ; nec tamen , luſiſſe antea , ut andabatam , Trebatium , & id a Cicerone ſignificari , putemus . Sed hoc dicitur : antea ſpectare quidlibet volebas ; nunc eſſedariorum ſpectaculum vitaſti . Proverbium , *Ne andabatam quidem defraudare* , videtur in eos uſurpari ſolitum , qui omnia cernerent , ut nihil iis , non ſi oculos quidem andabatarum more clauderent, occultum eſſe poſſet . Eodem modo dicitur in Trebatium , nullo eum ſpectaculo privari voluiſſe , quemadmodum andabatæ , licet oculis clauſis , tamen interdum ludentes defraudari non poſſunt . Vſus eſt hoc proverbio duobus in locis D. Hieronymus , adverſus Helvidium , & contra Iovinianum . Nonius Varronem appellat in Andabatis .

Quid agas) Hoc refertur ad illud , *De ſtatu tuo* .

Quid exſpectes) Quid commodi .

Putes) Hoc ad illud pertinet , quod proxime dixerat , *Conſiliisque omnibus* .

Astrahsm) Plus eſt , quam , *vocem* .

Advoles) Et hoc plus , quam , *Veniat* .

Non modo hoſtes) Non dicam hoſtes : patet enim congreſſionem noſtram eſſe jucundiſſimam , hoſtes autem formidabiles , & permoleſtos : ſed ipſi Ædui , fratres noſtri , quorum conſuetudine delectamur . Ædui fratres populi R. cognita eorum fide, vocati ſuot : ad Attic. epiſt. 17. lib. I. *Ædui , fratres noſtri , pugnant* . Tacitus lib. II. *Primi Ædui ſenatorum in urbe jus adepti ſunt ; datum id fœderi antiquo , & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant.* Plutarchus in Cæſare .

Aut conſolanda , aut conſilio , aut re juvero) Senarius integer , e Terentii Heautontimorumeno translatus in hunc locum ; ſic enim in ea fabula cum Menedemo loquens Chremes inducitur :

Iſtuc , quidquid eſt , fac me , ut ſciam .
Ne retice , ne verere , crede inquam mihi :
Aut conſolando , aut conſilio , aut re juvero .

Terentius porro , ut opinor, a Plauto , paucis immutatis, accepit : apud quem in Pſeudolo , actu primo , ita loquitur Pſeudolus ſervus :

—— *Fac me certum , quid tibi eſt :*
Iuvabo aut re , aut opera , aut conſilio bona .

Ad hunc Terentii verſum reſpexit etiam epiſt. 6. lib IX. ad Attic. *Eripe* , inquit , *mihi hunc dolorem , aut minue ſaltem , aut conſolatione , aut conſilio , aut quacumque re potes* .

EPISTOLA XI.

Relinqueres) Ob interregna : quibus judicia jacebant , cum nullus , qui jus diceret , in urbe magiſtratus eſſet ; nam interrex non juris dicendi cauſa creabatur, ſed ut haberet comitia conſulibus rogandis . Interregnum Romæ primum fuit , cum, Romulo mortuo , nondum Numa rex creatus eſſet : inde factum , liberata regio dominatu civitate , ut , cum in annum ſequentem extracta comitia eſſent , nec ulli creati curules magiſtratus , interrex habendorum comitiorum gratia proderetur . Livius , Dionyſius , Plutarchus , alii .

Tot interregnis) Quot interregna fuerint eo anno , facile inveniet , qui Dionem & Pedianum attente legerit : quorum ille lib. XL. ſcripſit , eo anno , quo Calvinus & Meſſalla conſulatum geſſere , urbem ſine magiſtra-

tibus fuiſſe per ſex menſes: Pedianus autem interregni dies non plures quinque fuiſſe tradidit; ſunt igitur hac ratione interregna XXXVI. in ſex menſibus. Duo ſunt præterea, quæ docet idem Pedianus, non omittenda, ut arbitror unum interregem non niſi a ſenatoribus patriciis, & ipſum patricium, prodi ſolitum; quod & Cicero pro Domo ſua dixit: alterum, ut ab eo, qui primus interrex eſſet proditus, comitia haberentur, moris non fuiſſe.

Deſiderat) Vere; nam interrex jus non dicit: ceſſat igitur opera jurisconſultorum, & juſtitium in urbe tamdiu eſt, quamdiu interregnum. Hactenus Cicero vere & ſerio, reliqua jocans, ut infra, demonſtrabo.

Vnde petitur) *Vnde petitur*, dicebatur is, a quo pecunia in judicio rantquam debita, petebatur; non enim *unde petitur*, & *debitor*, idem ſunt; nam quia vel interdum non debita pecunia petebatur; vel petebatur ante, quam eſſet cœpta deberi; propterea debitor dici non ſemper poterat is, unde petebatur; ſed tum vere, cum pecuniam debebat. Atque hunc loquendi modum antiquis jurisconſultis, quorum ſcripta periere, familiarem arbitror fuiſſe; hodie quidem exempla habemus perpauca: quorum unum, ut mihi nunc in mentem venit, ſubjungam lib. I. de Orat. *Nobis in tribunali Q. Pompeii, prætoris urbani, petentibus, homo ex numero diſſertorum poſtulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque uſitata exceptio daretur, Cujus pecuniæ dies fuiſſet? quod petitoris cauſa comparatum eſſe, non intelligebat.*

Binas advocationes poſtulent) Quaſi beneficii loco; nam, cum interreges ſinguli per dies tantum quinque ſint, nec dies omnes faſti ſint, quibus tantum judicia fieri licet: non eſſet litigantibus incommoda conditio, ſi binas advocationes a ſingulis interregibus impetrare poſſent. Binarum autem advocationum mentio unam & alteram cauſæ actionem ſignificat; cum enim a patronis agitur cauſa, tunc adſunt advocati jurisconſulti, qui jus ſuggerant.

Satis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe) Hic oſtenditur, ſuperiora per jocum eſſe dicta: quia ſcilicet de induſtria Cicero ita locutus eſt, ut jus civile parum didiciſſe videretur, in quo autem hæc deprehendi poſſit inſcitia, quærendum eſt: mihi videtur in eo, quod ſuadere ſe debitoribus dixit, ut binas advocationes ab interregibus poſtulent: quo quid imperitius? non enim is, qui pecuniam debet, ſed is, cui debetur, a magiſtratu judicium poſtulat ejus exigendæ pecuniæ cauſa; deinde, quis tam rudis in foro, tam ignarus judiciorum eſt, qui neſciat ab interregibus advocationes peti non ſolere? quippe cum interreges non juris dicundi, ſed tantum habendi comitia curam gerant. Mihi hæc interim placebit ſententia, donec meliora quis attulerit.

Hæc ſigna) *Signa*, & indicia ſunt, & ſtatuæ: hic jocus eſt in ambigua ſignificatione.

In meo Tuſculano) Quam villam ſignis ornaverat: epiſt. 23. & ad Attic. epiſt. 3. lib. I.

Conſuli te a Cæſare) Conſuli dicuntur jurisconſulti, cum aliquis dubia in re quærit, quid verum ſit optimumve factu, in Bruto: *Et conſulebatur plurimum Craſſus, & dicebat*: epiſt. 13.

Tibi ab illo conſuli) Tuis commodis Cæſarem conſulere. Iocus eſt in varia ejuſdem verbi ſignificatione. *Conſulere aliquem*, & *alicui*, quid ſit, vel hic locus declarat.

Perfer) Quaſi gravem, quam Trebatius non libenter ferret.

Ego enim deſiderium tui ſpe tuorum commodorum conſolabor) Epiſt. 10. eadem ſententia, verbis mutatis: *Sic tibi perſuadeas velim, unum mihi eſſe ſolatium, quare facilius poſſim pati te eſſe ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam.*

Sin iſta ſunt inaniora) Infra: *Sin iſta frigebunt.*

Vna mehercule, &c.) Epiſt. 10. eadem ſententia.

Colloquio) *Congreſſio*, dixit epiſt. 10.

Omnes Samarobrinæ) Non modo una, ſed omnes, quotquot eſſe poſſunt, Vrbs in Gallia inter Belgas, ubi tum videtur cum Cæſare fuiſſe Trebatius epiſt. 12. & 16. vide Cæſarem lib. V.

Laberium) Qui timendus erat ut nimus: de hoc Suetonius in Cæſare, & Macrobius lib. II. qui etiam præcla-

ros

ros ejus ſenarios, victum ſe a Publio mimo conquerentis, recitat. Ejus Mimi nominantur, quos reliquit, Rector, Salinator, Scripturæ, apud Gellium; Aquæ, Aries, Augur, Cæculi, Crevus, Tuſcus, apud Chariſium; Annales, Aquæ Caldæ, Aululariæ, Bellum, Galli, Carcer, Catularium, Centenarium, Χαρε, Cithera, Compitalia, Cropium, Finalia, Fullonica, Imago, Lacus Avernus, Macchus, Nuptiæ, Panilica, Paupertas, Primum, Sedigitus, Sorores, Tucca, Tuſcus, Virgo apud Nonium. Horatius Laberii mimos non probat; ait enim Sat. ult. lib. II.

Nec tamen, hoc tribuens, dederim quoque cetera: nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulcra poemata, mirer.

Valerium) Non opinor ſignificari Q. Valerium Catullum poetam, ſed L. Valerium juriſconſultum, quem Cicero epiſt. ult. lib. I. & epiſt. lib. III. commendat; magis enim credendum, cum *ſodalem* Cicero vocet, eum ſignificari, qui utrique familiaris erat, quam Catullum poetam, quem nec Ciceronis, nec Trebatii ſodalem aut familiarem fuiſſe, quiſquam ſcripſit. Præterea, vel notam prænominis, quod eis diverſum fuit, *Lucio*, Valerio juriſconſulto, *Caio*, Valerio Catullo poetæ, adjungi oportuit; vel ſi modo poeta ſignificabatur, cognomen apponi, quod juriſconſulto nullum fuit; aut etiam ſolum cognomen nominari: quod fecit Nepos in Attici vita, Quinctilianus lib X. Gellius lib. VII. cap. 20. qui omnes Catulli non modo nomen, verum etiam prænomen omiſere, ſolo cognomine contenti.

Miſera) Ad riſum excitandum.

Perſona) Ut in ſcenam inducuntur ab hiſtrionibus perſonæ diverſorum.

Britanni.i jureconſulti) Ipſius Trebatii, qui noluerat in Britanniam cum Cæſare proficiſci. Rideri igitur duabus cauſis poterat Trebatius: tum quia juriſconſultus in militiam iverat; cum ceteri ſuam in urbe, magna cum laude, ſcientiam exercerent; tum quia, cum in militiam iviſſet, Cæſarem tamen ex Gallia in Britanniam tranſeuntem ſequi noluerat: in hoc metus, in illo juris civilis inſcientia deſcribitur.

Non video) Non contemno, etſi jocor, ut ſoleo: ne me tamen putes hæc parvi facere.

Tuam dignitatem obtinebis) Iſtic eris cum ea, qua te decet eſſe, dignitate.

Honeſtatem) Honorem & exiſtimationem: ut epiſt. 17. *Quæ ego tibi & jucunda & honeſta præſtabo*: ſic *Honeſtus* pro honoratus, epiſt. 15. lib. II. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio*.

Facultates) Paullo latius accipio, quam pro re domeſtica: ut Offic. lib. III. *Facultates & copiæ ſingulorum, divitiæ ſunt civitatis*. Et epiſt. 2. lib. II. ad Att. *Illam miſeram tueare meis opibus, ſi quæ ſunt, tuis, quibus tibi moleſtum non erit, facultatibus*.

Studio) Quo fit, ut te Cæſari vehementer commendemus.

EPISTOLA XII.

INdicavit) Litteris e Gallia miſſis.

Panſa) C. Vibius Panſa, qui conſul poſtea fuit cum Hirtio.

Meus) Pronomen amorem indicans, ut *Curio meus*, epiſt. 10. lib. XVI. Epiſtolarum libri Ciceronis ad Panſam appellantur a Nonio, & Priſciano.

Tarentum) Mollem civitatem, nequitiæque deditam. Horatius II. Serm. ſat. 4.

Peſtilibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

Athenæus lib. IV. ſolitos dicere Tarentinos ait, aliis laborioſam vitam, ſibi voluptariam placere.

Et Titius) Sic antiquus liber, ex quo fortaſſe legendum, *Et Titus*: ut ſignificetur T. Pomponius Atticus, Ciceronis familiaris, idemque Epicureus: alii libri varie, *Etitius*, *Eticius*, *Fricius*, *Etrius*, *Ethicerus*, *Eticitus*, *Etheius*, in nullo, *Zeius*, eſſe video: quod aliis placuit, ex auctoritate veteris libri. Romanæ familiæ nomen eſſe poteſt: mihi tamen ignotum.

Cum omnia tua cauſa facias) Ex Epicuri ſententia. Pertinet ad hunc locum illud ex oratione pro Sextio: *Philoſophos neſcio quos præclare dicere*

ajebat : ſapientes omnia ſua cauſa facere ; remp. capeſſere hominem bene ſanum non oportere ; nihil eſſe præſtabilius otioſa vita, & plena, & conferta voluptatibus.

Nan civium] Hoc non habent mei duo veteres libri : & fortaſſe additum ex ingenio, ſententia non requirente.

Fiducia, inter bonos bene agier? quis) Ita legitur in libro manu ſcripto, & ſane crediderim, non aliter hunc locum eſſe ſcribendum, etſi peiorem lectionem conſervarim. Voces enim illæ, *ut* & *opertet*, quæ ſunt in impreſſis, additæ ſunt ab imperito; qui locutionem parum integram crederet, cum alibi a Cicerone Iureiſconſultorum formulas ſine verbo citari non animadvertiſſet, ut de Offic. lib. III. *In fiducia* (inquit) *inter bonos bene agier?* codices enim vetuſti non habent, *ut*: & ibidem paullo poſt : *Cum dicitur, inter bonos bene agier : quidquam agi doloſe, aut malitioſe poteſt?* In Topicis etiam cap. 17. ubi eadem hæc uſurpantur verba, manuſcripti codices ab impreſſa lectione diſſentientes, noſtram ſententiam confirmant, quam etiam Romæ doctiſſimis hominibus probavi.

Quis enim eſt, qui fecit nihil, niſi ſua cauſa] Et abeſt hoc totum a duobus antiquis libris ; & mihi quidem ſatis frigidum videtur, jam cum ſuperioribus formulæ verbis qui cohæret?

Communi dividundo] Titulus eſt apud jureiſconſultos.

Iovem Lapidem jurare] Superiora in juriſconſultum proprie, hoc in omnes communiter convenit : evenit enim, ut juremus fidei faciendæ gratia, at Epicurei cur jurent, non eſt ; deos enim iratos non timent, quos ajunt non curare mortalia, neque ipſos habere moleſtiæ quidquam, neque cuiquam inferre. Huoc morem, Iovem Lapidem jurandi, ſatis oſtendimus in illo loco, *Si ſciens fallo*, epiſt. 1. bujus libri.

Populo Vlubrano] Qui erat in Trebatii clientela, epiſt. 18. Vlubræ autem non colonia, non municipium, ſed præfectura fuit, ut hæc vetus inſcriptio, ab egregio juriſconſulto, & cum humanitate, tum omni liberali doctrina politiſſimo, Ioanne Turtitiano ad me miſſa, declarat.

C. OPPIVS . SP F. COL.
RVFVS . PAGI. MAGISTER
IDEM . PRAEFECTVS . VLVBRIS
IVRE . DICVNDO

Præfecturæ autem jus Romanæ civitatis habebant, Romaniſque tum legibus, tum magiſtratibus utebantur, vel a populo creatis, vel a prætore urbano delectis.

Πολιτευσθαι] *Remp. adminiſtrari* : ut eadem de re dixit in oratione pro Sextio, ſed hic maluit Græce loqui, fortaſſe ut ipſum Epicuri, Græci hominis, verbum referret. Vide hac de re ſententiam Epicureorum lib. III. de Orat.

Si plane a nobis deficis] Si non ficte, ut aſſenteris Panſæ, ſed vere & ex tua ſententia Epicureus factus es.

A nobis] Qui Epicurei non ſumus, & honeſtum rebus omnibus anteponimus.

Panſæ aſſenteri] Epicuri ſectam & inſtituta perſequenti, epiſt. 19. lib. XV.

Commodum eſt] E re tua eſt.

Modo ſcribe] Si dixiſſet, *Modo ſcribas*, hortaretur : cum dicat *Modo ſcribe*, hortatur ſimul, & imperat.

Aliquando] Quaſi hoc Trebatius aut numquam, aut non nuper, ſed multo antea ſcripſiſſet, jam enim, ut prima epiſtolæ verba ſignificant, litteras mittere intermiſerat.

Quid agas, & a nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis) Quæri poteſt, cum dixerit jam, *Agis*, cur ſubjungat, *Fieri*. Sciendum, non idem utroque ſignificari ; nam *Agere*, quaſi genus eſt ; *Facere*, tamquam ſpecies, non enim, qui cogitat, aut loquitur, proprie dicitur facere, ſed agere : cum tamen quidquid fiat, id etiam agi dicatur : qua de re ſubjicientes verba Varronis ex lib. V. de Lingua Latina ; quæ ſignificant actionis nomine tria comprehendi, cogitare, dicere, facere : *Actionum* (inquit) *trium primus cogitatus mentis ; quod primum eſt, quæ ſumus acturi, cogitare debemus ; deinde tum dicere, ac poſtremo facere, de his rebus minime putat vulgus eſſe actionem cogitationem : tertium in quo, quid faci-*

faſimus, id maximum, ſed & cum cogitamus, quid & in eam rem cogitamus, in mente agimus; &, cum pronunciamus, agimus, itaque ab ea oratore dicitur agere cauſam: & augures agere augurium dicuntur, cum in eo pluſa dicant, quam faciant. His verbis oſtendit Varro, *agere*, genus eſſe; *facere* autem ſpeciem. Idem infra, ſubtilius hæc diſtinguens, diverſam utriuſque verbi ſignificationem demonſtrat: *Tertium (ait) gradum agendi dicunt, ubi quid faciunt, in eo, propter ſimilitudinem agendi, & faciendi, & gerendi, quidam errore iis, qui putant eſſe unum, poteſt enim aliquis facere, & non agere: ut Poeta facit fabulam, & non agit; contra actor agit, & non facit, & ſic a Poeta fabula fit, & non agitur; ab actore agitur, & non fit. Contra, Impetrator, qui dicitur eas gerere, in eo neque agit, neque facit, ſed gerit, id eſt, ſuſtinet. Propter nomine dicitur facere a facie, quod rei, quam facit, imponit faciem: a qua facie diſcernitur, ut dici poſſit aliud eſſe veſtimentum, aliud vas. Qui quid adminiſtrat cujus opus non exſtat, quod ſub ſenſum non veniat; ab agilitate, magis agere, quam facere, putatur. Sed quod magis his permiſcue, quam diligenter, conſuetudo eſt uſa; translatitiis utimur verbis, nam & quidem facere verba, dicimus, & qui aliquid agit, non eſſe inficientem.* Hæc Varro, quibus conſtat, & genus, & ſpeciem eſſe poſſe, nec deſunt generis exempla, de ſpecie autem ſic Cicero in epiſtola ſuperiore: *Quid agis? ecquid fit?* Et lib. III. de Fin. *Eſt ejus generis actio quoque quædam, & quidem talis, ut ea ſia poſtulet agere aliquid, & facere etiam.* Et in Lucullo: *Idem in ſimilibus actibus continget: quarum omne opus eſt in faciendo atque agendo.* Et Terentius Adelph. act. 5. ſcen. 3. *Heu mihi, quid faciam? quid agam?* Et ibidem, ſcen. 5. *O Syre noſter, quid fit? quid agitur?* Græci quoque πραττειν & ποιειν diſtinguunt, illud pro *agere*, hoc pro *facere* uſurpantes, horum verborum differentia in artium quoque diſtinctione cognoſcitur, aliæ enim vocantur πρακτικαι, cum poſt actionem opus non remanet, ut ſaltandi vel canendi ſcientia; aliæ ποιητικαι, cum opus remanet, ut quæ ab Ariſtotele γεωμετρικη, & quæ χαλκοποιητικη nominatur, quamquam Ariſtoteles videtur uſurpaſſe το ποιειν απο της πραξεως, initio artis Poeticæ. Sed hoc ei uſitatum eſt, verba paullo liberius accipere, vel antequam ea definierit; ut cum pro mutatione motum accepit Phyſ. lib. III. licet motus & mutatio non idem ſint, quæ poſtea definivit lib. V. vel cum ſingulorum verborum exquiſitam proprietatem ſententia non requirit. Idem tamen Polit. lib. I. Διαφερει, ait, η ποιησις εἰδει, και η πραξις . . . ὁ δε βιος πραξις, η ποιησις ἐστι. *Effectio & actio inter ſe ſpecie differunt . . . . vita porro actio, non effectio eſt.* Et Rhetor. lib. I. Και τας πραξεις δε ανευκα αγαθον ειναι· κατα γαρ ταυτας ου τα διαπεπραται οἱ ἐχοντες, και ποιητικαι των αγαθων εἰσι, και πρακτικαι. *Et virtutes neceſſe eſt, ut bonum ſint; nam his bene afficiuntur, qui habent, & idoneæ ad bona efficienda ſunt, & agenda.* Hanc diſtinctionem comprobat lib. II. cap. 18. Quinctilianus his verbis: *Cum finis artium aliæ poſitæ in inſpectione, id eſt, cognitione & eſtimatione rerum, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cujus ſtudium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικη vocatur; aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & in ipſa actu perficiuntur, nihilque poſt actum operis relinquunt, quæ πρακτικη dicitur, qualis eſt Saltatio; aliæ in effectu, quæ operis, quod oculis ſubjicitur, conſummatione finem accipiunt, quam ποιητικην appellamus, qualis eſt Pictura: fere judicandum eſt, Rhetoricen in actu conſiſtere; hoc enim, quod eſt efficii ſui, peeficit.* Quod igitur Cicero dixit, *Quid agi*, vel tamquam genus, vel tamquam ſpeciem accipiamus hoc verbum: genus, ut ſe paratum ad omnia, quæ Trebatius vellet, oſtenderet: quod apertius indicavit, dividendo mox genera in ſpecies, *fieri*, & *curari*: ſpeciem, ut tribus verbis, agi, fieri, curari, tria diverſa demonſtrentur; aliud enim eſt, agi, & fieri; aliud curari, ut aliquid agatur, aut fiat. Tenuia fortaſſe videntur hæc, neque digna ſatis, in quibus elaboretur: nos, quod ad uſum Latinæ linguæ pertineret, nihil umquam contemſimus; nec pœnitet conſilii, nam ſi veteribus illis in ſcribendo

bendo ſimiles eſſe cupimus ; ponderanda ſingula ſunt, ut ex multis partibus, apte convenientibus, egregium illud, quod quærimus, univerſum fiat.

EPISTOLA XIII.

A Deo ne me injuſtum exiſtimaſſi) Similis principium epiſtolæ octavæ libri ſecundi : *Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas*, &c. Sic & Cælius non ſemel orditur libro octavo.

Primis litteris) Epiſtola decima ſeptima : *Primorum menſium litteris tuis vehementer commovebar*, &c.

Satisfactionem) Excuſationem : epiſtola decima ſecunda libri octavi : *Poſtea quam illum, ne cui ſatisfaceret quidem, me dignum habere ſenſi*. Et epiſtola decimatertia libri octavi : *Quintus mihi per litteras ſatisfacit, multo aſperioribus verbis, quam cum accuſabat*.

Teſto) Cognomen Trebatii, epiſtola 21. 22.

Quæ tua gloria eſt) Quæ ambitio tua. Interdum gloriæ nomen pro inani quodam gloriæ ſtudio ſumitur.

Artificium tuum) Scientia juris civilis.

Non ex jure manu conſertum) Enniani verſus ex octavo Annali, quos lib. XX. cap. 9. recitat Gellius, hi ſunt:

Pellitur e medio ſapientia : vi geritur res.
Spernitur orator bonus : horridi' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis,
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex jure manu conſertum : ſed magis ferro.
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.

Eoſdem verſus, ponit Cicero in oratione pro Murena, divus Auguſtinus epiſtola 8. lib. XV. Servius in ultima eclog. Virg. Iſtic, ait, non litibus, ut Romæ, ſed armis res geritur : itaque metuo, ne fructum ex artificio tuo parvum capias. *Manum conſerere*, & *Manu conſertum vocare*, non idem eſſe, Gellius loco ſupra nominato ſatis oſtendit : *Ex jure* (inquit) *manum conſertum, verba ſunt ex antiquis actionibus : quæ cum lege agitur, & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud prætorem ſolent*. Et infra : *De qua re diſceptabat e in jure præſenti, ſive ager, ſive quid aliud eſſet, cum adverſarii ſimul manu prehenderent ; correpta manus in re, atque in loco præſenti, apud prætorem ex XII. tabulis fiebat. Sed poſtquam prætores propagatis Italiæ finibus, paciſci, vindiciarum dicendarum cauſa, longinquos eos revocabatur ; inſtitutum eſt contra XII. tabulas tacita conſenſu, ut litigantes non ex jure apud prætorem manum conſererent, ſed ex jure manu conſertum vocarent ; atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba, tamquam in toto agro, vindicarent. Idcirco Ennius, ſignificare volens bellum, non, ut ad prætorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque ex jure manu conſertum, ſed bello ferroque, & vera vi, atque ſolida vadi, vi letum diciſſe, conferens vim illam civilem & feſtucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta*. Hæc Gellius. Illud moneo, placere mihi, quod aliis quoque placuiſſe video, conjunctim legi, & unico verbo, *Manuconſertum*, alioqui legendum videretur, *Manus conſectum*, vel, *Manum conſertum*. Si enim manus conferebatur, quod Gellius aperte demonſtrat, certe, *Manum conſertum*, id eſt, ad manum conferendam, ut Gellius idem interpretatur, non, *Manu conſretum*, dici debuit. Eſt etiam vetus apud me liber, in quo legitur unico verbo, *Manuconſretum*.

Sed magis ferro) Abjicitur *s*, in *Magis*, metri cauſa, quod qui ignorabant, fecere *Mage*, ut in Gellio, & in oratione pro Murena. In hac quidem epiſtola ſcripti libri omnes, nulla varietate, habent, *Magis*.

Et tu ſoles ad vim faciendam adhibere) Nonnulli veteres libri, *Facundiam adhibere* mendoſe : factum enim ex *Faciundam*, *Facundiam* : & ut facile ruit, quod inclinare ſemel cœpit, mutatum eſt *Adhiberi* in *Adhibere* : ut eſſet, *adhibere facundiam ad vim*. Sic deformata maculis pulcherrima frontis ſuam venuſtatem amiſerat : habet enim leporem hæc interrogatio, *Et tu ſoles ad vim faciundam adhibere?* in quo

in quo timiditatis arguitur Trebatius; qui, cum faciendi vis eſſet, non adhiberetur, quod infra quoque demonſtratur in iis verbis: *Sato te non eſſe procacem in laceſſendo*.

Nequr eſt, quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas, quod tu prior vi hominibus armatis non veneris) Omnes antiqui libri, *Non veneris*, quod ideo dictum volui, ne quis propter obſcuritatem ſententiæ, mutandi licentiam arripiat. *Interdictum* quid ſit, docuere multi: eſt autem prætoris actio, cum aliquem in eam poſſeſſionem, unde vi dejectus eſt, reſtitui jubet, donec judicio planum fiat, uter poſſidere debeat: exceptionem tamen his fere verbis addere conſuevit: *Niſi ſi, qui reſtitui poſtulat, prior vi hominibus armatis præſentem poſſeſſionem dejecit*. Iocatur hic Cicero cum Trebatio tamquam cum homine bellica certamina libenter vitante: Numquam, ait, ad te pertinebit illa exceptio, qua prætor in interdicto uti ſolet, quod tu prior vi hominibus armatis quemquam de poſſeſſione dejeceris; facit enim tua timiditas, ne quem prior lædas. Huic ſententiæ videtur illud, *Non veneris*, adverſari: nam exceptio illa non ſolebat in eum fieri, qui prior vi hominibus armatis non veniſſet, ſed qui prior veniſſet. Vidit hoc olim Bernardinus Rutilius, putavitque legendum, *Conveneris*. Alii poſtea non diſcedendum a veteribus libris, recte cenſuerunt: ſententiam tamen Ciceronis nun omnino (ut arbitror) ſunt adſecuti; nam, quod ajunt Ciceronem hoc dicere, non eſſe Trebatio pertimeſcendam exceptionem illam, qua utuntur illi ad prætorem, qui cum confeſſi ſint ſe dejeciſſe, clamant tamen ſe non interdicto teneri, nec debere reſtituere; nam ſe prius ab adverſariis vi hominibus armatis dejectos eſſe: ego non arbitror exceptione illa eos ad prætorem uti ſolitos, qui aliquem de poſſeſſione dejecerant; ſed ipſum prætorem, cum eum, qui dejectus erat, interdicto reſtitui juberet, excipere ſolitum eſſe, niſi is, qui poſtularet interdictum, prior vi hominibus armatis adverſarium dejeciſſet: quod ſi probaretur, interdictum ei nullam opem ferebat; ſed vetus poſſeſſor, donec bis ad exitum perveniſſet, in ſuo ſtatu permanebat. Non dubium eſt autem, cum ait Cicero, *Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris*, uſitata eum exceptionis verba recitare; ſed particulam, *Non*, addit de ſuo, joci cauſa, & immutat exceptionis morem, ut Trebatio timiditatis notam inurat: quaſi minime prior veniſſet vi hominibus armatis. Eadem licentia cum jocaretur, perverſit hiſtoriam Cicero, ſive fabulam potius in epiſtola ultima lib. I. Nam cum dicturus eſſet, *Tamquam Ulyſſes cognoſceris a tuorum nemine*; (id enim Ulyſſi contigit, nec eum, præter canem, quiſquam cognovit) repente mutavit, & dixit, *Tamquam Ulyſſes cognoſcens tuorum neminem*: ita, quod volebat, objecit ignobilitatem Valerio, & paucitatem propinquorum: quam objicere non poterat, ſi dixiſſet, *Cognoſceris a tuorum nemine*. Cum hæc legiſſet, admodum probavit egregius juriſconſultus, a recentiorum juriſconſultorum barbarie longe remotus, quodque multo pluris facio, moribus & probitate excellens, vetere mihi neceſſitudine conjunctus, Octavianus Pupulus Mediolanenſis.

Non eſſe procacem) Hoc addit Cicero, quaſi ſenſum exceptionis jam expreſſiſſet: quem tamen oſtendimus joci cauſa eſſe immutatum.

Ego quoque) Licet juriſconſultus non ſim; nam juriſconſultorum eſt, aliis cavere, epiſt. 6. & lib. III. epiſt. 1.

De noſtris cautionibus) Pro, e noſtris cautionibus. *Noſtris*, inquit, jocans: quia juriſconſultorum cautiones erant: & oratorem cavere juriſconſulto, mirum videtur.

Treviros) Galliæ populos, Rheno flumini finitimos: qui, arceſſitis Gallorum auxiliis, cum Labienum, Cæſaris legatum, obſediſſent, ab eo caſtris erumpente fuſi fugatique ſunt. Cæſar com. lib. V.

Capitales) Exitium ferentes, caput petere ſolitos. Philip. V. *Ad quendam Septimium, capitalem hominem, collegam ſuum, miſerat*. Et de Fin. lib. IV. *Capitalis adverſarius*. Iocatur hic Cicero in verbo *Capitales*, quia Romæ triumviri capitales erant.

Mallem, auro, argento, ære eſſent) Tre-

Treviri erant, ut diximus, in Gallia: Treviri item Romæ, qui *Monetales* dicebantur, quia monetæ præerant, id eſt, auro, argento, ære, tum flando, tum feriundo: quod illa veterum nummorum inſcriptio declarat, A. A. A. F. F. qua de re editam olim a nobis Petri Bembi, viri plane ſingularis, epiſtolam hic ſubſcribemus.

PETRVS BEMBVS BERNARDINO SANDRO S.

Quod hodie mane quærenti tibi a me de illis Ciceronis ad Trebatium verbis: Treviros vites cenſeo: audio capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent: *reſpondi, jocum eſſe & multiplicem, & feſtivum: qui quidem jocus in antiquis & nummis & ſcriptoribus deprehendretur: itaque quoniam eramus in via, ut neque libros, neque nummos haberemus, reje.i te in alium diem; id, ne te diutius torquent, eſt ejuſmodi, ut joci cauſa, quod quidem Cicero ad illum ſcribens more ſuo ſæpe ſemper facit, & Treviri, & capitales in ambigui generis fiat poſita; nam, cum videatur monere illum, ut vitet Treviros Galliæ populos, qui capitales bellicoſique ſint; ludit cum in Trevirenem, tum in capitalium verbo, erat enim Romæ magiſtratus, Triumviri capitales, qui etiam Trevirî dicebantur, ſed quoniam hoc ipſum Triumvirum nomen itidem in ambiguo poni poterat, cum eſſent etiam apud Romanos Triumviri pecuniæ cudendæ: quos ita inſcribebant*, A. A. A. F. F. *hoc eſt, Aureo, argento ære flando, feriundo: jocatur itidem in hoc verbo, luditque Cicero, ut mihi quidem videtur, belliſſime, addens, mallem Trevicos iſtos eſſe pecunioſos, quam bellicoſos; ut, Cæſare eos vivente, tu diteſceres: itaque infert, mallem eſſe Trevicos auro, argento, ære, quam ſcilicet capitales. Triumvicos autem Treviros ſolitos dici, Livius ſatis locuples eſſe teſtis poteſt: cujus ſunt hæc in libro* XL. Colonia Graviſcæ eo anno deducta eſt in agrum Etruſcum, de Tarquinenſibus quondam captum, quina jugera agri data Treviri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Hiſter. *Quod vero Triumviri pecuniæ fic, ut dixi, inſcribereatur; eſt apud me nummus æreus perantiquus ita inſcriptus*, C. PLOTIVS. III. VIR. A. A. A. F. F. *ſunt & alii nummi aliorum hominum, ejuſdem tamen tituli; quos ipſe ſpicies, cum voles. Hæc ad te ſcripſi, cum domum rediſſem, & nummos ac librum ſumſiſſem, amore tui admonitus. Vale. Pridie idus Iun.* M. D. XXXII.

EPISTOLA XIV.

(1) *Hryſippus*) Architectus, epiſt. 9. lib. XIV. ad Att.

Cyri) Et hic libertus fuit ab architectura nobilis, de quo epiſt. 3. lib. II. ad Attic. & epiſtola ſecunda lib. II. ad Q. Fratrem, hic obiit eo anno quo P. Clodius occiſus eſt, ipſumque Clodium & Ciceronem reliquit heredem: ut ea oratione pro Milone intelligitur.

Libretus) Ergo & Cyrus Vettius, a quo nomen Chryſippus acceperat.

Scribere) Videtur loqui ſimpliciter; ſed, ut ſolet, per jocum unico verbo duas res attingit; ſimul enim de juriſconſultorum ſcriptione ſignificat: quod ſequentibus verbis oſtenditur: & Pomponius lib. II. circa finem de orig. juris: *Aut judicibus*, ait, *ipſis juriſconſulti ſcribebant; aut teſtabantur, qui illos conſuluerunt*. Pro Murena: *Hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, coveudi*. Scribebant formulas ſponſionum, ſtipulationum, actionum, teſtamentorum etiam. Nam lib. II. de Orat. non longe a principio: *Si tu Scævola omnium teſtamenta ſcripſeris*. Eſt igitur, ut *cavere*, ſic *ſcribere*, juriſconſultorum.

Te advocato) Alibi *Advocatus* eſt is, qui præſentiam, ut ait Aſconius, reo commodat: hic eſt is, qui per formulas præſcripta litigandi forma, cavet iis, a quibus conſulitur; unde illud in epiſtola 10. *In re militari multo es cautior, quam in advocationibus*.

Cauſa cadent) Litem amittent: qui enim ſcriptis tuis freti litigabant, cadebant cauſa, nunc id non accidet: quia ſic ſcribere oblitus es, nemo tuis in ſua re ſcriptis uterur.

Æſtivorum timor) Timor futuri belli, quod æſtate renovabatur.

Debilitat) Sic afficit, ut litteras ad amicos mittere non poſſis.

Aliquid excogita) Cave tibi quoquo modo ab armorum periculo, ut caviſti ab

ſti ab eſſedariis Britannicis, cum in Britanniam tranſire noluiſti.

Benevolentia) Cujus jura poſtulant, ut amicos de rebus noſtris nos ipſi certiores faciamus.

EPISTOLA XV.

Morosi) *Morosus* eſt, cui non placet id, quod placere debet: vel, qui plus, quam oportet, exigit ab aliquo: vel, qui non fert, quod ferendum videtur. In Oratore: *Vsque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.*

Ea quæ spero) Honeſtatem, & commoda, epiſt. 11.

C. Matii) Cujus exſtat graviſſima epiſtola lib. XI. Apud Cæſarem gratia valuit, ut epiſt. 12. lib. VI.

Doctissimi) Quinctilianus lib. XII. cap. 6. ait Matium ante quæſtoriam ætatem oraſſe. Columella lib. XII. cap. 4. & cap 44. ſcripſiſſe eum de piſtore, coquo, & cellario libros tres. A Gellio quoque & Macrobio laudari video doctrinam Cn. Matii. Sed ibi Cnæus, hic Caius nominatur: ut vel duo Matii fuerint, diverſo prænomine, uterque in primis eruditus: vel, ſi unus fuit, mendum ſit in alterutro prænomine.

EPISTOLA XVI.

IN Equo Trojano) Tragœdiæ nomen, ſed utrum Livii Andronici, quem Nonius appellat in Opitula, an Nævii, quem Macrobius lib. VI. Sat. ignoro.

Sero sapiunt) Subaudi, *Phryges*: qui, cum Helenam initio belli reddere noluiſſent, poſtea fractis jam eorum opibus, & ſpe ſalutis amiſſa, velle ſe eam reddere dixerunt: inde narum proverbium, de quo Feſtus.

Mi vetule) Amatorie per jocum.

Rubiculas) In quibus teneri ſe urbis deſiderio, & cupere ſtatim aliquid auferre, atque a bello diſcedere, ſcripſerat Trebatius: id fuit primum argumentum, cur non ſero, ſed mature ſapere viſus eſt: alterum, quod in Britanniam ire noluit: tertium, quod Samarobrinæ diu manſit, nec ullam rei bellicæ partem attigit. Inde jocandi materiam Cicero ſumſit.

Sat festus) Quia cum iviſſet in Galliam eo conſilio, ut Cæſaris benevolentiam obſequio officioque ſuo conſequeretur, ita ſtatim auferre ab eo pecuniam, & domum redire properabat, quaſi non litteras commendatitias, verum ſyngrapham ad eum attuliſſet.

Non nimis φιλοθεωρον) Non valde cupidum ſpectandi: quia tranſire in Britanniam noluiſti, neque ſpectare eſſedarios. Hic locus alio loco ep. 6. illuſtratur. Secutus autem ſum Politiani correctionem: licet libri veteres, pro *Nimis*, *Minus*, & pro φιλοθεωρον, *Quam Philoctetem*, omnes habeant, uno tantum excepto, in quo eſt, *Non minus philetheorum*, item ut eſſe in Mediceo libro Politianus idem ſcripſit. locans enim, ut ſolet, dicit, ſe Trebatium non reprehendere, quod non nimis ſpectandi cupidus fuerit, id eſt, quod in Britanniam profectus non ſit, ut Eſſedarios ſpectaret. Tacite autem ut iguavum, & puſilli animi ſubaccuſat, qui Cæſarem in Britanniam ſequi ab bellum noluerit.

In hibernis injectus mihi videris) Hibernorum tempus nondum erat: ſed hibernare Trebatius videbatur, quia ſe Samarobrina non commovebat: ep. 11. 12. & in hac in extremo.

Vsquequaque sapere oportet) Vbique: quod tu facis, qui tibi optime caves, nec periclitari, quamquam ſis in bello, de vira vis. Hujus adverbii vis eadem ſemper eſt: exempla & palam ſunt, & quædam Chariſius quoque recitat, M. Catonis, C. Gracchi, Frontonis.

Telum] Summum eſt in ſapientia præſidium. Serio videtur hoc dicere, ſed jocatur; quaſi dicat: Næ tu rationem tuendæ ſalutis tuæ optimam iniviſti: &, quod alii telis acerrimis, id tu ſapientia tua conſequeris.

Non defuissem) Non negaſſem: obſecutus eſſem.

Quis tu es) Ineptum hominem ſignificat: qui Ciceronem, cui ne notus quidem eſſet, ad cœnam invitaret: epiſt. 9.

Homo bellus) Lepidus, quo uti jucunde quivis poſſit. *Bellus* ad formam non refertur, ſed ad quamdam venuſtatem, quæ amorem conciliat.

Abduxisses) Nondum a joco diſcedit; quam-

quamquam diverit, *Extra jocum*; nam *Abduxiſſes*, videtur eſſe, tecum duxiſſes ut hominem bellum, voluptatis & lætitiæ tuæ cauſa: ſed valet, ut hominem ineptum, quo minime delectamur. In hac autem ſtructura, *homo bellus eſt: vellem, eum tecum abduxiſſes*: ineſſe quiddam ſentio, quod capiat aures meas: nec id tamen, quale ſit, explicare ſatis queo: cujuſmodi multa ſunt in Latina lingua, quæ malim imitari, quam docere. Huic loco reſpondere videtur ille epiſt. 28. lib. X. *Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me illiò. Mart. invitaſſes: reliquiarum nihil haberemus*. Et ad Attic. ep. 22. lib. XV. *Gratulor nobis, Quintum filium exiiſſe: moleſtus non erit*.

In Italiam) Puto me jam dixiſſe, Italiam aliter jure naturæ, aliter juriſdictione terminari: jure naturæ, Alpibus; juriſdictione, Rubicone amne: ultra quem incipiebat Cisalpina Gallia; quæ cum Transalpina & Illyrico erat in imperio Cæſaris. Dixit igitur Cicero, *In Italiam*, id eſt, in Cisalpinam Galliam, quo ſe Cæſar quotannis ad conventus peragendus hieme conferre ſolitus erat, ipſe enim Commentariorum ſuorum lib. I. in extremo de ſe ipſo ita ſcripſit: *In citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt*. Et lib. II. item in extremo: *Legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus eſt*. Et lib. V. primis verbis: *L. Domitio, App. Claudio coſſ. diſcedens ab hibernis Cæſar in Italiam, ut quotannis facere conſueverat, legatis imperat, &c.* Et lib. VI. in extremo: *Ut inſtituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus eſt*. Quibus exemplis utendum putavi, ut conſtaret, ab eodem Cæſare modo citeriorem Galliam, modo Italiam vocari eam imperii partem, quæ Alpibus & Rubicone amne continereturn.

Veatui ſitis) Venerunt: ut Cæſaris verba lib. VI. quæ jam recitavi, demonſtrant.

Stoici) Qui ſapientis eſſe omnia confirmant: ut in Zenone Laertius oſtendit. Iocus in Trebatium, qui nummatus eſſe poſſit ſine nummis, more ſapientum.

Cœlo & terra frui) Fruuntur autem ſoli ſapientes. Hue illud pertiner ex libro V. de Finib. *Paupertas ſi malum eſt, beatus eſſe nemo poteſt, quamvis ſis ſapiens. At Zeno eum non beatum modo, ſed etiam divitem dicere auſus eſt*.

Poſtea videro) Modus loquendi, quo ſignificamus, nondum nobis conſtitutum ac certum eſſe, quid aliqua de re ſentiamus; ſimile illud epiſt. 25. *Præter duo nos, loquitur iſta modo nemo: bene, male ne, videro*. Et in ep. 9. lib. IX. ad Att. *Si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera aget, faciet, temperate, prudenter valde videro*. Et lib. I. de Leg. *Cui tamen ego aſſentiar in omnibus, nec ne, mox videro*.

Superbiam tuam) Non quod ſuperbus eſſet, ſed quod a nemine conſuleretur; idem jocus ep. 10. lib. I. *Qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas; partim contumelioſum, quod male reſpondeas. Reſpondere* dicuntur juriſconſulti, cum iis, a quibus conſuluntur, de jure oſtendunt, qualis eorum cauſa ſit, quid vitandum, aut agendum; unde in Bruto: *Rutilius magnum manus de jure reſpondendi ſuſtinebat*. Et pro Murena: *Reſponſa juriſconſultorum*.

Sed tamen) Quamquam nemo te conſulat; hoc tamen lætare, quod iſtuc veneris, ubi jus civile melius, quam tu, nemo calleat. Iocus eſt: nam quæ laus, Samarobrinæ bonum juriſconſultum videri? Ejuſdem generis illud epiſt. 10. *Quod ſi in Britanniam quoque profectus eſſes; profecto nemo in illa tanta inſula peritior te fuiſſet*. Et lib. I. epiſt. 10. *Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtis, ubi ſolus ſapere videare*.

P. VICTORIVS.

Tu tamen mi vetule) Reſtat nunc, ut Crinito, qui aliter hunc locum intellexit, reſpondeamus. Ipſe enim contra Politiani emendationem *Philoctetem* tuetur, multumque ſibi in ea expoſitione placet, cum dicat etiam Politianum cum de hac re ſermonem cum eo haberet, errorem ſuum agnoviſſe, libenterque in ſuam ſententiam veniſſe: quod miror virum pertinacem in tam bona cauſa tam facile manus dediſſe, & non animadverſiſſe alium intellectum habere verba illa Ciceronis, quibus nititur adverſarius, & longe diverſum ab eo, quem ille credidit: nec

nec enim puto hoc Crinitum commentum esse. Sunt autem hæc verba, quæ Crinitus putavit pro se facere ad Q. Fratrem lib. II. De Rep. *Nimium te laverere doleo, & meliorem civem esse, quam Philoctetam, qui accepta injuria, ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video.* Hanc autem illorum sententiam esse puto. Querebatur Quintus, Remp. eo tempore in magnis malis versari: valdeque de ejus miseriis animo cruciabatur: reprehendit hominem Marcus, quod tantum ei publica damna dolerent, & meliorem civem eum esse dicit, quam Philoctetam, qui accepta injuria a Græcis, in illas eos calamitates cecidisse gaudebat, quas Quintus in sua Rep. esse moleste ferebat. Desiderabat Philoctetes damna & infortunia Græcis, quia se in insula destitutum meminerat: Quintus vero etsi cum fratre graves ærumnas ob Remp. perpessus erat; tamen eum sciret eam multis malis conflictari, ut bonus civis, qui injurias patriæ oblivisci debet, iniquo animo ferebat. Damnat igitur ejus consilium Cicero, nec debere illum ob id se nimis macerare ostendit, cum post tot accepta beneficia, nimis in ipsos ingrata Reip. fuisset, ut facile ferre debeat ejus naufragia. Quam sententiam persequitur ad Attic. scribens l. IV. in epist. cujus est initium: *Occupationum mearum*: Tam graves enim fuerant in Ciceronem inimicorum injuriæ, & tam acerba exsilii memoria, ut cum se a Rep destitutum fuisse recordaretur, non posset aliquando in eam satis placato animo esse. *Quærebat autem spectacula*, intelligimus, lætitiam capiebat rem eo deductam, ut qui sibi damnum intulissent, pœnas darent suæ petulantiæ, ut loquitur lib. 10. ad Attic. de Dionysio: *Ei homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nolim.* Id est, præbere illi voluptatem. Libenter enim, qui se male tractatos judicant, vident in adversa fortuna constitutos, quos sibi mali causam fuisse arbitrantur, eamque delectationem capiunt ex illorum infortuniis & miseriis: quam ex aliquo spectaculo capere homines consueverunt. Nihil igitur facit ad locum hunc in epistola Trebatii, locus ille ad Q. Fratrem. Nos autem utrumque quemadmodum intelligi debere credimus, pluribus verbis expoluimus: sed res, de qua tanta controversia exstiterat, non potuit brevius explicari.

EPISTOLA XVII.

Quinto fratri] Legato Cæsaris in Gallia.

Gratias egi] Quod officiis te suis complectatur.

Levis] Quia cum iviſſet ad Cæſarem, ut honeſtatem augeret facultateique ſuas, redire ſtatim ad urbem cupiebat.

Urbanitasque] Non eſt hic *Urbanitas* eadem, quæ epiſt. 7. lib III. in eo loco: *Homo ſumma prudentia, multa etiam doctrina, addo urbanitatem, quæ eſt vietus, ut Stoici putant.* Nam hic pro rebus urbanis accipitur.

Piger] Quippe tribunatum contemſerat; epiſt. 8.

Syngrapham] *Syngrapha* eſt, in qua ſcribimus, certam nos eſſe alicui pecuniam ſoluturos. Pro Murena: *Fergis ne tamquam ex ſyngrapha agere cum populo.*

Ad imperatorem] Ad Cæſarem, a quo pecuniam tamquam e ſyngrapha debitam exigeres, & ſtatim domum redires.

Alexandriam] Vt a Ptolemæo, Alexandrino rege, pecuniam ſuam, ei Romæ creditam exigerent. Iocatur Cicero in re vera: ut ex oratione pro Poſtumo, in qua etiam ſyngraphæ in Albano Pompei factæ nominantur, ſatis conſtat. Idem Ptolemæi creditores ſignificantur epiſt. 1. lib. I.

Nullum nummum] Aliquot etiam ex iis in vincula coniecti: & nudus egenſque Poſtumus, qui non modo ſuam, ſed amicorum quoque pecuniam expulſo regi crediderat, e regno fugit: ut eadem docet oratio.

Si mei commodi rationem ducerem] Quod Epicurei faciunt, qui ſuis commodis omnia metiuntur; epiſt. 12. & lib. III. epiſt. 9.

Augendum atque ornandum] Augendum, commodis; ornandum, honoribus.

In provinciam] In Hiſpaniam cum proconſule Pompeio; hac de re vid. epiſt. 5.

Vltro] Quod ſummi eſt amoris argumentum: itaque epiſt. 55. lib. XIII.

Cum,

Cum, inquit, *jamdiu diligerem M. Anneium: deque eo ſic exiſtimarem, ut res declarat; quod ultro ei detulerim legationem, cum multis petentibus denegaſſem*. Et in oratione pro Cœlio: *Puteolani ea non petenti Cœlio detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt*.

Attulerim) Multis rebus potuit Cicero, ſi legatus cum Pompeio in Hiſpaniam iviſſet, Trebatio conſulere, quod ipſe ait epiſt. 5. *Trebatium* (inquit) *cogiteram, quocumque exirem, mecum ducere; ut eum meis omnibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum domum reducerem*.

Mea mutata ratio) Mutavi conſilium. Sic locutus epiſt. 5. lib. III. *Tua ratio poſtea eſt commutata*.

Honorificentiſſime) Epiſt. 9. lib I. *Cæſaris humanitas ac liberalitas, brevi tempore & litteris, & officiis, perſpecta nobis & cognita*. Et ibidem infra: *Commemoranda quædam & divina Cæſaris in me fratremque meum liberalitas*. Et ep. ult. lib. V. ad Att. *Perſpice meam cum Cæſare ſuaviſſimam conjunctionem: qui quidem Quintum meum tuumque, dii boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia! non ſecus ac ſi ego eſſem imperator*.

Incredibilem) Commemorandam & divinam vocavit epiſt. 9. lib. I.

Fidem) Qui, quos ſemel in amicitiam ſuam recepit, numquam deſerit.

Commendavi) Epiſtola 5.

Et tradidi) Plus eſt, quam *Commendavi*. Epiſt. 5. *Totum denique hominem tibi trado, de manu, quod ajunt, in manum iſtam tuam, &c.*

Graviſſime) Graviſſimis verbis, ſummum amorem ac ſtudium declarantibus.

Diligentiſſimeque) Sic, ut nihil prætermiſerim.

Accipis) Ita te eſt complexus, ut ego te graviter commendavi.

Hunc tu virum nactus) Epiſt. 7. *Imperatorem habes liberaliſſimum*.

Si me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſa putas) Si me nec judicio falli, & fideliter tibi ſuadere exiſtimas.

Difficultate) Quæ ſit in ea re, quam conſequi cupias.

Jucunda & honeſta) Iucunda quædam ſunt, ab honore ſejuncta: ideo addidit, *Et honeſta*: ſicuti epiſt. 11. conjunxit honeſtatem & facultates. *Iucunda igitur & honeſta*, pro utilia & honorifica: non enim hic *Honeſta*, valet recta.

Præſtabo) Aliter tamen ſcripſit ad Q. Fr. epiſt. 1. lib. III. *Trebatium* (ait) *ad Cæſarem miſi: qui mihi iam ſatisfecit: ſi ipſi meus, præſtare nihil debeo*.

Confirmande) Iam enim eſt inſtituta, commendatione mea graviſſima ac diligentiſſima.

Uberioris provinciæ) Hoc eſt, quod Suetonius de Cæſare ſcriptum reliquit: *Ex omni provinciarum copia Galliæ potiſſimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum*.

Ætatis) Ipſius Trebatii. Ep. 7. *Ætatem habes opportunaiſſimam*.

Hoc ſi amiſeris) Epiſt. 7. *Vt tibi unum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare*.

In veſtris libris) Dixi jam ſolitos eſſe veteres juriſconſultos ſuæ ſententiæ pondus addere, aliorum juriſconſultorum adſcripto judicio: vide ep. 10. *Ideo & Mucio, & Manilio placebat*.

Q. Cornelio) Trebatii magiſtro, ep. 8.

Labore) Militari, quem ſoles vitare tum pigritia, tum timore. Paullo ante hæc ipſa epiſtola dixit: *Interdum piger, interdum timidus in labore militari*.

Non audiam) Gloriantem de rebus a te geſtis. Feſtiva jocatio.

Qua ſpe aut conditione) Spe futuri, conditione præſentis commodi.

EPISTOLA XVIII.

Iverſis temporibus) Eodem tamen omnes exemplo, ut infra cognoſcitur.

Cetera delectarunt) Hoc pendet uſque ad illud, quod eſt infra: *Cetera belle: illud miror*.

Fortem) Non, ut antea videbare, timidum, ep. 17.

Æſtuare) Æſtus eſt commotio vel in igne, vel in aqua, vel, per tranſlationem, in animo.

Tempore) Cum opus erit. *Tempore* & *Tempori*, duobus caſibus dicitur: ut e Cicerone, Plauto, & aliis cognoſcitur.

Veſtræ cautiones infirmæ ſunt) Tuum iſtic artificium tibi parum prodeſt: friget enim in bello jus civile, epiſt. 13.

13. *Tantum metue, ne iſtiz artificium tuum tibi parum proſit.* Et ep. 16. *Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent, te percunctantibus reſpondere.* Occaſionem dubitandi in verbo, *Cautiones*, nonnulli attulerunt, affirmantes in antiquis libris eſſe, *Cauſationes*. Ego in meis omnibus, qui ſunt undecim, plane video ſcriptum, *Cautiones*.

Gratulam cautionem chirographi mei) Litteras commendatitias ad Cæſarem Græce ſcriptas mea manu: ſic enim malo, quam, *Græcis miſtas verſibus*. *Cautionem* appellat, quod ita utilis ei futura eſſet illa commendatio, ut juriſconſultorum cautiones iis utiles eſſe ſolent, a quibus de jure conſuluntur. Sic ep. 13. *Vt ego quoque*, inquit, *te de noſtris cautionibus admoneam: Treviros vites, cenſeo*.

Gallici belli) Videtur jam abſolutum eſſe bellum Britannicum: de quo in ſuperioribus epiſtolis.

Ignaviſſimo cuique] Fortes enim rem gerunt: ignavi ſpectant, & ſingula notare ſolent: itaque narrantibus ignavis major habenda fides eſt, quam fortibus.

Cetera belle) Redit ad id, quod cœperat dicere, *In quibus me cetera delectarunt*.

Quis ſolet eodem exemplo) Miror, inquit, cum tua manu ſcribas, eodem exemplo plures a te epiſtolas mitti. Hinc licet conjicere, epiſtolas illas, quas Ciceto ſe diverſis temporibus accepiſſe dixit, eodem exemplo omnes fuiſſe.

In palimpſeſto) *Palimpſeſtus* membrana fuit iterum abraſa, ut aliquid rurſus in ea ſcriberetur; unam autem ex illis epiſtolis, non omnes in palimpſeſto ſcripſerat Trebatius.

Chartula) Palimpſeſtn. Brevem epiſtolam fuiſſe conſtat, quæ ſcripta fuerat in palimpſeſto.

Quam hæc ſcribere) Cum in hoc loco diverſis temporibus innumerabiles prope inſpexerim veteres libros, omnes tamen conſentire animadverti: quo magis adducor, ut diſſentiam a Bernardino Rutilio, qui primus legendum arbitratus eſt, *Quam hæc non ſcribere*. At ſententia poſtulare negantem particulam videtur. Eſto: quis præſtabit, numquam falli nos in eo, quod videtur? quod ſi mutandum; quod facile conceſſerim: & ego ipſe in emendandis libris uti conjectura interdum ſoleo: mutatio modica ſit, quæque a litterarum ſimilitudine non diſcedat: itaque crederem, non abſurde legi poſſe, *Quam exſcribere*; divinat enim Cicero, quod ex illa chartula deletum ſit, exſcriptum non eſſe: ſiquidem, qui ſcribit in palimpſeſto, chartæ laborat inopia: itaque delere mavult, quam exſcribere. Hæc ita opinabar, ut mihi ipſe nec placerem valde, nec omnino diſplicerem. In ſcholiis ſuis ſic notat ad hunc locum: *Quam hæc ſcribere*] Suſpicor mendum ſubeſſe; mihi enim perobſcurus eſt ſenſus, &, ut libere dicam, quod ſentio, legendum crederem: *quam exſcribere*, nulla propemodum mutatione facta. Depravationis enim origo, ut opinor, ea fuit: Deſcribendis libris ſæpe duos præficimus, qui legat & qui de legente excipiat, ut ſcilicet celerius & certius id muneris conficiatur; cum autem is qui legeret, protuliſſet *exſcribere*, credidit ſcriptor *eſcribere*, dictum eſſe: itaque fecit in libro; alius deinde errorem, quem per imprudentiam commiſſum debuit tollere, temeritate auxit, repoluitque una dictione in duas diviſa *hæc ſcribere*, ſenſu, ut dixi, mihi perobſcuro. Sunt etiam, qui addendum putent *non*, ut legatur *hæc non ſcribere*, a quibus æque diſſentio. Quod ſi legatur *exſcribere*, hoc dicet: Video te parum diteſcere, cui charta deſit, in qua tuas formulas aut aliud quid exſcribas: ea enim ſi ſuppeditaret, numquam profecto ad nos in palimpſeſto. Infert enim: *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* Dixit autem: *quod delere malueris, quam exſcribere*: per jocum ſignificans, non habuiſſe Trebatium in quo exſcriberet id quod delerat; itaque ſe mirari, quid fuerit in illa chartula: quaſi moleſte ferat id periiſſe; chartæ enim inopiam oſtendit, cum ſcribat in palimpſeſto. Idem error in 3. epiſt. 8. libri ad Atticum irrepſerat. Vbi enim antea legebatur: *fiſces laureatas hæc ferre ex Italia*, nemo non videt legendum eſſe *efferre*.

Formulas) *Formulæ* ſunt ea, quæ jutiſconſulti litigantibus præſcribunt,

ne cauſa cadant : quæ *Cautiones* etiam dicuntur ; ſunt & quædam quaſi normæ judiciorum , æque omnibus obſervandæ , *ut formula fiduciæ* , epiſt. 12. & *Æquilii formulæ de dolo malo* , lib. II. Off. & *de damni formula* , apud Plinium lib IX. cap. 59. Ex hoc genere non fuere Trebatii formulæ , ſed ex illo ſuperiore , cum ſcribebantur, hodieque ſcribuntur , clientibus in re controverſa .

Non enim puto) Per jocum ſignificat , pluris eſſe epiſtolas ſuas , quam formulas Trebatii .

Frigere te) Nullum te iſtic fructum capere e ſcientia juris civilis. Epiſt. 11. *Sin autem iſti frigebunt , recipias te ad nos .*

Suppeditare) Neutrum abſolutum , ut in oratione pro Scauro : *Undique mihi ſuppeditat , quod pro M. Scauro dicam , quocumque non modo mens , verum etiam oculi inciderint* . Et lib. I. Offic. *Studeat parare ea , quæ ſuppeditent & ad victum , & ad cultum* . Cum agendi vero ſignificatione notius eſt , quam ut exempla requirantur .

Tecum extuleris) Nam , ſi eam tecum non attuliſſes , ſine verecundia peteres : nunc , quia te pudor a petendo deterret , nihil accipis . Hæc quoque per jocum ; nam epiſt. 5. pudorem in laude poſuit , cum dixit : *Meliorem virum , pudentiorem eſſe neminem* . Et epiſt. 7. *Multum in eo te Jester adjuvabit meus , multum Balbus , ſed , mihi crede , tuus pudor & labor plurimum* .

More Romano) Graviſſime & diligentiſſime ; epiſt. 5.

Metilii Philemonis) Veteres libri nonnihil diſſentiunt : alii enim , *Metilli* , alii *Mevidii* , alii *Metrinii* , alii aliter habent ; ſuſpicatus ſum adoleſcens , neque nunc muto ſententiam , legendum eſſe *M. Æmilii Philemonis* : ut ſit libertus Æmiliæ gentis , & is forraſſe , de quo Pedianus hæc in argumento orationis pro Milone : *Munatius Plancus tribunus pl. produxerat in concionem M. Æmilium Philemonem , notum hominem , libertum M. Lepidi* .

Jam audieram) Quia non longe aberant .

Fremitum) Cum ad ſalutandum patronum ſuum Ciceronem ire velleot honoris cauſa .

Clientium meorum) Clientes ſuos Trebatius , in Galliam proficiſcens , Ciceroni commendaverat ; ideo ſequitur : *Quos tu mihi conciliaſti* . Et epiſt. 12. *Quid fiet populo Vlubrano , ſi tu ſtatueris , πολεμιστέον non oportere ?*

Vlubris) Vlubræ , oppidum non celebre ; *vicum deſertiſſimum* appellat Porphyrio in epiſt. 11. lib. I.

Vim maximam) Maximum numerum ; nota ſignificatio .

Ranunculorum) Quia paludes Vlubris propinquæ . *Ranunculos* vocavit Vlubrarum incolas , jocans in Trebatii clientes .

Arruntio) Sic ſcribitur hoc nomen in antiquis lapidibus .

Innocentem) Cum in ea nihil ſcriptum eſſet , quod , ſi efferretur , nocere tibi poſſet .

Tam novis rebus) Geſtis a Cæſare in Gallia : quæ leguntur in ipſius Commentariis .

GVIL. CANTERVS.

Quod delere maluerit , quam hæc ſcribere) Difficilis admodum hic locus & corruptus videtur : quem nos cum explicuerimus , deinde emendabimus . Primum igitur Trebatius epiſtolam ad Ciceronem in palimpſeſto exararat , quam poſt in charta pura deſcriptant (nam in palimpſeſto etiam alia erant) ad Ciceronem daret . Ac ſimiliter Cicero feciſſe ſe, extrema epiſt. lib. IX. oſtendit , cujus hoc eſt initium : *Accubueram hora nona , cum ad te horum exemplum in codicillis exaravi* . Hoc ergo cum feciſſet primum Trebatius , poſtea mutato deſcribendi conſilio , vel ignavia , vel avaritia impulſus , palimpſeſtum ipſum ad Ciceronem miſit , cum ea , quæ præter epiſtolam erant ibi perſcripta , deleviſſet ; id enim facere maluerat, quam hanc exſcribere . Nam hoc vult his verbis indicare Cicero . Iam quod ad ſcripturam attinet , primum qui tria hæc verba *quam hæc ſcribere* plane rolluntur , imperitiſſime faciunt & audaciſſime ; ac ſi ſic licebit nobis , quidquid in Cicerone vel Poeta aliquo non aſſequimur , tamquam nothum perfodere , facillimam nobis ad omnium ſcriptorum explicationem ſternemus viam . Rectius longe Manutius *quam*

ex-

exſcribere legendum putavit : id quod tamen nondum prorſus verum eſt. Cur enim non potuerit Trebatius etiam quæ exſcripſerat delere? Nos ita *quam hæc exſcribere*. Quemadmodum enim ille pro *exſcribere* poſitum per imperitiam facile probat *hæc ſcribere*, ut alibi *hæc ferre*, pro *efferre* : ita nobis eadem ratione pro *hæc exſcribere* poſitum *hæc ſcribere* ſatis veriſimile videtur. Scripſiſſe autem veteres *ecſcribere*, non *exſcribere*, mihi quidem non fit dubium. Videntur enim illi ut A, AB, ABS, ſic etiam X, XC, XCS habuiſſe. De X & XCS conſtat : de XC teſtantur *eſferre*, *eſodere*, & ſimilia, quæ ſic in ver. cod. ſcribuntur. Poſterior enim ætas concinnitati ſervivit, & *efferre* ſcripſit, ut & *afore* pro *abfore*. Similiter cum X littera pro CS uti cœpiſſent, pro *exſilio* ſcripſerunt *exilio*, pro *exſtollo* quoque *extollo*. Itaque non ſatis prudenter facere arbitror, qui *exſilium*, *exſtat*, &c. ſcribunt. Nam præterquam quod pronunciationem videntur inducere longe difficillimam, litteram eandem ſe bis fruſtra ponere non vident. Quod enim antiquitatem advocant, leve eſt, cum eadem etiam *vixſit* ſcripſerit ; & in aliis non raro peccarit, ut cum *ſompnus* & *odieſſus* poſuit, quæ ſunt in lib. omnium vetuſtiſſimis obvia. Quod enim ad *vixſit* attinet, primum fuit *vicſit* (quemadmodum *dicſit*, pro *dixit* alicubi reperitur) deinde cum littera X in uſum venit, *vixit* fuit ; quod qui non animadverterunt, *vixſit* ſcripſerunt, ut nunc *exſilium*. Litteram porro X aliarum etiam cum S conjunctarum locum invaſiſſe video : ut XS in *texi* pro *trahſi*, *vexi* pro *vehſi* : GS in *pinxi* pro *pingſi* : *maximus* pro *magſimus*. Fuit enim initio *magniſſimus*, deinde *magiſſimus* vel *majiſſimus*, tam *magſimus* : denique *maximus*. Iam quemadmodum CS in X, ſic X in T, O in V ; contraque I in E, & V in O fuit a poſterioribus mutatum. Itaque illi *here* dixerunt, nos *heri* : illi *ſeevom*, nos *ſervum* : contraque illi *ni*, nos *ne* : illi *frunt*, nos *frons*. Quocirca minus aſſentior iis, qui *ſubcles* volunt, & *benivolentia*, ac ſimilia. Dandum enim aliquid eſt auribus & euphoniæ, veterum exemplo, qui *maeimus* pro *maximus* dixere. Idem etiam in *tamquam*, *impello*, & ſimilibus valere velim ; ſic enim & *quoniam* pro *quomiam* ſcribimus, nam fuit olim *quom jam*. Sed hæc ſatis ; quæ breviter a nobis, contra multorum tamen ſententiam, dicta ſtudioſi examinent.

EPISTOLA XIX.

PRæſenti tibi) In Tuſculano ; vide proœmium Topicorum.

Prope ſubegeram, non tribueram certe) Cum Trebatius diſciplinam & rationem peteret inveniendorum argumentorum, hortatus eſt eum Cicero, vel ut Ariſtotelis Topica per ſe ipſe legeret, vel ut a doctiſſimo quodam rhetore totam illam rationem acciperet. Hoc eſt, quod ait : *Prope ſubegeram*. Vide proœmium Topicorum.

Debere non potui) Id volui perſolvere. Quod ab amicis petitur, id donec tribuamus, deberi a nobis dicimus: cum vero, id omnino a nobis tribuendum, ſignificare volumus, deberi non poſſe dicimus : exemplum eſt hac ipſa de re in Topicorum proœmio, & epiſt. 2. lib. IV. ad Attic. *Oratio juventuti noſtræ deberi non poteſt*. Et lib. III. de Orat. *An me tam impudentem eſſe exiſtimatis, ut hoc præſertim munus putem diutius poſſe deberi?* Et Tuſc. II. in extremo : *Sed tibi hoc video non poſſe deberi*.

Ariſtotelica) Quod in eum librum præcepta Ariſtotelis multa tranſtulit; nonnulla tamen addidit de ſuo.

Ab ipſa vebe commonitus) Similiter epiſt. 11. lib. II. *Mihi magnæ curæ eſt utilitas tua : ipſa dies me admonebit ; ſcripſi enim hæc ipſis Megalenſibus*. Quo loco vide quæ diximus.

Amantiſſimi tui) Vel quod Trebatius Veliæ notus : vel quod ibi poſſeſſiones, a patre relictas, haberet.

Rhegio) Scribendum cum adſpiratione : dictum enim ἀπὸ τῆς ῥαγῆναι, ait Strabo, lib. VI.

Litteris) Ex ipſis tantum litteris, & quaſi muto libro.

Non longe abieris) Non longe petantur exempla.

Doctorem tamen lumenque) Qui doceat, & illuſtret ea, quæ obſcuriora ſunt. Dixit jam : *Sin tibi quædam vi-*

debuntur obſtrictæ. Et cum negaverit ullam artem ſine interprete, & ſine exercitatione aliqua litteris poſſe percipi, hic pro interprete doctorem nominat: de exercitatione autem ſubjungit iis verbis: *Vt vero etiam ipſi tibi legi, propoſita quæſtione, occurrant, exercitatione conſequere*. Veteres libri non conſentiunt: duo habent, *Lumenque*, quos ſecutus ſum: alii varie, *Vivumque*, *Vnumquemque*, *Nonnumquam*. Omnino in omnibus libris MSis pro *lumenque* legitur *unumque*; ego tamen libentius legerim, *uſumque*, id eſt, exercitationemque, ut dicat idem, quod ſupra, *nullam artem litteris, ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe*.

Per te] Sine doctore.

Vt certe] *Si* non omnia, hoc certe, ut intelligas, conſequere. Notanda vis vocabuli, quam & Ter. indicat in Andr. *Atque aliquis dicat: nihil promoveris. Multum: moleſtus certe ei fuero, atque animo morem geſſero.*

Ipſi loci] Sedes argumentorum. In Topicis: *Vt earum rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato loco facilis inventio eſt: ſic, argumentum aliquod perveſtigare cum volumus, locos noſſe debemus. Sic enim appellatæ ab Ariſtotele ſunt eæ quaſi ſedes, unde argumenta promuntur: itaque licet definire, locum eſſe argumenti ſedem; argumentum autem, rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem.*

Nos te continebimus] Poſt oppreſſam remp. contulit ſe Cicero ad domeſticas exercitationes, ne facultas dicendi, ante parta in foro, exareſceret: epiſt. 18. lib. IX.

Redierimus] E Græcia: cogitabat enim adeſſe Romæ Kalendis Ian.

Salva iſta] Res urbanas, quas peſſime affectas relinquebat; ut in argumento oſtendimus.

Rhegio] Vnde diſcedens librum Topicorum Trebatio mittebat; dixit enim: *eum librum tibi miſi Rhegio.*

EPISTOLA XX.

RVFIONEM *tuum*] Rufionem Trebatii gentilem fuiſſe, didici ex hoc antiquo lapide, qui eſt Romæ ad portam Latinam: C. VIBIVS. C. F. MAECER. C. TREBATIVS. RVFIO. FACIVNDVM CVRAVERVNT.

Ædificationem tuam] Ædificabat Trebatius in regione Lupercali proxima.

Lupercali] Locus, ubi lupa Romulum & Remum aluit infantes.

Heletem] Veteres libri omnes, *Haletem*: ſed ex Strabone lib. VI. & epiſt. 6. lib. XVI. ad Att. apparet legendum eſſe *Heletem*.

Nobilem amnem] Quia Veliam ab eo nomen accepiſſe traditum eſt. Strabo.

Papirianam] Emtam de Papirio quodam a Trebatio, vel ab ejus patre.

Lucum] Sunt, qui *Locum* ideo male legi credant, quod neque luci capax eſſet privata domus: & luci, quia ſacri, non ſine ſcelere incidi poſſent. Vtraque ratio parum firma; primum enim, lucum illum non intra ædes Trebatii, ſed ante eas fuiſſe, licet exiſtimare: deinde, ne Cicero putetur impie ſenſiſſe, qui eum a Trebatio cædi vellet; docet M. Cato, quo modo recte & ſine piaculo cædi lucus poſſit. Quod attinet ad veteres libros; unum tantum vidi, in quo eſt, *Incum*: reliqui omnes habent, *Locum*: ex quo, *Lotum*, quidam legere maluerunt: quam conjecturam probare non poſſum, cum proxime ſequatur, *A quo*: quod certe ad arborem lotum referri poſſe, nemo dixerit. Præterea, luco magis quam unius arboris umbra vel forma teneri advenas, credibile eſt; quod ideo dico, quia ſequitur, *A quo etiam advenæ teneri ſolent*. Iam illud, *Multum proſpexeris*, aptius pertinere arbitror ad lucum, quam ad arborem: magis enim prolpectum lucus impedit, quam arbor: cum præſertim, *Proſpexeris*, intelligendum videatur, e totis ædibus, non ex uno tantum cubiculo, aut una ædium parte.

Videbis] Pro, curabis: ep. 1. lib. V. ad Att. *Statius antecеſſerat, ut prandium nobis videret.*

Diis juvantibus] Sic locutus & in Phil. III.

Ante brumam] Cogitabat eſſe Romæ Kalendis Ian. Phil. I. *Ea mente diſceſſi, ut adeſſem Kalendis Ian. quod initium ſenatus cogendi fore videbatur* Bruma dictus eſt breviſſimus Decembris menſis

ſis dies, ſolis hiemale ſolſtitium. Feſtus.

Niconis) Medici.

Abſtuli) Velim.

Περὶ πολυφαγίας) *De edacitate.*

Docilem) In illo (opinor) libro documenta inerant, quo modo, incolumi valetudine, plurimum edi poſſet.

Increbeſcit) Flare incipit vehementius; creber enim venti ſpiritus magis intendit vela, quam raras. Quæſtio eſt, utrum dici debeat, *Increbeſco*, an *Increbreſco*, & *Increbuit*, an *Increbruit*. Ego ſequor ſimilitudinem; nam quia *ruber* & *creber* eodem plane modo deſinunt; & a *ruber* fit verbum *rubeo*; a cujus deinde ſecunda perſona, addita ſyllaba *co*, fit *rubeſco*: ſic a *creber* deductum eſt inuſitatum hodie verbum, *crebeo*; a cujus item ſecunda perſona factum eſt *crebeſco*, unde *Increbeſco*; non enim me movent *nigreſco*, & *macreſco*: quia deducuntur a *nigreo*, & *macreo*: cum *rubeſco* non a *rubreo*, ſed a *rubeo* derivetur; & cum *rubeſco* & *erubeſco* majorem habeat ſimilitudinem cum *increbeſco*, quam eum ceteris verbis, quippe cum a ſimillimis nominibus, *creber*, & *ruber*, deducantur. Nam, quod aiunt viri docti, ideo ſcribendum, *increbreſco*, quod a nominibus iis, quorum patrius caſus exit in *ri*, ut *integri*, *ſacri*, fiat *integrare*, *ſacrare*: odiendi jam, ſic excipi ab hac regula *increbeſco*, ut excipitur *erubeſco*. Quod autem iidem affirmant, *rubeſco*, unde fit *erubeſco*, non a *rubeo*, ſed a *rubore* formari, ut *palleſco* a *pallore*, *puteo* a *putore*, *feteo* a *fetore*, *candeo* a *candore*, *caleo* a *calore*: argumentum componitur ex diſſimilibus; nam illa, *puteo* a *putore*, *frteo* a *frtore*, *candro* a *candore*, *calro* a *calore*, ſimilia ſunt, & recte dicuntur: at *palleſco* a *pallore* non eodem modo recte dicitur; fit enim *palleſco* a *pallro*, *palles*: & *palleo* a *pallore*: itidemque *rubeſco* a *rubro*, *rubes*: & *rubeo* a *rubore*.

Velis) Cum in Græciam iret.

P. VICTORIVS.

Quamquam illa quidem habet lotum, e quo etiam advenæ teneri ſolent: quem tamen) Hæc eſt in Medicæo ſcriptura: quæ ſi aliquid in ea mendi eſt, ea parte eſt, quod non eo genere *lotum* appellat, quo aliæ arbores appellari conſueverunt, & quo hanc ipſam Virgilius in Culice appellavit:

—— *Inter quas erat impia Lotos:*
Impia, quæ ſocios Ithaci maremis abegit.

Quam nefarium ſacinus lucum (dicatum alicui Deorum ſilvam) cædere veteres exiſtimarint, neceſſe non eſt docere: pleni ſunt hujus rei omnes Poetarum libri. Diunis tamen accurati hiſtorici teſtimonium adducemus, quod etiam utile eſſe poterit, quia ſermo eſt de Turullio, cujus mentionem fecit in epiſtola ad Ciceronem C. Coſſius his verbis: *Sequebatur claſſis altera, quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber comparaverat, cui Turullius Quæſtor præerat.* Erat Turullius ex interfectoribus Iulii Cæſaris, qui in Aſiam in Antonii amicitiam venerat, & eum in multis rebus impigre adjuverat: quem tamen ille rebus male geſtis prodidit Auguſto Cæſari, ut ea ratione (ſi poſſet) ſibi illum placarer. Illico autem Turullius trucidatus eſt: & cum in inſula Co ſupplicio affectus eſſet, viſum eſt hoc non ſine conſilio ac voluntate deorum factum eſſe. Nam non multo ante ille ad claſſem ædificandam Æſculapii lucum ibi inciderat, & ex ea materia naves fabricaverat. Verba Dionis: Καὶ τελοῦσι Πυθλίου Τυρυλλίου βουλευτὴν τε ὄντα, καὶ σφαγέα τοῦ Καίσαρος γεγονότα, ὅτι τε φιλικῶς οἱ συνῆν, ἐξεδωκεν αὐτῷ. Καίσαρ δὲ τὸν μὲν Τυρυλλίου κτείνειν, καὶ (ἐτυχε γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ἐν Κῷ ἐν Ασκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυτικὸν κεκοφὼς) δίκην τινὰ καὶ τῷ θεῷ, ὅτι ἐκεῖ ἐδικάσθη, δοῦναι ἔδοξε. *Poſtremo Publium Turullium, ſenatorem, qui fuerat inter Cæſaris interfectores, quique familiariter ipſo tum quidem utebatur, ei* (Auguſto Cæſ.) *prodidit. Cæſar autem Turullium interfecit, & (cum in inſula Co ex luco Æſculapii ligna cæcidiſſet ad naves fabricandas) aliquas numini pœnas dediſſe viſus eſt, qui eo loci ſupplicio fuit affectus.*

EPISTOLA XXI.

Silii) Ad quem ſunt epiſtolæ lib. XIII.

Sponſionem illam) Ne boni viri litibus injuſtis pro aliena libidine vexarentur ; cogebatur & is , qui de aliqua re , tamquam ſibi debita , verbi gratia de hereditate , litem intenderet , & is qui inficiaretur , promittere , ſe daturum , niſi judicio vinceret , certam pecuniam adverſario : ut , eo metu injecto , reprimeretur litigandi libido . Hæc actio vocabatur *ſponſio* : quia *Spondere* eſt promittere . Simile erat , non tamen idem , *ſacramento contendere* ; nam pecunia utrimque deponebatur apud pontificem : ut is , qui cauſa cecidiſſet , duplici damno afficeretur , primum amiſſæ litis , deinde pecuniæ litis cauſa depoſitæ : qui vicerat , ſuam pecuniam auferebat : victi pecunia in rebus divinis conſumebatur . In ſponſione ſimiliter pecunia deponebatur : ſed exitus non idem , qui in ſacramento , erat ; nam , qui ſponſione vicerat , non modo ſua , ſed adverſarii quoque pecunia potiebatur : in ſacramento autem ſuam tantum pecuniam victor auferebat : victi redibat ad ærarium , ut ait Varro . Sed de ſacramento infra , in epiſt. 32.

Sponſionem illam) Quæ ſequitur , *Si bonorum Turpiliæ* , *&c.*

Nos) Silium . *Nos* dicit , tamquam ageretur de ſua re .

Sine periculo) Quod enim is qui litem infert , probari a ſe poſſe putat , id in ſponſione pronunciat : itaque videndum quibus verbis ſponſionem faciat .

Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit) Hereditatem ſibi a Turpilia relictam Silius ex edicto prætoris acceperat ; vocatus in judicium a Turpilio propinquo , eamdem hereditatem repetente , quia Turpiliæ factionem teſtamenti fuiſſe negaret , ſponſionem facere cogebatur : de qua conſuluit peritiſſimos juriſconſultos , Serv. Sulpicium , & Offiliunt : &, cum Trebatii quoque ſententiam ſcire vellet , Ciceronis opera uſus eſt . Videtur autem pro , *Si* , legendum *Ni* : ut ita ſponderet Silius : Ni bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit , ſpondeo me daturum adverſario tantum pecuniæ , quantum in ſponſionibus promitti ſolet . Reliquæ quoque ſponſiones eodem modo incipiebant , ut illa in Oratione in Piſonem : *Cum ego rum Cælimontana porta introiſſe dixiſſem , ſponſione me , Ni Eſquilina introiſſet , homo promtus laceſſivit* . Et in Verrem lib. V. *Rubrius Apronium ſponſione laceſſivit , Ni Apronius dictitaret , te ſibi in decumis eſſe ſocium* . Et alibi .

Servium) Sulpicium , principem juriſconſultorum , ut ait Cicero in Bruto .

Inſtituiſſet) Feciſſet .

Factionem teſtamenti) Ius faciendi teſtamenti . Ita locutus in Topicis : & Digeſt. lib. XXVIII. tit. qui teſtamenta facere poſſunt , l. 3. *Teſtamenti factio* , inquit Labeo , *non privati , ſed publici juris eſt* .

Offilium) Clarum juriſconſultum , de quo Pomponius de origine juris .

Teſta) Cognomen Trebatii : epiſt. 13. & 22.

Veneris) In urbe videtur fuiſſe Trebatius , extra urbem Cicero .

EPISTOLA XXII.

Illuſeras heri inter ſcyphos) *Scyphus* vas potorium fuit . Tibullus eleg. 10. lib. I.

—— *Nec bella fuerunt* ,
Faginus adſtabat cum ſcyphus ante dapes .

Macrobius lib. V. Herculis ait poculum fuiſſe , ut Liberi patris cantharum : & Virgilium Græca poculorum nomina poſuiſſe carchelia , cymbia , cantharos , ſcyphos . Scypho aureos convivis appoſuit Claudius Cæſar : vitreis in privata menſa Ciceronem ac Trebatium uſos eſſe , credibile eſt . Incertæ menſuræ fuit : nam ſcyphus capaciores Horatius , & in Claudii vita Trebellius Pollio trilibres nominat duos Claudio a Galieno donatos : quo patet , minoris etiam menſuræ fuiſſe . Vaſa autem vinaria menſuræ fuerunt vel certæ , vel incertæ : certæ , ut culeus , amphora , urna , congius , ſextarius , hemina , cyathus : culeus capit amphoras viginas , amphora urnas duas , urna congios quatuor , congius ſextarios ſex , ſextarius heminas duas , hemina cyathos ſex , cyathus unciam & beſſem ; quæ ſi ad eorum vaſorum , quibus hodie Romæ utimur , men-

menſuram redigantur; culeus bariliũm decem erit; quæ fortaſſe veteris bortæ Romanæ menſura fuit: amphora dimidium barilis capiet: urna quartam barilis partem: congius buccalia duo: ſextarius tertiam partem buccalis: hemina ſoliettæ duas tertias capit. Incertæ menſuræ dolium; unde in vaſa minora vinum diffundebatur, quo uſus commodior eſſet: nam dolia loco non movebantur: item cadus, ſeria, cupa, lagena, (ſi tamen a lagyno differt, quod Athenæus lib.II. capere ait duodecim choas Aticas) præterea, cirnea, crater, ſcyphus, calix, cymbium, culullus, patera, cantharus, alia. Bottis noſtratibus Romæ olim non utebantur, ſed vina doliis fictilibus aſſervabant: circa Alpes tantum, frigidiſſima cæli plaga, ligneis vaſis, quæ cingulis cingerentur, vinum condi ſolitum, Plinius ait: nam cupa lignea quidem, ſed inter minora vaſa videtur fuiſſe, quibus non dee cuſtodiendum, ut doliis, ſed aſſidue promendum, vinum reponeretur: quod illud Ciceronis in Piſonem declarat: *Panis & vinum a propola, atque de cupa*. Et illud Nævii apud Nonium: *Duas cupas mero plenas exhauſit*; quamquam adverſari videntur illa Plinii verba lib. XXIII. cap. 2. *Vini faci. tanta vis eſt, ut deſcendentes in cupas enecet*. Hinc enim licet opinari, magnum vas fuiſſe: nec diſſentit Lucanus, cum ait:

Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ.

Vlpianus quoque dolia cum cupis ſimul nominat. Cupa vero a Catone nominata, diverſum quiddam eſt.

Recte furti agere] Haberet ne actionem adverſus eum furem, qui furatus eſſet ante quam ipſe heres eſſet, ideo enim dubitari poteſt, quia non videtur heres ea, tamquam ſua, poſſe repetere, quæ nondum ad eum hereditario jure perveniſſent. Sed controverſiam tollunt Paulli verba, veteris juriſconſulti: *Si dominium* (inquit) *rei ſubreptæ quocumque ratione mutatum ſit, domino furti actio competit, veluti heredi, & bonorum poſſeſſori, & patri adoptivo, & legatario.*

Bene potus] Bene pro valde, ut epiſt. 16. *Bene nummatum*; & Aſinius epiſt. 32. lib. X. *Bene peculiatus.*

Sex. Ælium] Acutum hominem; unde ab Ennio *catus* vocatus eſt in illo verſu:

Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus.

Lib. I. de Orat. ibidem lib. III. & in Bruto, & in Tuſc. I. & Varro lib. VI. & Pomponius de Origine juris.

M. Manilium] Opinor hujus Manilii prænomen fuiſſe Manius, quod ita ſcribebatur, *M'* unde fluxit error, ſimilitudine litterarum, & prænominis ignoratione. In faſtis etiam Capitolinis, anno 604. video conſulem eſſe M. Manilium; nominatur lib. I. de Orat. & ibidem lib. III. & in Bruto, & apud Pomponium de Origine juris, & alibi.

M. Brutum] Qui ſeptem libros, ut ait Pomponius, reliquit.

Scævolæ & Teſtæ) Trebatium ſuis cognominibus appellat. *Teſta* enim vocatur epiſt. 13. & 21. *Scævola* vero ep. 14. ad Att. lib. IX. jocatur Cicero, & poſt verbum *Scævolæ*, addit copulam *Et*; ut videatur de duobus loqui, cum de uno loquatur. Aut dic, P. Mucium ſignificari, quem & lib. I. de Fin. cum Manilio & Bruto nominat, eoſque vocat principes civitatis: niſi ſi Mucium Scævolam illum notat, de quo epiſt. 10.

EPISTOLA XXIII.

TAntum quod] Tempus indicatur proxime præteritum: quod alibi & ab ipſo Cicerone, & a Terentio, *Commodum*, dicitur.

Aviani] Staruarii, qui nominatur epiſt. 2. lib. XIII. quo loco vide, quæ diximus.

Nomina ſe facturum) Accepti & expenſi ratio in tabulas referebatur: quæ vocabantur *Nomina*: quia debitorum & creditorum nomina ſcribebantur. *Nomina* igitur *facere*, eſt, id quod Cicero pro hoc vel illo ſigno deberet, in tabulas referre.

Quo ego vellem die) Vt ſolverem quando vellem.

Fac, quæſo, qui ego ſum, eſſe te) Epiſt. 12. lib. III. *Suſcipe pauliſper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum.*

Plus annuo) Plus annua die : ep. 3. lib.XII. ad Attic. *Delegationem a maniæ annua die*.

Ad eam ſummam) Non pluris, quam volueram. In delectu enim & in pretio peccaverat Gallus. Infra : *Ne ego iſta ſumma, &c.*

In omni judicio elegantiſſimum) Qui nihil vulgare, nihil abjectum, aut ſordidum probare ſolitus es, quacumque de re judicas.

Maneat Damaſippus in ſententia) Scripſerat (opinor) *Gallus*, emturum ea ſigna Damaſippum, ſi Ciceroni non placerent. Horatius Sat. 3. lib. II.

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.

Ex iſtis emtionibus) E ſignis a te emtis ; alia enim Cicero deſideraverat.

Inſtituti mei) Quod eſt hujuſmodi, ut omnia ſigna tanti non æſtimem, quantum a te in iſta quatuor erogatum eſt.

Iſta quatuor aut quinque) Bacchas tres, Martem quartum, trapezophorum quintum.

Bacchas) Muſarum ſacerdotes.

Cum Muſis Metelli) Cum ſigois Muſarum, quæ erant apud Metellum : fortaſſe Metellus ille Scipio.

Quid ſimile) Idem loquendi modus epiſt. 15. lib. IX. *Catulum mihi narras, & illa tempora : quid ſimile?*

Primum) Lector exſpectat *deinde* : ſed hic, ut etiam alibi, deſideratur : ſententiæ tamen nihil deeſt ; nam quæ vis in *deinde*, eadem continetur in eo quod ſequitur, *Sed tamen*. Vide illud epiſt. 9. lib. II. *Primum tibi, ut debeo, gratulor*.

Tanti) Quanti emiſti Bacchas iſtas.

Muſis omnibus adprobantibus) Ipſæ Muſæ, non æſtimari ſe tanti, quanti a te iſtæ Bacchæ æſtimatæ ſunt, non moleſte ferrent. Ioci genus eſt : *Ipſas ego Muſas numquam tanti putaſſem : atque id feciſſem Muſis omnibus adprobantibus*. Similem in ſententia venuſtatem quæſivit, cum dixit in libro de Conſolatione : *Te omnium optimam doctiſſimamque adprobantibus diis immortalibus ipſis, in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium conſecrabo*. Et epiſt.25. lib.XIII. *Cauſam tuam egi non invita Minerva ; etenim eo ipſo die jenatus decrevit, ut Minerva noſtra, cuſtos urbis, quam turbo dejecerat, reſtitueretur*.

Sæpe vidi) Non illa ipſa, quæ Gallus emerat, ſed ſimilia Baccharum ſigna. Cum & noverim, inquit, optime Bacchas iſtas, ſæpe viderim, nec tamen tibi, ut eas emeres, nominatim mandaverim : nec non iis delectari, poteras facile ſuſpicari.

Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ, ad ſimilitudinem gymnaſiorum, exornent mihi in palæſtra locum) Quæ ſic in palæſtra villæ meæ Tuſculanæ locum exornent, ut publicis in gymnaſiis, præſtantium virorum aut deorum ſignis locus idem exornari ſolitus eſt. *Gymnaſium* & *Palæſtra* diverſo nomine rem eandem ſignificant ; *gymnaſium* enim dictum, quod in eo nudi homines luctarentur : *palæſtra* vero ἀπὸ τῆς πάλης, id eſt, *a lucta*, nomen accepit. In hac tamen opinione non nihil conturbor, quod in ep. 8. lib. I. ad Attic. *palæſtræ* & *gymnaſii*, tamquam diverſarum rerum, mentionem fieri video : *Si quod* (inquit) οἰκεῖον *ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, quæ tibi palæſtræ, gymnaſiique videbuntur eſſe*. Et Plautus in Rud. *Ex urbe ad mare hanc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico*. Et in Amphitr. *Omnes plateas perreptavi, gymnaſia, myropolia, Apud emporium, atque in macello, in palæſtra atque in foro*. Rurſus idem Plautus in Bacchid. *palæſtram* a *gymnaſio* non diſtinguit ; ait enim : *Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram venerae, Gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes*. Et Quinctilianus lib. II. *Si quis palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium venerit*. Dubitatio tollctur, ſi patere latius *gymnaſii* nomen, quam *palæſtræ*, exiſtimemus : ut *palæſtra* gymnaſii ſit pars, in qua lucta exercetur : *gymnaſium* autem & palæſtram, & alia loca complectatur : cum in eo diſputetur etiam, & deambuletur, & alia fiant : ita nomen *gymnaſii*, quamquam ab una re natum, ad alias producitur : *palæſtræ* non item : neque hanc ſententiam (ut opinor) exempla, quæ attulimus,

mus, infirmant; quis enim non intelligit, tranſire Ciceronem a parte ad totum, cum ait in epiſtola illa ad Atticum: *Quæ tibi paleſtræ gymnaſiique videbuntur eſſe?* Et hic cum inquit, *Exercent mihi in paleſtra locum*; de gymnaſii parte, luctæ dicata, loqui videtur: in qua parte locum ſignis exornare cogitabat.

Æs alienum) Martis enim, & Saturni ſigna nihil proſperum promittere, aſtrologi confirmant: ſtulte, qui divinationem rerum futurarum, quæ ſoli Deo notæ ſunt, ad ſuam ſcientiam revocent.

Mercurii) Cujus aſtrum propitium putatur.

Felicius) In emtione ſignorum: is autem feliciter tranſigit, qui rem expeditam parvo emit. Video eſſe, qui legendum putent, *Facilius*, pro *Felicius*: ego, cur mutetur, cauſam nullam video; nam & ſententia ſatis aperta: & omnes libri veteres habent, *Felicius*. Porro, quod ajunt, nullam felicitatem in hoc negotio reperiri potuiſſe: dixi jam, *Feliciter tranſigere*, quid ſit. Felicitatem autem in emendis ab Aviano ſignis, non, ut iidem arbitrantur, in vendendis poſt emtionem, hic ſignificari, nomen Aviani demonſtrat, qui & ſupra tamquam venditor ſignorum appellatus eſt. Præfuiſſe Mercurium lucris, docet Plautus in Amphit. in principio.

Tranſigere poſſemus) Tranſactum jam erat, ut ſupra conſtat: convenerat enim de ſumma inter Gallum & Avianum: ſolutionis tamen dies definita non erat; ſed ſcripſerat Avianus, nomina ſe facturum, qua Cicero die vellet: dicit igitur, *Poſſemus*, in emtione: & præteritum tempus reducit ad præſens, ut ſi dicat: liceret nobis ab Aviano minoris emere, quam tu emiſti.

Deſtinaras) Aſſignaveras. Pro Sextio: *Quis locus jam non erat alicui deſtinatus in toto orbe terrarum?*

Trapezophorum) Qui menſam fert; veteres libri, *Trapezephorum*: ſed Græce, Τραπεζοφορος, & τραπεζοποιος, cum ο in tertia ſyllaba, & χαλκοπλαστον, ut in aliis ſimilibus. Suidas.

Diverſorium) De diverſorio diximus epiſt. 19. lib. VI.

Tarracinæ) Vetus nomen *Anxur* fuit, recentius *Turracina*. Livius lib. IV. *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, urbs prona in paludes*. Plinius lib. III. c. 5. *A Circeiis palus Pontina eſt, dein flumen Vfens, ſupra quod Tarracina oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum*. Horatius tamen præter conſuetudinem dixit:

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur;

verſus commodiratem quærens ex antiquo nomine. Prius igitur nomen mutavit, deinde etiam locum, ſed infra ætatem Horatii; nam cum dixit,

Millia tum pranſi tria repſimus, atque ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur:

perſpicue demonſtrat ſitam in monte Tarracinam fuiſſe. Et Porphyrio ſubjungit hæc: *Merito Repſimus, inquit, & Impoſitum ſaxis: quoniam illis temporibus adhuc Turracinenſis urbs in altiſſimo monte erat, inde poſtea in æquiorem locum depoſita eſt; ut non ſolum ſint adhuc veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum*. Tacitus lib. XX. municipium vocat.

Exhedria) Loca in porticibus, ubi ſedentes diſputare ſoliti erant. Vitruvius & Cicero. *Exhedra* tamen muliebri genere, uſitatius; ſed, *Exhedrium*, inde factum, ἐξεδριον.

Novo) Ergo erant & vetera, in porticula, ut hæc, ſed in porticu ampliore, id eſt, in Xyſto, qui nominatur ep. 6. lib. I. ad Att.

Arceſſantur) Si differunt *Arceſſere*, & *Accerſere*, ut Chariſio & Diomedi placet; omnino hic legendum *Arceſſantur*, non *Accerſantur*; ſin autem ſequimur eos libros, qui vetuſtate excellunt, unicum dicemus eſſe verbum *Arceſſere*, duplici ſignificatione, pro accuſare, & pro vocare, vel vocatum ire. Mihi quid ſtatuam, non liquet; nam & Chariſii ac Diomedis auctoritate moveor, quos de verbo *Accerſere*, non ſomniaſſe credibile eſt, ſed veteres libros vidiſſe, in quibus ita ſcriptum eſſet: & rurſus antiquiſſimis exemplaribus, quæ nunc habemus, multum tribuo: conſentiunt enim ubique omnes in verbo *Arceſſere*: ut eam rationem omittam, quod *Arceſſo* unde formetur, apparet: *Accerſo* autem unde ducatur, non video: nam ſi deduceretur ab *Accio*; *Acceſſo* eſſet, non *Accerſo*; præterea, quæ figni-

significatio ponitor a Grammaticis in verbo *Accerso*; eadem mihi videtur esse posse in *Arcesso*; nam, qui accusat, ident vocat in judicium, quod si credimus; non ab *Arceo*, quod nihil ad vocandum pertinet, potiusque contrarium ostendit, sed ab *Accio*, vel *Adcio*, deductum *Arcesso*, mutatione secundæ litteræ, arbitrabimur.

Pseudo-Damasippum) Damasippi similem, qui omnino ea signa emat: quod se Damasippus facturum ostenderat, sic Pseudo-Cato, lib. I. ad Attic. & Pseudo-Philippus, lib. II. de Leg.

Vel cum jactura) Vel si minoris vendenda sint, quam tu emisti.

De domo) Tibi prope me conducenda.

Proficiscens) Ab urbe in Arpinatem agrum, unde redierat paullo ante, quam has litteras daret; itaque dixit initio litterarum: *Tantum quod ex Arpinati veneram*.

Nisia) Grammatico: epistola 10. lib. IX. & Suetonius de Claris Grammaticis.

Cassio) Cum infra soror ejus *Licinia* nominetur; possumus opinari, vel, *Cressio* legendum; quia Crassi Liciniæ gentis, & feminæ gentilitio nomine appellabantur; vel sororem ejus quidem Liciniam, germanam tamen non fuisse: ut fratres quoque dicuntur, qui patrueles, consobrinive sunt: itaque mutatio necessaria non putetur.

Quæsivi de mea Tullia) Ep. 6. l. III. *Quæsivi ex Phania*.

Per Liciniam se egisse) Si potestas tradendæ domus penes Liciniam fuisset, non dixisset Cicero, *Per Liciniam*, sed *cum Licinia*. *Per Liciniam* autem *agere*, est Liciniæ opera uti, ut cum alio agat, nimirum cum ejus fratre Cassio, earum ædium domino, quas Licinia habitabat: quæ tamen, quod ad ipsam attinebat, audere se negabat, absente & insciente viro migrare.

Dexius) Sic in vetustioribus libris, alii recentiores varie, *Dextus*, *Defius*, *Dixi*. Dexiorum gentem nondum habeo cognitam.

Vitæ victusque nostri) Non est satis, una vivere: sed communis victus auget vitæ jucunditatem. Epist. 24. lib. IX. *Moneo te, ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas: nihil est aptius vitæ, nihil ad beate vivendum accommodatius: nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus, remissionemque animorum*. Conjungi hæc solent, ut lib. I Off. *Vita victusque communis in amicitiis vigent maxime*. Et ad Att. *Nunc plane nec ego victum nec vitam illam colere possum*. Et in Bruto: *Tuditanus omni vita atque victu excultus atque expolitus*.

Plane mecum habitare) Fortasse, quod paries communis esset: vel quod ædes illæ ita Ciceronis ædibus vicinæ, ut ad eum percommode Gallus itare posset.

Migrare) In eas ædes.

Experiar) Ut hanc domum habeas.

EPISTOLA XXIV.

VESTIGIA) *Video*, subauditur.

Vel proxime) Hoc ipsum, quod proxime de Tigellio fecisti, vestigium est amoris tui. De particula *Vel* pro veluti, diximus ep. 13. lib. II.

De Tigellio) M. Tigellio Hermogene liberto, quod Hermogenis cognomen indicat, est enim is, de quo Horatius Sat. 9. lib. I.

Invidet quod & Hermogenes, ego canto: & Sat. 2. 3. 10. quibus locis ostenditur, quod hæc quoque declarat epistola, Tigellium, canendi arte præstitisse. Quid autem de Tigellio scripserit ad Ciceronem Gallus, cognoscitur ex epistola 47. lib. 13. ad Attic. *De Tigellio* (ait) *si quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, μεμφετο κακῶς mihi quamdam iniquissimam, me Phaniæ defuisse, cum ejus causam recepissem, &c.*

Capius, opinor, olim) Recte addit *Opinor*, veritus ne erraret in nomine: nam *Cippium* nominat Festus in hujus adagii mentione, *Non omnibus dormio*: libri veteres plerique habent, *Citius*, vel *Cicius*: nonnulli *Cepio*.

Olim) Ante Lucilium Poetam. Festus.

Non omnibus dormio) Qui hoc dixit, dormire se simulabat, quo liberius uxor mœcharetur. Servo autem poculum auferente, *Non*, inquit, *omnibus dormio*. Festus, & Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Non omnibus servio) Quibusdam, apud Cæsarem gratiosis, temporum causa ser-

ſa ſervio: non omnibus tamen ſervire vulo: quorum in numero Tigellius eſt.

Olim) Stante rep.

Regnare) Cum ita floreret gratia & auctoritate ob eloquentiam ac virtutem, ut regnare videretur. Pro Sulla: *Hic ait ſe illud regnum meum ferre non poſſe.*

Obſervor) Ep. 20. lib. IX. & ep. 47. ad Att. lib. XIII.

In lucris pono) Simile illud ep. 47. ad Att. lib. XIII. *Eſt bellum, aliquem odiſſe libenter.*

Peſtilentiorem patria ſua) Tigellii patria Sardinia: de cujus peſtilenti cælo illud argumento eſt in ep. 3. lib. II. ad Q. Fr. *Quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam iſtam eſſe cogites.* Et Martialis:

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Veneris, in medio Tibure Sardinia eſt.

Addictum) Studioſum eſſe cœpiſſe eorum verſuum, quos contra me ſcripſit Calvus Licinius, more Hipponactis Poetæ: de quo vide Plinium lib. XXXVI. cap. 5. & Solinum.

Calvi Licinii) Hic eſt C. Licinius Calvus, Ciceronis primum inimicus; quia patrem ſuum Licinium Macrum prætor damnaverat, ut ait Plutarchus & Valerius Maximus; deinde etiam amicus, ut ex epiſtola ult. lib. XV. cognoſcitur.

Præconio) Ironia; nam acerbiſſimum poema ſignificat, ſimile Hipponactis verſibus. Idem Calvus in C. Cæſarem famoſa ſcripſit epigrammata, ut in Suetonio leginus.

Phameæ) Liberti, cujus nepos Tigellius: libertorum autem cognomina Phameas, & Hermogenes; quæ prius nomina ſervorum fuere.

Ipſius quidem cauſa) Non propter Tigellium ejus nepotem, ſed ipſius cauſa.

Erat enim mihi ſane familiaris) Scribit ad Atticum eadem de re ep. 47. lib. XIII. nec ſe adductum familiaritate ſuſcepiſſe cauſam Phameæ ſignificat, ſed quia petenti ſibi conſulatum pollicitus erat per Atticum, ſi quid opus eſſet, quod tamen non repugnat: nam ex ejus officii memoria familiaritas exorta.

Sibi operam dare) Cauſam cognoſcere, patronos audire de controverſia diſputantes.

De P. Sextio) Quem ante multos annos reum de vi defenderat; accuſabatur hoc tempore lege Pompeia, ut ep. 47. lib. XIII. ad Atticum oſtendit: utrumque autem de ambitu, an de vi, (nam de utroque crimine Pompeius tertium contul legem tulit) mihi nondum liquet: ſuſpicor tamen de ambitu potius, quam de vi; nam Sextium, qui Pompeianus fuerat in bello civili, & in patriam, venia a Cæſare impetrata, redierat, auſum deinde eſſe vim ullam facere, credibile non eſt: de ambitu autem fortaſſe poſtulatus, quia conſulatum petens pecuniam contra leges dederit: prætor enim fuerat ante bellum civile; liſtoreſque in bello habuerat, poſt bellum etiam beneficio Cæſaris, ut ſupra diximus.

In conſilium iri) Cum judices, de reo ſententias laturi, in unum coeunt, *ire in conſilium* dicuntur, non enim eunt in conſilium, ut cauſam audiant, ſed ut, cum audierint, ſententias ferant: id adeo ex oratione C. Titii, qua legem Fanniam ſuaſit, potui intelligere. *Veniunt* (inquit de judicibus) *in comitium triſtes: jubent dicere, quorum negotium eſt, narrant, judex teſtes poſcit: ipſus it mictum, ubi rediit, ait ſe omnia audiviſſe: tabulas poſcit: litteras inſpicit: vix præ vino ſuſtinet palpebras, eunt in conſilium, tibi hæc oratio: Quid mihi negotii eſt cum iſtis negotiis?* Hæc Macrob. recitat. Idem cognoſcitur ex oratione pro Cluentio; nam, audito Scamandri accuſatore Canutio ejuſque defenſore Cicerone, judices ivere in conſilium, ut de reo pronunciarent. Et infra, ubi de judicio agitur Oppianici. Item in oratione pro Quinctio: *Cum audiret cauſam judex Aquilius, Quoniam, inquit, tibi inſtat Horteſius, ut eas in conſilium; a me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam, queritur, priore patrono cauſam defendente, numquam perorari potuiſſe; non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem judicari nolle.*

Neceſſe erat) Cur neceſſe eſſet, oſtendit epiſt. 47. ad Att. lib. XIII. *Scis enim*, inquit, *dies illorum judicorum præſtitutos fuiſſe.* Lex Pompeia præfiniebat eos dies, quibus cauſam

agi

agi oporteret : vide Pedianum in argumento Milonianæ.

Nullo modo me facere posse cum vellem) In voluntate obsequendi, facultatem deesse. Similiter locutus epist. 12. lib. XI. *Sæpe ad eum scripsi, non potuisse, cum cupiissem, sermones hominum sustinere.* Nec dissimile illud in oratione pro Flacco: *Nihil dixit, quod læderet eum, cum caperet.* Videndum tamen, an rectius hoc sit: *Nullo modo me facere posse: quem vellet alium diem si sumsisset, me ei non defuturum.* Sic enim habent quatuor veteres libri: & eadem de re sic plane scripsit Cicero ad Att. epist. 47. lib. XIII. *Respondi*, inquit, *non ignorare eum, quid ego deberem Sextio: quem vellet alium diem si sumsisset, me ei non defuturum.* Moveor etiam quod antiquum librum, in quo sit, *Cum vellem*, nullum vidi: alii enim habent, *Quem vellem*: alii, *Quem vellent*: nonnulli, *Quem vellet*, quod ego sincerum existimo; nec tamen statuo quidquam, nisi consentientibus eruditis.

Nepotem) Tigellium.

Vultorem) Sic habet unus omnino vetus liber: reliqui omnes, *Victorem*: si, quid sententia postulet, attendimus, legendum putabimus, *Cantorem*; nam excelluisse Tigellium in cantu, Horatii testimonio jam probavimus: fuisse autem ob eam causam Cæsaris familiarissimum, cum idem Horatius ostendit in his versibus:

—— *Sardus habebat*
Ille Tigellius hoc: Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris atque suam, non
Quidquam proficeret. ——

tum vero hæc ipsa demonstrant, paullo ante dicta: *Observor a familiarissimis Cæsaris omnibus, præter istum.*

Habes Sardos venales) Iocum quæsivit in Phameæ patria, ex usitato proverbio. Sardinia enim a Ti. Sempronio primum consule capta, mancipiorum maximus numerus Romam est advectus, & ex eorum vilitate natum est adagium, *Sardi venales*. Livius lib. XLI. & in lib. de Viris illustribus. Habes, inquit, de Phamea & Tigellio; vides quam non merito uterque mihi succenseat: & nimirum, quod de Sardis venalibus diri solitum est, alium alio nequiorem esse, id in Phameam ejusque nepotem Tigellium, qui & ipsi Sardi sunt, conferri potest. Hoc Cicero festive significat, cum ait: *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* Mentionem facit hujus proverbii Festus, & Plutarchus in Probl. & is, qui scripsit de Viris Illustribus. De Phamea vero, deque hac re tota, vide ep. 47. lib. XIII. ad Att. De Tigellio sic Horatius sat. 3. lib. I.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut numquam inducant animum cantare rogati;
Injussi numquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non
Quidquam proficeret: si collibuisset, ab ovo
Usque ad mala citaret, Io Bacche, modo summa
Voce, modo hac resonat, quæ chordis quatuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: sæpe, velut qui,
Currebat, fugiens hostem: persæpe, velut qui
Junonia sacra ferret: habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem servos, &c.

Quid mirum igitur, qui hoc ingenio fuerit, tam vario, tam inconstanti, si is, præsertim qui gratiosus apud Cæsarem esset, facile adductus est, ut Ciceroni, quasi nepotem suum destituisset, irascereturr?

Istius Salaconis iniquitatem) *Salaconem* vocat, vel propter superbiam, vel propter mollitiem, aut utramque. Superbiam e Sitida cognovimus, qui ait eum, cum esset pauper, se divitem simulasse: mollitiem ex Aristophanis interprete: nam, cum Poeta in comœdia, quæ Σφῆκες inscribitur, dixisset, Τρυφερὸν τὸ Λακωνικόν, subjunxit, ἁβρυνθῆτι, καὶ διαθρυφθῆτι. οἱ δὲ, Λακωνίσον, ἀπὸ τῆς Σαλακωνος μαλακῆς, τοῦ Αὐτολύκου πατρός. *Qui autem* Λακωνίσον *Laconizare dicuntur, id nomen mutuantur a Salacone molli & luxurioso viro*,

ro, *Autolyci patre*. Heſychius: Σαλακων, ὁ πτωχος καὶ ἀλαζων. Σαλακωνια, ἡ εν πενια ἀλαζονεια. Σαλακωνιοντι, σαλακωνευουσι ἐλεγον τους διαῤῥιπτουμενους. σαλακωνας, ἀπο του ἀῤῥως καὶ μετα ῥυμης βαδιζειν. ὁ δε Θεοφραστος σαλακωνα φησιν εἰναι τον δαπανωντα ὁπου μη δει. Σαλακων, *pauper jactabundus*. Σαλακωνια, *oſtentatio in paupertate*. Σαλακωνιοντι, σαλακωνευουσι *diarrumpunt eos, qui in deliciis nimium fuerint effuſi*. Σαλακωνας, *qui molliter, & effeminate incedunt*. *Theophraſtus ait, Salaconem eſſe, qui nimios ſumtus profundit, ubi non eſt opus*.

Catonem tuum] Non modo Gallus, ſed & Cicero ſcripſit de laudibus Catonis Vticenſis, ut patet ex epiſtolis ad Atticum, ex Oratore, ex lib. II. de Divinat. ex Tacito lib IV. Plutarcho in Cæſare, & Cicerone, Gellio lib. XIII. cap. 19. Macrobio lib. VI. Laſtantio lib. I. cap. 2. Scripſit & ejus ſororis filius, M. Brutus, ut epiſt. 45. lib. XIII. Contra Catonem vero, Ciceroni reſpondens, ſcripſit Cæſar libros duos, eoſque Anticatones inſcripſit, teſtis Cicero in epiſtolis ad Atticum, Plinius epiſt. lib. III. Quinctilianus, Iuvenalis, Gellius lib. XIII. cap. 19. Suetonius, Plutarchus in Cæſare, & Cicerone, & Servius Honoratus in Virgilium. Hirtius quoque Cæſaris amicus, in eodem argumento ingenium exercuit: ut epiſt. 44. lib. XII. ad Att.

EPISTOLA XXV.

QVod epiſtolam conſciſſam dolre] Familiare principium epiſtolæ, ut epiſt. 32. 33.

Mones] Ne jocemur in Cæſarem; ſequitur enim: *Vrreris, ne rideamus γελωτα σαρδονιον*.

Ne, ſi] Omnes libri veteres, *Niſi*, verbum tamen, *Verris*, poſtulat, *Nr*.

Si iſtum habuerimus] Si Cæſar dominabitur.

Rideamus γελωτα σαρδονιον] Riſus cum dolore conjungatur. Adagium in eos uſurpatum, qui ſpecie boni, malum ſuſtinent; origine ducta vel ab herba, quæ naſcitur in Sardinia, & guſtata mortem affert, ita mutato morientium vultu, ut ridere videantur: vel a Sardone regione, in qua ſenes annum LXX. prætergreſſi Saturno immolabantur, ridentes a ridentibus: vel etiam quod apud Sardoniam gentem parentes ætate confecti a filiis prope foſſam, in qua ſepeliendi erant, fuſtibus cæſi, atque præcipites dejecti, cum riſu perirent. Vide librum Adagiorum.

Heus tu] Huc animum converte, hoc attende, audi me monentem.

Manum de tabula] Omittamus, quod cœptum eſt: ne ſcribamus, quod Cæſaris animum lædat. Sumtum a pueris pingendi artem diſcentibus proverbium, qui magiſtro abſente, aliquid in tabula pingunt: magiſtro veniente manum de tabula ſtatim tollunt; ne deprehenſi verberentur: ideo jocatus eſt Cicero in magiſtri nomine, cum revera non magiſtrum, qui docet, ſed Cæſarem ſignificet: qui dictator erat, id eſt, magiſter populi. Feſtus.

Adeſt] Reverſus ab Hiſpanienſi bello.

Vrrror, ne in Catonem. Cato in nos] Vereor, ne nos in Catonem ſcribamus, id eſt, eum ſcriptis noſtris laudemus; (*ſcribere in aliquem*, non in malam tantum, ſed in bonam quoque partem accipi, exemplis intelligitur) Cato autem exitio nobis ſit, Cæſare nos, quod ejus inimicum laudemus, male multante. Liber Maffei & Fulvii Vrſini ſic habent: alii autem, *In Catonium Catoninos*: ut ſit: Vereor, ne Cæſar Catonis deditos in Catonium demittat. *Catonium* autem pro triſti exitu poſſumus accipere, qualis Catonis fuit, qui ſua ſe manu interfecit.

Ab eo loco) Ab eo loco, in quo ſcripſerat Fabius, *Cætera labuntur*, uſque ad finem ita graviter ſcripta erat epiſtola Fabii, ut nihil poſſet melius.

Apelle] Liberto litterato, ut Tiro Ciceronis.

Duo nos] Pro, *duos*: ut Virgilius:

Si duo prætrea tales Idæa tuliſſet
Trrra viros. ——

Bene, malene] Sic unus omnino vetus liber: reliqui, *Brne, malene*, magis placet *Vr*, quam *Nr*: ut ſit: *Bene, vrl malr*,

Vide-

Videro) Nondum ſtatuo: mihi nunc incertum eſt: idem loquendi modus epiſt. 16.

Quidquid eſt, noſtrum eſt) Sive bene, ſive male loquimur, diſſimiles aliorum ſumus: nemo enim præter duo nos iſto modo loquitur.

Vrge) Perge iſto modo, quantum potes.

Nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtilo) Subaudi, *diſcedas*. Ad Att. lib. XIII. *A recta conſcientia tranſverſum unguem non oportere diſcedere*. Et Acad. lib. II. *Ab hac regula mihi non liceat tranſverſum, ut ajunt, unguem diſcedere*. Plautus in Aulul. *Ex iſtoc loco digitum tranſverſum, aut unguem latum ſi exceſſeris*. *Latum* & *Tranſverſum* idem eſt. Dicitur autem eodem ſenſu, *unguem*, *digitum*, *pedem non diſcedere*, pro minimum diſcedere. In hac epiſtola tribus adagiis uſus eſt Cicero, *Rideamus γελωτα εκφοριον*, *Manum de tabula*, *Nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtilo*, quod in alia, ut opinor, non fecit. Proverbiis autem locus magis videtur eſſe, cum ad familiares familiariter ſcribimus; nam ad ſpectatos viros, in re præſertim gravi, ſententiis quidem proverbiorum ſimillibus, ut Homeri aliorumve Poetarum verſibus, ſæpe utitur Cicero: quæ vero proverbia vere & plane ſunt, ea non ita frequenter attingit, arbitratus fortaſſe Romanæ gravitatis non eſſe proverbia inculcare: cum Græci, minus de gravitate laborantes, aliter ſenſerint; nam Demetrius: Καλλος, ait, epiſtolis *μυκται παροιμιαι· διοτι δημοτικον τι εχει η παροιμια, και κοινον*. *Venuſtatem conciliant crebra adagia*; *Adagium ſiquidem res quædam eſt popularis, & communis*.

Dicendi opifex) Qui ſtudet bene dicere, id agat prius, ut bene ſcribat. Stilus autem, quo ſcribebant veteres, lib. I. de Orat. laudatur his verbis: *Stilus, optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter, neque injuria; nam, ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſum perfecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit*. Infra vero: *Stilus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum, multi ſudoris eſt*. Et lib. III. *Stilus & alia, & hoc maxime ornat ac limat*.

Aliquantum jam etiam noctis aſſumo) Cum dicat, *Iam etiam*, apparet epiſtolam ſcriptam eſſe in exitu æſtatis, vel ineunte autumno, cum noctes incipiunt jam eſſe longiores, atque illud, *Magiſter adeſt*, quod de Cæſare dictum eſt, indicare videtur ſcriptum eſſe menſe Sextili; nam epiſt. 46. ad Attic. lib. XIII. *Cæſar*, inquit, *adeſt*: illam vero ſcriptam Sextili menſe, cognoſcitur ex ea quæ proxima antecedit. *Aliquid jam noctes te adjuvabunt*, ſcripſit ad Sulpicium epiſtola 4. lib. IV.

P. VICTORIVS.

Locus in Bruto depravatus eſt, ubi hoc ſermone, *adferre domo*, *depromere domo*, uſus fuerat, cum cauſam redderet, cur veteres numeris uſi non eſſent, alia autem ornamenta orationis mature uſurpaſſent; inquit enim: *Itaque translata, aut ficta, aut junctis verba facile ſunt cognita, quia ſumebantur e conſuetudine, quotidianoque ſermone: numerus autem non domo depromebatur, neque habebat aliquem neceſſitudinem aut cognationem cum oratione*. Ideo, inquit, oratio veterum numero caruit, quia unde numeros diſcerent, non habebant: fuit enim res operoſa & difficilis: præterea neceſſitas non cogebat illos uti numeris, quemadmodum ſæpe cogit uti verbis translatis, aut factis, aut junctis, cum propria & uſitata non ſunt: non depromebatur domo: non accipi poterat a conſuetudine, domeſticoque ſermone, ſed a doctoribus petere neceſſe erat, vel potius diuturna accurataque obſervatione notare. In cunctis impreſſis *modo depromebatur* legitur: quæ perverſio alios quoque Ciceronis locos occupavit. Annus eſt, cum hoc animadvertimus, cumque non multis poſt diebus Petrus Bembus Romam proficiſcens hac iter faceret (vir ſummo ſtudio, ab omnibus atque uno ore ſemper laudatus, numquam tamen ſatis laudatus) noſque in itinere illum ſalutaſſemus, me autem ille humaniſſime accepit, familiariterque mecum dia locatus eſt: orto ſermone de ſtudiis litterarum, & Ciceronis ſcriptis, divi me putare hunc locum ita legi debere, & alterum etiam in oratione

tione de Haruſpicum reſponſis, quem parva quædam labes, quæ tamen omnes fefelliſſet, fœdabat: atque ita fœdabat, ut ſplendidiſſimum lumen orationis obrueret: *Ne id quidem ſentis, conniventis ii os oculos abivi tui magis optandos fuiſſe, quam hos flagrantis fororis*. In cunctis autem impreſſis *Os* mendose legitur: ſunt enim antitheta, reſponderique *Hos* ſuperiori voci *Illos*, *Flagrantis* autem diſtinuni *Conniventis*: neque enim eſt, ut imperiti crediderunt, generandi caſus: neque pertinet ad *Fororis*, ſed ad *Oculos*. Nam pro Cœlio etiam Cicero inquit, *Non flagrantia oculorum*: cum de eadem muliere loqueretur: & Catullus, *Flagrantia lumina* Ariadnæ, Theſei amore correptæ, appellavit. *Hos* autem, & *Illos* ſæpe diviſſe Ciceronem cum contraria contrariis redderet, declarat etiam locus hic, qui ab ipſo quoque adducitur, cum de hoc ornatu orationis loqueretur in Oratore: *Conſerte hanc pacem cum illo bello: hujus Prætoris adventum cum illius Imp. victoria: hujus ſchortem impurem cum illius exercitu invicto: hujus libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit capras dicetis Syracuſas*. Sed non fuit in his confirmandis tantopere laborandum, cum eos doctiſſimo, ac maximi judicii viro probaverimus: viſus eſt enim illis delectari, & non parum induſtriam noſtram laudavit.

EPISTOLA XXVI.

EX *inteſtinis*] Alvo profluente, dolor interdum fit in inteſtinis.

Mea opera] In forenſibus cauſis.

Proborrem] Perſuaderem.

Febrim] *Febrim*, *Tuſſim*, *Sitim* accuſativo in *Im* exire, cetera vero omnia in *Em*, ſcripſit Plinius in libro de dubio ſermone, ſi Chariſio credimus; quod equidem miror; nam, hanc regulam non valere, exemplo Virgilii admonemur dicentis: *Turrim in præcipiti ſtantem*, non *Turrem*.

Tuum officium] Ut me viſeres.

Abs te requiri] Queſtus erat Gallus, Ciceronem officio defuiſſe, quod ipſe ab eo exſpectaſſet.

Tum quod Epicurum, &c.] Non dubito, quin *Quo*, rectius legatur, quam *Quod*. Timet omnes morbos, ſed eum maxime, quo laborantem Epicurum Stoici vituperabant, quia diceret angi ſe veſicæ viſceramque doloribus. Epicuri verba lib. II. de Fin. recitantur ex ejus epiſtola ad Idomeneum. Tanti autem morbi aderant veſicæ & viſcerum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere. Διουρικὰ πάθη, *ſtranguriam* Græco verbo; δυσεντερικὰ, *tormina* Cicero vocat Tuſc. II. de Epicuro loquens.

Fœditatis] Quæ δυσεντερίαν gignit.

Sibi moleſta eſſe] Cum ipſi dolorem non eſſe malum dicerent: quod ſi non malum, cur moleſtum? Epicurus tamen illa quidem ſibi eſſe moleſta, nec tamen vinci ſe dolore, aut ſuccumbere dicebat; itaque deridens eum Cicero: *Forticulum*, inquit Tuſcul. II. *ſe in terminibus & in ſtranguria ſua præbeat*. Et in eadem ſupra: *Epicurus ex diſcit, ut mihi quidem riſus captare videantur; affirmat enim quodam loco ſi uratur ſapiens, ſi crucietur: exſpectas fortaſſe, dum dicat: patiar, perferet, non ſuccumbet: in Phalaridis tauro ſi erit, dicet; quam ſuave eſt hoc, quam hoc non curo. Ergo, ſe quidem ſentire vim doloris, ajebat Epicurus, nec tamen ſuccumbere, & ex memoria ſuorum inſtitutorum conſolationem capere*. Cur igitur (dicet aliquis) eum dolori non ſuccumbentem, Stoici male accipiebant? vel quia cauſas eorum morborum ſpectarent, unius edacitatem, alterius etiam turpiorem intemperantiam: quo in utroque culpa ægrotantis agnoſcitur: vel quia ne queri quidem eum de magnitudine doloris oportere dicerent: ſiquidem index moleſtiæ querela eſt.

Turpioris intemperantiæ] Veneris immodicæ, quamquam διουρίαν medici ad aliam cauſam referant.

Pertimueram] Alvi enim profluvium ſæpe exulceratio viſcerum cum ſanguine conſequitur.

Loci mutatio] Tuſc. IV. *Loci mutationem, tamquam ægroti non convaleſcentes, ſæpe curandus eſt*.

Seneſcentis] Iam enim decem dies ex inteſtinis laboraverat. Epiſt. 6. lib. IV. *Hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ conſuevisſe videbantur, recrudeſcunt*.

Remiſſio] In Bruto: *Cum remiſeram dolo-*

dolores pedum, non deerat in cauſis.

Lex ſumtuaria, quæ videtur λιτουργιαν attuliſſe) Cum infra dicat, *Terra nata, quæ lege excepta ſunt*, ſignificare videtur Liciniam legem, de qua lib. II. c. 24. Gellius hæc ſcripſit: *Lex Licinia, cum certis diebus centenos eris impendi permiſiſſet, nuptiis ducenos indulſit, cæteriſque diebus ſtatuit eris tricenos; cum & carnis aridæ, & ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies conſtituerit; ſed, quidquid eſſet natum e terra, vite, arboreque, promiſcue atque indefinite largita eſt.* Macrobius quoque Sat. lib. III. eadem Licinia lege, quod ex terra, vite, arboreve natum eſſet, exceptum oſtendit. Omnino poſt Liciniam & Sulla dictator ſumtuariam legem, &, Sulla mortuo, aliam Lepidus conſul tulit, ut iſdem Gellius & Macrobius litteris mandarunt: ſed in neutra nominari video terra nata. Cogitavi, num eadem ſit lex, de qua in epiſtola 15. lib. IX. *Domum ſi habebo: in denos dies, ſingulos ſumtuariæ legis conferam.* Et epiſt. ult. ejuſdem libri: *Epulantur uno non modo non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem.* Sed opinari aliquis poſſit, diverſas eſſe leges, & hanc (ut dixi) Liciniam eſſe, illam vero Iuliam, a C. Cæſare dictatore poſt bellum Africanum latam: de qua ſic epiſt. 7. lib. XIII. ad Atticum: *Veniſſe a Cæſare narrabat litteras: hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere: cauſamque eam adſcribere, ne ſe abſente leges ſuæ negligerentur, ſicut eſſet neglecta ſumtuaria.* Mihi tamen hoc argumentum non ſatis certum videtur; nunc enim ex iis verbis, a Cæſare potius quam a quovis alio latam eſſe legem illam ſumtuariam, licet conjicere. Addo illud, quod Suetonius, cum ait; *Legem præcipue ſumtuarium exercuit*, latorem ejus legis Cæſarem non oſtendit, ſed cuſtodem & obſervatorem acerrimum. Nec vero eam legem prætermiſſuros fuiſſe Gellium & Macrobium, cum cæteras omnes ſumtuarias nominarent, veriſimile eſt. Objici tamen poteſt Dionis teſtimonium: cujus hæc ſunt lib. XLIII. Τα αναλωματα των τε ιχθυων, επι πλειστον δη αυξηθεντα, ουκ εν νομω μονον εμφρασσεν, αλλα τω εργω ισχυρως εν φυλακη εποιειτο: id eſt; *Sumtibus ditiorum, quos maxime luxus auxerat, non ſolum in lege modum ſtatuit, ſed re etiam obſervari vehementer voluit.* Quod ego ſic interpretor: Cæſarem veterem legem correxiſſe, non ipſum novam tuliſſe: aut, ſi tulit, obſervatam eſſe uſque ad Auguſtum dumtaxat; deinde exoleviſſe, Auguſto novam ferente, quam Gellius appellat: ideoque nec a Gellio, nec a Macrobio nominatam. Eſto: tulerit ſumtuariam legem dictator Cæſar: tamen hæc eſſe non poteſt: ſiquidem ſcripram eſſe hanc epiſtolam aliquot annis ante civile bellum, perſpicue demonſtrat cooptatio Lentuli in augurum collegium; eſt enim hic Lentulus Lentuli Spintheris filius, qui conſul filium creari augurem voluit, ut ait Dio lib. XXXIX. idem colligitur ex orationis pro Sextio extrema parte. Nec vero me illa verba minimum movent: *Neque iis, qui mea opera uti volebant, probarem me non valere.* Suam enim operam Cicero poſt civile bellum in ſorenſibus cauſis vel nemini, vel certe pauciſſimis præbuit. Huc ſpectat illud epiſt. 3. libro IV. *Poſtea quam illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe locî neque in curia, neque in foro viderem, omnem meam curam atque operam ad Philoſophiam contuliſſe.* Et epiſt. 6. ejuſdem libri: *Nihil in foro agere libebat.* Et epiſt. 18. lib. IX. *Sublatis judiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœpi.* Et in eadem paullo poſt: *Ipſe melior fio, primum valetudine; quam, intermiſſis exercitationibus, amiſeram: deinde, ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet.* Et epiſt. 20. ejuſdem libri vitam ſuam ita deſcribit, ut nihil ſe temporis dare judiciis & foro, non obſcure ſignificet. Præterea libri ejus tam multi de Philoſophia poſt oppreſſam remp. ſcripti, ſatis indicare videntur, agendis eum cauſis impeditum non fuiſſe. Quod vero dictum eſt a me, fieri poſſe, ut paucis quibuſdam Cicero ſuam operam in foro navaverit; ideo dictum, quia in epiſt. 24. video P. Sextium ab eo defenſum eſſe; quod etiam epiſt. 47. l. XIII. ad Attic. ſcriptum eſt; nam Ligarii & Deiotari

tari cauſam non in foro, ſed intra privatos parietes ad unum Cæſarem egit.

Arrotura) Frugaliratem.

Ea mihi fraudi fuit) *Ea* videtur abundare, nec tamen abundat, valet enim ad indicandum; ut epiſtola 28. lib. XIII. *Illud, quod ſupra ſcripſi, id tibi confirmo.* Idem obſervavimus in Tuſcul. I. & I. II. de Nat. Deor.

Fraudi fuit) Non decepit me, ſed mihi nocuit; nam *Frudem* pro pœna & damno veteres interdum uſurpabant, Vlpiano teſte: quod Ciceronis etiam declaratur exemplis, epiſt. ultima lib. V. ad Att. *Fit gratia Beuti S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet.* Et epiſt. ult. lib. VII. ad eumdem: *Ego me duorum in civili bella, quoad de pace ageretur, negavi eſſe; non quin rectum eſſet; ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* Et Philip. V. *Cenſeo, ut iis, qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Kal. Febr. ab eo diſceſſerint.*

Terra nata) Vt herbas, fungos, ſimilia, nam aves, piſces, quadrupedes, terra ipſa non naſcuntur, ſed generantur.

Helvellas) Holera minuta: ut ait Feſti mutilator Paullus.

Cœna auguralis) Augures ſacerdotium ineuntes, collegis cœnam dabant lautam in primis atque opiparam. Varro lib III. cap. 6. *Primus pavones augurali cœna poſuiſſe dicitur Q. Hortenſius.* Eadem *Adjicialis cœna* vocabatur; nam Plin. lib X. cap. 20. *Pavonem*, ait, *cibi gratia Roma primus occidit orator Hortenſius adjiciali cœna ſacerdotii.*

Apud Lentulum) Corneliæ gentis patriciæ, ejus Lentuli filium, ad quem ſcribuntur epiſtolæ lib. I. is adoptione tranſiit in gentem Manliam, ut augur fieri poſſet; vetabat enim lex duos ejuſdem gentis augures fieri; & erat eo tempore, cum auguratum petiit hic Lentulus, augur Fauſtus Cornelius, Sullæ dictatoris filius: itaque facta legi fraus eſt. Dio lib XXXIX.

Διαῤῥοὴν) Profluvium alvi.

Murrais) Murena duplex eſt, marina, & fluviatilis: marina, ſine pinnis, parvis branchiis, ut ait Theophraſtus, ſerpens, non natans, extra minutis diſtincta maculis, intra ariſtis valde obſita, ore ut anguillæ, in ſummo roſtro, veterum experita menſis: quod genus & C. Cæſar triumphalibus cœnis dedit, ut ait Varro lib. III. de Re Ruſt. eumque ſecuti Plinius & Macrobius; & Cicero videtur hic murenam, ut ſuaviſſimum piſcem, nominare. Feneſtella etiam primum in menſa locum murenis tribuit: *Teipatium* (inquit) *appellabatur ſummæ cœnarum lautitiæ; una erat murenarum; altera leporum, tertia myxonis.* Nobis moleſtiam affert ariſtarum multitudo: veteres artem callebant ariſtas detrahendi, quod vocabant *Exoſſare*; unde Plautus in Amphitr. *Mirum*, inquit, *ni hic me quaſi murenam exoſſare cogitat.* Arceſſebantur ad Romanas piſcinas ab uſque freto Siculo, quod ibi eſſent omnium optimæ. Græce πλωτὰς, Latine *fluitæ* appellatæ; quod in ſummo ſupernantes, ut ait Macrobius, torreſactæ ſole, curvare ſe & in aquam mergere non poſſent. Recitat idem Macrobius ex libro Varronis, qui inſcribitur Gallus, qui hodie non exſtat, hæc verba: *in Sicilia quoque* (inquit) *mann capi murenas fluitas, quod hæc in ſumma aqua pene pinguitudine fluitent.* Exeunt interdum in ſiccum, ut tuto ferus edant: coire eas cum viperis, vulgo creditum eſt, ſed Ariſtoteles, & Andreas, ab Athenæo nominatus, hanc opinionem conturarunt. Fluviatilem a marina Dorion apud Athenæum diſtinguit: ait enim, unam dumtaxat ei ſpinam eſſe; quo ſigno, & præterea verſibus Auſonii infra ſcriptis adducor, ut eam exiſtimem eſſe, quæ *Lampreda* dicitur, *Muſtela* etiam a veteribus nuncupata.

Quæque per Illyricum, & per ſtagna binominis Iſtri,
Spumaſeum indiciis captris muſtela natantum,
In noſtrum ſubvecta mare; ne lata Moſellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
Quis te naturæ pinxit color? atra ſuperne
Puncta notant tergum, quæ lutea circuit iris,

Lubrica cæruleus perdueit tergora fucus,
Corporis ad medium partim piaguræis:
ut illius:
Vſque ſub extremam ſqualet cutis arida caudam.

Pluviatilium duo genera, unum, quod e mari ſubit flumina: quo de genere loquitur Auſonius: atque hæ quidem majores lampredæ ſunt; quas nonnulli myrum atrum exiſtimarunt: eſt enim & ſubruſus, ſuavitate inferior. Alterum genus in fluminibus & naſcitur, & degit. Quod autem de fluviatilibus, idem de lacuſtribus, dico; eædem enim ſunt, his notis a marinis murenis diverſæ, primum, quod latas habent maculas in atro tergo, os infra roſtrum, pinnas, & branchias, has quidem ſeptenis foraminibus incluſas, illas non ab utroque latere, quibus ut remis alii pisces utuntur, ſed in extremo dorſo: itaque nec ſerpunt, ut marinæ, quia pinnas habent; nec natant, ut reliqui piſces; quia non habent eas in lateribus, ſed ferantur, & corporis impetu, & nonnihil tamen pinnis adjuvantibus.

Villa) Antequam Cicero in Tuſculanum iret.

Naſturtium) Ob eruditatem ex beta & malva.

EPISTOLA XXVII.

Gallo) Alii credunt, hunc eſſe Q. Fabium Sangam, qui, de conjuratione Catilinæ, quæ ab Allobrogibus acceperat, ad Ciceronem detulit: ego illi cognomen Gallo fuiſſe non arbitror: itaque libentius crediderim, hunc eſſe P. Sextium, pro quo exſtat oratio, cui cognomen fuerit Gallo. Fuiſſe enim hoc Sextiæ gentis cognomen, intelligitur ex oratione pro Milone, ubi ita ſcriptum eſt: *Sextium, quod eſt in fundo T. Sextii Galli.* Tribunatum autem plebis & petiiſſe Sextium Ciceronis reſtituendi cauſa, & pro ejus ſalute geſſiſſe; ex ipſius Ciceronis oratione notiſſimum eſt: quod item de Fabio Sanga dici non poteſt; neque enim is, quo tempore Cicero exſulavit, tribunus fuit: quod facile cognoſcitur ex oratione poſt reditum in Senatu habita: in qua nominantur octo tribuni pl. quorum ſtudio atque opera Cicero ſit in patriam reſtitutus, T. Milo, P. Sextius, C. Sextilius, M. Ciſpius, T. Fadius, M. Curtius, C. Meſcinius, Q. Fabricius; nulla Q. Fabii Sangæ mentio fit. Addo illud & hunc exſulaſſe Gallum, quod illa verba declarant, *Ais forte, ut te Cæſar reſtituat*; & P. Sextium, quem opinor eumdem eſſe cum Gallo; accuſatum enim video epiſt. 24. & ad Att. ep. 47. lib. XIII. damnatum autem conjicio ex epiſt. 1. lib. XIV. ad eumdem. Iam vero illa verba: *Ut iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe vis, te nihil eſſe cognoſcere*; optime in Sextium conveniunt, qui ſalibus delectabatur; nam epiſt. 32. *Ais enim, ut ego diſceſſerim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me conferri.* Quod vero infra dicitur: *Si falſa ferunt, quæ te ad me detuliſſe*, quis non putet ſignificari ea, quæ Sextius, C. Antonii conſulis quæſtor, ad Ciceronem conſulem de ipſo Antonio, conſule ſuo, detulit? ſic enim in oratione pro eodem Sextio habita: *Quæſtor C. Antonii, collega mei, fuit forte, ſed ſocietate conſiliorum meum: impedior neminem officii, ut ego interpretor, religione, quo minus exponam, quæ ad me detulerit.*

Non licuit) Non enim habes, cur me accuſes.

Non debebas) Propter amicitiam.

Ego enim te in conſulatu obſervaram) Verba ex epiſtola Galli. *Obſervare*, minus eſt, quam *colere*. Phil. II. *Cultus ſum a te, tu a me obſervatus in petitione quæſturæ.* Eſt autem *Obſervare*, cum ad aliquem honoris officiive cauſa ſæpe accedimus: quod & locus indicat ex Philipp. II proxime recitatus, & illud in epiſt. 1. lib. I. ad Attic. *Obſervat L. Domitium maxime.* Obſervamus & animo; ut cum dicimus: *Mea in te benevolentia & obſervantia.*

Reſtituat) Ab exſilio.

Mea cauſa petiſſe) Vt reſtitueres me; quod Sextius in tribunatu maxime curavit: vide Orationem pro ipſo.

Interceſſorem non quæreres) Me non rogares, ut pro te apud Cæſarem inter-

tercederem ; tribunorum enim interceſſio eſt . Iocatur Cicero in ambiguo verbo : quæ dicitur ἐμφιβολία .

Negas me audere , quod ſentiam , libere dicere) Contigit hoc Cæſare dominante : epiſt. 9. lib. IV. *Dicere fortaſſe , quæ ſentias , non licet .*

Me rogares) Per litteras : epiſt. 1. lib. XIV. ad Att. *Cum Sextii rogatu apud eum fuiſſem .* Quibus ex locis exſulaſſe Sextium conſtat ; rogavit enim Sextius abſens Ciceronem , ut de ſuo reditu Cæſari ſupplicaret .

Parum fortiter) Ex hoc intelligitur, Gallo primum reganti Ciceronem negaſſe .

Iſto ipſo in genere) In acutis dictis.

Purgaſſem) Excuſationem attuliſſem , cur de tuo reditu cum Cæſare non egiſſem .

Quæ feciſti) In tribunatu , de meo reditu .

Quæ ſcripſiſti) Quæ exprobraſti.

Liberi ſunt) Catilinæ conjuratione patefacta , atque oppreſſa .

Tibi liberum non viſum) Negas enim me audere , quod ſentiam , libere dicere .

Detuliſti) De C. Antonii conſulis tui conſiliis .

Quid mihi populus R. debeat) A me ſervatus .

P. VICTORIVS.

Miror cur me accuſes) Initium hujus epiſtolæ valde mihi dubium eſt , & ſane major ejus pars brevitate ſua obſcurior : nam mordacibus eſt amariſque dictis referta , quæ quanto magis conciſe arguteque pronunciantur , tanto magis pungunt , perturbantque eum , in quem dicta ſunt . Suſpicor verba illa : *Ego enim te in conſulatu obſervarem* , non eſſe Ciceronis : ſed repetita ab eo ex epiſtola Galli : quibus Gallus ipſe ſuam in Ciceronem obſervantiam illi exprobraret , cum quereretur , ſe tunc ingrate ab eo deſtitutum eſſe , cum ipſe ſemper in illum fuerit officioſiſſimus : ſolemus enim in ira , ea , quæ acerbe in nos dicta ſunt , & animo noſtro valde hæſerunt , cum ſtomacho ſæpius pronunciare , & etiam ea quæ perſpicue falſa ſunt , & leviter poſſumus repellere , cum riſu repetere , quemadmodum hic (ut opinor) facit . Suſpicor autem ea potius Galli eſſe : nam nec Gallus Coſ. fuerat , ut ea de illo a Cicerone dici poſſint : nec veriſimile eſt dicere Ciceronem , ſe , dum Conſul eſſet , Gallum obſervaſſe ; nec enim rectum eſt , nec decet ita loqui eum , qui in tanta dignitate fuerit , privatum ſe hominem obſervaſſe , niſi pro *obſervarem* , *conſervarim* legas ; tunc enim pulcre conveniret , & poſſent omnia credi eſſe Ciceronis verba . Illius enim perſonæ optime congruunt , ut ipſe Cicero potius queratur de ingrato animo Galli : quod tamen , præterquam quod in cunctis MSis *Obſervarem* eſt , parum etiam procedit ; nam ex inferioribus verbis perſpicitur potius repetere Ciceronem , quæ Fabius dixiſſet , eaque falſa oſtendere , quam ipſe querelam inſtituere . Colligitur autem manifeſto pluribus modis initium feciſſe expoſtulandi Fabium : & ex fine epiſtolæ intelligimus , ſi diligenter verba illa attendimus , Ciceronem hujus opera uſum in patefacienda conjuratione Quare poſſumus credere Fabium dixiſſe ſe illum in conſulatu obſervaſſe : nobis ſatis viſum eſt (nec tamen non neceſſario id factum videtur) in tanta veri ignoratione ſuſpiciones noſtras indicaſſe : rem ut invenimus , ita incertam relinquimus . Parvum omnino eſt , in quo Mediceus codex ab impreſſis diſcrepat : *Plebei* enim paullo poſt non *Plebis* habet , quod tamen nos hic adnotare voluimus ; nam meminimus Priſcianum dicere ſic inveniri a recto *plebes* genitivum caſum , qui adducit etiam locum hunc Salluſtii in primo Hiſtoriarum , *Plebei tribuniciam poteſtatem* : quare potuit etiam Cicero uſurpaſſe .

Miror cur me accuſes) Si ſemel , aut in tam longa oratione , aut ſexcentis aliis in locis Cicero ubi de Sextio agit , ipſum Gallum appellaſſet , acutiſſimi , ac diligentiſſimi viri ſententiam valde probarem , quam tamen nulla in re accuſo . Quod communem opinionem , non recentiorum modo , ſed etiam veterum quorumdam ſequutus , in hac re aliquantulum deceptus ſum (ſi aliquis in ea error eſt) non

me pudet. Qui enim poſt ſuperiores duas ad Fabium Gallum miſſas, ſtatim duas collocarunt, videntur & ipſi eumdem eſſe hunc, & illum Gallum exiſtimaſſe. Me certe ſemper obſcuram hanc epiſtolam putaſſe, & nihil certi ad illa ſtatuere auſum eſſe, priora mea ſcripta declarant. Nam illius partem & ipſam huiuſcemodi, quæ multos fallere potuiſſet, me non inſulſe interpretatum eſſe, nemo inficias ibit. Ne autem aliorum induſtriæ invideamus, volumus afferre locum ex epiſtolis ad Q. Fratrem, qui ſuſpicionem illam acutiſſimi hominis adjuvat; aperit enim multo ante obſcuras ſimultates inter Ciceronem, & P. Sextium fuiſſe, quæ poſtea (ſi de his cum illo Cicero expoſtulat) eruperint: *Ilque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei jure ſuccenſere putabant, ut humaniſſimi, gratiſſimique & ipſi, & omnibus videremur: itaque fecimus.* Et infra: *Quæ tibi ego ſcribo, quod me de ectineada Sextii gratia litteris ſæpe admoniſti.*

EPISTOLA XXVIII.

CVrii. Hic eſt ille Curius, qui nominatur epiſt. 17. & 50. lib. XIII. & epiſt. 1. 6. 9. 14. lib. XVI. & ad Attic. epiſt. 2. 3. lib. VII. & epiſt. 5. 6. lib. VIII.

Memini, quod mihi deſipere videbare) Cum in undecim ſerioris libris videam eſſe *Quod* non *Cum*, ut eſt in impreſſis; teſtimonium antiquitatis contemnendum non putavi; & *Quod* repoſui, delevi *Cum*. Porro, quia mutationis forteſſe cauſam attulit inſcientia Latinæ linguæ; cum inuſitatum videretur, *Memini, quod videbare*: non patiar hunc loquendi modum poſthac, quaſi barbarum & ſordidum, renui; & afferam illa, quæ tum apud Ciceronem, tum apud alios, Romani ſermonis obſervatione, collegi: ac primum a noſtro Cicerone ordiamur. Epiſt. 40. lib. XIII. *Si ulla unquam apud te mea commendatio valuit; quod ſcio multum valuiſſe plurimum; hæc, ut voleo, rogo.* Et epiſt. ult. lib. IX. ad Attic. *Aliquando ſententiam teemineraus, ut nihil amem, niſi id, quod minimum uellem, ſpiritum reliquum eſſe.* Ad eumdem epiſt. 4. lib. X. *Cum ſcripſiſſes, quod me cuperes ad urbem venire.* Lib. I. de Leg. *Cum omne genus hominum ſociatum inter ſe eſſe intelligitur; illud extremum eſt, quod recte vivendi ratio meliores efficit.* Of. lib. I. *Illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur.* Lib. II. *Videndum illud item, quod, ſi opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno, aut forte in libris ejus maneat gratia.* Et Cælius epiſt. 6. lib. VIII. *Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit.* Præterea Varro lib. I. de Re Ruſt. *Cato, gradatim præponens, alium alio agrum meliorem dixit eſſe: & quod ſit primus, ubi vineæ poſſunt eſſe bono vino, & multo; ſecundus, ubi hortus irriguus.* Et lib. II. *Facile eſt, quod habeant conſervam in villa.* Livius autem lib. XLII. *P. Licinius conſul S. C. recitari juſſit: primum, quod bellum ſenatus Perſeo juſſiſſet: deinde, quod veteres centuriones quamplurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet.* Idem lib. XLV. *Quam feliciter remp. adminiſtraverim, & quod duo fulmina domum meam per hos dies percuſſerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror.* Suetonius in Veſpaſiano: *Recordatus ſuper cænam, quod nihil toto die cuiquam eorum præſtitiſſet.* Omnium autem antiquiſſimi, Plautus, & Cato Cenſorius, ille in Aſinaria: *Equidem*, inquit, *jam ſcio, filius quod amet meus.* Et in Trinummo: *Minus quindecim dies ſunt, quod pro his ædibus minas quadraginta accepiſti a Callicle.* Cato autem in epiſtola ad Marcum filium, quam Plinius lib. XXIX. cap. 1. recitat: *Dicam* (inquit) *de iſtis Græcis, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam; & quod bonum ſit, eorum litteras inſpicere, non perdiſcere.*

Cum iſtis) Cum Græcis. Patris enim Curius negotiabatur: ut infra, & epiſt. 17. lib. XIII. & alibi.

Cum quidem hæc urbs) Ὑπερβολὴ, ex indignatione orta & dolore libertatis amiſſæ; nam civitas quidem corruptis moribus, & ſtatu reip. mutato, deſinit eſſe quæ fuit: urbs tamen eadem remanet. Hinc apparet, ipſa de civitate quid Cicero ſentiat: cum

eum in urbem quoque, ſenſu carentem, invehatur.

Nedum Patræ) Niſi vis, quæ latet in ſingulis verbis perfecte cognoſcatur, tota profecto frigebit elocutio: quare, ſi nonnulla, quæ videri poſſunt humiliora, proſequimur, æquus lector ignoſcere debebit. *Nedum*, hanc vim habet, ut neget ſemper, nunquam affirmet; non enim dixeris: *Diligo familiares omnes tuos, nedum te*: quod eſſet affirmantis; nam hoc diceretur: non ſolum te, ſed familiares etiam tuos omnes diligo. Proprie vero ſic: *Is ne propinquos quidem ſuos amat, nedum te*. Huc ſpectant omnia Ciceronis exempla: quorum duo tantum, præter hoc ad Curium, quod ſatis patet, afferemus. In Rullum: *Homo privatus vix facile ſeſe continet: nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris*. Pro Domo: *Tamen in ſcelere religio non valeret: nedum vulgus id, quod*, &c. Audiamus Terentium in Heaut. *Sutrapes ſi fiet amator, numquam ſufferre ejus ſumtus queat: nedum tu poſſis*. Nec aliter Salluſtius in Cat. *Secundæ res ſapientum animos faſtigant: nedum illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent*. Vnum videtur opponi poſſe Ciceronis exemplum in epiſt. 14. lib. VII. ad Attic. *Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum removiſti, ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcin fiſte*. Sed hic locus aliter legitur in antiquis libris; itaque, ſi quis ejus utatur teſtimonio, parum probabit. Legitur autem hoc modo: *Tu, quoniam quartana cares, & novum morbum removiſti*. Quod ipſum carere mendo, non equidem affirmarim: ſed id, quod nunc agitur affirmo, *Nedum* in ullo non vidiſſe me vetere libro.

Vidiſſe multum) Si conſilio hæc potius, quam caſu, reliquiſti. Vide in extrema epiſtola, & epiſt. 30.

Propr deſperatis his rebus) Appropinquante ſe civili bello.

Sapiens) Propter conſilium; non enim redire vis.

Beatus) Qui multis rebus, quibus nos caremus, tranquillo animo fruare.

Cui licebat) Tibi licebat hinc abire: nobis idem non licet.

Vbi nec Pelopidarum) *Pelopidas* vocat malos cives, qui remp. armis oppreſſerant. Subjungit autem, *Niſi cetera*: quia non eſt integer Poetæ locus: verba omnia ponuntur epiſt. 30. *Cupio*, inquit, *aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam*. Et epiſt. 11. lib. XV. ad Att. *Etſi ut antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc, idque quamprimum, ubi nec Pelopidarum facta, neque famam audiam*. Nec dubito quin huc reſpexerit, cum dixit Phil. XIII. *Moveri ſedibus ſuis hoc urbi melius eſt, atque in alias, ſi fieri poſſet, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quam*, &c.

Idem conſequimur) Abdo enim me in bibliothecam, ne Pelopidarum nomen, aut facta audiam.

Salutationi amicorum) Salutandis amicis, mane videlicet: nam epiſt. 20. lib. IX. *Hæc eſt nunc vita noſtra: mane ſalutamus domi & bonos viros multos, ſed triſtes, & hos lætos victores: quæ me quidem perofficioſe & peramanter obſervant: ubi ſalutatio defluxit, littreis me involvo: aut ſcribo, aut lego*.

Quaſi novem albam) Quaſi novum quiddam: proverbium ex eo natum, quia raræ aves albæ.

Abdo me in bibliothecam) *Littreis me involvo*, dixit epiſt. 20. lib. IX.

Opera efficiam tanta) Ne quis ex hoc loco putet, ſcripta alicujus quæ dicuntur, eadem *Opera* dici poſſe, nam *opus* generale nomen eſt earum rerum, quæ poſt operam & induſtriam remanent: epiſt. 18. lib. XVI. *An pingis aliquid Sophocleum? fac opus apparet*. Et epiſt. 4. ad Attic. lib. II *Curabo, ut hujus peregrinationis tibi opus exſtet*.

Sentire) Iudicabis.

Ex meis libris) Cum diceres, non eum me eſſe, qui viderer in meis libris.

Tum) Ante bellum civile, ſed rep. jam deſperata.

Non ſolum ſuis ergo me, ſed etiam meis ergo ſe) Alii, hunc locum eſſe mancum in omnibus, quos ipſi viderint, paullo antiquioribus libris, affirmarunt: nos integrum videmus eſſe in omnibus, quos habemus.

Dies) Epiſt. 5. lib. IV. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis*

minuat atque mulliat. Et ep. 16. lib. V. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit.*

Communem rem) Rempublicam. Siſenna Hiſt. lib. IV. *Quendam Sabini ferunt vovisſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.*

Nunc quidem) Quomodo res habet, ut nunc quidem eſt.

In eo) In Cæſare.

In cujus poteſtate omnia ſunt) Hoc varie dixit epiſt. 7. 8. 9. 13. lib. IV.

Id ipſum) Vt in ejus poteſtate eſſent omnia.

Noſtra culpa) Epiſt. 6. lib. IX. *Hæc in voluntate fuerunt.*

Ad prima redeo) Ad primam epiſtolæ partem, in qua dixit, eum & vidiſſe multum, cum in Græciam ſe contulit; & beatum eſſe, qui abeſſet, non modo ſapientem: quam ſententiam iteravit ſequentibus verbis: *Sapienter hæc reliquiſti, ſi conſilia; feliciter, ſi caſu.* Epiſt. 10. lib. I. ad Att. *Vt ad prima illa redeam.*

Feliciter, ſi caſu) Si non ideo diſceſſiſti, quod hæc putares eventura. *Caſus* & *Conſilium* opponuntur: ep. 2. lib. V. *Hujus ego temeritati ſi virtute atque animo non reſtitiſſem, quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio ſortem fuiſſe?* Poteſt igitur felicitas eſſe in aliqua re ſine conſilio, in omni re non poteſt.

EPISTOLA XXIX.

SVm enim χρυσοῦς μὲν tuus, κτητὸς δὲ Attici noſtri) *Vſu quidem* tuus, *poſſeſſione autem* Attici. Eamdem ſententiam lepide expreſſit Lucretius lib. III.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

Mancipium) Poſſeſſio ipſa, & (ut ita loquar) jus dominii.

Quod quidem ſi inter ſenes coemtionales venale proſcripſerit) Non opinor hoc dici: ſi me Atticus, mancipium ſuum, venale proſcripſerit inter ſenes, qui coemant; ſed, inter ſenes, qui coemtiones faciant; aliud eſt enim *coemere*, aliud *coemtionem facere*: *coemere* noſtram habet ſignificationem: *coemtionem facere*, eſt, cum mulier in manum viri convenit ſolemni quadam ſtipulatione, qua ſe invicem coemebant: quo facto, ſibi invicem ſuccedebant: ut etiam domeſtica ſacra mulierum tamen, non virorum, interirent; non enim vir in mulieris poteſtatem, ſed mulier in poteſtatem viri coemtionis jure tranſit: itaque amittit paterna ſacra: qua de re juriſconſultos Cicero exagitat in Oratione pro Murena: *Mulieres* (inquit) *omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quæ poteſtate mulierum continerentur: ſacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemtiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt; in omni denique jure civili æquitatem reliquerunt, verba ipſa tenuerunt.* Et quia in aliquibus libris exempli cauſa id nomen invenerant, putaverunt omnes mulieres, quæ coemtionem facerent, Caias vocari. Quod ſi quis roget, quinam ſint hi ſenes, quos ait Cicero, coemtionum faciendarum cauſa, juriſconſultorum ingenio repertos: dicam eſſe tutores illos, quibus patres familias eam poteſtatem teſtamento reliquerunt, ut filiæ ſuæ, cum nuberent, coemtionem ſine eorum auctoritate facere non poſſint: id colligere licet ex oratione pro Flacco, in qua ſunt hæc: *In manum*, inquit, *convenerat. Nunc audio. Sed quero, uſu, an coemtione: uſu non potuit; nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate diminui; coemtione: omnibus ergo auctoribus, in quibus certe Flaccum fuiſſe non dices.* Ad hoc ſpectat illud, quod lib. I de Orat. ſcriptum eſt: *Nam neque illud eſt mirandum, qui quibus verbis coemtio fiat, neſciat, eum rem ejus mulieris, quæ coemtionem fecerit, cauſam poſſe defendere.* In eam igitur coemtionem, tutorum omnium, ut oſtendimus jam, conſenſu & auctoritate fieri ſolitam, jocari Curius voluit, cum de ſe, tamquam mancipio, vendendo loqueretur, ad verbum autem potius, quam ad ſententiam, reſpexit; nam revera coemtio illa a mulieribus facta, nihil ad coemtionem mancipiorum attinebat. Livius lib. III. in extremo:

Sce-

Sceptio ne hoc, coemtionali ſeni, aſſignatueos putarem finitimos populos?

Egerit non multum) Lucri parum fecerit: in quo ſeipſum Curius modeſte extenuat; quaſi vilis & contemnenda ſit Attici poſſeſſio, fructus autem Ciceronis magni pretii; ſubjungit enim: *At illa noſtra prædicatio quanti eſt?*

Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur, id omne nos te habere) Simile illud Planci epiſt. 24. lib. X. *Quod vivit Antonius hodie; quod Lepidus una eſt; quod exercitus habent non contemnendos; quod ſperant; quod audent; id omne Cæſari acceptum referre poſſunt*. Et illud Ciceronis ep. 12. lib. I. ad Attic. *Se, quod eſſet Senator, quod civis, quod liber, quod viveret, nihil acceptum referre*. Nec diſſimile illud Philipp. II. *Senatui ſic placuit, ut eſſet nemo, qui mihi non ut proventi gratias ageret, qui mihi non vitam ſuam, fortunas, liberos, remp. referret acceptam*.

Sulpicii ſucceſſori) Acilio: quod e ſequenti epiſtola cognoſcitur.

De meliore nota) Diligentiſſima: translatio a doliis, quibus diverſæ inuruntur notæ, ut internoſcantur vina. Eodem modo Catullus ad Manlium:

Quare, quod ſcribit Veronæ turpe Catullo
Eſſe, quod hic quiſquam de meliore nota
Frigida de ſæno tepefecit membra cubili.

Tuis præceptis) Hac epiſtola Curius non reſpondet ſuperiori Ciceronis epiſtolæ: in qua præceptum nullum eſt ejuſmodi, ut ad urbem Curius redeat; ſed potius, ut Patris maneat. Præceptis igitur aliarum litterarum, quas ad eum Cicero ſcripſerat ante bellum civile: nam poſtea mutatis temporibus, ſententiam mutavit: unde illud in epiſtola proxima: *Memini, quod mihi deſipere videbare, quod cum iſtis potius viveres, quam nobiſcum*.

Noſtra) Fortunas noſtras. Patris enim negotiabatur, epiſt. 17. & 50. libro XIII.

Deſigere) Aliquot enim annos viverat Patris, & ibi ſuas res ita conſtituerat, ut fixæ viderentur.

Turo) Concedente Sulpicio proconſule.

Duos parietes de eadem fidelia dealbare) Putabat Atticus Curium eſſe omnino ſuum, & fructu, & mancipio: hæc epiſtola aliter oſtendit: venditat enim le Ciceroni Curius, & videtur duorum ſimul eſſe velle, uſu quidem Ciceronis, mancipio autem Attici. Adagium eſt a fabris natum, duos vel plures etiam unica fidelia parietes dealbantibus.

Tironemque meum) Patris ægrum Tironem Curius familiariter cognoverat, epiſt. 1. 6. 7. lib. XVI. & ad Att. ep. 2. 3. lib. VII.

EPISTOLA XXX.

EGo vero) Initio epiſtolarum, *Vero*, & ſecundo loco poſitum, vel negationem demonſtrat, ut hic; vel aſſenſum, ut epiſt. 6. lib. IV. epiſt. 5. lib. IX. epiſt. 12. 22. lib XVI.

Jam te nec hortor) Vt hortabar antea. Reſpondet ad eam partem epiſtolæ Curii, in qua ſcripſerat: *Quo facilius tuis præceptis obtemperare poſſimus, teque ad urbem lubentes videre*.

Nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam) Senarius ex vetere Poeta cum aliqua varietate in ep. 11. lib. XXV. ad Attic. ſic pronunciatus: *Nec Pelopidarum facta, neque ſonam audiam*. Ad hunc verſiculum ſpectavit in illa ſententia in Antonium, Phil. 13. *Moveri ſedibus ſuis huic urbi melius eſt, atque in alias, ſi fieri poſſet, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quam illos intra hæc mœnia videre*.

Audire tolerabilius eſt, quam videre) Epiſt. 1. lib. VI. *Oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt*.

In campo) Martio, ubi comitia habebantur.

Hora ſecunda) Scire oportet, dierum plura genera fuiſſe, vel ab exortu ſolis ad exortum, ut Babylonitis; vel ab occaſu ad occaſum, ut Athenienſibus, vel a meridie ad meridiem, ut Vmbris; vel a luce ad tenebras, ut vulgo; vel a media nocte ad mediam, ut Ægyptiis, & Romanis: quem

Plinius, Gellius, Macrobius civilem diem vocant. Hic dies, lucem tenebrasque complexus, XXIV. horarum fuit, sic, ut lucem duodenæ semper, totidemque noctem horæ metirentur, diurnæ circa solstitium longissimæ, nocturnæ brevissimæ, contra vero circa brumam. Erat igitur initium civilis diei, post mediam noctem: quod quamquam luce careret, *mane* tamen Cicero per jocum appellat, a similitudine vulgaris diei, cujus initium *mane* dicitur: *Consulem*, ait infra, *hora septima renunciavit, qui esset ad Kal. Ian. esset, quæ erant futuræ mane postridie*. Et Virgilius lib. VI.

—— Torquet medios nox humida cursus:
Et me sevus equis oriens afflavit anhelis.

Aliud igitur erat, dies nominare, ut Kalendas, nonas, idus: aliud horas, ut primam, secundam, tertiam: qui diem nominabat, spatium illud horarum XXIV. quod a media nocte ad mediam proximam est, totum complectebatur: qui horam non a media nocte, id est ab initio civilis diei, numerabat, sed ab ortu solis, unde vulgaris dies incipit, & occasu definit, quod spatium fuit, ut diximus, duodecim horarum, quacumque anni parte: inde licet intelligere, cum dicitur *hora secunda*, non eam horam significari, quæ post mediam noctem, sed eam, quæ post solis ortum secunda est; ea vero si ad horarum nostrarum consuetudinem referatur, quæ pridie Kal. Ian. quindecim fere sunt ab oriente sole ad occidentem, incidit in horæ tertiæ dimidium; nam, ut hora secunda sextam partem notat duodecim veterum horarum: sic tertiæ dimidium sexta pars est nostrarum quindecim: eadem ratione, quæ septima a Cicerone nominatur, nobis incipit ab octavæ dimidio, definit in tertia nonæ parte. Sic Martialis cum dixit,

Incipit exstructos frangere nona toros;

ea veteres hora cœnare solitos demonstrat, quæ post ortum solis nona, ante occasum quarta esset, æstate pariter & hieme. Inde fluxit ante cœnam prandendi mos, post cœnam comissandi: ut cibus tamen in prandio levis & facilis caperetur: quod Plinii junioris ad Marcum epistola testatur; comissatio autem honesta parum haberetur.

C. mitiis quæstoriis) Ut quæstores anni sequentis crearentur, comitia, Quintili mense fieri solita, in mensem Decembrem ideo protracta erant, quia Cæsar abfuerat, Hispaniensi bello impeditus: post reditum autem triumphare prius voluit, quam haberet comitia. Ea hoc loco, nisi fallor, licet intelligere, postrema omnium comitiorum quæstoria fuisse: quæ enim supersunt, cum hæc ultimo anni die habeantur?

Institutis) A Cæsare, cum jam consularia habuisset, quibus ipse, & M. Antonius designati consules erant.

Q. Maximi] Q. Fabii Consulis: quem Suetonius *trimestrem consulem* vocat: quia Cæsar, ex Hispania reversus, abdicavit, eumque cum Trebonio consulem suffecit. Plutarchus in Cæsare, & Tacitus lib. XIX.

Illi) Qui erant in campo.

Dicebant) Cum illum putarent vivere.

Posita esset] Ut interesset comitiis.

Ille autem) Cæsar consul, collega Q. Maximi, qui tunc mortuus est: habebat autem ideo Cæsar comitia, quia consul priore loco creatus erat, quod quia Ciceroni quoque contigerat, ut ipse gloriatur in oratione contra Pisonem, propterea consularia comitia habuit, quibus Murenam consulem renunciavit: quod oratio pro ipso Murena habita declarat.

Comitiis tributis) Creabantur comitiis tributis minores magistratus, ædilis pl., quæstor, tribunus pl., ædilis cur. centuriatis autem majores, prætor, consul, censor: utraque a consule haberi solita, & locus hic, & epist. 3. lib. IV. ad Att. declarat.

Auspicatus) Quando auspicatus, si hora secunda instituit comitia? ante lucem scilicet: nam post mediam noctem auspicari licebat: exorto autem sole id agebant, super quo auspicati erant: auspicatique esse, & egisse eodem die dicebantur. Hunc ego morem jam ex Gellio & Macrobio cognoveram: sed accessit postea Plinii junioris testimonium in epistola ad Marcum,

cum, in qua ſcripſit hæc de avunculo ſuo: *Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi ſtatim, a nocte multa, hieme vero ab hora ſeptima, vel, cum tardiſſime, octava, ſæpe ſexta.* Iam, Metellus Nepos conſul, ædilicia comitia habiturus, in campum ante ſolis ortum veniebat, ut auſpicaretur primum, deinde, orto ſole, comitia haberet, epiſtola 3. lib. IV. ad Attic.

Creaturista] Vt in locum Fabii conſulem ſufficeret in paucas horas.

Conſulem] C. Caninium Rebilum, qui Cæſaris legatus bello Gallico fuerat.

Hora ſeptima] Poſt exortum ſolem.

Renunciavit] Qui conſul comitia habebat, ſequentis anni conſules renunciabat; pro Murena: *Quæ precatus ſum a diis immortalibus, judices, more inſtitutoque majorum, illo die, quo auſpicato comitiis creaturiis L. Murenam conſulem renunciavi.*

Neminem prandiſſe] Conſul enim renunciatus eſt hora ſeptima, id eſt, poſt horam prandii: quod a cœna non minus tribus horis diſtabat.

Somnum non viderit] Poſteriores enim ſex horæ noctis, habita civilis diei ratione, pertinent ad Kal. Ian. id eſt ad ſequentis anni conſules: priores vero, qui pertinent ad pridie Kal. qui conſulatus ultimus dies eſt, inſomnes ab occupato præſertim conſule ducuntur: itaque perbelle Cicero, jocum quærens, brevitatem conſulatus ad vigilantiæ laudem convertit. Vide Macrobium lib. II. Sat. Plut. in Cæſare, Dionem lib. XLIII. Tacitum lib. XIX.

Philoſophiæ portum] A quo qui abſunt, jactari eos aſſidue rerum humanarum fluctibus neceſſe eſt.

Mancipio & nexu] Hic locus Boetii verbis explanabitur: qui cum illud in Topicis Ciceronis interpretaretur, *Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea civili jure fieri poſſunt:* hæc ſubiunxit: *Omnes res, quæ abalienari poſſunt, id eſt a noſtro ad alterius dominium tranſire, mancipi dicte ſunt. Mancipi vero res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quamdam nexus ſollemnitatem fieret.* Nexus vero eſt quædam juris ſolemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in Inſtitut. Caius exponit, cujus hæc verba ſunt: *Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio: quod ipſum jus Romanorum eſt civium; eaque res ita agitur: adhibitis non minus quinque teſtibus, civibus Romanis, puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, ea tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo: iſque mihi emtus eſto hoc ære, æneaque libra: deinde ære percutit lancem: iſque eum dat ei, a quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. Quæcumque igitur res lege XII. tabularum aliter niſi per hanc ſolemnitatem abalienari non poterat.* Plura Sigonius in Cive Romano.

Ailius] Hic eſt Sulpicii ſucceſſor, cui commendari Curius optabat, epiſtola 29.

In Græciam] Cui præfuerat Sulpicius. Epiſt. 6. lib. VI. *Caſſium ſibi legavit: Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ.* Alibi provinciam Sulpicii Cicero vocat Achaiam, ut ep. 4. lib. IV. ep. 26. 28. lib. XIII.

Cum legionibus] Non enim omnes in provincias ibant cum legionibus.

Maximo meo beneficio ſit] Maximum a me beneficium habet: ut cum dicitur, *Summo ingenio ſit*: & ep. 3. lib. III. ad Frat. *Cicero tuus noſterque ſummo ſtudio eſt Pœonii ſui rhetoris.* Quæ ſi quis diverſa judicat, accipiat *Eſt*, pro, *Vivit*. Locum certe ſimillimum, qui hunc maxime confirmat, oſtendemus; nam Phil. VIII. ita dixit Cicero: *Negat ſe illi amicum eſſe debere; cum ſuo magno eſſet beneficio, veniſſe eum contra ſe.*

Iudicio capitis] Iudicium capitis illud eſt, quo damnatus vel civitatem, vel libertatem amittebat; nam vita non niſi perduellionis crimine adimi potuit: qua de re affatim diximus in libro noſtro de Legibus.

Rebus ſalvis] Aut, repub. incolumi, ut epiſt. 1. lib. IV. *Vtinam, Servi, ſalvis rebus, colloqui potuiſſemus inter nos.* Et Acad. lib. II. *Deli fuiſſe multos accepimus, ſalvis rebus illis, qui gallinas aere permultas quæſtus cauſa ſolerent.* Aut, *Rebus ſalvis*, nullo ſuo damno: eſt enim abſolutus.

Quam

Quam ille tum acceperit, equid tibi pollicitus ſit | Nonnulli veteres libri, *Quo modo acceperit, & quid*: alii, *Quando acceperit, quid*. Mihi omnino rectius videtur, *Cum acceperit, equid*; nam pro *Cum*, ſcribebant veteres, *Quom*: unde factum, *Quo modo*, eodemque errore ab *Equid*, fluxit, *Et quid*.

EPISTOLA XXXI.

AQuo animo vel vincam te) Epiſt. 7. lib. V. *Nulla re tam lætari ſolco, quam meorum officiorum conſcientia; quibus ſi quando non mutuo reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillime patior*.

Non fuiſſe neceſſe) Quia diſceſſurus eſſes.

Propter res tuas ita contractas) Nam, ſi diſperſa ac diſſipata ejus negotia fuiſſent, indiguiſſet opera Sulpicii proconſulis; ſed ea, cum diſceſſum cogitaret, jam contraxerat.

Nec caput, nec pedes) Habeant: proverbium eſt; quæ enim coacta in unum ſunt, carere capite & pedibus videntur.

Exaruiſſe) Defeciſſe, extinctam eſſe. Ad Pætum epiſt. 18. lib. IX. *Ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes vrtuliſſem, exaruiſſet*. In Bruto: *Galbæ orationes exaruerunt, vix jam ut appareant*. Translatio ab agris, qui cum exaruere, fruges non ferunt.

Veterem urbanitatem | Quatuor nominibus epiſt. 15. lib. IX. urbanitatem appellat, *ſales, leporem, facetias, feſtivitatem*.

Vterem | Qua excelluere olim ii, qui nominantur in eadem epiſt. C. Lælius ſapiens, Africani minoris amiciſſimus, Lucilius Poeta ſatyricus, L. Craſſus orator, Granius præco: præterea is, qui lib. II. de Orat. diſputat de ridiculis, æqualis Craſſi C. Iulius Strabo.

Pomponius noſter) Atticus utriuſque amiciſſimus; nam epiſt. 29. dixit Curius: *Sum enim χρωτι μεν tuus, κτησει de Attici noſtri*.

Sua jure | Quis, cum excellat facetiis, jure ſuo poteſt hanc ſibi laudem vindicare, idque dicere, quod interdum dicit, & vere dicit, exaruiſſe veterem urbanitatem, niſi nos pauci gloriam illam breviter & acute dictorum, qua præter ceteros olim floruere Athenienſes, retineamus.

Gloriam antiquam Atticam) Hæc verba non carent feſtivitate quadam: & velle Cicero videtur, dum loquitur de urbanitate, non inurbanus eſſe.

Gloriam antiquam Atticam) Magnifica verba ſunt: nec tamen laudatur quidquam, præter ſales; blanditur igitur Cicero, dum humilem rem extollit, Curio ſimul & Attico, qui ſalibus mire delectabantur. Fortaſſe etiam ipſa Attici verba refert: quod ſi ita eſt, hoc ipſo jocatur: quaſi Atticus gloriam antiquam Atticam in ridiculis poneret, & eam crederet per tres homines poſſe retineri; ſales autem Attici omnibus præſtabant: quamquam Cicero, ut aſſentaretur Pæto, Romanos præfert, epiſtola 15. lib. IX.

Ergo is tibi, nos ei ſuccedimus) Cum hoc ſatis conſtet, veterem urbanitatem amiſſam eſſe, niſi nos eam pauci revocemus: ſequitur illud, ut primus in ea tibi locus, Attico ſecundus, mihi tertius debeatur: epiſt. 2. lib. VII. ad Att. *Nativam* ait *eſſe in Curio urbanitatem*.

Ne tantum ſemen urbanitatis una cum rep. intereat | Vrbanitas ipſa exaruit, ſemen tantum remanet; veni igitur, ſaltem ut ſemen conſervetur: tantum ne ſemen ipſum amittatur. Sunt qui pro *tantum*, legant *Tamen*: mei decem antiqui libri, duoque præterea Fulvii Vrſini, *Tantum*, habent: nec inſulſa, ut mihi videtur, elicitur ſententia, eſt autem lapſus ab uno verbo ad alterum facillimus: quia *Tantum*, quandoque ſcribitur ſic, *Tm*: *Tamen*, ſic, *Tn*.

EPISTOLA XXXII.

VOlumnio) Hic eſt P. Volumnius Eutrapelus; qui Cytheridem mimam dilexit, epiſt. 26. lib. IX. Præfectum fabrum Antonii fuiſſe civili bello, Nepos ait in Attici vita: Sulpicio & Marcello coss.

Sine prænomine) Prænomen ei Publio fuit: vide in Attici vita.

Volu-

Volumnio ſenatore] Cui Lucio cognomen fuit. Varro de Re Ruſt. lib. II. c. 4. Conſtat autem ex hoc loco, Volumnium huoc, ad quem ſcribit Cicero, equitem fuiſſe, non ſenatorem.

Εὐτραπελίᾳ] Feſtivitas, lepor, urbanitas: unde illi cognomen Eutrapelo, epiſt. 26. lib IX. ad Att. ep. 8. lib. XV. Phil. XII. Plutarchus in Bruto *mimum* vocat.

Salinarum mearum) Suos ſales vocat *Salinas* per jocum, quia dixerat, *Poſſeſſio*. Infra: *Vrbanitatis poſſeſſionem quibuſvis interdictis defendamus*. Salinæ autem loca ſunt, ubi ſal fit. Plinius lib. XXXI. cap. 7.

Procuratore] Et hic jocatur. Solent enim procuratores abſentium res defendere.

Vt ego diſceſſerim) Iturus in provinciam. Ergo ſcripta eſt epiſtola paullo poſt, quam Cicero proconſul in Ciliciam profectus eſt, id eſt M. Marcello, Ser. Sulpicio coss.

Dicta] Ioca, quæ & *Dicteria* vocata, ſcripſit ad Cornelium Nepotem: ut apud Macrobium lib. II. legitur.

Sextiana) P. Sextii, pro quo exſtat oratio: vide quæ diximus epiſtola 27.

In me conferri) Mea dici: ut ex meo nomine ioſulſis quoque dictis acceedat auctoritas.

Dictorum meorum) Macrobius lib. II. *Animadverto duos, quos eloquentiſſimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum, & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venuſtatem ceteris præſtitiſſe. Cicero quantum in ea re valuerit, quis ignorat, qui vel liberti ejus libros, quos is de patroni jocis compoſuit, quos quidam ipſius putant eſſe, legere curavit?* Noo multo poſt hæc ſubjungit: *Iocos hoc genus veteres noſtri Dicteria dicebant: teſtis enim Cicero, qui in libro epiſtolarum ad Cornelium Nepotem ſecundo ſic ait: Noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facete, & breviter, & acute locuti eſſemus, ea propriis nomine appellari Dicteria voluerunt.*

Sua ſponte] Sua venuſtate: etiam ſi oon diceretur, hoc Ciceronis eſt.

Tanta fax eſt in urbe) Ita hebeti ſunt homines iogenio, ut, quod invenuſtum prorſus eſt, venuſtum tamen eſſe videatur.

Ἀκυθρον] Quod Veoere caret, veouſtatis expers, nomen a Venere deductum, quæ Græcis Κυθρεια nuncupatur.

Venuſtum) Quinctilianus lib. VI. c. 3. *Apparet*, inquit, *venuſtum eſſe, quod cum gratia & venere dicatur.*

Ἀμφιβολία] Ambigua oratio: cum ad ſententias diverſas eadem verba accommodari poſſunt: ut illud epiſt. 20. lib. XI. *Te dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum.* Et lib. II. de Orat. *Perpuſillum rogabo.* Quod referri poteſt & ad perpuſillum teſtem, & ad perpuſillam interrogationem. Et illud Neronis de Claudio: *Deſiiſſe enim inter homines morari.* Et:

Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe.

Ὑπερβολὴ] Superlatio, vel exſuperantia, cum ſententia ſupra veritatem extollitur: ut in ſuaſione legis Maniliæ: *Plura bella geſſit, quam ceteri legerunt: plures provincias confecit, quam ceteri concupiverunt.* Et Virgilius:

Qui candore nives anteirent, curſibus auras.

Fit etiam mioendi gratia, ut *Teſtudine tardior.*

Παρανομασία) Agnominatio: cum uoius litteræ mutatio diverſam ſignificationem affert: ut pro *Tiberius Claudius Nero, Tiberius Caldius Mero.* Et lib. II. de Orat. *Eamus deambulatum. Quid opus fuit de? Immo vero, quid opus fuit te?* Et Philip. XIII. *Cum in gremiis mimarum mentum mentemque depoueres.* Et Afranius apud Gellium: *Qui non modo vinoſus, ſed viroſus quoque ſit.* Et Tereotius in Andr. *Inceptio eſt amentium, haud amantium.*

Παρὰ προσδοκίαν] Præter exſpectationem: ut illud epiſt. ult. lib. IX. *An tu id melius, qui etiam in Philoſophum irriſeris? cum ille, ſi quis quid quæreret, dixiſſet, cænam te quæcere a mane dixerit? ille hæc te putabat eſſe quæſiturum, unum cælum eſſet, an innumerabilia.* Simile illud lib. II. de Orat. *Dic de L. Maulio. Virum bonum*, inquit, *egregiumque civem eſſe arbitror.*

Mire

Mire delectat Horatius Sat. 1. lib. II. cum dixiſſet:

——— *Scævæ viverem credo nepoti*
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera:

intulit:

Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.

Similiter Cicero pro Scauro apud interpretem Horatii Porphyrionem: *Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit.* Hoc de genere ſic ait Cicero. *Natura nos delectat erroe noſter: ex quo cum quaſi decepti ſumus exſpectatione, ridemus.* Et alio loco: *Ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod eſt præter exſpectationem: cujus innumerabilia ſunt exempla.*

Per Antonii perſonam | Legerem, C. *Iulii.* Is enim libro ſecundo de oratore loquitur de ridiculis. Niſi ſi quis lapſum memoria Ciceronem dicat, quod vix credibile videtur: ſalibus enim excelluiſſe non M. Antonium, ſed C. Iulium, optime ooverat: nec ita multo ante libros de Oratore compoſuerat, ut perſonarum partes oblivifci deberet: cum præſertim eos ipſos, quos in oratoriis libris loquentes roduxerat, omnes, nullo errore, commemoret epiſt. 19. lib. XIII. ad Att.

Evτιχνα | Artificioſa, hoc verbum complectitur *αμφιβολιαν*, *ὑπερβολην*, *παραγραμμα*, *παρα προσδοκιαν*, & cetera, quibus riſus excitatur.

Sacramenta contendas mea non eſſe) Vel pecunia depoſita litiges, ut probes mea dicta non eſſe. Similiter Catullus ad Fundum: *Quovis Sabinum pignore eſſe contendunt.* Sacrameotum quid ſit, Varro lib. V. docet his verbis: *Ea pecunia, quæ in judicium venit in litibus, Sacramentum a ſacro. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, uterque quingentos æris ad pontificem deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium, qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* Feſtus paullo latius: *Sacramentum*, inquit, *ex ſignificat. quod pœnæ nomine penditur, ſive quis interrogatur, ſive contenditur: id in aliis rebus quinquagintæ aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum, inter eos, qui judicio inter ſe contenderent, qua de re lege L. Papirii tribuni pl. ſanctum eſt his verbis: Quicumque prætor poſthac factus erit, qui inter cives jus dicet, trecentos viros populum rogato: iique trecentiviri ſacramento exiguntο, judicantoque, eodemque jure ſunto, uti ex legibus, plebiſque ſcitis exigere, judicare, eſſeque oportet. Sacramenti autem nomine id eo dici cœptum eſt, quod & propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis.* Hunc morem attigit Aſconius in Orat. 3. contra Verrem. *Cum in rem aliquam* (inquit) *agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui daretur poſt triceſimum diem.* Cicero lib. I. de Orat. *Agerent tecum legi Pythagorei omnes, atque Democritici, vindicarentque ornati homines in dicendo & graves: quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret.* Valerius Max. lib. VII. cap. 7. *Sacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt.* Ibidem cap. 8. *Aphronia cum ſorore ſacramento contendere noluit.*

Quereris | Queſtus erat Volumnius dominari in judiciis, abſente Cicerone, homines infantiſſimos.

Multo labore minus | Quam de tuenda ſalinarum poſſeſſione, id eſt, de dictis meis, ut agnoſcantur, laboro: de judiciis non item.

Trahantur pedibus) Vel ſi mala illis omnia eveniant, non laboro. Epiſt. 16. lib. IV. ad Attic. *Fenestrem meum, & te ſi habeo, per me iſta pedibus trahantur.*

Vel Selius | Non bonus orator.

Se liberum) Ergo liberum non eſſe, opinio fuit: ideo dixit, *Ut poſſit probare*, quaſi rem difficilem.

Interdictis) Quia poſſeſſio prætoriis interdictis defendi ſolebat; propterea, cum ageret de poſſeſſione urbanitatis defendenda, judiciale verbum lepide uſurpavit.

Te unum) Qui omnes urbanitate vincis.

Te ſpere) Quia falſas laudes non agnoſcis.

Illa) De Curionis tribuni pl. ingenio ad novitatem propenſo; quod poſtea res ipſa comprobavit: nam Cæſaris cauſam oppugnavit primum, deinde defeodit, epiſt. 6. lib. VIII.

No-

Noſtrum illum amicum) C. Curionem, tribunum pl. in locum Servii delignatum: ut epiſt. 4. lib. VIII Iure autem Cicero verebatur, ne non ſatis gravem Curio ſe præberet in tribunatu; leviſſime enim ab optimatum cauſa ad Cæſarem tranſiit: ut epiſt. 6. lib. VIII. & epiſt. 13. lib II.

Gravitatis) Quam non habuit, ep. 6. lib. VIII. & epiſt. 13 lib. II.

In amoribus) In deliciis.

Quamvis in me ingrata ſit) Dicit hoc propter iniquam æſtimationem rerum ſuarum: vide epiſt. 2. lib. IV. ad Att.

Dolabellam) P. Cornelium Dolabellam, poſtea Ciceronis generum.

Reddr meum) Epiſt. 19. lib. XVI. *Demetrium redde noſtrum.*

Deſit) Amori illius erga me.

Non videor nimium laborare) Cum valde tamen laborem.

EPISTOLA XXXIII.

Declamationibus noſtris) Cur ſe ad declamandum Cicero contulerit, cauſa exponitur in epiſt. 18. lib. IX.

Nihil ſumus) In arte oratoria.

Diſpliceamus) Etiam ſi aliquid ſimus.

Gregalibus) Sociis, præſtantibus viris, civili bello amiſſis. Pro Domo: *Catilinæ gregales.* De Haruſp. Reſp. *Neque Clodius, neque quiſquam de gregalibus ejus.*

Emiſimus) Loquitur de libris ſuis.

Pennigero, non armigero in corpore) Non dubium eſt intelligi de avibus, quas Philoctetes configebat tardus celeres, ſtans volantes. Alii tamen, *Pinnigero*, legere maluerunt, contra Quinctiliani ſententiam, qui *Pinnas* de avibus dici non vult. *Pennigero* etiam eſt in meis veteribus libris. Lib. V. de Fin. *Philoctetes cum cruciaretur non ferendis doloribus, propugnabat tamen vitam aucupio ſagittarum; configebat tardus celeres, ſtans volantes; ut apud Accium eſt; pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.* Ingemiſcebat Cicero, quod ingenium ſuum non, ut antea, in agendis cauſis, aut in tuenda rep. ſed in declamationibus illis exerceret.

Exceperimus) Translatum verbum, quia dixerat, *Concurſum*; qui enim concurrentes occupationes ita excipit, ut ab iis ne poſternatur, juſtani atque ab omnibus conceſſam facultatem habet in otium diſcedendi.

Multum ſalutem & foro dicam, & curiæ) Relinquam forum, & curiam: neque cauſas in foro agam, neque ſententiam in ſenatu dicam: quæ mihi antea curæ erant. Modus loquendi de Græco fonte derivatus, epiſt. 8. lib. VIII. ad Atticum: Ἀλλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, pergit Brundiſium.* Plato in epiſtola ad Perdiccam, & in Critone, Euripides, alii.

Communibus noſtris amatoribus) Similiter dixit, *Amatorem tuum*, epiſt. 15. lib IX.

Caſſius) C. Caſſius, qui poſtea Cæſarem occidit.

Dolabella) Qui & ipſe declamare ſolitus erat audiente Cicerone: itaque diſcipulus vocatur epiſt. 7. 14. 18. lib. IX. vide Quinctilianum lib. XII. cap. 11.

Meis æquiſſimis utuntur auribus) Libenter eos audio declamantes.

Opus eſt huc) Ad hæc noſtra ſtudia requirimus judicium & doctrinam tuam.

Limatulo & politulo) Translatio ab operibus, quæ limantur primum, deinde etiam poliuntur, ut magis placeant.

Interioribus) Reconditis, non vulgaribus. Epiſt. 10. lib. III. & in Bruto: *Erant in eo plurimæ litteræ, non vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ.*

Meis) Quibus ego maxime delector; amoribus & deliciis meis.

Verecundiorem me in loquendo facis) Iocari Ciceronem non dubito: cum ipſe potius, eloquentia longe omnibus antecellens, maximeque litteris interioribus inſtructus, verecundiores alios in loquendo faceret.

Iudicatum) Deliberatum, conſtitutum.

Patiatur) Mihi optanti concedat.

Velit) Vel ſi ipſe non optem.

Deponere illam perſonam) Cauſas non agere, nec in ſenatum venire. Supra: *Multum ſalutem & foro dicam, & curiæ.* Translatio ab hiſtrionibus, qui

qui varias perſonas ſuſcipiunt, & modo ſenem agunt, modo juvenem, modo herum, modo ſervum : epiſt. 3. lib. V.

Iam) Cupiditatem indicat hæc particula perſonæ deponendæ.

Probavi) Vt hiſtriones populo ſe probant, cum ſuas egregie partes agunt : ita me ego Cæſari ſatis jam probavi ; cum & in ſenatum venerim, & cauſas apud eum egerim, ut pro Deiotaro, pro Ligario.

Ac me totum in litteras abdere) Epiſtola 20. lib. IX. *Litteris me involvo.*

Ne pluribus legerem) Quamquam obſcura ſententia eſt, conſenſum tamen omnium antiquorum librorum non video, cur contemnam. *Perinvitus*, pro *Pluribus*, placeret, ſi vel unius libri veteris teſtimonio comprobaretur, aut ſi mutatio quam minima fieret : quod in conjecturis probare maxime ſoleo ; nam, quod ad ſententiam attinet, recte opponerentur, *Perinvitus legerem*, *Gratiſſimas fore*.

PAVL-

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN LIBRI VIII.

Ante quam Cælii epiſtolas interpretemur, vitam ejus brevi oratione complecti non alienum putavimus. Ac primum, de honoribus, quos geſſit; tum de ejus eloquentia; tertio loco, de moribus; poſtremo de obitu; quæ vel Cicero in ſuis libris, vel annalium litteræ loquuntur, agendum videtur.

M. Cælius Ruffus, plebeji generis, patre equite R. Puteolis natus, ſumta virili toga, id eſt annum ætatis ingreſſus XVII. a patre continuo ad Ciceronem deductus eſt, nondum prætorium, ſed eloquentia jam & probitatis opinione clarum: a quo etiam *lectiſſimus adoleſcens* appellatus eſt libro quarto in Verrem, qui de Signis inſcribitur. In illo ætatis flore cum artibus honeſtiſſimis erudiretur, M. Craſſi domum frequentavit, poſtea fuit aſſiduus cum Cicerone prætore candidatumque aſſectatus eſt in petitione conſulatus; anno ſequenti iterum petenti conſulatum Catilinæ ſtuduit; tribunatum pl. geſſit, Pompeio tertium conſule; Milonemque ob necem P. Clodii de vi reum, ſtudioſiſſime defendit: qua de re ſic in oratione pro Milone: *Cæli vidiſtis populum Romanum, concionem gladiis diſturbari; cum audiretur ſilentio M. Cælius tribunus pl. vir fortiſſimus, & in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonorum voluntati & auctoritati ſenatus deditus, & in hac Milonis ſive invidia, ſive fortuna, ſingulari, divina, & incredibili fide.* In libro de Claris Oratoribus: *Cælius, quem diu auctoritati meæ paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentumque dementiam a ſenatu, & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius.* Nominant & Appianus & Dio tribunum pl. quamquam apud utrumque mendoſe legitur *Cæcilius*. Ædilis curulis fuit L. Paullo & C. Marcello coſſ. prætor C. Cæſare II. & P. Servilio coſſ. Orto civili bello, quæſtor in Africa fuit C. Curionis, ut apud Cæſarem lib. II. Civ. Bel. ſcriptum eſt.

Eloquentiæ in primis operam dedit, locumque inter ſummos oratores conſecutus eſt: itaque & Cornelius Tacitus, & Quinctilianus inter eos oratores, qui noviſſimis reip. temporibus maxime floruerint, Cælium referunt, ſua cuique tributa laude, Ciceroni, Cæſari, Cælio, Calvo, Bruto, Aſinio, Meſſallæ. Cælii tamen ſcripta paullo aſperiora, & antiquitatem redolere viſa ſunt, de quo ſic Tacitus in dialogo de Oratoribus: *Galba, & Carbo horridi, impoliti, rudes, & informes, & quos utinam imitatus non eſſet Calvus, aut Cælius, aut ipſe Cicero.* Et aliquanto poſt: *Quid ex Cælianis orationibus? nempe hæ placent, in quibus nitorem & elatitudinem horum temporum agnoſcimus. Sordes autem verborum, & horum compoſitio, & inconditi ſenſus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cælium ex ea parte laudet, qua antiquus eſt.* Item infra: *Apud nos Cicero ceteros eorumdem temporum diſertos anteceſſit. Calvus autem, & Aſinius, & Cæſar, & Cælius, & Brutus, ſic jure & prioribus, & ſequentibus anteponentur; nec refert, qui inter ſe ſpecie differant, cum genere conſentiant: at triſtior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cælius, gravior Brutus, vehementior, & plenior, & valentior Cicero, omnes tamen eam lem ſanitatem eloquentiæ ferunt.* Quinctilianus autem hæc lib. X. *Multum ingenii in Cælio, & præciput in accuſando, multa urbanitas: dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.*

Sub-

Subjungit paullo poſt in eodem libro: *Quid noceret, vim Cæſaris, ſpiritatem Cœlii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi quivis in locis aſſumere?* Et lib. XI. Cœlii verba recitat ex oratione, quam de vi reus pro ſe ipſo habuit: de qua & Suetonius meminit in libro de Claris Rhetoribus, & Feſtus mentionem facit. Illa quoque notavimus apud eumdem lib. XII. *Vim Cæſaris, indolem Cœlii, ſubtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Caſſi, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſallæ, ſanctitatem Calvi.* Sed audiamus Velleium hiſtoriæ ſuæ libro: *Dum* | inquit | *in acie Pharſalica Africaque de ſumma rerum Cæſar dimicat, M. Cœlius, vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in utroque perfectior, nec minus ingenioſe aequam.* Plus tamen ei facultatis in accuſando fuiſſe, quam in defendendo, Quinctilianus oſtendit lib. VI. cum ait, M. Cœlium, quia melius objiceret crimina, quam defenderet, bonam dextram, malam ſiniſtram appellari a Cicerone ſolitum eſſe; idque confirmat ipſe Cicero his verbis in libro de Claris Oratoribus: *Cœlii actionem & ſplendida, & grandis, & eadem in primis faceta, & perurbana commendabit oratio: graves ejus conciones aliquot fuerunt, acres accuſationes tres, eaque omnes ex reip. contentione ſuſceptæ: defenſiones, eſſi illa erant in illo meliora, quæ dixi, non contemnendæ ſamen, ſaneque tolerabiles.* Tres ejus accuſationes, quas Cicero appellat, fuere, prima in C. Antonium de majeſtate, qui conſulatum cum Cicerone geſſerat: ſecunda in Sempronium Atratinum de ambitu: & utramque ſignificat Cicero in oratione, qua eum defendit: tertia, ut opinor, in C. Lælium; ut ex Quinctiliani verbis, quæ lib VI. leguntur, mihi videor poſſe conjicere. Scripſit etiam concionem de aquis, quam Frontinus lib. II. de Aquæ ductibus nominat, eam fuiſſe non dubito contra aquarios & tabernarios: nam ipſe epiſt. 9. *Niſi ego*, inquit, *cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.*

Mores in eo minime cum ingenio conferendi. Iracundiſſimum appellat Seneca lib. III. de Ira. Quinctilianus ait: *Dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.* Cicero: *M. Cœlium prætereundum non arbitror; quæcumque ejus in exitu vel fortuna, vel mens fuit.* Nequam & prodigum fuiſſe, ex his Velleii verbis intelligitur: *Cœlius, cum ne a diis quidem ſervari poſſet; quippe pejor illi res familiaris, quam mens erat; in prætura novarum tabularum auctor exſtitit.* Eodem pertinent illa Quinctiliani lib. I. *Etymologia habet aliquando uſum neceſſarium, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget: ut cum M. Cœlius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit,* | *nam id ne mentiri quidem poterat* | *ſed quia utilis multis, id eſt fructuoſus, unde ſit dicta Frugalitas.* Impudicum & laſcivum oſtendit oratio Ciceronis. Saltandi artem diligenter didicit, ingenuis indecoram atque inhoneſtam: itaque reprehendit eum Scipio Æmilianus in oratione contra legem judiciariam Ti. Gracchi, cujus hæc verba lib III. Sat. recitat Macrobius. *Docentur præſtigiæ inhoneſtæ: cum cinædulis, & ſambuca, pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum: diſcunt cantare, quæ majores noſtri ingenuis probro ducier voluerunt: eunt, inquam, in ludum ſaltatorium inter cinædos, virgines puerique ingenui. Hæc cum mihi quiſquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos ſuos nobiles homines docere: ſed, cum ductus ſum in ludum ſaltatorium, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris virginibuſque quingentis, in his unum, quo me reip. maxime miſertum eſt, puerum bullatum, petitoris filium non minorem annis duodecim, cum crotalis ſaltare, quam ſaltationem impudicus ſervulus honeſte ſaltare non poſſet.* Idem in eodem libro ſic: *Uno eodemque tempore tribus nobiliſſimis civibus, non modo ſtudium ſaltandi, ſed etiam, ſi diis placet, peritia, quæ gloriarentur, fuit; Gabinio conſulari, Ciceronis inimico; & M. Cœlio, noto inter turbas viro, quem Cicero defendit; & Licinio & Craſſo, Craſſi ejus, qui apud Parthos extinctus eſt, filio.* Inconſtantis ingenii fuit, primum tribunus pleb. quo anno P. Clodius a Milone occiſus eſt, optimatum partes defendit, qua de re ſic Cicero in Bruto: *Talis tribunus pleb. fuit, ut nemo contra civium perditorum populares turbulentamque dementiam a ſenatu, & a bonorum*

cauſa

cauſa ſteterit conſtantius. Mox, orta inter Cæſarem & Pompeium diſcordia, neutram in partem inclinare viſus eſt. Id ſignificat Cicero epiſt. 15. lib. II. *In repub.* (inquit) *non valde te jactas: diſtrictus enim mihi videris eſſe, quod & bonus civis, & bonus amicus es*. Deinde, mutata ſententia, Cæſaris ad partes tranſiit, ex quo illud Ciceronis in Bruto *Hic cum ſumma voluntate bonorum ædilis curulis factus eſſet, neſcio quomodo diſceſſu meo diſceſſit a ſeſe, cecidituque poſtea, cum eos imitari cœpit, quos ipſe præveteraſſet*. Profectum ad Cæſarem cum C. Curione, ut eum ad civile bellum incitaret, ſcripſit Dio lib. XLI. Demum a Cæſare ipſo deſciſcit: idque cum ipſe declarat epiſt. ultima lib. VIII. tum vero Velleius his verbis: *Accito Annio Milone, qui, non impetrato ædilitatis honore, Iulianis partibus infeſtus erat, in urbe ſeditionem, aut magis occulte bellicum tumultum movens, primo ſummotus a republ. mox conſularibus armis auctore ſenatu circa Turios oppreſſus eſt*. Cæſar autem planiſſime lib. III. de Bello Civ. cujus verba ſubſcribemus: *Romæ M. Cœlius Rufus prætor, cauſa debitorum ſuſceptæ, initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urbani ſellam collocavit; & ſi quis appellaviſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæſar præſens conſtituerat, jure auxilio pollicebatur: ab hoc profectus initio, ne fruſtra ingreſſus turpem cauſam videretur, legem promulgavit, ut ſex penſionibus ſine uſuris, ſorteſque pecuniæ ſolvantur. Cum reſiſteret Servilius conſul, reliquique magiſtratus; & minus opinione ſua efficeret; ad hominum excitanda ſtudia, ſublata priore lege, duas promulgavit; unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; aliam tabularum novarum: impetuque multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit: de quibus rebus Servilius conſul ad ſenatum retulit; ſenatuſque Cœlium ab repub. removendum cenſuit. Hoc decreto eum conſul ſenatu prohibuit, & concionari conantem de Ruſtris deduxit: ille, ignominia & dolore permotus, palam proficiſci ſe ad Cæſarem ſimulavit, clam nunciis ad Milonem miſſis, qui Clodio interfecto, ejus nomine erat damnatus; atque eo in Italiam revocato, quod magnis muneribus dandis, gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, ſibi conjunxit*.

De obitu hic idem Cæſar in eodem loco: *Cœlius præfectus, ut ipſe tum dictitabat, ad Cæſarem, pervenit Turios, ubi, cum quoſdam ejus municipii ſollicitaret, equitibuſque Cæſaris, Gallis, atque Hiſpanis, qui eo præſidii cauſa miſſi erant, pecuniam polliceretur, ab his eſt interfectus*. Et Velleius: *In urbe ſeditionem, aut magis occulte bellicum tumultum movens, primo ſummotus a republ. mox conſularibus armis auctore ſenatu circa Turios oppreſſus eſt*. Dio autem lib. XLII. eadem fere quæ Cæſar, de ejus defectione & nece prodidit. At Epitome Liviana his verbis lib. CXI. *M. Cœlius Rufus prætor, cum ſeditiones in urbe quam maxime concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu, pulſus urbe, Miloni exſuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit: uterque cum bellum molirentur, interfecti ſunt*.

P. VICTORIUS.

Epiſtolas M. Cœlii exiſtimamus nos ſtudioſos animadverſiſſe, quam in vulgatis codicibus mendoſæ, & corruptæ eſſent: cum autem non eiuſdem integritatis in his vetuſtum codicem invenerimus, quam in Ciceronis epiſtolis, illum retinere vidimus; etſi multis partibus melior illis ſit: deſerti ea ope non potuimus ea ſanare vulnera, quæ apparent. Quidquid tamen boni potuimus, fecimus, multa quæ trunca, & mutila credimus, nulla nota adpoſita, reliquimus: nec enim unum, aut alterum locum ſignare voluimus, reliquos nobis ſuſpectos tranſire, ne videremur illos noſtro judicio confirmaſſe, & probaſſe. Quod ſi eunctis, quibus parum confidimus locis, ſignum adponere voluiſſemus, infinitum fuiſſet, & quædam fortaſſe propter hujus duriorem, & aſperiorem ſtilum immerito a nobis damnata eſſent, quæ recte ſe haberent. Fatemur igitur noluiſſe nos hoc periculum ſubire: eruditis ſuum in hoc judicium relinquimus: noſtrum in re tam dubia & incerta non interponimus. Qui a melioribus codicibus ad-

juti majorem operam hic navare potuerint, magno nos sibi beneficio obligabuot: ipsi de quibusdam, & iis quidem majoris momenti eorum quæ immutavimus, rationem, qua ducti id fecimus, adferemus.

EPISTOLA I.

Decedens) Vnde? ab ipso Ciceroone; quem in provinciam euntem profecutus erat; sic proficiscentem Appium io Ciliciam, sic Valerium Cicero profecutus est: ut epist. 10. lib. III. & epist. 6. lib XIII. ipse Cœlius hoc iter significat, subjungens: *Romam cum venissem*. *Decedere* autem simpliciter accipit Cœlius pro *discedere*, ut epist. 10. *Mei officii est, meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris*. Vsitatius tamen est de magistratibus e provincia decedentibus: licet privatis quoque accommodetur, ut in oratione pro Quintio: *Decedit ex Gallia Romam Naevius*.

Data opera paravi) Studiose paravi: operam dedi, studium adhibui, ut pararem, qui sic omnia colligeret, atque io commentarium referret, ut verear, ne iu nteam sedulitatem nimis etiam diligentem existimes. *Argutum* enim veteres interdum vocabant, quod summam diligentiam argueret; id cognoscitur ex epist. 5 lib. VI. ad Attic. *Velim*, ioquit, *obvias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas*. Et lib. I de Divin. *Argutissima exta, quæ maxime significant*. Libro autem III. de Legib. *Oculi nimis arguti, quod arguant, & quasi loquantur, quemadmodum animo affecti sumus. Manus minus argutas*, lib. III. de Oratore, quasi minus affectuosa, quæ non subsequi digitis, neque verba exprimere videatur.

Curiosus) *Curiosi* sunt, quorum nimia, &, ut Cœliano more loquar, ita arguta sedulitas est, ut vel minima quæque curent.

Deprecor) *Deprecari* interdum est, precari, ut aliquid habeamus, ut *pacem deprecari*. Epist. 24. lib. 12. &, *Te lacrumæ fratris deprecantur*: epist. 7. lib. IV. interdum contra, ne habeamus, ut *deprecari exsilium, pœnam*, & similia: quod Ciceroni, & aliis frequentissimum est.

Delegavi) Mihi a te legatum. Est enim *Delegare*, non, simpliciter aliquid alicui mandare, sed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat; hoc significant loca Ciceronis a me diligenter observata; in Oratioone pro Domo: *Delegavi*, inquit, *amico locupletiori*. Et epist. 3. lib. XII. ad Att. *Delegationem a mancipe*. Et ibidem, epist. 13. *Balbi regis conditio delegandi*. Et lib. II. de Orat. *Quæ nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia & præstantia fuerunt*.

Tuæ memoriæ dare operam) Ea tractare, quæ tui me oblivisci non sinant; amici enim causa, qui aliquid agit, ejus memoriæ operam dat.

Edicta) Consulum & prætorum.

Fabulæ) In scena recitatæ. In Bruto: *Docuit primus fabulam Livius*.

Quod exemplum) *Exemplum* est imago rei; vocat igitur *exemplum* commentarium rerum urbanarum, quod in eo quasi quædam civitatis imago esset.

Molestiam exhibeam) Sic epist. 30. lib. XII. *Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere*.

Minus commode) Minus apte, non ut oportet; sic lib. I. de Oratore: *Oratio commode scripta*.

Existimatio) Opinio; ut in Oratioone pro Cœlio: *Nam, quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed judicium certe parentis; quid nos opinemur, audietis ex juratis: quid parentes sentiant, lacrymæ matris, squalor patris luctusque declarat*.

Vt nunc est) Pro, quomodo nunc se res habet; ita locutus est Cic. ad Atticum, epist. 4. lib. VII. & ad eumdem epist. 28. lib. XII. Similiter ad eumdem epist. 2. lib. XIII. *Quo modo nunc est*. Et Acad. IV. *Vt quidem se nunc causa habet*. Terentius autem in Heaut. *Vt dies tempus est*.

De comitiis transpadanorum) Vt quatuorvirt, qui summus erat in municipiis magistratus, creabantur. In Gallia transpadana, Cæsaris provinciæ parte, Latinæ coloniæ erant omnes, jure Latii (ut Pediaous docet) lege Pompeia accepta. Cæsar iis jam ante, quam ædilis esset, civita-

vitatem dari voluit : de quo Suetonius his verbis : *Colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit; & ad audendum aliquid concitaſſet, niſi conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipſum retinuiſſent.* Hoc autem anno, quo Cœlius hanc epiſtolam ſcripſit, in municipiorum formam tranſpadanas colonias redigi, creatis quatuorviris, qui erant idem in municipiis, quod Romæ conſules, aut ſtuduit Cæſar, aut ſtudere creditus eſt; municipia vero civitatem ſine ſuffragio primis temporibus, hoc tempore ſuffragii jus cum civitate habebant. Hujus rei veſtigium exſtat epiſt. 2. lib. V. ad Att. *Erat*, inquit, *rumor de tranſpadanis, eos juſſos quatuor viros creare : quod ſi ita eſt, magnos motus timeo.* Hac tota de re Sigonius egregie lib. III. de Antiquo Iure Italiæ.

Cumarum tenus) Cumas uſque pervenerunt, ultra progreſſi non ſunt : ultra Cumas nihil de tranſpadanorum comitiis auditum eſt.

Auditionem accepi) Durior & horridior interdum Cœlius eſt in explicanda ſententia; quis enim ſic loquatur, *Ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi*, pro, nihil prorſus audivi? fortaſſe hoc illud eſt, cur in eo fordes verborum Tacitus appellat, & ſubjungat, *Amarior Cœlius* : & Quinctilianus aſperitatem ei tribuat in dicendo.

Marcellus) Conſul cum Sulpicio. Iam erumpebat inter Cæſarem & Pompeium diſcordia, ſero nimis opes Cæſaris timente Pompeio : qui proximo anno conſul tertium pugnaverat, ut abſens Cæſar conſulatum petere poſſet, contra quam legibus cautum erat : epiſt. 6. lib. VI. & ad Att. epiſt. 1. lib. VII. & epiſt. 3. lib. VIII.

De ſucceſſione Galliarum) Ut Cæſari ante legitimum diem ſuccederetur; erat enim hic octavus Cæſaris annus in adminiſtratione Galliarum, imperio decem annorum ei conceſſo; quinquennio uno lege Vatinia, ipſo Cæſare cum Bibulo conſulatum gerente; altero lege Trebonia, Pompeio & Craſſo coſſ. quam Pompeii & Craſſi legem, quod eam ex conſulum voluntate Trebonius tribunus pl. tulerat, Hirtius vocat lib. VIII. Belli Gal. *Marcellus* (inquit) *proximo anno cum impugnaret Cæſaris dignitatem, contra legem Pompeii & Craſſi retulerat ante tempus ad ſenatum de Cæſaris provinciis.*

In Kal. Iun.) S. C. de Gallis, non Kalendis Iun. ſed pridie Kal. Oct. referente Marcello, factum, mittit Ciceroni Cœlius; epiſt. 2.

Diſtulit) Epiſtola ſequenti : *Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed, ut mihi videbatur, conſilio.*

Sermones repreſſit) Cum, eum ſtatim de Galliis relaturum, homines loquerentur. *Sermones retundere*, dixit epiſt. 6. Sed, *Repetimere*, Ciceronianum eſt; epiſt. 8. lib. III.

Offendiſti) Offendit eum Tarenti, & cum eo decem dies fuit; epiſt. 2. lib. VIII. & epiſt. 6. lib. V. ad Att.

Aliud ſentire, & loqui) De ſimulatione Pompeii, epiſt. 5. lib. I. & epiſt. 9. lib. IV. ad Attic. & ultima l. III. ad fratrem : *Velit, nolit, ſtare difficile eſt.*

Preſcribas) Perſcribere noluit Cicero : reſcripſit enim : *Cum Pompeio nullis in aliis, niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum : quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt. Tantum habeto, civem egregium eſſe Pompeium & ad omnia, quæ providenda ſunt in repub. & animo, & conſilio paratum.*

Suſurrationes) Incertis auctoribus; nam, ſi quid eſſet certius, ſuſurrationes non eſſent, quæ paucorum ſermones ſunt, ſed rumores inter omnes. Paullo poſt : *Hæc inter paucos ſecreto narrantur.*

Apud Bellovacos) Cum quibus hoc anno bellum Cæſar geſſit. Hirtius lib. VIII. Bel. Gal.

Neque hæc incerta) Neque tamen hæc, quæ ſunt incerta, vulgo jactantur, ſed narrantur inter paucos, male in Cæſarem animatos. Paullo ante : *Suſurrationes dumtaxat veniunt.*

Vulgo jactantur) Quibus de rebus diſſipatus rumor eſt, ex re vulgo jactari dicuntur. Livius lib. IX. *Ob hæc vulgo jactata populus Romanus bellum fieri Æquis juſſit.* Et lib. XXXVIII. *Iactata ſermonibus ea apud Romanos.* Eodem verbo in eadem ſententia Cæſar uſus lib. I. de Bel. Gall. Suetonius autem ſæpiſſime.

Quos tu noſti] Cæſaris inimicos, Bibulum, Catonem, Domitium, præcipuos optimatum duces contra Cæſaris Pompeiique potentiam: quamquam Pompeius, qui Cæſaris opes auxerat, eaſdem ſero timens, de revocando ex Galliis Cæſare cum optimatibus cœperat cogitare.

At Domitius] L. Domitius Ahenobarbus, conſularis, acerrimus Cæſaris adverſarius. In prætura conatus eſt, quæ conſul Cæſar egerat, infirmare: quod cum obtinere nequiviſſet, biennio poſt conſularis candidatus palam minatus eſt, conſulem ſe effecturum, quod prætor non potuiſſet, ademturumque ei exercitus: quo metu Cæſar operam dedit, ac perfecit, ut, detrudendi Domitii cauſa, Pompeius & Craſſus conſulatum petereut. Suetonius.

Manus ad os appoſuit] Eorum more, qui ſecreto aliquid narrant. Subaudiendum videtur, *quam hæc libenter narrat*.

Subroſtrani] Infimi ordinis homines, ſub Roſtris verſari ſoliti. Livius humillimam plebem, forenſem factionem, ac turbam vocat lib. IX.

A Q. Pompeio] Rufo, Sullæ dictatoris ex filia nepote, P. Clodii familiariſſimo; tribunus pl. anno proximo cum T. Munatio Planco & C. Salluſtio collegis, inimiciſſimas de Milone, ob Clodii necem, conciones habuerat, Ciceroni etiam, quod Milonem defenderet, invidiam concitarat: damnatus eſt ipſe primum, deinde Plancus, quod eorum coercionibus incenſa plebs, Clodii corpore in curiam illato, curiam ipſam cremaſſet: quo igne Porcia quoque baſilica flagravit: ex quo non modo Sex. Clodium ejus auctorem ſeditionis, verum & multos ex factione Clodiana, præcipue vero Q. Pompeium, & T. Planeum lege Pompeii Magni de vi condemnatos eſſe, Dio, Pedianuſque declarant. Illud quaſi ex παρεργου addam, Latinam Dionis verſionem emendandam, in qua Pompeius hic Sullæ ſororis filius vocatur: cum dixerit Dio, Συλλα δυγατριδους, id eſt Sullæ ex filia nepos; idque Pedianus, & epitome Liviana lib. LXXVII confirmat; pater ejus, Q. Pompeii Rufi, Sullæ in conſulatu collegæ, filius in ſeditione a tribuno pl. P. Sulpicio excitata, occiſus eſt.

Baulis) Vbi Romanis exſulibus per leges licebat eſſe; hoc enim jus, teſte Polybio, fœderatæ civitates habebaot, in quibus fuiſſe Bauli videntur, cum ab eo Neapolis, Præneſte, Tibur, propinqua Baulis oppida, nominentur.

Embeneticam facere] Εμβαινειν eſt navem conſcendere: Ex quo, *Embeneticam facere*, pro conſcendendi artem exercere: maritima fortaſſe mercatura victum ſibi Pompeius exſul comparabat, ad inopiam redactus, ut ex eo, quod ſequitur, liquet, *Vt ego miſererer ejus eſuriei*. Sunt, qui malint, *Embaticam*: ut maritimum Pompeii latrocinium ſignificetur: απο τα εμβαινειν: unde εμβατης, ſicut επιβατης, & αναβατης. & inde εμβατικος potius, quam εμβαινετικος. Turnebus legebat, *Epineticam*, a verbo πενειν, quod eſt eſurire: ut Q. Pompeium dicat eſuriendi artem facere.

Vt ego miſererer ejus eſuriei) Ita miſertus eſt, ut eum in judicio adverſus Corneliam, ejus matrem, defenderit: quod eo laudibus fuit, quia Q. Pompeius, hoc ipſo Cœlio accuſante damnatus, exſulabat. Vide Valerium Maxim. lib. IV. cap. 2.

Hoc mendacio ut defungeremur) Pro, *Defungereris*: amoris enim cauſa, quod unius Ciceronis erat, ſibi quoque communicat, ex vetere proverbio, *Amicorum omnia communia*. Defungitur autem is, qui evadit, & periculo liberatur. Pro Roſcio Amerino, pro Sextio: & Virgil. lib. VI.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

Optavi, igitur, ut defungeremur, ut tuti jam eſſemus ab omnibus, ſi quæ tibi impenderent pericula: ut hoc mendacium finis & quaſi defunctio eſſet omnium periculorum.

Plancus tuus] Ingenio Cœlius fuit ad jocandum proclivi: quod & Quinctilianus animadvertit in eius orationibus, & omnes, quæ nunc leguntur, ab eo ſcriptæ ad Ciceronem epiſtolæ demonſtrant. *Tuus*, hic dixit, eum ironia: quod Plancus Burſa Ciceronis eſſet inimiciſſimus, nec injuria, quod eo accuſante (ut Dio tradidit) de vi condemnatus eſſet. Vel, *Tuus*, quod

quod Ciceronem, in quem inveheretur, delegerat. Operæ pretium eſt legere, quæ de eo ad Marium ſcripſerit, epiſt. 2. l. VII. & epiſt. 10. lib IX. & Philippica XIII. Frater fuit L. Planci oratoris, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, & ipſius ad Ciceronem, lib X Pedianus in argumento Milonianæ.

Ravennæ) Umbrorum colonia fuit, Strabone teſte lib. V in Gallia cispadana, quæ Cæſaris provinciæ pars fuit; extra Italiæ terminos; nam Galliæ provinciæ initium ad ſuperum mare Ravenna fuit, ad inferum Luca, ipſa quoque colonia, ut oſtendit Velleius. Vt igitur Q Pompeio Baulis, in fœderata civitate, ſic Planco Ravennæ, quæ colonia Latina fuit, non civium Romanorum, eſſe licuit. Latinæ enim coloniæ ſuis legibus, iiſdem ſcilicet, quibus vetus Latium, Romanæ vero Romanis utebantur.

Congiario) Munere; nam, quia congii menſura muneri populo primis temporibus datum eſt; hinc ad omnia munera. etiam pecuniaria, *Congiarii* nomen tranſiit. Quod Ciceronis, Suetonii, Plinii, aliorum exempla ſignificant.

A Cæſare) Quod L. Planci frater eſſet, Cæſaris in Gallia legati: lib. I. & V. de Bel. Gal.

Nec beatus) Quod æris alieni tantum antea contraxiſſet, ut, accepto magno congiario, minime tamen abunderet. Locupletes interdum *beatos* & Cicero, & alii appellant.

Nec bene inſtructus) Tantum abeſt, ut beatus, ut nec bene inſtructus ſit. Erat igitur ſimilis duorum exſulum, Ciceronis inimicorum, conditio; cum illum eſurire, hunc bene inſtructum non eſſe, Cœlius dicat.

Politici libri) Sex libri, in quibus formam Cicero expreſſit ejus reipubl. quæ ut apud Auguſtinum in libris de Civitate Dei ſcriptum animadverti, à ſecundo bello ad Ti. Gracchi tribunatum, id eſt ad Africani minoris interitum floruerat: ipſumque Africanum cum C. Lælio, M. Manlio, P. Furio Philo, conſularibus viris, diſputantem de optimo ſtatu civitatis induxit; probavitque ceteris rebus publicis ideo Romanam antecellere, quod ex triplici genere, regio, optimatum, populari, temperata, nullam neque domeſticæ juſtitiæ, neque bellicæ rei partem deſideraret: cum in ſingulis generibus aliquid ineſſet vitioſum, quod exitium civitatibus afferre poſſet: confuſis autem omnibus, perfectum quiddam exſiſteret, quo reipub. ſalus & incolumitas conſervaretur. Appellat eos, de Optimo Civitatis Statu, in primo de Legibus: de Optima Republ. in tertio. Scripſit eos ab exſilio reſtitutus, poſt Appium & Domitium coss in extrema epiſt. 9. lib. I. ubi ſua ſcripta commemorat, nullam omnino de his libris mentionem facit: puto, quod abſoluti non eſſent: inſtitutos enim eo anno, videtur indicare epiſt. 5. lib. III. ad fratrem. Horum librorum fragmenta, quaſi tabulas naufragio diſjectas collegit diligentiſſime, natus ad illuſtrandam antiquitatem, omnique prorſus ingenii ac probitatis laude cum ipſa antiquitate conferendus, merito mihi & ſua virtute, & ſingulari erga me ſtudio cariſſimus, Carolus Sigonius; cujus etiam induſtriæ atque doctrinæ non ſolum argumenta cujuſque de rep. libri, ſed etiam obſcurorum locorum, quicumque in omnibus Fragmentis, doctorem lumenque requirebant, explanationem veriſſimam ac diſertiſſimam debemus.

Omnibus vigent) Attico maxime: ad quem epiſt. 1. lib. VI. Cicero ita ſcripſit: *Sex libris, tamquam prædibus, me ipſe obſtrinxi: quos tibi tum valde probari gaudeo.* Et ad eumdem, epiſt. 3. ibidem: *Reliqua plena adhuc & laudis & gratiæ, digna iis libris, quos tu dilaudas.*

EPISTOLA II.

CErte, inquam) Quod inopinata res acciderat, quam vix Cicero crediturus eſſet, qui Meſſallam corruptis pecunia comitiis factum eſſe conſulem plane noſſet, ab affirmatione orditur.

Me repræſentante) Sic aliquot antiqui libri: alii, *Me repræſentare*: nonnulli, *Me prehenſante*: quod non diſplicet. Putat aliquis, *Matre prehen-*

ſante : quæ fuit ſoror Hortenſii oratoris ; ego nihil affirmo.

Pronunciatum eſt) Latis ſententiis, pronunciabat ex lege prætor : quod judicum maior pars judicaſſet ; maiore ſententiarum numero vel abſolvebatur, vel condemnabatur reus : ſi par erat, nihilominus abſolvebatur : quod oratio docet pro Cluentio. Ex pronunciatione igitur prætoris, abſolutum ſententiis omnibus Meſſallam, cognitum eſt.

Oratinibus) Aurelia lege, quam Hortenſio & Metello coss. tulit L. Aurelius Cotta prætor, tres ordines judicare cœperunt, ſenatores, equites, tribuni ærarii : cum equites antea lege Cornelia L. Sullæ per annos decem turpiter judicaſſent. Pedianus, & in noſtro de Romanis legibus libro copioſe.

Vide modo inquit) Dum nimis amat brevitatem Cœlius, obſcurat ſæpe ſententias : quod in Thucydide vitium Cicero notavit. Videtur tamen fingere dicentem Ciceronem : *Vide modo, Cœli : non de Meſſalla bene homines exiſtimant ? non ejus patet innocentia?* Reſpondet Cœlius : *Non mehercules, &c.*

Validiſſime) Pro, *Valdiſſime* ; nam, *Valde* fit a *Valide*. Vnicum adhuc invenimus exemplum, quod recitat Chariſius ex divi Hadriani orationum XII. *A vobis* (inquit) *P. C. peto & impetratum validiſſime cupio, ut proxime imaginum Auguſti argentrum potius elyprum, ſicut Auguſto, ponatis.*

Ad dolendum) Vt ejus vicem dolerem, eique dolorem meum vultu & verbis declararem : quod officium amicitia poſtulat.

Captus) Vt iis, qui capiuntur, itidem mihi, rei novitate, & hujuſce non exſpectato judicii eventu, perculſus affectuſque animus eſt : prorſus me ſtupor oppreſſit.

Corripuerunt) Reprehenderunt ; ſic locutus epiſt. 9.

Reliſtus lege Licinia) De ambitu abſolutus, cui pœnam irrogabat Licinia lex.

Majori periculo) Elapſus enim priore judicio non ſua innocentia, ſed judicum ſordibus, accuſabitur de corruptis judiciis, majore periculo, quam de ambitu : damnatum oſtendit epiſtola quarta.

Poſtridie ejus abſolutionis) *Poſtridie ejus diei*, dixit Sulpicius epiſt. 12. lib. IV. & Cæſar lib. I. Bel. Gal. *Poſtridie ludos*, Cicero ad Atticum : *Poſtriduo*, pro Poſtridie, Plautus : *Poſtridie*, ſimpliciter Cicero.

Theatrum Curionis) Non erit hujus theatri, quod in funebri patris munere Curio dedit, injucunda cognitio; ſic enim a Plinio deſcribitur lib. XXXVI. c. 15. *Theatra duo juxta fecit ampliſſima, e ligno, cardinum ſingulorum, verſatili ſuſpenſa libramento : in quibus utriſque, antemeridiano ludorum ſpectaculo edito, inter ſeſe averſis, ne invicem obſtreperent ſcenæ, & repente circumactis, ut contra ſtarent, poſtremo jam die deſcendentibus tabulis, & cornibus inter ſe cocuntibus faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat.*

Hortenſius) Quo defendente impunitatem Meſſalla erat adſecutus ; avunculum ejus fuiſſe, & Valerius oſtendit lib. V. cap. 9. & Plutarchus in Sulla.

Vt ſuum gaudium gauderemus) Vt ſua lætitia lætaremur ; ſic & *Saltare ſaltationem*, in oratione Scipionis Æmiliani contra Ti. Gracchum, apud Macrobium lib. III. Sat. & *Dolere dolorem*, & ſimilia.

His tibi) Pro, *Tunc* ; nam *Tibi*, ornamenti cauſa poſitum, ut epiſt. 2. lib. IX.

Tonitruum) Cum e ſtrepitu, fremitu, clamore quiddam tonitrui ſimile fieret.

Rudentum) Rudere, aſinorum more, homines ſolent, cum aliquem contumelioſo ludibrio vexant.

Sibilus) Cum & ruderent ſimul, & exſibilarent Hortenſium ; fortaſſe autem, *Rudentum ſibilus*, ideo conjunxit Cœlius, quod illud Pacuvii memoria teneret, *Rudentiſibilus*, notatum a Varrone lib. IV. de Lingua Lat. antiquitatem enim paullo etiam magis, quam decuit, imitari Cœlio placuit ; quod a Tacito, & Quinctiliano reprehenſum videmus.

Intellus a ſibilo) Ingredientes in theatrum ſibilo excipiebantur ii, de quibus bene populus non exiſtimarer : de quo in Oratione pro Sextio : *Qui*

tumore, & favore populi teneatur & ducitur, plausum tumori litium, fidium ei mortem videri necesse est. Et ad Attic. epist. 19. 21. lib II.

Vicisse) Obtinuisse, ut Messalla absolveretur.

Marcelli) Consulis.

Impetus) De successore Cæsari in Gallias mittendo: epist. 1.

Resederunt) Quieverunt, sedati sunt. *Timor animi resedit*, in Tusculana III.

Consilio) Quod adversari suis consiliis alterum consulem Sulpicium cum intelligeret, exitum rei desperaret; ait enim in Iulio Suetonius: *Summae ope Marcello restitit, partim per Ser. Sulpicium, alterum consulem, partim per intercessores tribunos.* Et epitome Liviana lib. CVII *Contentiones inter consules de successore C. Cæsare mittendo.* Hirtius autem lib. VIII. de Bello Gallico: *Cum de Cæsaris provinciis Marcellus ad senatum retulisset, senatus eum discessionem facientem frequens reliquit.* Cicero etiam epist. 1. 2. 3. lib. IV. ait, *eum defensorem pacis in consulatu fuisse.*

Incertissima est existimatio) Prorsus ignoratur, qui consules futuri sint.

Ego) Petebat hoc anno Cælius, & obtinuit ædilitatem.

Nobilem) C. Hirrum, qui nondum ædilicius auguratum cum Cicerone consulari petere ausus erat.

Nobilem agentem) Non vere nobilem, sed qui se nobilem fingeret.

M. Octavius) Qui cum Cælio ædilis curulis videtur creatus; epist. 21. lib. V. ad Att.

Cn. F.) Patris nomen addit, ut eum Cicero agnoscat; ex quo patet de eo dici, non de Hirro; *Nobilem agentem.*

C. Hirrus) Lucceiæ gentis; nominatur in senatus consulto, epist. 8.

Propter Hirrum) Cujus repulsæ nuncium avide a te exspectari scin: cur? quia Ciceronis competitor fuerat in auguratu; epistola sequenti, & 9.

Pantheras) Quas e Cilicia mitti a Cicerone cupiebat, ut eas populo suis ludis daret. Binos ludos ædiles dabant, Megalesia, & Romanos: in quibus varia bestiarum genera, maximeque si possent, inusitata, quo populus iucundiore spectaculo frueretur, offerebant; in iis pantheræ fuere, Africanæ, & Græcæ, id est, ex iis regionibus advectæ, quarum incolæ Græce loquerentur: io quibus Cilicia, Ciceronis provincia fuit; ideo epist. 6. *Turpe*, inquit, *tibi erit, pantheras Græcas me non habere*; epist. 4. 6. 8. 9. & epist. 11. lib. II. & epist. ultima lib. V. ad Att. prima lib. VI. ad eumdem.

Syngraphum Sittianum) Ex qua exigeretur a Sittio pecunia, quam in ædilitatis impensas Cælius erogaret; epist. 4. 8. 9.

Commendo) Ne solutio differatur.

EPISTOLA III.

EST *ne*) Quam acuto atque urbano Cælius ingenio fuerit, ex epistolarum principiis intelligitur: salis enim aliquid omnia fere habent. Est oe? inquit: non id præsto, quod tibi discedenti promiseram, quod tu fore negabas, ut crebro litteras mitterem?

Vici) Quasi contentio fuerit inter eos, cum Cælius de litterarum crebritate affirmaret, Cicero negaret.

Delectem otiolum meum) Qua ratione, quod vacui temporis conceditur, jucunde traducam, non habeo. *Otiolum* vocavit, ut occupationes ostenderet suas, de quibus etiam in epist. 1.

Vacanti) Non occupato, *cum vacarem a negotiis, cum vacuus essem*, sic Cicero in epist. 30. lib. XII.

Id otii tempus) Id temporis, dum otiosus eram.

Sed Romæ) Vt non mihi soli, sed universæ civitati, te absente, solitudo videatur esse.

Et, qui, quæ mea negligentia est, multos sæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc, quotidie non esse te, ad quem cucurrissem, discrucior) Plautina sententia in Capt. *Tum denique omnes nostra intelligimus bona, Cum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.*

Curat) Argute; nam, quia cum Cicerone coram de Hirro jocari, ejusque ineptias ac stultitias ridere cupiebat, ideo, *Curat*, inquit, *Hirrus, ut te diu nobiscum queram.* Plus autem est *Curat*, quam *Facit*, aut *causa est*: quasi dicat: in hac petitione ita multa agit inepte, ita stulte, ut curare

de induſtria videatur, ut ego tecum ſim, quo illum ridere poſſimus.

Auguratus) Augur Cicero fieri noluit ante exſilium ſuum: revertus in patriam, ne calamitas dignitatem ejus minuiſſe videretur, ſtuduit quam ornatiſſima ſenatus populique Romani de ſe judicia intercedere: quod ipſe ad Catonem ſcribit epiſt. 4 lib XV. Augur autem in locum P. Craſſi, Marci filii, a Parthis interfecti, creatus eſt Plutarcho teſte: nominatus, de more a duobus auguribus, Pompeio Magno & Q. Horteſio oratore, Philippica II. & in Bruto; qui fuit annus urbis nec. Domitio & Meſſalla coss.

Nam mea) Nam mea quidem cauſa ideo minus cupio, quam tua, quia, ſi ædilis fiam, ſortitan cum locupletiore referam, id eſt, cum aliquo fiam, qui divitiis Hirrum ſuperet: quod e re mea non erit; opibus enim certandum erit in ſumtu ludorum. Ædiles Cur. ludos dabant magnificentiſſimos, lib. II. Off. & pro Murena, & Valerius Max.

Hoc) Vt ille repulſam ferat.

Sed tanti) Tanti ne, dices, hoc eſt, ut ſi acciderit, propterea nobis tota vita riſus deeſſe non poſſit? mehercule tanti eſt; ita enim multa, quæ merito rideantur, quotidie committit, ut inde nobis perpetuam ridendi materiam capere liceat.

Eorum odia, quæ Hirrum premunt) Si dixiſſet, *Ea odia*, uſitate dixiſſet: cum vero dixerit, *Eorum*, Latini ſermonis ratio, *Qui*, poſtulat potius quam, *Quæ*. Sed eſt hoc Cœlianum dicendi genus, id eſt plane durum & aſperum, notatum etiam, ut jam oſtendimus, a Quinctiliano & Tacito. Eamdem ſolœciſmi ſpeciem agnoſco in epiſtola ſequenti, cum dixit: *In evitandis his conſiliis, qui ſe intenderant adverſarios in ejus tribunatum*. Quo in loco poſtulabat uſus Latinæ linguæ, *In evitandis eorum conſiliis*. Verum, qui ea legerit, quæ de Cœlii eloquentia, ante hujus libri interpretationem, ex antiquorum teſtimonio præfati ſumus, accuratam a Cœlio dictionem valde non exſpectabit.

Sublevat) Licet Octavius gratia non valeat, non ideo tamen fit, ut ea, quæ Hirrum premunt, odia minuantur: optabile ſolet eſſe, ut competitorem non gratioſum habeamus, quo facilius ad nos populi ſtudium inclinet: hoc Hirro contigit, ut inops ab amicis & exiſtimatione ſit Octavius: nec tamen ideo, quæ Hirrum premunt, odia levantur.

Ad Philotimi liberti) T. Annius Milo, quo tribuno pl. præter ceteros adjuvante in patria ab exſilio Cicero redierat, anno proximo de vi reus ob necem Pub. Clodii, cum legis pœnam, id eſt exſilium, bonorumque omnium publicationem timeret, cepit hoc, auctore in primis Cicerone, conſilium, ut, ſi judicio damnaretur, quam damnationem publicatio bonorum ſequebatur, ejus bona Philotimus, Terentiæ Ciceronis libertus, in auctione emeret, ea conditione, ut ſi quando ipſe recuperandi facultatem nactus eſſet, Philotimus reſtitueret, ipſique Philotimo tantum pro fide ac ſedulitate, quaſi mercedis loco Milo perſolveret, quantum Cicero æſtimaſſet; quod Cœlius a ſe curatum ſcribit, Ciceronis, opinor, litteris rogatus, ex itinere miſſis; nam Brundulii cum eſſet, hac ipſa de re ſic ad Atticum ſcripſit epiſtola 8. lib V. *Romæ accepera litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam, quod Philotimus ſecius eſſet in bonis ſuis; id ego ita fieri volui, de C. Duronii ſententia, quem amiciſſimum Miloni perſpexeram*. Et paullo poſt: *Philotimus, ut ego ei eram dixeram, mihique ille receperat, ne ſit invito Milone in bonis*. Nunc ad Cœlii verba veniamus.

Liberti) Terentiæ Ciceronis uxoris epiſt 4. & 5. lib. VI. ad Attic. & alibi.

Officium) In conſervandis Milonis bonis magna fide ac ſedulitate.

Bona Milonis) Vt Miloni reſtituerentur; quod & ad Atticum antea, ut oſtendi, & (opinor) ad Cœlium ſcripterat.

Deſimus operam) Tum, ut Ciceroni obſequeretur, id per litteras roganti; tum etiam, quia Milonem ipſe diligebat: quem antea tribunus pl. de vi reum, ob necem Clodii defendit acerrime. Cicero pro Milone, Pedianus.

Quam honeſtiſſime) Fuit enim honeſtiſ-

neſtiſſimam, ac maxime decuit, ab eo ſatisfieri Miloni abſenti, id eſt ea reſtitui, quæ, cum Milonis damnati bona in auctione venirent, emerat. Sic lib. II Off. *Exiſtimavi, honeſtiſſime molestias deponi posse, si me ad Philosophiam retuliſſem.*

Miloni abſenti) Maſſiliæ exſulabat. Pedianus, Dio, & alii.

Fiſcique neceſſariis) Ad quos Milo ſcripſerat, ut a Philotimo ſua bona redimerent, vide epiſt. 8. lib. V. ad Attic. ex qua epiſtola ſatis conſtat, ipſum etiam Ciceronem partem Milonis bonorum, emtam in auctione poſſediſſe: de qua parte recuperanda non videtur Milo laboraſſe, vel amicitiæ cauſa; vel quod pecuniis, ut arbitror, non abundaret.

Æſtimatio tua) Æſtimaverat Cicero, quantum Philotimo, pro eius fide ac ſedulitate Milo daret: idque ipſe Philotimo promiſerat: itaque ſic ad Atticum ſcribit: *Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.* Quo in loco vide quæ diximus in Commentario.

Aliquod συνταγμα) Si Latine vertas, proprie *συνταγμα compoſitio* eſt, a *συντασσω*; liber ſignificatur accurate ſcriptus; nam *ὑπομνημα*, Latine *commentarius*, ex tempore & ſine ſtudio conficitur. Epiſt. 44. lib. 12. ad Attic. *Ego hic duo magna συνταγματα abſolvi*; quo loco duos Academicos, & quinque de Finibus libros indicat. Et Simplicius *εν τω α τῶν φυσικῶν ἀκροαματικὰ, καὶ συνταγματικὰ*, ait eſſe *σαφεστερα*.

Homini non inepto) Cum joco dixit: quaſi qui aliena induſtria ſui nominis famam quærat, non ineptus omnino ſit.

Monumentis) Scriptis; alibi, *Litterarum monumenta, annalium monumenta*.

Exſtare) Subauditur, *in mentem venit*: id eſt ideo venit huc in mentem, ut exſtaret aliquod e ſcriptis tuis, quod poſteris etiam noſtram amicitiam declararet.

Noſtræ amicitiæ) Vt impetret, non, inquit, me gloriæ ſtudium, ſed teſtificandæ apud poſteros amicitiæ noſtræ cupiditas in hanc mentem adduxit.

Omnem noſti diſciplinam) Omnem doctrinam ſcientia cumprehendiſti

Genere) Quod argumentum deligas, monendus non es: genus tamen id ſit, quod nec a mea perſona alienum videatur, & aliquid doceat, quo libentius legatur.

EPISTOLA IV.

Meſſallam) De quo ep. 2. Cognomen a Meſſana capta: ideo ſcribitur geminata *l*, quod lapides Capitolini veteres, præterea nummi ſervant: idque poſtulat analogia. Sic enim a Meſſana deducitur *Meſſalla*, ut a Corona *Corolla*, Catena *Catella*, Fiſcina *Fiſcella*.

Condemnatum) Ideo dixit epiſt. 2. *Relictus lege Licinia, majore esse periculo videtur.*

C. Marcellum) M. Marcelli, ut ait Suetonius, fratrem patruelem: quem nemo conſulem exſpectabat: ex quo illud in epiſt. 2. *De Comitiis conſularibus incertiſſima exiſtimatio eſt.*

M. Claudium) M. Claudius conſul erat hoc anno cum Ser Sulpicio: itaque nec in eum repulſæ, nec accuſationis mentio convenit; niſi ſi alium M. Claudium putemus intelligi: quod ſi ita eſſet, omnino diſtinguendi gratia, vel cognomen, vel patris prænomen, vel notam aliquam Cœlius addidiſſet. Placet igitur, quod Corradus ſenſit, *Calidium*, pro Claudio, & *Galliis*, pro Gallis. ut ſit M. Calidius Orator, a duobus fratribus Gallis accuſatus: quod eo veriſimilius videtur, quia ipſe quoque eorum alterum, Q. Gallium accuſaverat, quem Cicero defendit; conſtat ex libro de Claris Oratoribus, in quo ſunt hæc: *Meminī, cum Marcus Calidius in accuſatione ſua Q. Gallio crimini dediſſet, filii eum venenum paraviſſe, idque a ſe eſſe deprehenſum.* Idem legimus in Valerio lib. VIII. cap. 10. Idem hic epiſt. 9. Cœlius ſignificat his verbis: *Calidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus.* Sunt, qui legant, *A Galliis duabus*: & M. Claudium putent ab ulteriore & citeriore Gallia accuſatum, in quo primum diſcedunt & a Medicæo, & plane a ſcriptis omnibus libris, in quibus eſt, *Duobus*, non *Duabus*: deinde nulla nituntur hiſtoria; nam ſi accuſatur a provinciis, certe repetundarum; utrique igitur Galliæ præſue-

fuerit, neceſſe eſt; quod nemo prodidit: nec omnino cuiquam, ante C. Cæſarem, adminiſtrationem utriuſque Galliæ mandatam exiſtimo.

Poſtulatum] Reum factum: epiſt. 6. 8. 12.

A repulſa] Poſt repulſam conſularus; prætor enim Calidius fuerat Lentulo & Metello Coſſ. ut oratio demonſtrat in ſenatu habita poſt reditum.

Poſtulatum] Fortaſſe de ambitu: ſiquidem poſt repulſam poſtulatus eſt.

Dolabellam] Corneliæ gentis, patriciæ; qui poſtea gener fuit Ciceronis. Accuſavit Appium de ambitu epiſt. 6.

XV. *Virum*] XV. Viri cuſtodiebant libros Sibyllinos, a Cumæa Sibylla, Priſco regnante, Romam allatos. *Fatales* vocabantur, quod fata, id eſt, immutabilem Iovis voluntatem, prædicerent: ad eos quaſi ad Oraculum, XV. viri adibant, cum dii immortales publice conſulendi eſſent: hiſtoriam Gellius lib. I. cap. 19. ex antiquis annalibus expoſuit. Dio lib. XXXIX. Sacerdotes nominat cuſtodes horum verſuum, Cicero interpretes, lib. I. de Divin. Quo in loco *decemviri*, non *quindecimviri*, appellantur; ſed veritatem aperit diſtinctio; nam ſuperioribus temporibus decemviri Sibyllinos libros cuſtodiebant: Ciceronis ætate, atque etiam poſt aliquot ſecula quindecimviri: quod Auſonii Poetæ in Grypho verſibus conſtat:

Atque triſtidiæ nomen commune Sibyllæ,
Quarum tergemini fatalia carmina libri,
Quos ter quinorum ſervat cultura virorum.

Suetonius *fatales libros* vocat.

Lentuli Cruris] Hic eſt opinor, L. Lentulus Cruſcellus, qui anno ſequenti conſul deſignatus eſt; potuit enim & *Crus* & *Cruſcellus* indifferenter nominari.

Deſcenderat] In campum Martium, ubi comitia creandis ſacerdotibus lege Atia fiebant: cum eam poteſtatem T. Atius Labienus a collegis ad populum tranſtuliſſet: qua tota de re diximus in libro de Legibus.

Noſtri equites] Quorum ſtudia Cælius amiciſſimo ſuo Dolabellæ adjunxit. *Noſtri* autem, quia Cælius & Cicero equeſtri loco nati, id eſt, parentibus, qui ſupra equeſtris ordinis gradum, id eſt, ad Senatoriam dignitatem, numquam adſcendiſſent.

Tribunum pl. deſignatum] Ergo comitia tribunitia ante prætoria & ædilitia fiebant; quæ nondum eſſe facta, paullo poſt manifeſtum eſt. Ante conſules etiam deſignabantur tribuni pl. quod epiſt. prima ad Attic. teſtatur: primique omnium magiſtratum inibant IV. Id. Dec. cum reliqui omnes magiſtratus Kal. Ian.

Condemnatum] De ambitu, quod tribunatum pl. largitione conſecutus eſſet.

Magnum metum] Quod inquieto eſſet ingenio, & ab eloquentia paratus. Cælius tamen, eum propter amicitiam excuſans, ait: *Qui eum, facilitatemque ejus non norunt.*

Ut ſe fert ipſe] Vt ſe oſtendit, ut videtur.

Bonos & ſenatum] Quos primo tribunus pl. defendit: mox ad Cæſaris partes tranſiit, corruptus, Appiano teſte, amplius ∞ D talentis, epiſt. 6.

Vt nunc eſt] Sic Cicero ad Attic. *Si manebunt; & ut nunc eſt, manſuræ videntur.*

Hoc ſcaturit] Quaſi ebullit hanc rem, ut Servii locum obtineat. Proprie *ſolum ſcatere fontibus* dicitur; ſed cum accuſandi caſu veteres interdum uſi ſunt. Plautus in Per. *Id tuus ſcatet animus.* Lucretius & cum genitivo uſus eſt lib. V. *Terra ſcatet ferarum.* Similiter lib V. de Fin Cicero: *Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem: quod quidem ſolet ebullire nonnumquam.*

Initium & cauſa] Ideo tribunatum pl. petit, ut contra Cæſarem agat, a quo contemtus eſt; cum antea tribunatum minime cogitaverit; quod Cicero ſignificat epiſt. 6. lib II in eo loco. *Cum te tribunum pl. iſto anno fore non putarem.*

Infimorum hominum] Plebem ſibi tribunuſque pleb. Cæſar adjunxit, quod intelligeret optimates cum Pompeio tenire. Epiſt. 14. *In hoc diſſertis*, inquit, *video Cn. Pompeium, ſenatum, quique res judicant, ſecum habituros; ad Cæſarem omnes, qui cum timore, aut mala ſpe vivant, neceſſuros.* Quam-

quam

quam non infimos tantum homines, verum etiam ſequentis anni conſulem L. Æmilium Paullum magna pecuniæ vi, qua baſilicam Æmiliam exſtruxit, ad ſuam cauſam traduxit.

Valde) Cum dixerit *non mediocriter*, cur ſubjungit, *Valde*? fortaſſe, ut magis augeat: ut cum dicebant, *vehementer etiam*, *atque etiam*. ..

Contemſit) Majore impenſa, Curione tribuno pleb. cum eum quoque minime cum infimis conferendum ubi poſſet adjungere.

Perquam venuſte cecidiſſe) Omnes libri veteres, etiam Mediceus, *Ceciniſſe*: unus tantum, *Cediſſe*; placet, *Cecidiſſe*: ex more latine loquendi.

Vſque eo) Videtur dictum pro *vehementer*.

Nihil conſilio fecit] Fuit enim ingenio turbulento, de quo Velleius: *Curio eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ, & pudicitiæ prodigus, ingenioſiſſime nequam, facundus malo publico; hujus animo, voluptatibus, vel libidinibus, neque opes ullæ, neque cupiditates ſufficere poterant*. Et Suetonius *violentiſſimum tribunorum* appellat.

Ratione & inſidiis, &c.] Si vel unus ſuffragaretur antiquus liber, legerem libenter: *Ratione & conſilio uſus videretur in evitandis eorum inſidiis*. Quo modo locutus eſt Cic. lib. VII. in Verrem: *Labecem itinerum facilem ſibi & jucundum ratione conſilioque reddidit*.

His conſiliis] Cum ſequatur *Qui*; rectius videretur, *Eorum conſiliis*: quid agas? Cœlianum eſt. Similiter dixit in proxima epiſtola: *Eorum odio, quæ Hirrum premunt*; pro, *Qui Hirrum premunt*.

Adverſarios) Poſtea cum ab optimatibus ad Cæſarem Curio deſciviſſet, ita in gratiam rediere, ut Curionis maxime tribuni pl. opera auguratum Antonius obtinuerit, de quo in Philipp. II.

Lælios & Antonios) Cum de Cæſarianis loquatur, qui Curioni Cæſaris inimico, (ut quidem tunc aut erat, aut videbatur) in petitione tribunatus adverſarentur, malim *Lollios*, pro *Lelios*; nam Lælii Pompeiani: quod ex libris Cæſaris de Bello Civ. cognoſcitur. Antonius autem quæſtor Cæſaris erat in Gallia, & poſt annum tribunus pl. acerrime Pompeianis Cæſarem oppugnantibus, reſtitit, interceſſitque ne S. C. de Galliarum ſucceſſione fieret. Noſtram opinionem de *Lælii* in *Lollios* mutandis adjuvat locus epiſtolæ 3. lib. V. nam ubi, *Lollium*, legitur, non deſunt ſcripti libri, qui habeant, *Lelium*, errorem creante nominis ſimilitudine, & quod notiores Lælii, quam Lollii.

Id genus valentes) Pro, *ejus generis*. *Valentes* autem vocat, animo & vigilantia præſtantes.

In dies) Deſignatis enim jam tribunis pleb. & conſulibus, reliquorum creatio magiſtratuum duci valde non poterat.

Prætoriis] Prætoria comitia fieri ſtatim poſt conſularia ſolita ſunt; ſed obſtitit neſcio quid. Auſpicia quidem impedimento eſſe non potuere: cum prætoria, ut lib. XIII. cap. 14. docet Gellius, iiſdem, quibus conſularia, fierent; conſularia vero facta jam eſſent.

Mea porro comitia quem eventum ſint habitura] Sic antea in omnibus impreſſis: nos vocem, *Comitia*, ſuſtulimus, quæ ſubintelligitur; ut etiam cum dicit: *Prætoriis more quædam inciderunt*.

Opinionem incredibilem) Optima ſigna vidimus propenſæ in me, alienæ autem ab Hirro populi voluntatis.

Ædilium pl.) Qui ante curules ideo creabantur, quod quaſi tribunorum pl. miniſtri ab initio eſſent inſtituti, ut Dionyſius & alii teſtantur: quod ſi tribunorum pl. cauſa creati; conſentaneum eſt, ut ſtatim poſt eos crearentur, id eſt, ante conſules, & reliquos magiſtratus.

Nacta ſunt] Quia candidati, antequam ſua comitia fierent, aliorum quoque magiſtratuum comitiis prenſabant, ut populi voluntatem eliceret; qua perſpecta, vel confirmarentur in ſpe, vel, ſi quid eſſe adverſum intelligerent, aliqua ratione mederentur: propterea comitiis tribunitiis, qui candidati conſulares erant, prenſarunt Galba, Antonius, Cornificius: quod in epiſtola ad Atticum prima ſcriptum eſt. Sic igitur & Cœlius Hirruſque cum ædilitatem curulem peterent, ædilium pl. tamen comitiis prenſarunt.

Cælium Vinicianum) Adoptatum in Cæ-

Cœliam gentem; cum ex Vicinia natus eſſet. Verum, ne celem quod ſentio, *Liciniam*, una tantum littera immutata, potius quam *Vicinianum*, legendum exiſtimo, adductus in hanc opinionem primum hoc argumento, quod hic, qui de dictatore Pompeio cogitavit, varie nominatur, *Lucilius* a Plutarcho, *Vicinianus* ab Hirtio lib. IV. de bello Alexandrino, *Craſſus Iunianus* ab ipſo Cicerone ep. 8. lib. III. ad Q. fr. & in Sigonii vetere libro *Memmianum*, non *Vicinianum*, legi video: ut ipſa varietas mendi ſuſpicionem afferat: deinde quod cum *Craſſus Iunianus* a Cicerone appelletur, & *Craſſus* Liciniæ gentis cognomen fuerit, licet intelligere, vel eum ex Licinia gente, vel in Liciniam adoptatum, unde Craſſi cognomen acceperit. In Liciniam, qui poteſt? cum Cœlius appelletur: non enim duarum familiarum numina ſimul ponuntur: ergo ex Licinia in Cœliam: ut fiat *Cœlius Licinianus Craſſus*, vetere cognomine conſervato: ut Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pompeii ſocer una cum eo conſulatum geſſit; cum tamen, a Q. Cæcilio Metello Pio, ut Dio ſcripſit, adoptatus, ab adoptivo patre prænomen, nomen, cognomen ſumſiſſet: itaque in S. C. quod Cœlius ep. 8. Ciceroni miſit, *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio* vocatur, & M. Lucullus, Lucii Luculli, qui de Mithridate ac Tigrane triumphavit, frater conſobrinus, qui conſul fuit cum C. Caſſio Varo, cum ex Liciniis in Terentios tranſiſſet, vetere cognomine Lucullus, novo autem Varro nuncupatus eſt. Sed, ut novo prænomine ſemper, vetere abjecto, ſic vetere cognomine non illi quidem ſemper, ſed frequentius, quam novo, utebantur. Exemplo ſunt, ne alios quaramus, ii duo, quos proxime nominavimus: quorum alterum ſemper Lucullum, numquam Varronem, alterum ſæpiſſime Scipionem unico cognomine, interdum gemino Metellum Scipionem, numquam Metellum ſimpliciter vocatum meminimus. Accedit ratio temporum, ut idem eſſe videatur, qui nunc ædilitatem cum Hirro petit, & qui tribunus pl. cum eodem deſignatus eſt, in ea ad Quintum epiſtola. Ergo & hic, *Cœlium Licinianum*, non *Vicinianum*, & in epiſtola ad Quintum, *Craſſum Licinianum*, non *Iunianum*, rectius legi crediderim. Æquis tamen judicibus tum hoc, tum omnia, quæ a noſtra proficiſcuntur induſtria, libenter committimus. Cum hæc ſcripſiſſem, oſtendit mihi vir eruditiſſimus Fulvius Vrſinus nummum argenteum, in quo mentio fit Cœlii Viciniani: alterum, in quo P. Craſſi Iuniani: fortaſſe puteſt hic eſſe P. Cœlius Craſſus Iunianus, qui ex Iunia Craſſorum gente adoptionis jure tranſierit in Cœliam.

Promulgatio de dictatore) Domitio & Appio coſſ. cum magnis candidatorum conſularium contentionibus extracta in annum ſequentem comitia eſſent, deſperata prope modum concordiæ ſpe, ortus eſt de dictatore ſermo: quod unicum difficillimis reip. temporibus remedium majores invenerant, nec dubium, quin Pompeius crearetur, honoribus & rerum geſtarum gloria clariſſimus, de quo ſic ep. 8. lib. III. ad Fratrem: *Res proclare: ad interregnum comitia adducta: rumor dictatoris injucundus bonis. Pompeius plane ſe negat velle; antea ipſe mihi non negabat; velit, nolit, ſcire difficile eſt.* Dictaturam tamen ab eo recuſatam, Dio ſignificat lib. XL. Appianus eum, ſuo more diſſimulantem, verbis quidem dictaturam recuſaſſe, reipſa cupiiſſe, lib. II. de Bell. Civ. narrat; idem & Plutarchus.

Subito dejecit) Subaudiendum, *ædilitate*: ut in oratione pro Murena, *Praturæ dejectus*: & in Verrem, *Si me ædilitate dejeciſſes*. Hoc enim dicit: Cœlium Licinianum, cum petere cœpiſſet, revocata legis ab eo de dictatore promulgatæ memoria, ſtatim ædilitate dejecit.

Infeſtus eſt) Numquam ita Cicero loqueretur: quid enim hoc eſt? *promulgatio de dictatore dictum magno clamore infeſtus eſt*; cum hoc ſignificet: primum populus ei petenti vulgo negavit: deinde magni clamores in eumdem confecuti. Et ſane, cum hic Cœlius, qui *Lucilius* in Plutarchi Pompeio mendoſe, ut puto, nominatur, rogationem de dictatura Pompeio mandanda ferre conaretur, incurrit in odium civitatis; nec longe abfuit, quin magiſtratu ſe abdicare coactus ſit. Plutarchus.

Non

Non faciendum) Alii, *Ad non faciendum*: eadem ſententia. Detecto, inquit, Cœlio, cunctis flagitare Hirrum cœperunt, ne faceret, id eſt ne peteret ædilitatem; hæc eſt enim illa incredibilis opinio, quam proxime dixit ſua comitia nata eſſe ædilium pl. comitiis.

Flagitare) Hiſtorico more, pro *Flagitabant*.

Quod ſperaſti) Me deſignatum ædileni.

De illo, quod eix ſperare auſus es) Non modo illum non eſſe deſignatum, quod ſperaſti, ſed etiam, quod vix ſperare auſus es, turpiſſime dejectum. Urbane & perfacete ad hunc locum Cicero reſpondit ep. 10. lib. II. lutit enim in verbo, *Illam*, &, cum eamdem ſententiam referret, inquit: *De te, quia, quod ſperabam de Hillo, (balbus enim ſum) quod non putaram*. De Hillo, dixit, juco (ut opinor) duplici, nam & *Hirrum* balborum more, mutatione litterarum pronunciavit, & alluſit ad Cœlii verba, qui ſcripſerat, *De illo*: pro quo retulit, *De Hillo*, quod a Græcis inter ea quæ riſum excitant, παραγραμμα vocatur: epiſt. 32. lib VII.

Al Apollinia) Απολλιναριους: pro, ædem Apollinis: ep. 2. lib. XIV. *Valerius ad me ſcripſit, quemadmodum a Veſte ad tabulam Valeriam ducta eſſet*. Et pro Milone: *Cum falcibus ad Caſtoris, eum gladiis toto foro volitarunt*.

De ſtipendio Ca. Pompeii) Quod legionibus perſolveret, quas partim habebat in Hiſpaniis cum tribus legatis, Afranio, Petreio, Varrone; partim Arimini: ſequitur enim paullo poſt, *Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus*: hac de re ep 14. *Cæſari quoque decretum ſtipendium*, dixit ep. 7. lib. I.

Expenſam tulit) Tradidit; nam, *Expenſum ferre*, eſt, in tabulas referre, quod expenſum ac datum alicui ſit, ſic in Philippica II. *Quis amicam inventus eſt, qui Antonio mille nummum ferret expenſum?* Exemplorum alibi ſatis eſt.

C. Cæſari) Cum Cæſar in Gallia ſæpe acie victor, majorem tamen motum, ut inquieta illius erant nationis ingenia, multis de cauſis exſpectaret, ab Cneo Pompeio proconſule petiit, quoniam ipſe ad urbem cum imperio reip. cauſa maneret, quos ex ciſalpina Gallia conſulis ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe proficiſci juberet, quod Pompeius & reip. & amicitiæ tribuit. Hoc apud eum totidem verbis lib VI. de Bel. Gal. ſcriptum eſt. Hirrius autem ſic lib. VIII. *Fit ſenatus conſultum, ut ad bellum Parthicum legio una a Ca. Pompeio, altera a C. Cæſare mitterentur, neque obſcure hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur; nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, conſectam ex delectu provinciæ, Cæſari eam tamquam ex ſuo numero dedit. Cæſar tamen, cum de voluntate adverſariorum ſe exſpoliari nemini dubium eſſet, Cn. Pompeio legionem remiſit*. Plutarchus etiam in Pompeio repetitam eam legionem ait ſimulatione belli Parthici, quod a Dione quoque lib. XL. traditum eſt.

Quo numero eſſet) Poſt C. Marium, ſena millia peditum ſummus in legione numerus fuit, minor interdum; quod aliquam ob cauſam legio eſſet infrequentior; ideo facta mentio eſt, quo numero eſſet ea, quam Cæſari Pompeius commodaverat; ſed in ea peditum ſena millia fuiſſe, ex Plutarcho perſpicuum fuit, qui M. Catonem de Pompeio queſtum eſſe narrat, quod ſex millia militum ad Cæſarem ſine ſenatus auctoritate in Galliam miſiſſet.

Quo appeteretur) Quo numero tribui deberet, Sigonii liber unus, *Appeteret*: quod non placuit.

Coactas eſt) Nam ipſe libenter ſimulabat: ideo non niſi coactus dixit, le ex Gallia legionem eam abductuium. Ep 5. lib. I. *Noſti hominis tarditatem & taciturnitatem*.

Sub mentionem) Poſt mentionem de ea legione factam.

Convicium) Efflagitationem; nam *convicium* non modo maledictum eſt, ſed etiam vehementior ſine intermiſſione poſtulatio; unde illud in ep. 10. lib II. ad Fratrem: *Epiſtolam hanc convicio efflagitarant codicilli tui*. Et in oratione pro Archia: *Quæris a nobis, Græche, cur tantopere hoc homine delectamur? quia ſuppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures convicio defeſſæ conquieſcant*. Convicio, pro multis vocibus multoque clamore, dixit.

Obtre-

Obtrectatorum] Fortaſſe Cato, Bibulus, Domitius Ahenobarbus, Cæſaris inimici, Pompeio ob eam cauſam obtrectabant, quod Cæſari legionem de ſuo exercitu commodaſſet; non enim obtrectatores hic appellari Cæſaris amicos, veriſimile videtur: qui certe de removenda ab eo legione meotionem numquam intuliſſent.

Hoc eſt de provinciis) Gloſſema non puto: ſed actione de provinciis Galliis quoque, actione autem de Galliis continetur ſimul & comprehendi provincias omnes, docet.

Placitum eſt) Antique, pro *Placuit*: ut, *Licitum* eſt, pro *licuit*: *Puditum eſt*, pro *puduit*. Cicero lib. IV. in Verrem: *Nego ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quia quæſierit, inſpexerit, quod placitum ſit, abſtuleris*. Et D. Brutus epiſt. 1. lib. XI. *Placitum eſt mihi, ut poſtulatem legationem liberam*. Et Pompeius in epiſtola ad conſules, lib. VIII. ad Att. *Placitum eſt mihi, at Brundeſium ducerem hanc copiam*. Multebri genere Terentius in Andr. *Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi*. Eodem modo, *Puditum eſſet*, pro *puduiſſet*, dixit Cicero pro Flacco; & lib. II. de Fin. *Quos non eſt veritum ponere*: pro, qui non veriti ſunt ponere. Terentius in Andria: *Dum licitum eſt illi: dumque ætas tulit, amavit*. Quo loco Donatus, *Veteres*, inquit, & *Placitum*, & *Puditum dicebant: quæ nos, placuit, pudet*.

Coram eo) Quo modo, coram eo, cum Pompeius, quia cum imperio erat, urbem introire non poſſet? Scieudum, eos qui cum imperio erant, petiiſſe interdum a ſenatu, & obtinuiſſe, ut ſalvis legibus ingredi urbem poſſent: itaque laudavit Sextium de vi reum, præſens Pompeius, cum judicium in foro fieret, Marcellino & Philippo coſſ. quo anno eum fuiſſe cum imperio, ſuſcepta annonæ cura, notum eſt, ep. 9. lib. I. Nonnunquam etiam, ut iis qui ad urbem cum imperio erant, liceret intereſſe, extra urbem ſenatus habebatur, ut biennio poſt, belli civilis initio: quod a Cæſare lib. I. de Bel. civ. ſcriptum legimus.

Ariminum) Situm in extrema Italia, non ea, quam Alpes cingunt, qui naturæ terminus eſt, ſed ea, quam a Gallia ciſalpina populus Romanus Rubicone fluvio diſjunxit: citra Rubiconem autem primum oppidum Romam euntibus, ultimum in Galliam, Ariminum occurrit.

Ad exercitum) Cujus ipſe imperator erat: manebat enim ad urbem reipub. cauſa cum imperio: quod Cæſar lib. VI. aliique tradiderunt: *Per legatos abſens Hiſpaniæ adminiſtrabat, mandatæ ei lege primum Trebonia in quinquennium, deinde altera, quam ipſe tertiam conſul tulit, in alterum quinquennium prorogatus*. Dio lib. XL. Plutarchus, alii.

Factum iri] Vſitatius erat, *Actum iri*: quo modo & ipſe de eadem re locutus eſt epiſt. 9. *De provinciis*, inquit, *quod tibi ſcripſeram, idibus Sextil. actum iri; interpellat judicium Marcelli conſulis deſignati*. Nec paucis præterea confirmatur exemplis.

Aut tranſigere aliquid) Aut S. C. fiet de imperio iis, qui provincias obtinent, finiendo, idque potiſſimum Cæſaris cauſa: aut a tribunis pleb. Cæſarianis turpiter intercederetur: interceſſum autem a quatuor tribunis pl. in ep. 8. demonſtratur. Et cum ait, *Turpiter*, ſentire ſe pro optimatibus indicat, ſed anno ſequenti, cum ædilitatem gereret, ſe mutavit, vel Appii cenſoris odio, vel Curionis tribuni pl. amicitia, ep. 12. 13. 17.

Illam vocem) Ex qua intellectum eſt, vel tranſactum iri aliquid, vel tribunos pl. interceſſuros eſſe.

Omnes) Ergo & Cæſarem: ſi ſenatus ei ſuccedendum cenſuiſſet.

Senatui dicto audientes eſſe) Pro, *Senatui parere*. Sic pro Deiotaro: *Ut audiens dicto eſſet huic ordini*. Et Philippica VII. *Scilicet legatos ad eum miſimus, non ut pareret, & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut conditiones ferret*.

Nihil exſpectio) Proxime, ſe non exſpectare nihil affirmavit his verbis: *Profecto aut tranſigitur aliquid, aut turpiter intercedetur*, quid igitur, an ſecum pugnat Cælius? diverſa ſententia eſt; nam hic ait, *Nihil exſpectat*, pro, Cæſarem ſenatui dicto audientem fore nequaquam puto.

Primum) Primi conſules deſignati ſententiam rogabantur: eorum autem prior, qui priore loco deſignatus erat; ideo

ideo Marcellinus, conſul deſignatus, primus ſententiam rogatur ep. 1. l. II. ad Fratrem: ſecundo autem loco Philippus ejus collega, quod ſecundo loco deſignatus eſſet.

Syngrapha Sittiana] De qua diximus in ep. 2. ne ſæpius eadem iterentur.

Valde pertinerr) Vt pecuniis ex ea ſyngrapha exactis alerentur, ac Romam deportarentur pantheræ, quas dare ſuis ludis anno ſequenti Cælius cogitabat: vide ep. 9.

De pantheris) Epiſt. 2.

Cybiratas) Venandi periram gentem, ep. 9. & ep. 1. lib. 6. ad Att.

Regem Alexandrinum] Ptolemæum, quadriennio ante a Gabinio Syriæ proconſule reſtitutum, diximus ep. 1. l. I.

Quid mihi ſuadeas) Fortaſſe curam ſibi a ſenatu ejus regni inviſendi, atque aliquandiu procurandi mandari cupiebat.

Quis procuret] Procurabat Ptolemæi pueri, annum XIII. agentis, nutricius ejus, eunuchus, nomine Photinus, is, cujus conſilio Pompeius Magnus, cum Peluſium acceſſiſſet, necatus eſt. Cæſar lib. III. de Bel. civ. Appianus lib. II. de Bel. civ. Dio lib. XLI. Plutarchus in Pompeio.

Perſcribas] Nec enim ei de regni ſtatu difficilis cognitio erat, cum Ciliciæ præeſſet, cui proprie in conſpectu Ægyptus eſt.

EPISTOLA V.

Initimarumque regionum) Quas non numquam incurrentes Parthi vexabant; primam vero, quam, trajecto Euphrate, qui terminus Romani imperii fuit, invadebant Parthi, Syriam fuiſſe, ex epiſtolis t. 2. 3. 4. cognoſcitur: ceteræ vero regiones vel Romanis parebant, vel in earum ſocietate clientelaque erant, poſſeſſæ a regulis tyrannique, aut ſuis legibus libere viventes.

Animi pendeo) In ſollicitudine ſum: notum loquendi genus. *Pendemus animis*, dixit Cicero Tuſc. 1. ſed uſitatius, *animi*.

Si hoc moderari poſſemus] Si liceret nobis, quod ad Parthicum bellum attinet, ita rem moderari, & hoc modo corrigere, ut cum viribus copiarum tuarum bellum æquaretur; nihil tam eſſet optandum. Dixit, *Hoc*, pro hac ratione, hoc modo: vel, *Hoc*, accuſandi caſu: id eſt, id quod mihi timorem injicit. Sigonii liber habet: *Hoc more moderari poſſemus, & pro viribus copiarum*, &c.

Triumphoque) Ad triumphum ſatis erat, hoſtium quinque millia una acie occidiſſe: de quo Valerius Max. lib. II. cap. 3. Reſpondit Cicero: *Velles, tantum modo ut haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis.*

Gravem illam dimicationem) Cum omnes utrimque copiæ concurrunt.

Parthus] Pro *Parthi*, hiſtorico more: ſic Livius ſæpe & alibi, *Pœnus*, & *Romanus*, pro *Pœni*, *Romani*.

Vix unum ſaltum] Qua tranſire in provinciam Ciceronis Parthi conarentur. *Vix* autem, quia duas tantum legiones Cicero habebat, ut epiſt. 15. lib. V. ad Att. Plutarchus ait fuiſſe duodecim millia peditum, equites MMDC. id quod oſtendit, in ſingulis legionibus ſena millia peditum fuiſſe, equitum autem numerum, vix crediderim, in Plutarcho vacare mendo; nam ſingulis legionibus trecentos adjunctos equites fuiſſe ſatis liquet, quod ſi accedant auxiliares, tantus tamen numerus non efficitur: niſi ſi, quod valere Parthus equitatu conſtabat, ideo numerus equitum auctus eſt.

Controverſiam) Referente enim ad ſenatum Marcello conſule de provinciarum ſucceſſione, eo conſilio, ut Galliæ Cæſaris eamdem conditionem ſubirent; videt Cælius, id quod evenit, interceſſum iri a tribunis pleb. quia legitimum provinciæ Cæſaris tempus Vatinia primum, deinde Trebonia lege datum, expletum nondum eſſet. Quæ igitur interceſſio, Galliarum cauſa S. C. de provinciis impediet, eadem, ne ceteris provincias obtinentibus ſuccedatur, efficiet.

Quid facturus eſſet) Quem provinciæ decedens præficere velles: ep. 9. *Quantum divino, retinyurndus tibi eris, qui provinciam obtinrat; nam non expectatur ſucceſſio: quando Gallia, quæ habent interceſſorem, in eamdem conditionem, quam ceteræ provinciæ, vocantur.*

Translatitia] Vſitata, uſu translata: ut ep. 8. lib. III. *Hoc vero*, inquit,

ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiviſſe aliquid, in quo te offenderem, translatitium eſt.

Conſtituetur] In ſenatu: conſtituetur autem decreto generali de omnium provinciarum ſucceſſione.

Erit) Tribunus pleb. amicus Cæſari: ut interceſſerunt quatuor, epiſt. 8.

Alius) Tribunus pl. Pompeii, id eſt optimatum fautor: qui cum impediri Gallias viderit, expediri reliquas non patietur: eo ſcilicet conſilio, ut vel omnibus, qui provincias obtinent, vel nemini ſuccedatur.

De omnibus provinciis] Conſularibus, & prætoriis: de quibus conſul M. Marcellus, primum de conſularibus, mox de prætoriis, ſeparatim verba fecit, epiſt. 8.

Plus biennium] Non fallitur; nunquam enim res, niſi civili bello, ad exitum deducta. *Plus biennium*, pro, *Plus biennio*: ut ep. 6. lib. VI. ad Att. *Plus annum provinciam obtinere.*

Moretur) Paſſive, dixit, antiquo more; ſic in Agraria 2. *Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe ſoleatur.*

Mea conſuetudine] Id enim promiſit epiſt. 1.

In quodam incilizia omnia) Sic Mediceus liber, & qui fuit Vbaldini. Sigonii unus, *In quodam incililia omnia*: Ioannis Scalæ, *In quodam omnia in Sicilia*: Maffeorum, *In quodam vicilliore omnia*. Mendum patet, nec diſpliceret, *In quodam incili jam omnia*: quod olim placuit. *Incilia* foſſæ ſunt, in quas ex foſſis aquæ derivantur.

Adhæſerunt) In actione de provinciis, tamquam in quodam incili, urgente M. Marcello conſule idem illud, quod antea, ut iis qui provincias obtinent, ſuccedatur.

Vrget) Ergo, reſediſſe impetus ejus, falſo putavit Cælius. Id enim ſcripſit epiſt. 2. Et cum dicat, *Idem illud urget*; antea ſcriptum eſſe ab eo de hac Marcelli actione, & aliquot Cælii ad Ciceronem epiſtolas deſiderari ſatis conſtat.

Neque adhuc frequentem ſenatum efficere potuit) *Neque*, hic uſurpatur pro *Ne quidem*, hac ſententia: Tantum abeſt, ut Marcellus S. C. efficere de provinciarum ſucceſſione, ut ne ſenatum quidem adhuc frequentare potuerit; ſic ep. 4. lib. IV. ad Attic. *Neque hoc neglexi*. Non diſſimile illud epiſt. 10. lib. IX. *Quod altera epiſtola purgas te, non diſſuaſorem mihi emtionis Neapolitanæ fuiſſe, ſed auctorem commercii urbani: neque ego aliter accepi. intellexi tamen idem, &c.* Infrequenti autem ſenatu fieri S. C. leges vetabant; qua de re diximus ep. 9. lib. I. in eo loco: *Mihi eſt ſenatus conſultus, ut idibus Maji, frequenti ſenatu, de agro Campano referretur.*

Curio tribunus) Ex his verbis nondum eſſe deſignatum tribunum Curionem, conjicio.

Introibit) Introivit, neque ſolum anno poſtero, Curione tribuno, ſed etiam eo, qui conſecutus eſt, M. Antonio & Q. Caſſio Longino tribunis pleb. qui S. C. de provinciis interceſſerunt.

Quam facile nunc ſit) *Nunc*, pro *tunc* ut futurum tempus repræſentet; quo magis rem oculis ſubjiciat; vel, *Nunc*, hoc in ſtatu, cum Curio tribunus pleb. ſit, & de provinciis agatur.

Impedire) Impedimento enim erunt Cæſariani Pompeianis, ne fiat S. C. de provinciarum ſucceſſione: Pompeiani autem, niſi libere liceat de omnibus provinciis decernere ſenatui, reliquas impedient, ep. 5.

Qui ſua cauſa, remp. non curent] Sic plane in pleriſque antiquis libris: mihi videtur cum de uno Cæſare ſermo habeatur, legendum, *Curet*; nam is, ſuæ potentiæ cauſa, remp. non curabat. Adjuvat & confirmat opinionem noſtram Fulvii Vrſini liber, in quo eſt, *qui ſua cum repub. non curet.*

Superet) Superſit, reliquum ſit: id eſt, quantum in hoc Cæſar negotii ſit habiturus. Sic lib. V. de Fin. *De eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt.* Et ad Att. lib. XIII. *Si quid ere meo alieno ſuperabit.*

EPISTOLA VI.

APpium) Quem e provincia Ciliacia redeuntem Dolabella, qui poſtea gener Ciceronis fuit, de majeſtate accuſavit; quamquam & de ambitu poſtulatum eſſe, abſolutumque utroque crimine, ſignificant epiſtolæ

ſtolæ duæ, undecima & duodecima lib. III.

Dolabella) Corneliæ gentis patriciæ, qui ad plebem poſtea tranſiit, ut tribunus pl. fieri poſſet, quo in magiſtratu legem ferre de tabulis novis conatus eſt, ut ære alieno, quod graviſſimam contraxerat, levaretur.

Reum factum) Fuit hoc apud Romanos in more poſitum, ut adoleſcentes, gloriæ comparandæ cauſa, viros nobiles, honoribuſque functos, accuſarent. Sic L. Craſſus ille princeps in eloquentia C. Carbonem conſularem, ſic Cicero C. Verrem prætorium, ſic M. Cælius ipſe C. Antonium conſularem, Ciceronis collegam, accuſaverat; erat autem hoc Romæ glorioſum, propterea quod qui ab aliis rationem vitæ repoſcerent, ii legem ſibi ipſi innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium indicere viderentur; de quo præclare, ut omnia, Cicero noſter in proœmio Actionis ultimæ in C. Verrem. *Reum facere*, non eſt accuſare, ſed poſtulare, id eſt, petere ſibi actionem in aliquem; de quo plenius infra: pro Scauro: *Reus*, inquit, *eſt factus a Cæpione*, quod ab accuſatione ipſa diverſum eſſe, Aſconii oſtendit interpretatio.

Invidia) Adverſa hominum voluntate: ut alibi.

Ad tribunal) Prætoris; crimen enim de majeſtate publicum fuit: publicis autem judiciis prætores præfuiſſe, oſtendimus in libro de Legibus.

Triumphi poſtulationem abjecerat) Urbem enim nemo cum imperio introibat, præter eos, qui triumphabant: quorum cauſa lex ferebatur, ut imperium retinerent eo tantum die, quo triumphantes inveherentur: exemplis nota res eſt. Appius autem, abjecto triumphandi conſilio, ſtatim urbem ingreſſus eſt, ut obſiſteret accuſationi. Epiſt. 10. lib. III. *Illud plane moleſte tuli, quod certiſſimum & juſtiſſimum triumphum hoc invidorum conſilio tibi eſſe ereptum videbam.*

Retudit) Repreſſit, ſedavit eorum ſermones, qui de Appii damnatione loquebantur.

In te) Succeſſore ſuo: qui ſi conferis in eum ſtudia & officia tua, proderis plurimum. Accuſatus erat Appius ob ea, quæ in provincia contra majeſtatem populi Romani commiſerat: itaque epiſt. 10. lib. III. *De me*, inquit, *ſic exiſtima omnes Deos, promitto atque confirmo; me pro tua dignitate in hac provincia, cui tu præfuiſti regnado deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis, ut ſpero, apud civitates, gravitate imperatoria ſuſcepturum officia atque partes.*

Tibi eum non eſſe odio) Minus eſt, quam, eum a te diligi; quaſi dicat: cum in gratiam cum eo redieris; cum ejus filiarum una Cn. Pompeii filio, altera M. Bruto nupſerit; hæc, ne tibi odio ſit, efficiunt: amare autem fratrem inimiciſſimi tui non potes. Cicero, non eum modo a ſe diligi, ſed valde etiam diligi, reſpondit: epiſt. 13. lib. II.

In tua manu eſt) Cum eam provinciam, cui præfuit Appius, & unde teſtes in eum excitari poſſunt, adminiſtres.

Simultates) Simultates Ciceroni cum Appio, inimicitiæ vero fuerunt acerbiſſimæ cum ejus fratre P. Clodio. *Simultas* autem & mediocre odium eſt, & ſimulatione tectum.

Ad illam ſummam veritatem) Sic antiqui libri, nec, opinor, mendoſe. Si legitimo, inquit, jure uti volueris, nihil pro Appio, niſi quod ſumma veritas, id eſt, ſumma juſtitia, præſcribit, agendum tibi exiſtimes: ſuſpicionem fictæ reconciliatæ gratiæ forſaſſe aliquam dabis. Expreſſit Cicero aliis verbis eamdem ſententiam epiſt. 12. lib. II. *Vetus* (inquit) *noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut caverem, ne cui ſuſpicionem ficte reconciliate gratiæ darem.* Ea de re ſententiam egregiam recitat Hieronymus in Apologia adverſus Rufinum ex Ciceronis Oratione pro Gabinio: *Ego cum omnes amicitias tuendas ſemper putavi ſumma religione & fide, tum eas maxime, que eſſent ex inimicitiis revocate in gratiam: propterea quod integris amicitiis officium prætermiſſum, imprudentiæ, vel etiam (ut gravius interpretemur) negligentiæ excuſatione defenditur: poſt reditum in gratiam ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur, nec imprudentiæ, ſed perfidiæ aſſignari ſolet.*

ipſum non ſatis apte cum Appii accuſatione, cum publica vero judiciorum turpitudine aptiſſime connectitur. Sigonii liber, & alii, *Conſepta omnia fœdera*: unus, *Conſcripta*. Mediœxus, *Conſepta omnia fœdera*. Ioanni Baptiſtæ Titio placet: *Conſepta*: quaſi, munita: quod reos nemo condemnet; tuta igitur culpa, veluti ſepta mœnibus. Proxime dixit: *Hic nos omnes abſolvimus*.

Conſules) L. Paullus, C. Marcellus.

De feriis Latinis) Singulis annis in Albano monte, populi Romani Latinorumque conventu, ſacrificium fiebat, diſtributa ſingulis populis immolatarum hoſtiarum carne. *Latiar* vocabatur, quod Latiali Iovi fieret: conventus autem ille, *Feriæ Latinæ*: quarum auctor Superbus rex fuit, uno iis die dicato. Poſt reges ejectos alter additus: tertius poſt fœdus cum Latinis ictum, Sp. Caſſio Conſule, anno CCCXCVI. quartus. Dionyſius, Livius, Plutarchus, Cicero, alii.

Nullum) Quibus de rebus ad ſenatum retulerunt, de iis nullum omnino ſenatus conſultum factum eſt; nihil igitur auctoritate, nihil eloquentia valent. De feriis autem Latinis ſi ſenatus conſultum fecerunt, uſitatum eſt: non ideo probatur eorum diligentia.

Conglaciat) *Frigere* dicimus *res*, qui nihil agendo tempus tradunt; hoc magis eſt; nam glacie ſummum frigus indicatur; ſumma igitur Curionis ignavia: epiſt. 13. lib. II.

Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem) Aquarum publicarum cura ad ædiles curul. pertinebat; propterea Cœlius, qui ædilis curul. erat, cum tabernariis & aquariis, publicas aquas ad privatum uſum convertentibus, pugnabat; qua de re Frontini verba ex l. I. de Aquæductibus recitabo, quæ magnam huic loco lucem afferunt: *Cauſa eſt*, inquit, *fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum uſum derivare deprehendimus; ſed & plerique poſſeſſorum, & quorum agris aquæ circumducuntur, fraude formas rivorum perforant: unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum uſum ſubſerviant, vel ad itinera juſpendant; ac de vitiis ejuſmodi nec plura, nec meliora dici poſſunt, quam a Cœlio Rufo dicta ſunt in ea cauſa, cui titulus eſt, de Aquis: quæ nunc eos omnia ſimili licentia uſurpata, utinam non per offenſos probaremus: irriguos agros, tabernas, cœnacula, & corrupte ac denique omnia perpetuis ſalientibus inſtructas invenimus*. Hæc Frontinus. *Aquarii* erant, quibus deducendi in urbem publicas aquas cura mandabatur: quod & recitata proxime, & illa præterea ejuſdem Frontini verba lib. I. ſatis oſtendunt: *Aquarii noſtri partem maximam Crabræ ſemper in ſupplementum Iuliæ vindicaverunt, arc ut Iuliam augerent, quam hauriebant largiendo compendii ſui gratia*. Ab hac forſitan aſſectandæ & perducendæ aquæ ſimilitudine dicti ſunt *Aquarioli*, qui mulieres impudicas, ut air Feſtus, aſſectarentur: & *Aquarioli* in ſtupris uxorum conniventes, ut aquarii in derivationibus aquarum publicarum. *Tabernarios* vocat Cœlius non omnes omnium mercium inſtitores, verum eos tantum, quorum in tabernas cibi gratia homines divertunt; nam hi publicas aquas in uſum ſuum convertebant. Differt autem *Taberna* ab *Officina* & *Apotheca*. *Officina* tempore prior eſt utraque; nam in ea fiunt, quæ poſtea vel in Apothecam cuſtodienda, vel in tabernam vendenda deferantur. *Apotheca* eſt, quæ multas capit cuſtoditque merces, ut deinde ad Tabernas miſſæ proſtent venales; hodie, corrupto vocabulo ab apothecis nomen acceperunt ea loca, quæ a veteribus tabernæ, dicebantur. *Taberna* tantum habet, quæ minutatim vendantur: cui qui præeſt, *Inſtitor* vocatur: qui autem apothecæ, *Mercator*; ſunt & tabernæ, in quibus habitant pauperes; unde Horatius: *Pauperum tabernas regumque turres*.

Veternus) Morbus ex ignavia contractus, qui ſomnum inducit. Plautus in Men. *Num eum veternus, aut aqua iatrica tenet?* Et Virg. lib. I. Geor.

Nec torpeat gravi paſſus ſua regna veterno.

Epiſt. 13. lib. II.

Co faciunt) Exercent, illato bello; nam ex bello motus, ex motu calor: epiſt. 10. lib. VII. *Vos nunc ipſis ſortis calores audio*. Et epiſt. 19. lib. VII.

ad Attic. *Te ipſum calere puto* ; cum animi perturbationem ſignificet.

Frigore) Otio : ex quo frigus inducitur, ſit exercitatione corporis calor.

Potuit ſine Parthis) Etſi frigemus hic, tamen caleſieri vos a Parthis non optamus : commodum fuit vos eſſe ſine Parthis, nullum vobis a Parthis negotium exhiberi.

Bibulus) Qui Syriæ præerat.

Amiſit) De hoc detrimento ſic ep 20. lib. V. ad Att. *Bibulus in Asino cohortem primum totam perdidit. Sane plagam odioſam acceperat cum re, tum tempore.*

Sic) Poteſt aliter eſſe, ſed nunciatum ſic eſt.

Supra ſcripſi) Plures igitur dies hanc epiſtolam Cælius in manibus habuit.

Ferventiſſime) Vehementer ; calere igitur eum, mirum non eſt. Sic epiſt. 7. *De damnatione ferventer loqui eſt ceptum*. Sic epiſt. 23. lib. X. *Ferventes Istrones*, pro vehementes, iracundiæque impetu concitatos, dixit.

Concerpitur) Carpitur, movetur : a quo? a ſe ipſo, ſuis actionibus pro Cæſare, novitque legibus, viaria & alimentaria. Iure ſordes verborum in Cælio damnavit antiquitas ; quid enim hoc eſt, *Ferventiſſime concerpitur?*

De intercalando) De die producenda, ut ea, quæ pro Cæſaris cauſa cogitabat, commodius poſſet ad exitum perducere : ſic enim Dio narrat lib. XL.

Non cotiaverat) A collegio pontificum ; id enim Dionis oſtendit hiſtoria : & intercalandi poteſtatem penes eos fuiſſe, qui faſtis præerant, Macrobius lib. I Sat. docet his verbis : *Dies ille, quo abundare annum diximus, eorum eſt permiſſus arbitrio, qui faſtis præerant ; ut, cum vellent, intercalarent*. Et paullo poſt : *Fuit tempus, cum, propter ſuperſtitionem intercalatio omnis amiſſa eſt : nonnumquam vero per gratiam ſacerdotum, qui cum publicanis referri, vel imminui, conſulto anni dies volebant, modo auctio, modo retractio dierum proveniebat*. Sacerdotes autem, quos Macrobius ait faſtis præfuiſſe, pontifices fuere : quod Livii verba teſtantur lib. IX *Civile jus* (inquit) *repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit ; faſtoſque circa forum in albo propoſuit ; ut, quando lege agi poſſet, ſciretur*. Et pootincem, cum intercalationem periit, Curionem ipſum fuiſſe, ex Dione cognoſcitur.

Transfugis) Deſertur optimatum, quos antea defenderat : epiſt 8.

Viariam) De ſterneodis muniendiſque viis. Appianus.

Non diſſimilem agrariæ Rulli) Quid hoc ſit, mihi videor ab Appiano didiciſſe lib. II. de Bell Civ. ut enim P. Servilius Rullus in ea lege, quam de agris dividendis in tribunatu ferre conatus eſt, hoc potuit, ut ipſe primus decemvir, qui agros divideret, crearetur ; item Curio, cum viariam legem ferret, eam ſibi ipſi curationem in quinquennium petebat : quod per leges non licere, Cicero in Agraria II. declarat his verbis : *Quos decemviros creari vult? ſe primum : qui licet? leges enim ſunt veteres ; neque ea conſulares ; ſed tribunicias Liciniæ atque Æbutiæ, quæ non modo eum, qui tuleris de aliqua curatione ac poteſtate ; ſed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, ne eis ea poteſtas curatione mandetur*.

Alimentariam) Fortaſſe de frumento plebi gratis dividendo, ut inimicorum hominum ſtudia ſibi compararet : quod antea quoque ſeditioſi tribuni pl. primum C Gracchus, deinde Saturninus, poſtremo P. Clodius, Ciceronis inimicus, tentaverat. Oratio pro Sextio, epitome Liviana lib. LX. lib. I. ad Herennium, Pedianus

Quas) Fortaſſe, *Qua*, ut alimentaria ſua lege juberet Curio ædilis metiri frumentum plebi.

Ædilitatem) Palam diſſitavit ſe laturum eſſe.

Ponito me in gratiam) *In gratiam*, & *in gratia*, utroque modo dicitur : ep. 6. lib. VI.

Huic rei) Matrimonio Tullia ac Dolabellæ.

Dignitatis tuæ) Dixit jam : *Significatio ulla ſi intercesſerit, clarius, quam deceat, fiet*.

Æquitatis) Iniquior enim videberis, affinitate cum eo juncta, qui Appium, novum amicum tuum, in judicium vocet, ſuadeo igitur judicii finem exſpectes.

Turpe tibi erit) Quem te mihi amicis-

miciſſimum eſſe, & iſtic imperandi potestatem habere, omnes ſciunt.

Graecis) Non modo provincia Ciceronis, verum etiam omnis Aſia, non quam orbis terræ partem tertiam dicimus, ſed ea, quæ regis ætatis fuerat, Græce loquebatur: epiſt. 4. 6. 7.

EPISTOLA VII.

Helicius) Re bene geſta in Amano monte, acceperat, opinor, Cœlius eam Ciceronis epiſtolam, in qua ſcriptit hæc: *Cum meis copiis omnibus vastavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos: multi occiſi, capti, reliqui diſſipati: caſtella munita, improviſo eventu capta, & incenſa: ita victoria noſtri imperatores appellatus apud Iſſum.* Deinde ſequitur de oppugnatione Pinieniſſi.

Riſum) Lætitiam ob rem a te proſpere geſtam.

Aliqui) Pro, *Aliquis*: antique: ut epiſt. 18 lib. XII. *Quo ille, neſcio qui, Cæcilius Baſſus erumperet.*

Publicanorum) Ejus ſocietatis, quæ Aſiana veſtigalia redemerat; plures enim erant publicanorum ſocietates, epiſt. IX. lib. XIII.

Niſi hæc vis tibi ſcribi) Leuida & urbana induſtio rerum, quæ ſcriptione parum dignæ videantur.

Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filium) Hic eſt fortaſſe ejus filius, quem Ciceronis collegam in auguratu fuiſſe, inſcriptio epiſtolarum ad eum lib XII. ſignificat. Oreſtilla Catilinæ uxor fuerat. Sigonii liber: *Cornificius adoleſcentiorem ille ſibi filium.* ego ex hac varietate, neſcio quam vere, certe non lunge ab antiquis veſtigiis, hoc elicio: *Cornificius adoleſcentiorem Sullæ filiam ſibi deſponſit*; altera enim Sullæ maior filia, Fauſta, Miloni nupſerat quod ignorat nemo ita de Cornificio intelligendum erit, ad quem ſunt epiſtolæ lib. XII.

Paulla) Raro quidem cognominibus mulieres utebantur: ſed, numquam qui putarunt, plane falluntur: id quod, ut Plutarchi teſtimonium omittam, vel hic locus oſtendit. Sullæ vero filiam, quam Miloni nuptſſe proxime diximus, quis neſcit Corneliam fuiſſe, cum eadem tamen Fauſta vocaretur? quid Oreſtilla, a Cœlio & Sallustio, quid Terentia a Valerio Maxim. lib. VIII cap 2. nominata, non aperte cognomen eſt? nam a nominibus omnes appellatas, ut Valeria, Terentia, Tullia, ſatis inter omnes conſtat. Hæc vero Paulla eadem eſt, quæ Polla vocatur ep. 8. lib. XI. quemadmodum ab aulla *olla*, ſic a Paulla *Polla*.

Valeria) Cum ſit ſoror Triarii, Valeria gentis eſſe eam oportuit

Triarii) Hic eſt P Valerius Triarius, qui Scaurum accuſaverat Cicerone defendente, ejus Triarii filius, qui legatus L. Luculli bello Mithridatico male rem geſſerat. Sed hic eloquentia valuit, & in Bruto præclare laudatur his verbis: *Me quidem admodum delectarunt etiam Triarii in illa ætate plenæ litteratæ ſenectutis oratio: quanta ſeveritas in vultu, quantum pondus in verbis: quam nihil non conſideratum exibat ex ore.* Libro etiam de Finib. I. teſtimonium ei doctrinæ tribuitur. Periit civilibus armis: quod in eodem Bruto legitur.

D. Bruto) Qui cum M. Bruto, & C. Caſſio Cæſarem occidit.

Nondum retuterat) Nondum retulerat, ad quos referendum erat, de novis nuptiis; nam de divortio retuliſſet, antequam fieret. Si ita legatur, tubinteligi poterit, *datem*, ſed mihi non diſplicet amiciſſimi mei coniectura, qui ita legendum putat; *mundum retulerat*; mundus autem muliebris qui ſit, expunit Livius lib. XXXIV. *Munditiæ* (inquit) *ornatus, & cultus, feminarum inſignia ſunt, hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri.*

Minime vellem) In amici igitur domo.

Imperatorem) Quem de adulteriis percunctari cum non deceat, mihi tamen, inquit, Cœlius per iocum, hoc non diſplicet Imperator: apud Iſſum, parta de Amanienſibus victoria, Cicero appellatus erat

EPISTOLA VIII.

Vlom, Riſum) Iterat Rufi nomen, ut inſlicet magis, de quo loquatur: quaſi hoc dicat, Rufum illum, qui tibi tam jucundus eſt, nec

abeſt jocus. Hic Rufus, quod habuerit cum Veſtorio controverſiam, ut infra quoque licet conjicere, vocatur *Rufio Veſtrianus* epiſt. 14. ad Attic. lib. XIV. nominatur etiam epiſt. 2. ad eundem lib. VI.

Mel) Sic appellamus ea, quibus mire delectamur. Plautus in Curc. *Si abſim, haud recuſem, quin mihi male ſit, mel meum.*

Delicias tuas) Sic locutus epiſt. 1. lib. VII. *Delicia tua, noſter Aſopus.*

Calumniam tuliſſe) Ad accuſandum delegiſſe. Infra: *Cum calumniam juraſſes.*

Maximo plauſu) Omnibus adprobantibus: cum lætarentur, quod accuſaret accuſatorem ſuum.

Tuliſſe) Pro, *Detuliſſe*: accuſaſſe de calumnia, præſertim accuſatorem ſuum, unde ſequitur: *Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori.*

M. Tucc. accuſatorem ſuum, &c.) Hujus loci ſenſum, etſi obſcuriſſimus eſt, tamen declarare conabimur. Reorum cauſæ ordine agebantur: nam quæ tempore prior fuerat, ejus prior item locus erat, excipiebantur tamen ex cauſæ, quæ cum cauſis jam judicatis conjunctionem aliquam habebant, ut earum quaſi appendices quædam viderentur: ejuſmodi enim cauſis, etiam ſi poſt multas alias delatæ eſſent, tamen primus locus erat conſtitutus, itaque in oratione pro Cluentio: *Fabricium* (inquit) *reum ſtatim fecit, atque ei locus primus conſtitueretur, propter cauſæ conjunctionem, impetravit.* Propter cauſæ conjunctionem, inquit, quod Fabricii cauſa eadem erat, quæ Scamandri, qui antea condemnatus erat. Et infra in eadem oratione: *Apud eoſdem judices reus eſt factus Oppianicus, cum is duobus præjudiciis jam damnatus eſſet: ob iiſdem autem judicibus locus ei primus eſt conſtitutus.* Hoc ideo factum eſt, quod Oppianici cauſa conjunctionem habebat cum Fabricii, & Scamandri cauſa, quos judices jam damnaverant. Excipiebantur etiam cauſæ de vi, quæ primo loco agebantur, omiſſis aliis cauſis, quæ tempore priores fuerant: ſic Milonis cauſa, quod erat de vi, extra ordinem eſt acta: ſic M. Cœlius, cum Atratini patrem de ambitu reum feciſſet, de vi poſtea accuſatus, cauſam ipſe prior dicere coactus eſt. ſic etiam C. Sempronius cum a M. Tuccio eſſet accuſatus & cauſam ſuam eo anno nollet agi (forte quod ea iis, qui tunc judices erant, aliquos ſe habere inimicos intelligeret) accuſavit accuſatorem ſuum lege Plotia de vi, eo conſilio, ut, interpoſita extraordinaria cauſa, tempus teteretur, & ſuæ cauſæ judicium, cum ejus agendæ ſpatium non eſſet, in annum ſequentem neceſſario rejiceretur. *Extraordinarius* autem *reus* is dicebatur, cujus cauſa non ordine, ut aliæ cauſæ, ſed primo loco ſemper ageretur: & inde *extraordinaria cauſa*, quæ ſtatim ante omnes cauſas ageretur, ut cum erat de vi, vel conjunctionem habebat cum aliqua cauſa antea judicata.

Lege Plotia de vi) Cauſæ de vi ante alias extra ordinem agebantur, quod etiam ex oratione pro Cœlio, quem de vi accuſatum Cicero defendit, facile liquet. Fuere autem de vi leges duæ, una tribunicia Plotia, altera conſularis Lutatia, de quibus in libro noſtro de Legibus.

Dubium illi non erat) Non erat ei dubium, quin condemnaretur, quod ut effugeret, de acculando accuſatore ſuo conſilium cepit, eoque crimine, quo cauſam ab eo extra ordinem dicendam videbat, ſperabat enim, eo damnato, prorſus omni ſe periculo omnique mulctia liberatum.

Deſignatorem) Neminem accuſare maluit, quam ſuum accuſatorem. ſic locutus epiſt. 13

Suoſcriptore) Erant, qui ſubſcriberent accuſantibus opemque ferrent, ut reus omnino damnaretur. Cicero in Divinat. in Verrem, pro Cluentio, epiſt. 1. lib. III. ad Fratrem.

Vſque eo perago) Ita eum oratione evagito, ita vexo, ut Veſtorii quoque mentionem faciam, cum quo negotii quiddam Sempronio fuiſſe, cognoſcitur ex epiſt. 2. lib. VI. ad Attic.

Fabulam) Non, fictam rem; quales fabulæ ſunt, ſed quod tanquam fabula, rideri poſſit.

Tibi pro beneficio dederit) Collaturum in te beneficium exiſtimari voluerit.

Si quid injuriis ſuis eſſet, quod Veſtorius

ſtorius teneret) Cum ſit hujus loci mihi quidem perdifficilis intelligentia, a duobus veteribus libris, uno Sigonii, altero meo, diſcedendum non putavi: ut ſit, quo niti coniectura poſſit, ſi quis ingenio veritatem vel i gere voluerit, quod ſi ex his verbis aliquam omnino cogar elicere ſententiam, interpretabor hoc modo: Tibi pro beneficio delit, ſi quid eſſet injuriis ſuis, id eſt, ſi quid eſſet ſuo damno ſuaque injuria, quod Veſtorius tueretur, quaſi ademtum tibi aliquid, ac teneri a Veſtorio diceret, quod aliqua ejus injuria fieret. Nam ut, *Inperia*, interdum adverbii loco ponitur, ut, *Injuria facis hoc*: ſic videtur pronomen addi poſſe, ut dicatur. *Injuria mea facis hoc*: quemadmodum *Ingratiis*, & *Ingratiis tuis*, *Merito*, & *Merito meo* veteres dicebant. Paullo aſperius hoc eſt, aliquis dicet, quis negat? verum hanc aſperitatem Cœlius amavit: ut in ejus vita tam oſtendimus. Tres præterea minime recentes libri pro, *Si quid*, habent, *Si quod*: duo, *quo Veſtorium*. Quod autem pro, *Injuriis ſuis*, in quo mei quidem ſcripti libri omnes conſentiunt, nonnulli repoſuere, *Iuris ſui*, commentitium ſuſpicor, & eo magis, quod iidem, *Injuriis ſuis*, eſſe in ſuo illo pervetere libro, editis antea, ut ipſi vocarunt, caſtigationibus indicaverant: nec tamen hujus poſtea mutationis cauſam oſtenderunt.

Turbarat] *Turbare*, & *Contubare*, decoctorum eſt: nec deſunt apud Ciceronem exempla, epiſt. 7. lib. IV. ad Attic. & in oratione pro Plancio.

Quod non venderet cuiquam) *Quiſquam*, tribus modis videtur uſurpari: cum dubitamus, ut, *ſi quiſquam ita ſentit*: cum negamus, ut, *ne quiſquam putet*: cum interrogamus, ut, *quiſquam tam impudens reperietur?* Cœlius tamen hic neque dubitat, neque negat, neque interrogat, ſed affirmat, & puto veteres ita locutos, quorum ſcripta ſine deleſtu Cœlius imitatus eſt, confirmatur hoc exemplum altero Æmiliani Scipionis exemplo: cujus verba, ex oratione contra legem Judiciariam Ti. Gracchi a Macrobio recitata cum legerem, hoc animadverti: *Hæc cum mihi narrabat quiſquam, non priorem animum inducere, ea liberis ſuis nobilis homines docere.* Liber Sigonii habet, *Quo inquam*; orta occaſione mendi, quia priſcis temporibus *Quoiquam*, pro *Cuiquam*, ſcribebatur.

Novis) Seipſum intelligit, Servilii cauſam defendentem.

Invidia) Cum inviſus eſſet omnibus. Sigonii liber, *Maxime qui nobis traditus erat invidiæ.* Minor igitur mutatio fieret, ſi legeretur hoc modo: *Maximaque nobis traditus erat invidia*, etſi video ſententiam claudicare: ſed in Cœlio ferenda ſunt omnia.

Luxuriæ) Iuventiæ gentis.

Poſtulante) Non accipio pro, *accuſante*; nam acculator Servilii in cauſa repetundarum Pilius fuit, non Pauſanias. *Poſtulare* igitur eſt, petente, ut agere liceret contra eos, ad quos ea pecunia perveniſſet, unus fortaſſe fuit de creditoribus Servilii, aut etiam amicus; qui, excuſata ejus inopia, poſtularet a prætore, ut, ad quos credita Servilio pecunia perveniſſet, quæreretur, quando Servilius ipſe ſolvendo non eſſet; quod impetratum a prætore non eſt; non quod uſitatum non eſſet, verum quia Servilius ei odio erat; confirmat enim Cœlius his verbis, quod proxime dixerat: *Maxima nobis traditus erat invidia.* Licuiſſe autem per leges in cauſa repetundarum agere adverſus eos, ad quos ea pecunia perveniſſet, Cicerone teſte probabimus: *Eſt* (inquit in oratione pro Rabirio) *hæc cauſa, quo ea pecunia pervenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ judicatæ, atque damnatæ, ſunt lites æſtimatæ A. Gabinio, nec prædes dati, nec ex eum bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, a populo recepi: lex æqua eſt: jubet lex Julia perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus ſit, pervenerit, ſi eſt hoc novum in lege Julia, ſicuti multa ſunt ſeverius ſcripta, quam in antiquis legibus, & ſanctius judicata: ſane etiam conſuetudo hujus generis judiciorum nova. Sin hoc totidem verbis translatum caput eſt, quod fuit non modo in Cæcilia, ſed etiam ante in lege Servilia: pro deos immortales, quid agimus, judices, aut quem hunc morem novorum judiciorum in remp. inducimus? erat enim hæc conſuetudo nota vobis quidem omnibus, ſed, ſi uſus magiſter eſt opti-*

optimus, mihi debet esse notissima, accusavi de pecuniis repetundis: judex sedi: prætor quæsivi: defendi plurimos: nulla pars, quæ aliquam facultatem dicendi afferre posset; non mea fuit: ita contendo, neminem unquam, quo ea pecunia pervenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. Venit etiam in mentem, *Postulante*, de accusatore Pausania dictum esse, quia sequitur, *Nobis patronis*: quod si ita est, bis de repetundis postulatum Servilium dicemus, primum a Pausania, & damnatum; licet hic de exitu judicii mentio nulla fiat; sed ex his verbis intelligitur, *Quo ea pecunia pervenisset*; quæ actio damnationem profecto consequitur: deinde a Pilio: quod judicium nondum esse factum, manifeste infra demonstrant ea verba, *De repetundis, facius, Pilio tradetur*; sed adversatur ea ratio, quod, si accusatus esset antea de repetundis, abiisset in exsilium; nec alterum de eodem crimine judicium exspectasset.

Attici nostri) Cujus uxor Pilia fuit, sæpe in epistolis ad eum nominata.

Ferventer) Valde, non frigide: ut epist. 9. *Ferventissime concerpitur*.

Loqui) Passionem tribuit verbo, actionem potius requirenti. Sed antiquum fuit, id est Cœlianum.

Quo vento projicitur) Qua fama valde commotus est Appius, usque eo, ut eumdem Servilium de prævaricatione accusarit.

Appius minor) Duos fratres Claudiæ gentis nominat Pedianus in argumento orationis pro Milone, filios C. Clodii, qui Publ. Clodii frater fuerat, utrique prænomen Appio fuit; sed, ut internoscerentur, *Appius major*, & *Appius minor*, ætatis ratione habita, vocabantur, ut fœminæ, antequam nuberent, cum duæ sorores essent, *major* & *minor* appellabantur: itaque duas Octavias, majorem, & minorem, Suetonius nominat in Augusto. Pediani verba sunt hæc: *Postulaverunt apud Pompeium, familiam Milonis exhibendam, duo adolescentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii*. De quibus infra quoque idem Pedianus mentionem facit. Quæro igitur, cum duo fuerint Appii fratres, major & minor, C. Clodii filii, primum, cur neuter eorum patris prænomine sit usus: deinde, cur uterque Appius eodem prænumine? Verisimile est, adoptatos esse ab eorum patruo Ap. Claudio, qui Ciliciam rexit ante Ciceronem, & ab eo prænomen accepisse, quod fieri solitum est; deinde, ut distinguerentur, majorem, & minorem esse nominatos. Accedit ad hanc rationem altera, ut ego arbitror, aliquanto firmior, quod in hac epistola vivere patrem eorum Collius ostendit: infert enim: *Quid, si nefarias patris confessiones audisses?* at eorum patrem naturalem C. Clodium jam decessisse, Pedianus videtur significare, cum dicat: *Qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii*. Ex quo sequitur, ut de patre adoptivo sit intelligendum, qui cum & ipse Ap. Claudius vocetur, quemnam putemus esse, præter Appium illum, qui consul cum L. Domitio fuit, & post consulatum Ciliciam administravit? Nec mirum videatur, eodem prænomine duos fratres esse usos: nam hoc usitatum in gente Claudia, ex historia cognovimus. Appius enim Claudius, cognomento Caudex, qui consulatum gessit anno V. C. CDXXCIX. frater fuit Appii Claudii Cæci, teste Gellio lib. XVII. Video etiam apud Liv. lib. XXXIII. duos Labeones fratres eodem prænomine appellari.

Ex bonis paternis) A patre suo datam Servilio, ejus accusatori, ut prævaricaretur.

Diceret) Aut hoc abundat, cum, *Indicet*, dixerit: aut mendosum videtur: cum *Dicat*, ad verbum *Indicet*, rectius accommodetur.

Depositum) Ab Appio patre, quod Servilio daretur, si prævaricatus esset; in quo spem locabat absolutionis suæ. Sigonii liber, *Positum*.

H-S IↃXXXI) Prorsus hoc depravatum suspicor; nam neque tam magna conficitur pecunia ad emendam prævaricationem: & perfectum potius numerum in veterum libris nominatum animadverti, ac potest ex ignoratione antiquarum notarum fluxisse mendum, & factum esse IↃXXXI. ex eo, quod fortasse fuit, CCCIↃↃↃ, quæ sestertiorum centum millia, id est pecuniæ nostratis tria millia scutato-

tatorum, quamquam ne hæc quidem corrupto accuſatori merces pro rei magnitudine ſatis ampla mihi videtur.

Amentiam) Qui flagitium aperiat patris ſui, a quo reo indicet ratam Servilio pecuniam, ut prævaricaretur.

Actiones) In perſequenda accuſatione: quid enim ſtultius, quam in conſilium mittere eoſdem illos judices, qui lites æſtimarant?

Nefarias) Nefas enim, pecunia ſalutem emere, accuſatore corrupto.

Mittit in conſilium) Poſt auditam cognitamque cauſam, ut ſententias de Servilio ferrent: cum eos rejicere deberet, ut ſuſpectos. Mittebat judices in conſilium accuſator, ut hic & pro Cluentio: *Cur eum, cum in conſilium iretur, Cluentius & Canutius abeſſe patiebantur? cum in conſilium mitterent, Staienum judicem, cui pecuniam dederat, non requiebant?* Et apud Valerium Max. lib. VI. cap. 2. *Cn. Piſo, Manilii accuſator, interroganti Pompeio, cur ſe quoque non accuſaret: Da, inquit, vales reipub. te, ſi poſtulatus fueris, civile bellum non excitaturum: jam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam.* Prætoris quoque mittentis in conſilium judices, exemplum habemus in Aſconio: *Cato prætor* (inquit) *in conſilium de calumnia accuſatorum miſit.*

Qui litis æſtimarant) Qui de repetundis judicaverant. In cauſis enim repetundarum lites æſtimabantur: ut, quantum a reo damnato eſſet exigendum, cognoſceretur. Hinc licet intelligere, accuſatum Appium patrem a Servilio de repetundis, eoque prævaricante abſolutum; nec dubito, quin repetundarum crimen ob Sardiniam avare adminiſtratam obiectum Appio ſit: nam eam prætor rexerat: quod apud Plutarchum in Cæſare legimus. Iudices autem, qui eum abſolviſſent, numquam omnino accuſatum ab Appio minore Servilium damnaſſent: ne, ſi prævaricationem crederent, ſuum de Appii abſolutione judicium damnare viderentur: quem abſolutum propter innocentiam videri volebant, non quod Servilius prævaricaror cauſam prodidiſſet. Stulte igitur Appius minor eos judices in conſilium miſit, ut ſententias de Servilio ferrent. Hic ne quis miretur, quod, cum dixerit poſtulatum a Pilio Servilium de repetundis, judicium factum de prævaricatione prius, quam de repetundis, demonſtret; nam prævaricationis cauſa tamquam appendix eſt rei judicatæ: itaque extra ordinem ſtatim agitur. Qui autem de repetundis, iidem de corruptis judiciis judicabant: & ad crimen corrupti judicii prævaricatio pertinuit. Itaque mirum non eſt, qui judices in Appii cauſa repetundarum fuerant, eoſdem in Servilii prævaricationis cauſa ſedíſſe. Pro Cluentio: *An, ut prævaricaretur? jam id quoque ad corrumpendum judicium pertinet.* Et in eadem infra: *Fidiculaeius quid feciſſe dicebatur? accepiſſe a Cluentio H-S cccc. cujus erat ordinis? ſenatoris: qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet? de pecuniis repetundis.* Quod autem, *Litis*, pro *Lites*, ſcriptum ſit, antiquæ conſuetudinis eſt. Peiſcianus lib. VII. *Lites*, & *Litis*: Cicero in frumentaria: *Sedaſti etiam litis illorum.*

Lateenſis leges ignoeans pronunciavit, quod ſinguli ordines judiciſſent) Cum ex tribus ordinibus, qui res judicabant, duo Servilium abſolviſſent, unus condemnaſſet, univerſorum autem judicum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis, qui ordines, non ſententias reſpiceret, abſolutum credidit, ſeque eum in tabulas dixit abſolutum relaturum. Poſtea cum in lege reperiſſet, non ex ordinum numero, ſed e judicum majori parte, vel abſolvendos, vel condemnandos eſſe reos: non retulit, ut dixerat, in tabulas abſolutum, ordinum judicia perſcripſit. Fuſius autem explicabimus, propterea quod obſcurior eſt ſenſus, ita ut eum pauci viderint, nemo certe oſtenderit: non enim in quo Laterenſis Prætor deceptus ſit, animadverterunt; quod nos pluribus verbis, ut etiam tardiores intelligant, oſtendemus. Iudicia penes tres ordines erant: qui quidem tres ordines ex ſenatoribus, equitibus, Tribunis ærariis conſtabant; fieri autem poterat, ut quem duo ordines abſolviſſent, unus condemnaſſet, is tamen non abſolutus, ſed condemnatus judicaretur hoc modo: Eunt in conſilium ſena-

ſenatores XXVI. equites XXV. Tribuo. ærarii XXIV ex ſenatoribus abſolvunt reum XIV. condemnant XII. ex equitibus abſolvunt XIII. condemnant XII. ex Tribunis ærariis abſolvunt IV. condemnant XX. ſi ex ordinum numero judicaretur reus, abſolutum appareret, quippe cum ex tribus ordinibus abſolverint duo, ſenatorius, & equeſter Cum autem lex, quod judicum maior pars judicarit, id jus ratum eſſe velit: condemnatum reum, nemo eſt, quin videat, cum ſententias graves habuerit XLIV. abſolutorias XXXI. Prætor autem Laterenſis cum ex more pronunciare deberet, quot ſententiis abſolutus, quot eſſet condemnatus reus, leges ignorans, de numero judicum nihil, de ordinibus, quid ſinguli judicaſſent, pronuntiavit, ac ſe in tabulas abſolutum dixit relaturum. Poſtea cum lege perſpecta, erratum intelligeret: dubius animi, quid ageret: quod neque contra legem, neque contra id, quod pronuntiarat, vellet facere: neque abſolutum, neque damnatum retulit: tantum ordinum judicia perſcripſit: ex quo paulo poſt infert Cœlius: *Sic nunc neque abſolutus, neque damnatus Servilius, de repetundis ſaucius Pilio tradetur.*

Æquo numero] Æquo ſententiarum numero reus abſolvebatur; habendam ſcilicet humanitatis rationem veteres illi legum latores cenſuerunt; ut, in re dubia, ad miſericordiam inclinatio fierer: teſtem habeo Ciceronem in Oratione pro Cluentio: *In conſilium*, inquit, *ituri erant judices triginta & duo: ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat.* Confirmat in Mario Plutarchus: Ἁλόντος ἀπεψηφισμένων, τῶν μὲν ἀφῶν γενομένων. Hoc Laterenſis ignorans, cum abſolutum Servilium ob ſententiarum paritatem pronunciare deberet, non pronunciavit abſolutum, neque de ſententiarum numero mentionem fecit, ſed cum tres ordines, ſenatus, equites, tribuni ærarii lege Aurelia judicarent, ordinum judicia expoſuit; quibus abſolutum Servilium, hæc infra verba demonſtrant, *Pro abſoluto Servilius haberi coptus*, in quo geminus Laterenſis error agnoſcitur, primum, quod æquo ſententiarum numero abſolvi reum ignoravit: deinde, quod in abſolvendo, aut condemnando habendam ordinum rationem arbitratus eſt; ut, quem ordines duo abſolviſſent, aut damnaſſent, is abſolutus, aut damnatus putaretur. cum non intelligeret accidere poſſe, ut a duobus ordinibus abſolutus reus, tamen damnaretur, ex univerſo ſententiarum numero, quarum maior pars vel ſalutem reo, vel pœnam afferebat; exempli gratia, ſenatores reum abſolvunt, item equites, ſed utrique paucis ſententiis: tribuni ærarii omnes, aut plerique condemnant: quis non videt abſolvi reum, ſi ordinum potius quam ſententiarum, ratio ducatur? contra tamen accidit: nam ſententiæ numerabantur, ſeparatim quidem primo cujuſque ordinis, ſed ut mox ſumma fieret ex omnibus: quarum majorem numerum vel abſolutio rei, vel calamitas conſequebatur. Quod ne putetur a conjectura ductum, quæ ſæpe, tamquam in lubrico poſita, ad falſa prolabitur; præclarum contra ordines (ut ita loquar) pro ſententiis habemus exemplum in utiliſſimo Pediani commentario, in quo damnatus a duobus ordinibus L. Sanſeius, ex numero tamen ſententiarum impunitatem adſequitur: verba recitemus: *Defenderunt Sanſejum M. Cicero, M. Cœlius, obtinuerunt que, ut una ſententia abſolveretur; condemnaverunt ſenatores decem, abſolverunt octo: condemnaverunt equites novem, abſolverunt octo: ſed ex tribunis ærariis decem abſolverunt, ſex condemnaverunt.* Alterum ſuccurrit exemplum in epiſt. 5. lib. II. ad fratrem: nam de Sext. Clodio abſoluto ſignificans: *Tres*, ait, *ei ſententiæ terrimæ in conſilio defuerunt.* Subjungit autem: *Senatorum urna copioſe abſolvit: equitum adæquavit: tribuni ærarii condemnarunt.* Ex quo patet, ſi ordines conſiderentur, dubium eſſe judicii exitum; cum unus abſolvat, alter condemnet, tertius æquo ſententiarum numero nihil decernat: numeratis autem ſenatorum ac tribunorum ſententiis, (nam equitum pares fuere) vicit tribus ſententiis ea pars, quæ abſolvebat: qui ſenatores fuere: dixit enim, *Senatorum urna copioſe abſolvit.* Quid ipſe Cœlius non idem oſtendit verbis ex legis capite uno & centeſimo

mo recitatis? *Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus ratumque esto.*

Vt solent) Vt solent prætores, postea quam, quid judices senserint, pronunciarunt.

Non religum) Antiqui moris ignoratione sententia nobis obscuratur; absolutionem quidem significari e sequentibus verbis intelligo.

Pro absoluto) Cum eum ab ordinibus absolutum prætor pronunciasset.

Legis) De judiciis.

In tabulas) In quas reorum omnium absolutiones, damnationesque referebantur.

Absolutum non retulit) Primum ex ordinum judiciis Laterensis absolvendum Servilium putaverat: mox insciliam suam deprehendit, lecto legis capite 101. in quo, numerandas judicum sententias, plane cognoscebatur, omissa ordinum mentione: sed hic etiam lapsus est, opinatus ideo non absolutum Servilium, quia judicum pars major pro eo non judicasset: cum par sententiarum numerus ad absolvendum sufficeret.

Ordinum judicia perscripsit) Hærebat Laterensis: pronunciaverat jam ab ordinibus absolutum Servilium: ex quo referre in tabulas absolutum oportuit. Rursus, cum eum a majore judicum parte non esse absolutum videret, putavit se contra legem facere, si absolutum scriberet: itaque, ne vel contra suam pronunciationem, vel contra legem committeret (cum ex pronunciatione absolvendus, ex lege damnandus ei videretur) neque absolutum, neque damnatum in tabulas retulit; scripsit, quid singuli ordines judicassent.

Postulantr) De repetundis; nam eodem crimine postulare non licebat.

Transegit) Vel amicus Laterensis fuit Lollius, cum quo de absolvendo Servilio consilium cepit, vel ipsius Servilii patronus.

Relaturum) In tabulas absolutum.

De repetundis sanxit) Saucius & læsus judicio prævaricationis, (siquidem neque absolutus, neque damnatus est) de repetundis accusaodus Pilio tradetur.

Nam, de divinatione) Causam exponit, cur, cum ab Appio & Pilio postulatum Servilium dixisset, unum postea Pilium nominarit. Quod ad divinationem, inquit, attinet, Appius contendere cum Pilio non est ausus, uter accusare Servilium deberet. *Divinatio* dicebatur oratio, in qua de accusatore deligendo disputabatur; vel quod non de facto, sed de futuro conjectura quæreretur; vel quod inturati judices in ea causa sederent, &, quod vellent, præsentire de utroque possent; vel quod res ageretur sine testibus, & sine tabulis, & his remotis, argumenta sola sequerentur judices, & quasi divinarent; sic enim putavit Asconius, cum Ciceronis Divinationem in Verrem explanaret; videndus & Gellius lib. II. cap. 4.

Cum calumniam juravisset) *Jurare calumniam* est, jurejurando profiteri se accusatorem, in causa tamen haud quaquam justa. Livius lib. XXXIII. *Romanos in Hannibalem, & ipsos causam odii quærentes, instigabant; itaque, diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua ducebat, subscribere odiis accusationibusque Hannibalis, & factionibus Carthaginiensium inferre publicam auctoritatem; nec satis habere, bello vicisse Hannibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent: tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud senatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire.* Pedianus in commentario Corneliane: *Hoc illud pertinet, cum juravisse dixit, simul privatim, & iterum legatum scilicet, cum in Curionem calumniam juravit.* Supra quoque in hac ipsa epistola, *Calumniam maximo plausu reliqui*, pro ad accusandum descendisse.

Servilii) Propinquis M. Servilii.

Emissario est factus) In antiquo libro Mediceæ bibliothecæ, & in duobus præterea Petri Bembi, & Vbaldini Bandinelli, legitur, *Emissa restetio factus*; fortasse corrigendum, *Emissario, S. Tettio factus*: ut existimat amicissimus meus. Tettios autem & libertos, & amicos Claudiorum fuisse, in qua gente erat Appius, ostendit Asconius, ubi in oratione pro Milone illum locum explanat: *Hæc insidiata Pompeio est*: quamquam ibi tantum de Damione Clodii liberto loquitur; sed Damionem Tettiæ gen-

gentis fuiſſe oſtenditur in lib. IV. ad Attic. epiſt. 3. Itaque hic Cœlius, de Appio loquens: *Aſſeſſus*, inquit, *eſt a quidam ſuo emiſſario Sex Tettio*; nam cum, *Sextus* antiqui ſignificare volebant, vel *Sex.* ſcribebant, vel *S.* ita patebit & vera lectio & ſententia, quo quidem eo magis inclino, quod etiam in libro pervetere Caroli Sigonii ſcriptum video, *Omiſſa ruſtetio*: ut in hac varietate augeatur inendi ſuſpicio, & ad veritatem indagandam quaſi latior via pateñat.

Recte hoc par habet) Præclare componuntur hi duo: cum emiſſarius eum ipſum reum faciat, a quo in alios emitti ſolitus erat. *Par gladiatorum*, dixit Cicero de Optimo Genere Oratorum: quam vocavit *compoſitionem* epiſt. 8. lib. II.

Eum) Cæſarem.

Poſt Kal. Mart.) Pugnare videtur hic Cœlii locus cum Ciceronis loco ep 3. lib. VIII. ad Attic. in quo Pompeium M. Marcello conſuli, finienti provincias Gallias Kal. Mart. reſtitiſſe, diſerte ſcriptum eſt. Nec tamen aut Cœlium, aut Ciceronem mentiri, credibile eſt; de Pompeii potius levitate & inconſtantia cogimur ſuſpicari, qui, cum reſtitiſſet Marcello conſuli, contra Cæſarem agenti, poſtea cum eodem Marcello conſenſerit de ſucceſſore Cæſari mittendo: epiſtola quidem hujus libri decima, hoc ſenſiſſe oſtenditur, ne S. C. ullum fieret, quod erat, ne Cæſari ſucceſſeretur, contra Marcelli conſulis relationem.

A quibus ſubſcripte) Auctoritates dicebantur ſenatus conſulti, nomina ſenatorum, qui ſcribendo adfuiſſent, quod auctoritatem & quaſi pondus adderent ſenatus conſulto. *Præſcripte* autem, non *Deſcripte* mihi placere oſtendi jam ep. 2. lib. V. in eo loco: *Illud ſenatus conſultum ea præſcriptione eſt*.

Auctoritas) Sic liber Sigonii & alii: mihi potius arrideret, *Auctoritates*, cum & Cœlius proxime dixerit, *Auctoritateſque præſcriptæ*, & Cicero lib III de Oratore. *Eumdem, id quod in auctoritatibus præſcriptis exſtat, ſcribendo adfuiſſe*.

In æde Apollinis) Senatus habebatur vel in ſacris ædibus, vel in templis non ſanctis, ut in Curia Hoſtilia: templorum enim alia ſancta, alia non ſancta, ut ait Varro lib. VI. de lingua Latina.

Scribendo adfuerunt) Imminutum eſt, & ſubaudiendum, *ſenatus conſulto*; ſic enim tunc loquebantur: exempla vide epiſt. 6. lib XV. epiſt. 1. lib. VII. ad Att. de Oratore lib III Integrum autem poſuit, *ſenatus conſulto ſcribendo Lamiam adfuiſſe*, epiſt. 29. lib. XII. *Ponor ad ſcribendum*, pro, *Ponor adfuiſſe ſcribendo*, dixit ep. 15. lib. IX. Lampridius in Heliogabalo: *Mater ejus cum veniſſet vocata ad conſulum ſubſellia, ſcribendo adfuit*: id eſt, S.C. conficiendi teſtis.

L. Domitius Cn. F.) Scitu dignum eſt, quod in Nerone ſcripſit Suetonius: *Perſeveraverunt* (inquit) *omnes in eodem cognomine: ac ne prænomina quidem ulla, præterquam Caii & Lucii, uſurparunt, eaque ipſa inſigni varietate, modo continuantes, unumquodque per trinas perſonas, modo alternantes per ſingulas: nam primum, ſecundumque, ac tertium Ahenobarborum Lucios, rurſus ſequentes tres ex ordine Cneos accepimus: reliquos non niſi viciſſim, tum Lucios, tum Cneos*. Hic autem, qui ſcribendo adfuit, conſul fuerat cum Appio Claudio, Cæſaris inimiciſſimus, quem prætor abeuntem conſulatu, quem advertus auſpicia legeſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad ditquiſitionem ſenatus vocavit: mox conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit. ſucceſſorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corniſicium captus eſt, unde dimiſſus, Maſſilienſes, obſidione laborantes, enm adventu ſuo confirmaſſet, repente deſtitait: acieque demum Pharſalica occubuit: vir neque ſatis conſtans & ingenio truci, quippe qui, conſulente Cn. Pompeio de mediis, ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit hoſtium numero habendos. De hoc, ut oratore, Cicero ſic in Bruto: *L. Domitius nulla ille quidem arte, ſed Latine tamen, & multum libere ſe dicebat*. Cneus autem pater eius, hic nominatus, is eſt, qui in tribunatu contionibus offenſior, quod alium, quam ſe, in ordinis ſuffragium commeaſſent, jus facerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit: ac in conſulatu, allobrogibus Arverniſque ſupe-

ſuperatis ; elephanto per provinciam veſtus eſt, turba militum quaſi inter ſollemnia triumphi protequente. In hunc dixit Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum, quod æneam barbam habetet, cui os ferreum, cor plumbeum eſſet. Hæc Suetonius. Addit Pedianus, ab eo tribuno pl. quod in augurum collegium a M. Scauro, principe civitati-, coopt.tus non eſſet, diem ei dictam ad populum, & multam irrogatam, quod eius opera ſacra multa populi Romani diminuta eſſe diceret. Notatur ut perfidus a Valerio Max. lib IX. cap 6. quod Bituitum, regem Arvernorum, per colloquii ſimulationem arceſſitum, hoſpitioque exceptum, vinaiſſet, ac Romam nave deportandum curaſſet, quod an vere ſcriptum ſit a Valerio, poteſt ambigi : cum Livius lib. LXI. Q Fabium, Domitii ſucceſſorem, adverſus Bituitum feliciter pugnaſſe tradiderit ; idemque Oroſius lib. V. cap 14. ſcriptum reliquit.

Ahenobarbus) Vt diſtinguatur a Calvinis ; nam, ut idem Suetonius in eodem loco. *Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, & Ahenobarborum. Ahenobarbi auctorem originis, itemque cognominis habent L. Domitium ; qui rediens quondam revertenti juvenes gemini, auguſtiore forma, ex occaſu imperaſſe creduntur, nuntiare ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem majeſtatis eadem permulſiſſe malas, ut e nigro rutilum æriique aſſimilem capillum redderent, quod inſigne manſit & in poſteris ejus : ex magna parte rutila barba fuerunt.* Confirmatur idem a Plutarcho, in Pauli vita, de hujus origine cognominis. Quod autem, *Ahenobarbus*, non, *Ænobarbus*, maluerim ſcribere, ſi quis lapides Capitolinos inſpexerit, non mirabitur. Deductum videtur non ab, *aneus*, *anea*, *aneum*, ſed ab *ahenus*, *ahena*, *ahenum*, quod Gellius, aſpiratione inter duas vocales interjecta, ſcribere veteres conſueviſſe demonſtrat lib. II. c. 3.

Q *Cæcilius*) Hic eſt Scipio ille, Magni Pompeii ſocer, ejuſdemque in tertio conſulatu collega, qui afflictas Pharſalico prælio partes Pompeianas, in Africa rurſus ope Iubæ regis excitavit, victuſque a Cæſare, ne victoris in poteſtatem veniret, ipſe ſibi mortem conſcivit. Tranſiit autem a Corneliis in Cæcilios, aſſumto patris adoptivi cognomine Pio, quod eum Q Metellus Pius, Numidici filius, Pontifex Max. adoptaverat : id quod in Dionis hiſtoria legimus lib. XL. Hunc Cicero *Naſicam* vocat ep. 1. lib. II. ad Attic. quod eius patris maiorumque cognomen fuerat. Dio eodem libro. Idem tamen vetere prænomine, quod a naturali patre acceperat, *Publius* appellatur interdum, ut a Cicerone in oratione pro Domo, & in epitome Liviana, & apud Eutropium. Pater autem ejus, ut eodem loco Dio ſcripſit, fuerat Scipio Naſica, avus item Naſica, quem nominat Cicero in Bruto.

Villius) Antiqua familia, primis fere temporibus a Livio nominata. *Annales* dicti, ab eo, qui legem tulit, quo anno magiſtratus capere liceret. Villium Annalem Cicero etiam memorat in oratione pro Fundanio, apud Priſcianum lib. VI. Antea in omnibus impreſſis, *Iulius* : primi nos repoſuimus, *Villius*.

Pom.) Tribus Pomptina fuit ; nam ex XXXV. tribubus, aliquam (ut inquit Pedianus) neceſſe erat, cuiuſcumque eſſet ordinis, civis Romanus obtineret, is autem oſtendebatur a prænomine ſuo, a nomine, (nomine autem familia ſignificatur) a patris prænomine, a tribu, a cognomine, ut Philippica IX. *S.v. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus*. Lemonia enim tribus eſt ablativi caſus : ut ſit, *ex Lemonia*, ut inquit Aſconius, in lapidibus autem antiquis fere ſemper, in libris aliquando prioribus tantummodo litteris ſignificari tribus animadvertas, ut in hoc S. C ubi enim legitur, *Pom.* ſciendum eſt *Pomptinam* intelligi : ubi *Pop. Popillium* : uni *Pup. Pupinium*, ubi *An. Anienſem* : quod cum antea non eſſet exploratum, alii pro *An. Capito*, duabus vocibus conjunctis legebant *Ancapito* : Bernardinus autem Rutilius in ſuis adnotationibus credidit, antiquas notas fuiſſe, quæ ſignificarent, *Atrii nepos*, in quo quam deceptus ſit, non attinet dicere : ſi enim ab avo oſtendendus aliquis erat, non ab eius nomine, ſed a prænomine oſtendebatur; ſed incidit in errorem, quia tribum Anienſem non agnovit, quæ duabus modo

modo litteris, ut jam dixi, ſcripta fuerat: quæ me ratio movit, ut ubi, *Puphirrus*, uno tantum verbo antea legebatur. duobus in noſtro libro ſeriberem, *Pup Hirrus*, id eſt Pupinia Hirrus; tribus enim ante cognomen ponebatur, ut & hic, & alibi licet videre. Quoniam autem hanc tribuum cognitionem non ita facilem eſſe perſpicimus, (nam & Volaterranus, & Alexander, qui dies Geniales ſcripſit, & alii, quos non neceſſe eſt commemorare, parum videntur in ſuis libris earum numerum & nomina tenuiſſe) ſtodioſis non fore prorſus inutile, aut injucundum arbitramur, ſi, quæ in hanc rationem diſperſa in veterum monumentis leguntur, coacta huc afferamus: quæ cum olim ſcripſerim adoleſcens, cum hæc nova videbantur; nunc eadem, correctione quadam, breviſſime colligam.

Fuerunt igitur Romanæ tribus omnino XXXV. quarum nomina infra ſcripſimus, & ſcriptores aliquot, qui de iis locuti ſunt, appoſuimus, ut inde facilior earum ac certior unicuique cognitio ſit.

ÆM. vel ÆMI. Æmilia. Cicero ad Att. lib. II. Livius lib. XXXVIII. antiquæ urb. inſcr. 75.

ANI. Anienſis. Cicero pro Plancio, Livius lib. X. antiquæ urb. inſcr. 160. 175. & in lib. Petri Appiani de inſcriptionibus antiquis totius orbis, 93.

ARN. vel ARNIEN. Arnienſis. Cicero in Agraria 2. in Rullum, Liv. lib. VI. & lib. XXIX. ubi corrupte legi putamus *Narnienſis*; nam lapis antiquus, quem Vulſiniis in templi parietibus vidimus, expreſſam Arnienſis mentionem continet.

CLA. Claudia. Livius lib II. Virg l. VII. Dionyſius Halic. lib. V. antiquæ urb inſcr. 75. 84. 114. liber Appiani CDLXXIX.

CLV vel CLVST. Cluſtumina. Cicero pro Plancio, pro Balbo, antiquæ urb. inſcr.

COL. Collina. Varro lib. IV. de ling. Lat Plin lib. XVIII. cap. 3. Feſtus, antiquæ urb inſcr. 27. 99. 120. liber Appiani CX.

COR. Cornelia Livius lib. XXXVIII. antiquæ urb. inſcr 29.

ESQ. vel EXQ. Eſquilina. Varro l. IV. de ling. Lat. Plinius lib. XIX. c. 3. Feſtus, antiquæ urb. inſcr. 75. Eſt præterea in ædibus viri optimi, valdeque eruditi, Gentilis Delphinii Romani, fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu.

FAB. Fabia. Horatius epiſt. 6. lib. I. Suetonius in Auguſto, antiquæ urb. inſcr. 61. 73. 74. 76. & Petri Appiani lib. LXII. LXVI. CCCXXXV. CCCXLIII. D.

FAL. Falerina. Livius lib. IX. in libro Appiani CV. CXX. & Neapoli antiquus lapis eſt ita inſcriptus:

C. PISTORIO. C. F. FAL. FIRMO. AMIL. IIVIR. CVRATORI. OPER. PVBLICOR.

item Joſephus ἐν τῶν εἰς Ἰουδαϊκὴν ἀρχαιολογίαν λογῳ ιγ, κεφαλῃ ιζ.

GAL. Galeria. Liv. lib. XXVII. Plinius lib. VII. cap. 49. (etſi pro *Galeria* legitur *Galerius*: ſed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani) & antiquæ urb. inſcr 89. 142. 159. liber Appiani XIV. XV. XVI. XIX. XXI. XXII.

HOR. vel HORAT. Horatia. Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt: in lapidibus tamen ſæpe nominatur: deductam ſatis conſtat a vetere familia patricia, ut alias non paucas.

LEM. Lemonia. Cicero pro Plancio, Phil. IX. Feſtus, antiquæ urb. inſcr. 91. 151.

MAC. Mæcia: hanc in antiquis lapidibus duobus invenimus: C. OCTAVIO. C. F. MAC. VRBO. C. HERRACIO. MAC. ROMANO. in libris quinquies nominatam obſervavimus, a Tullio lib. IV. ad Att. epiſt. 14. a Livio lib. VIII. & XXIX. a Valerio Max. lib. II. cap. 4. a Feſto,

MEN. Mentina. Cicero lib. XIII. ep. fam. Joſephus ἐν τῷ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀρχαιολογίας λογῳ ιγ, κεφαλῃ ιζ. cum quibus lapides tres conſentiunt:

C. VALERIO. C. F. MEN. DOLVTIO. MARCIANO.

A. MVNIO A. F. MEN. SVARISTO.

C. CATIO. C. F. MEN. BALBO. C. CATIVS. C. F. MEN. GALLVS.

& hic epiſt. 9. lib. XIII. Puto tamen hanc tribum fuiſſe *Menenium* potius, quam *Mentinam*, & eorruptum eſſe Joſephi locum, deducetur enim ab antiqua familia patricia, ut aliæ octo, Æmilia, Claudia, Cornelia,

nelia, Fabia, Horatia, Papiria, Sergia, Veturia, nam Publilia nomen accepit a plebeja gente.

OVF. Oufentina. Livius lib. IX. Feſtus: antiquæ urbis inſcr. 86. 133. in libro Appiani XXVII. XXVIII XXX LI. LXIII LXXI LXXIX LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. & in lib. Veronenſium antiquitatum ſic: Q. AVFIENVS Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. vel PALAT. Palatina. Cicero in Verrem Pelianus XVIII. Varro lib IV. de ling. Lat. Plinius lib. XVIII c. 3. Livius lib. XX. Feſtus: antiquæ urbis inſcr 19. 34 39. 62. 116. 155. 176. liber Appiani XVII. XXII. XXXIV LXIV.

PAP. vel PAPIR. Papiria. Livius lib. VIII. Feſtus: antiquæ urbis inſcr. 72. 135.

POB Publilia, quæ deinde *Publilia* ſcripta eſt, ſicuti ex Poblius *Publius* factus eſt: reperitur in lapidibus & PVB. & PVBL. & PVBLIL. & POB Livius lib. VII. antiquæ urb. inſcr. 10. liber Appiani CCLII. & in libro Veronenſium antiquitatum ſæpe. Exempla *Publiliæ*, per *u* ſcriptæ, quinque habemus, duo in antiquæ urb. inſcr. 66. 81. tria in App. lib. LXV. CV. CCCLII. Puto hanc eſſe, quam Feſtus *Popillium* nominat: de qua Valerius lib IX. cap. 10. liber Appiani CCXCVII.

POL. Pollia. Livius lib. XXIX. Valerius Max. lib. II. cap 4. & lib. IX. cap. 10. antiquæ urbis inſcriptiones 110. 113. 147. liber Appiani XVIII.

POM. vel POMP. Pomptina. Cicero ad Atticum lib. IV. Livius lib. VII. Feſtus: antiquæ urb. inſcr. 114. 177. liber Appiani CXLI. CDLXXXIV.

PVP. Pupinia. Cicero ad Q. fratrem lib. III. Livius lib. XXVI. Feſtus: duo antiquorum lapidum exempla exſtant; alterum Capuæ, D. VIRIDI D. F. PVP. NIGRI, alterum Patavii, CLAVSIO. C. F. PVP.

QVI. vel QVIR. Quirina. Cicero pro Quintio. Aſconius LXI. Feſtus, antiquæ urb. inſcr. 15. 34. 44. 115. liber Appiani XIV. XVII. XVIII. XIX. CIII.

ROM. Romilia. Cicero in Verrem, idemque in Agraria I. Aſconius XVIII. Varro lib. IV. de ling. Lat. Feſtus, Servius in comment. 3. Æneidos, antiquæ urbis inſc. 165. in libro Veronenſium antiquitatum 51. L. GALLIO. L. F. ROM. Eſt etiam Ferrariæ ſemifractus lapis, in imis lummi Templi parietibus inſtratus, in quo ita ſcriptum vidimus, ITIO. T. F. RVM.

SAB. Sabatina. Livius libro VI. Feſtus, lapis antiquus Romæ in ædibus eximii Cardinalis Carpenſis, CN. CORNELIO, CN. F. SAB. MVSCO, MANCIPI VIÆ APPIÆ.

SCA. vel SCAV. vel SCAPT. Scaptia. Livius lib. VIII. Suetonius in Auguſto, Feſtus. Lapidis antiqui exemplum Romæ exſtat in regione Pantheonis: C. AVRELIVS. C. F. SCA. SEVERVS, & item aliud, C. GRANTANIVS. SCAPTIA. MACER.

SER. vel SERG. Sergia Aſconius LXI. antiq. urb. inſcr. 61. 63. 81. 165. eſt etiam in eodem lib. LXIII. quatuor litteris SERG.

STEL. Stellarina. Livius lib. VI. antiquæ urb. inſcr. 110. & duabus litteris, ST. 239.

SVB. Suburana. Varro lib. IV. de lingua Lat. Cicero etiam in Agraria 2. quo in loco videtur corrupte legi, *Ab Ocriculana*: cum in quinque antiquis libris legatur, *Ab uſura nam*, unde mihi orta conjectura eſt, legi poſſe, *a Suburana*, mutatione fere nulla. Plinius lib XVIII. cap. 3. Feſtus, antiquæ urb. inſcr. 117. & alibi.

TER. Terentina. Cicero pro Plancio. Livius lib. X. antiquæ urb. inſcr. 140. 199. liber Appiani 105, 336.

TRO. vel TROMEN. Tromentina. Feſtus. Livius etiam lib. VI. ſcripſit, *Tromentina*, ut opinor, non, ut impreſſum eſt, *Promentina*: antiquæ urb. inſcr. 207. liber Appiani XVI. CLXXVII. & in lapide, qui Cajetæ eſt, L. ATILIO. L. F. TROMAN.

VEIEN. Vejentina, pro Plancio.

VEL. Velina. Cicero ad Att. lib. IV. & in Bruto. Horat. epiſt. 6. lib I. Perſius, antiq. urb. inſcr. 162. liber Appiani XIX.

VET. Veturia, hoc lapide notata, C. CASSIVS. C. F. VET. & hoc, SEX. ARVSIVS. SEX. F. VET. & hoc, SEX. CALPVRNIVS. SEX. F. VETVRIA.

VOL. vel VOLT. vel VOLTIN. Voltinia.

mia. Cicero pro Plancio, antiq. urb. inſcr. 155. & in antiquo lapide, qui eſt Venetiis in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. PROVTO: eſt & quatuor litteris VOLT. in Appiani lib.CDLXXXIV. alibi VOLTIN. & integrum VOLTTNIA.

Ex hoc numero quatuor tantum urbanæ fuerunt, Palatina, Eſquilina, Collina, Suburana, in quas (ut inquit Plinius) transferri ignominiæ eſſet, dictæ a partibus urbis, in queis habitabant, reliquæ omnes ruſticæ, laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent: quæ proprie ingenuorum erant; cum urbanæ libertinorum eſſent: ut in Aſconio, & in epitome Liviana lib. XX. Aſconium autem, ubi illud in Verrem explanat, v. & xxx. *tribus*, cur de nominibus Sabinarum plures tribus eſſe factas dixerit, mirari non ſatis poſſum; cum a Sabinis non tribus, ſed curiæ nomina acceperint, ut inquit Livius lib. I. & Sex. Pompeius.

C. Luccius] *C. Lucius* antea legebatur in omnibus vulgatis libris: quod etiam in antiquis video ſcriptum eſſe: verum non indiligenter a nobis obſervata Romanorum nominum ratio mendum olim patefecit; non enim duo prænomina, *Caius*, & *Lucius*, ſimul eſſe poſſunt: & omnino familiæ nomen poſteriore loco requiritur: nec video, quid commodius pro *Lucius*, reponi poſſit, quam *Luccius*, quod cum mihi placuiſſet multis abhinc annis, poſtea cum ab aliis probatam eſſe conjecturam noſtram intellexerim, confirmor aliquanto magis in vetere ſententia.

Hirrus) Et cognomen *Hirrus*, & prænomen *Caius*, indicant eum eſſe, quem ſuum in ædilitate competitorem nominavit Cælius ep. 2. Et, ut aliud ex alio, ſuſpicor, quem legimus *Vtcillem Hirrum* apud Cæſarem lib. I. de Bel. Civ mutandum eſſe in *Luccium Hirrum*. Hic in ſequentibus ſenatuſconſulti partibus, quibus interceſſum eſt, non adfuit ſcribendo fortaſſe quod aliter ſentiret, aut ne Cæſarem offenderet; in quem fieri præjudicium videret: ideoque etiam interceſſum eſt.

Curio) Tribunus pl. deſignatus: quo tempore favere Pompeio contra Cæſarem videbatur: idque tum hiſtoriæ narrant: tum etiam argumento eſt, quod adfuit ſcribendo ſenatuſconſulto, pro optimatibus, id eſt pro Pompeio contra Cæſarem facto; adeſſe enim ſcribendo ſoliti ſunt, qui ſenatuſconſultum fieri vellent, quod oſtendit ep. 6. lib. XV.

Capito] Cognomen eſt & gentis Ateiæ, ut hic, & epiſt. 29. lib. XIII. cognoſcitur; & Fonteiæ, teſtimonio Plutarchi & Horatii: quorum ille in Antonii vita Fonteium Capitonem, hic eumdem ſat. 5. lib. I nominat.

M. Marcellus conſul] Nam Sulpicius collega æquior in Cæſarem fuit, nec ei ante abſolutum decem annorum ſpatium, Vatinia primum, deinde Trebonia lege datum, ſuccedendum putavit, ne cauſa belli civilis oriretur. Itaque, cum ad eum ſcriberet Cicero ep. 1. lib. IV. *Cognorem*, inquit, *jam abſens, te, hæc mala multo ante providentem, defenſorem pacis, & in conſulatu tuo, & poſt conſulatum fuiſſe*. Et epiſt. 2. ejuſdem libri: *Omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt*. Et epiſt. 3. *Abſens cognoſcebam, quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & prædicenda ſententia: & ipſe adfui primis temporibus tui conſulatus, cum accuratiſſime monuiſti ſenatum, ſollectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, quæ meminiſſent, & ſcirent, cum ſuperiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito tam crudeles fuiſſent, quicumque poſtea eemp. oppreſſiſſet armis, multo intoleerabiliorem futurum. Quare meminiſſe debes, eos, qui auctoritatem & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe, cum tua prudentia ſalvi eſſe potuiſſent*. Legimus etiam in Suetonio: *M. Marcello conſuli Cæſarem reſtitiſſe, partim per Ser. Sulpicium alterum conſulem, partim per interceſſores tribunos pl.*

V. F.) Vſitatus loquendi modus in oſtendenda relatione, nam V. F. quod eſt, *verba fecit*, idem valet, quod *retulit*, apud Frontinum de aquæ diſtribus.

De provinciis conſularibus): Ut ſuccederetur iis, qui conſulares provincias obtinebant: quod generale videbatur: ſed provincia Cæſaris utraque Gallia maxime petebatur: duas autem

tem quotannis provincias iis decerni, qui conſules fuiſſent, lex Sempronia jubebat : qua de re ſit mentio in orationibus pro Domo, & de Provinciis, & epiſt. 7 lib. I. Retulit igitur primum conſul Marcellus de conſularibus provinciis, mox de omnibus univerſe, prior relatio valuit, quia nemo interceſſit : ex quo factum eſt ſenatus conſultum : de uno dixit Cælius, *Senatus conſultum, quod tibi miſi, factum eſt*; poſterior autem relatio, tres partes complexa, quas paulo poſt oſtendemus, infirma fuit : quia ſingulis partibus tribuni pl. interceſſerunt, ideo factum de iis ſenatus conſultum non eſt, (non enim hoc nomen ad ea ſenatus decreta pertinet, quibus interdicitur) ſed ſenatus tantum auctoritas remanſit : quæ quid a ſenatuſconſulto differat, demonſtratum eſt epiſt. 2. lib I.

D. E. R. I. C.) *De ea re ita cenſuerunt*. Sic enim Probus interpretatur : eædem litteræ in ſenatus conſultis a Frontino recitatis in libello de Aquæ ductibus leguntur, & apud hunc noſtrum oratione LIX. in Antonium : *Quod Opimius conſul verba fecit de rep. de ea re ita cenſuerunt*.

L. Paullus) Hic initio conſulatus acerrime Cæſaris cauſam oppugnavit : ut legitur epiſt. 11. poſtea ſilentium Cæſari vendidit, acceptis M. D talentis : Plutarchus in Cæſare ; nota etiam ex aliis hiſtoria. Ad hunc epiſtolas Ciceronis habemus lib. XV.

C. Marcellus) Patruelem fuiſſe M. Marcelli conſulis, ait Suetonius, Dio, patruelis fuerit, an frater, ambigit : ad hunc etiam ſcripſit Cicero lib. XV. Eſt autem is, qui Octaviam, Octavii, poſtea feliciſſimi Romanorum imperatoris, ſororem in matrimonio habuit, ex qua Marcellum ſuſcepit, eum, quem primo adoleſcentiæ flore extinctum, Virgilius celeberrimo carmine deploravit.

Iniſſent) Inibant Kalendis Jan. quod inſtitutum eſt anno urbis CXCVII. cum iniſſent antea Kalendis Mart.

A. d. ex X. *Ka. Mart.*) Sic eſt in tribus meis antiquis libris, & in uno Sigonii, & in Mediceo. Suſpicor tamen locum non carere mendo, & legendum fortaſſe, *A. d. ex Kal. Mart.* vel potius, *Ex a. d. Kal. Mart.* quod valet, *Ex ante diem Kal. Mart.* nam veteres conſueviſſe dicere, *Ex ante diem*, non, *Ante diem ex*, animadverti : exempla ſubjungam, epiſt. 17. lib. III. ad Att. *Nuncii nobis teſtes, nec viri, venerant ex ante diem non. Jun.* Varro lib. I. de Re Ruſt. *Ex ante diem* VII. *id. Febr. ex ante diem* VII. *id. Maji, ex ante diem* III. *id. Sext. ex ante diem* III, *id. Nov.* Livius lib. XLV. *Supplicatio pro concione populi indicta eſt ex ante diem* V. *id. Oct.* cum eo die in quinque dies. Accedit Colotiani lapidis teſtimonium.

M. ÆMILIVS. M. ANTONIVS. IMP. CAESAR III. VIR. R. P. C.
XX. A. D. V. K. DEC. AD. PR. K. IAN. SEX.

Vt alias omittam veteres inſcriptiones, quas in unum collegit Aldus filius. Quod autem, *Ex a. d. Kal. Mart.* malo legere, quam, *Ex a. d.* X. *Kal. Mart.* infirmis in eo rationibus moveri non arbitror ; Kalendas enim Martias omnino deſignari, non X. Kal. Mart. ex eo, quod proxime ſupra dictum eſt, intelligitur : *Perfecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut eum decedere poſt Kal. Mart. placeret*. Maxime autem confirmat opinionem noſtram id, quod ſequitur paucis interjectis verbis : *Neve quid prius ex Kal. Mart. neve quid conjunctim referretur a conſulibus*. Idem dies, eadem res epiſt. 3. lib. VIII. ad Attic. oſtenditur : *M. Marcello conſuli finienti provincias Gallias Kal. Mart. reſtitit*. Quod attinet ad modum loquendi, *Ante diem*, valet *Ad* : non enim hoc loquendi genere mutatur is dies, qui deinde nominatur : itaque quod eſt epiſt. 22. lib. XII. *Ad* XIII. *Kal. Jan. ſenatus frequens mihi eſt aſſenſus* : in Phil. XIV. eſt : *Memoria tenent, me ante diem* XIII. *Kal. Jan. principem evocandæ libertatis fuiſſe*. Et epiſt. 5. lib. XVI. qui dies ſequitur nonas Nov. appellatur *ante diem* III. *id. Nov.* quem IIX. id eſſe conſtat. Gellius quoque lib. XV. cap. 28. Ciceronem dixit eſſe natum *ante diem* III. *non. Jan.* is vero dies III. *non. Jan.* vocatur epiſt. 5. lib. VII. ad Att. Sæpe autem imperiti librarii, cum *a. d.* non intelligerent, ſcripſerunt *ad.* quod mendum irrepſit in li-

bros, in lapides non potuit; nec multorum utemur teſtimonio: unum vidimus apud familiarem noſtrum, virum optimum & eruditiſſimum, Fulvium Urſinum, ita inſcriptum:

CN. CINNA. MAGNO
L. VALERIO. VOLESO COS.
A. D. XIII. K. APRILIS
A. D. MONVMENTVM SOCIORVM
IN. CONVENTV. HABENDO. CVRATORE
C. PETRONIO. C. F. PAL. VARIA. ACTVM. EST
ET. ITA. DECREVERVNT. LOCVM. L. SEMPRONI
D. L. HILARI. ET. OLLAS. V. DARI ADSIGNARI
C. PETRONIO. C. F. PAL. VARIÆ. CVRATORI
OB. PIVM. OFFICIVM. INDVSTRIAM. ERGA SOCIOS
EIVS. MONVMENTI. ET. SOCIVMQ. EVM. ASCIVER.

Quia in ſuo magiſtratu futuræ eſſent) Cum proxime dictum ſit, *Cum magiſtratum iniſſent*, cur addatur, *Quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent*? quaſi eſſet ignotum Kal. Mart. in eorum magiſtratu futuras. Plane hoc ſuſpicor ex margine libri, interpretationis loco appoſitum, irrepſiſſe in verba S. C. valde enim mendoſe totum hoc S. C. in antiquis libris, etiam in Mediceo ſcriptum eſt.

Referrent) Retulit Marcellus: Paullus, a Cæſare emtus, tacuit.

Ex Kal. Mart.) Ex his verbis liquet paullo ante legendum eſſe, *Ex ante diem Kal. Mart.* non, ut mendoſe ſcriptum eſt in omnibus antiquis libris, *A. d. ex x. Kal. Mart.*

Conjunctim) Cum enim pluta ſimul ad ſenatum referebantur, non facile omnia ſenatus major pars comprobabat: ita ſæpe fiebat, ut una res repudiata reliquas, quæ omnino placerent, impediret; nam, cum diciſſet ſenator, *Divide ſententiam*, ut de ſingulis rebus referretur, orta contentione dies conſumebatur, lege permittente ſenatoribus, qua quiſque de re vellet, quamque diu vellet, dicere. Itaque Feſtus inter impedimenta ſenatuſconſulti numerat hoc in verbo *Numera*, cum ſenator diviſionem poſtulabat earum rerum, quæ referebantur.

Vtique ejus rei cauſa) Antiquum eſt, *Vtique*, pro, *& ut*, ideoque in ſenatuſconſultis ex vetere conſuetudine uſurpatum. Phil. IX. & 14. in utriuſque extremo. Sic & Piſo apud Gellium lib. VI. cap. 9.

Dies comitiales) Per quos haberi ſenatum leges vetabant: epiſt. 2. lib. II. ad Quintum fr. *Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat*. Et eodem libro, epiſtola Riſi: *Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur Appius interpretatur, non impediri ſe lege Pupia, quo minus habeat ſenatum*. Ad Lentulum autem, epiſt. 4. lib. I. iidem dies ſignificantur iis verbis: *Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt*.

Qui eorum) Qui ſenatorum. Sic infra: ſic locutus & Livius lib. XXVIII. & Cato c. 145.

In ecc. *judiciis*) Dixi jam, tres ordines lege Aurelia, ſenatum, equites, tribunos ærarios judicaſſe; ſed omnes ſenatores, qui judicabant, a judiciis in ſenatum convenire: ideo ſenatus voluit, ne per infrequentiam, quod ſæpe accidit, fieri S. C. non poſſet; certum enim ſenatorum numerum faciendo S. C. lex definiebat. Feſtus, & Dio: quorum teſtimonio hac ipſa de re jam uſi ſumus. Iudiciis autem implicati tenebantur ſenatores multi; itaque ille, qui ſcripſit ad C. Cæſarem de rep. ordinanda, cujus exſtat epiſtola, cum Salluſtii fragmentis edita: *Duabus*, inquit, *rebus confirmari poſſe ſenatum puto: ſi numero auctus per tabellam ſententiam ferret, tabellæ obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat; in multitudine, & præſidii plus, & uſus amplius eſt; nam fere his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque amicorum negotiis implicati haud ſane reip. conſiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam ſuperbia imperia diſtinuere*. Trecentos autem ordinis ſenatorii judices Plutarchus nominat in Graccho: ſed hoc tempore trecenti ſexaginta, electi a Pompeio tertium conſule judicabant; docet hoc Velleius lib. II. & Plutarchus in Pompeio. Itaque miror trecentos duntaxat nominatos, niſi ſi perfecti numeri potius, quam imperfecti, placuit appellatio: ut in Piſonem dixit Cicero, *Quadraginta annis*,

annis, pro triginta ſex, quo loco Aſconius uſitatum ait fuiſſe Ciceroni, ut, omiſſa ſubtiliore annorum computatione ſummatim tempus comprehenderet: recitatque illa in Catilinam: *Viceſimum jam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis*: cum octavus decimus dies eſſet. Aut igitur falſum judicum numerum hac ratione tueamur: aut deeſſe ex. cenſeamus: ut omnino ſint, qui a Velleio & Plutarcho nominantur, cccex.

Sex) Malim, *Eos*, ut omnes a judiciis abducti adeſſent in ſenatu. Sic infra locutus: *Quos eorum ex S.C. cum imperio in provincias prætores mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere*.

Adducere) Et ſententia, & Latini ſermonis uſus, *Addu.ere*, videtur probare, non, ut habent omnes etiam ſcripti libri, *Adducere*.

Ad populum plecemve) Ad plebem ferre, non ad populum, tribunus pl. dicebatur, quia jus convocandi patricios non habebat: ad populum autem conſules & prætores, quibus omnes cives edicto convocare licuit. Livius libro ſecundo, Gellius lib. X. capite 20.

Lato opus eſſet) Contracte ſcribebant hoc totum, S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. quod Probus explanabat: *Si quid de ea re ad populum plebemve lato opus eſſet*. Sic Livius lib. XLIV. *Senatum conſulerent, ſi qua re conſulto opus eſſet*.

Tribuni pl.) Horum cauſa additum eſt, *Ad plebem*.

Deinceps) Poſt eos, anno ſequenti; nam eodem anno, præter eos legem ferre nemini licuit, non ædilibus, non quæſtoribus, nun aliis magiſtratibus.

I.V.) Antiquus Sigonii liber, *I.N.* ex quo mihi venit in mentem, non incommode legi poſſe, *IN.* conjunctis duabus illis litteris I. & N, ut hoc ſignificetur, *Interceſſum*; nam, quæ ſequuntur ejuſdem relationis capita, conſenſu quidem ſenatus adprobata, ſed, tribunis pl. intercedentibus, ſenatus conſulti vi & nomine caruerunt; cum enim ſenatus decreviſſet, ut L. Paullus & C. Marcellus Coſſ. ex ante diem Kalend. Mart. de provinciis conſularibus ad ſenatum referrent, cavere voluit, ne quis moram afferret; adjunxitque alterum caput, ſi quis impediſſet, eum contra remp. facturum. Tertium caput fuit de imminuendo Cæſaris exercitu, honeſta præſcriptione, ut a bello diſcederent emeriti milites, quique cauſas, cur miſſi fieri deberent, oſtendiſſent. Quarto capite quaſi præjudicium fiebat de Gallis Cæſari adimendis: quippe cum ſenatus Ciliciam, quæ conſularis erat, prætoriam faceret, ut duæ tantum reliquæ conſulares, Gallia, & Syria, in ſortem conjectæ, iis, quibus obveniſſent, traderentur: quod ita factum eſt. Verum hæc ſingula debilitavit ac ſuſtulit interceſſio. Primum caput valuit, ut anno ſequenti de provinciis conſularibus ad ſenatum referretur: cum interceſſionem neceſſariam Cæſaris amici non putarent, qui non huic ſenatus conſulto, quo actio de provinciis conſularibus ſequentis anni conſulibus mandabatur, ſed ei potius, quod ſequentes conſules de ſucceſſione provinciarum poſtea facerent, intercedendum intelligerent.

Qui poteſtatem habent) Tribunos pl. maxime deſignat, quorum erat interceſſio: quamquam licuiſſe omnibus intercedere, qui eadem poteſtate, qua ii, qui S.C. facerent, majoreve eſſent, ſcripſit Gellius lib. XIV. cap. 7.

Intercedendi, impediendi) Satis erat, *Impediendi*: quo uno verbo & interceſſio, & quidquid impedimento poteſt eſſe, continetur; nam & paullo poſt ſubjunxit, *Qui impedierit*, non *Qui interceſſerit, impedieris*: itaque ſuſpicatus quandoque ſum, *Intercedendi*, abundare. Sed hoc & dubium eſt, & parvi refert: itaque magnopere nec affirmo, nec, ſi quis contra velit diſputare, contenderim: liberum cuique judicium relinquatur.

Quamprimum ad ſenatum referri) A quo quamprimum referri? an ab eodem, quo referente hoc decernitur? at is jam retulerat, ſenatuſque conſuluerat, ut ſequentis anni conſules ex ante diem Kal. Mart. de conſularibus provinciis ad ſenatum referrent: de ceteris autem provinciis, id eſt, de Cilicia, deque octo reliquis provinciis, quas prætorii pro prætore obti-

nerent, eum ab eodem M. Marcello relatum eſſet, decretum eſt quod infra legitur: quare hoc de ſequentis anni conſulibus accipiendum, non ut quamprimum, eum magiſtratum inirent, ſed quamprimum poſt Kal. Mart. de quo die facta mentio eſt in prima relatione, ad ſenatum referrent.

Contra rem. feciſſe] Hoc in ſenatus conſultis verſiculo utebantur, ut ab impediendo deterrerent.

Huic S.C.] Senatus conſulti partes *ſenatus conſultum* vocat, ut *legem* pro legis capite in Oratione pro Cluentio.

Cornelius] Plebejus, cum ſit tribunus pl. Patricii vero Cornelii, Lentuli, Scipiones, Dolabellæ, alii: plura diximus epiſt. 1. lib. I.

C. Vibius Panſa] Antea, *Julius*, mendoſe: qui conſul, mortuo Cæſare, fuit cum A. Hirtio.

Stipendia emerita] Emeriti ſtipendii milites dicebantur qui per annos decem militaſſent: tuncque ſacramento exſolvebantur, ut oneribus militiæ vacarent.

Cauſas] Vt morbum, infirmitatem valetudinis, aut aliquam rei domeſticæ difficultatem; quas ab cauſas abeſſe domo non liceret. Livius lib. XXXIV. *Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos pl. adeſſent, uti cauſas cognoſcerent eorum, quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſæ eſſent, quo minus militarent.*

Hunc] Qui hæc cenſuit ac decrevit.

Ratio habeatur] Cura ſuſcipiatur.

Auctoritatem perſcribi] Hoc quale fuerit, jam oſtendimus: iterare eadem non placet.

De ea re] De interceſſione.

Referri] A conſulibus, prætoribus, tribunis pl. quibus eorum videretur.

In Ciliciam] Si habetur eorum ratio, qui provincias obtinent, Cilicia conſularis eſt, cum a viro conſulari Cicerone adminiſtretur: idemque non in hoc S.C. ſed in eo, quod de provinciis conſularibus factum eſt, nominari debuit: verum, quia fit prætoria, cum decernat ſenatus, ut in eam proficiſcatur qui prætor, non qui conſul fuerit; propterea in hoc S. C. rejecta, ad reliquas provincias, quas prætorii obtinebant, aggregatur. Erat enim poteſtas ſenatui, quos vellet, in provincias mittendi, ſive conſulares, ſive prætorios: &, in quas prætorii mittebantur prætoriæ; in quas conſulatu functi, conſulares provinciæ vocabantur: id ex hoc ipſo primum cognoſcitur S.C. quod prætorius, non conſularis in Ciliciam, cui præerat hoc anno Cicero conſularis, mittitur: deinde confirmatur oratione de provinciis, potuit tamen tribunus pl. hanc poteſtatem eripere ſenatui, & conſularem provinciam lata rogatione ab homine conſulari ad prætorium transferre: quod objicit Clodio Tullius, factumque extra ordinem queritur in oratione pro Domo. Sed ne redeam ad Ciliciam, cogitanti mihi, cur prætoria nunc fiat, quæ conſularis antea fuerat, adminiſtrata per annos aliquot a tribus conſularibus, Lentulo, Appio, Ciceronе, viſum eſt hoc a Pompeianis aſtuto conſilio factum, ut conſularium provinciarum numerus, una exempta, fieret anguſtior; eoque certior ſpes eſſet adimendi Gallias Cæſari: cum duas tantum conſulares provincias lege Sempronia decerni per ſenatum oporteret: quod orationes pro Domo, & de Provinciis, & Cæſar lib. I. de Bel. Civ. docet: Conſulares autem, id eſt, a conſularibus hoc anno adminiſtratæ, quatuor eſſent, Hiſpaniæ, Cilicia, Galliæ, Syria: (nam Macedonia, a quo tempore L. Piſoni conſulari Q. Acharius prætorius ſucceſſit, prætoria fuit) nec in Hiſpanias mitti quiſquam poſſet, cum ea lege Trebonia conſul iterum Pompeius in quinquennium, poſteaque tertium conſul altera lege in alterum quinquennium, ut ait Dio, vel, ut Plutarchus, in quadriennium accepiſſet: reliquæ tres erant: e quibus duas tantum decerni oportuit lege Sempronia: inventa ratio eſt, ut ex tribus una tolleretur; prætoriamque ſenatus Ciliciam facere conatus eſt. Sed tribuni pl. Pompeianorum arte cognita interceſſerunt. Poſt alterum tamen annum, Lentulo & Marcello Conſſ. hoc arbitror ſenatus conſultum, ſprota tribunorum pl. interceſſione, renovatum, Ciliciamque prætoriam eſſe factam: cum apud Cæſarem lib. I. de Bel. Civ. mentionem fieri videam de provinciis duabus conſularibus, Gallia, & Syria, in loc-

ſin ſortem conjectis, quarum Gallia L. Domitio, Syria Scipioni obvenit: quamquam in eo loco de una tantum Gallia ulteriore intelligendum; nam citeriorem ſenatus prætoriam fecit. Id ex epiſt. 11. ad Tironem lib. XVI. cognovi, ſcribente Cicerone, ulteriorem Domitio Galliam, Conſidio autem, quem ſcimus conſulem non fuiſſe, citeriorem obtigiſſe.

IIX. reliquas provincias] Prætoriæ octo provinciæ ſunt, Macedonia, Ionia, Aſia, Sicilia, Sardinia, Bithynia, Creta: octavam opinor fuiſſe Mauritaniam: cujus partem Iuba rex poſſidebat: alteram partem Romanis paruiſſe cur non putem? cum Cæſar lib. I. de Bello Civ. ita ſcripſerit: *Ad ſenatum refertur, tota ut Italia delectus habeatur, Fauſtus Sulla pro prætore in Mauritaniam mittatur.* Africæ vero partem illam, in qua Carthago fuit, Pompeio cum utraque Hiſpania traditam eſſe, Plutarchus narrat. Pontus cum Bithynia, Corſica cum Sardinia coniungebatur.

Prætorii propretore) Cum imperio tamen omnes: quod belli gerendi cauſa neceſſarium fuit: de quo Cæſar his verbis lib. I. de Bel. Civ. *In reliquas provincias prætorii mittuntur: nequr reſpectans, quod ſuperioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum feratur.* Et hic proxime ſequitur: *Neque in provincia cum imperio fuerunt.* In vulgatis, *Prætorii propretore*, fortaſſe legendum, *Prætorii pro prætoribus*: quod poſtulare videtur uſus Latinæ linguæ: & a contracta ſcribendi ratione manare mendum facile potuit.

Collegium primum) Significantur qui proxime prætores fuerunt: qui, ſi prætoriis numerentur, primi occurrunt; nialim tamen, *Proximum*: quomodo locutus eſt infra.

In numerum] Novem, qui proficiſcerentur in octo provincias prætorias, & unam Ciliciam, quæ hoc anno regebatur a Cicerone conſulari.

Confiantiam) Vt confiderent homines, velle Pompeium potentiæ Cæſaris obſiſtere, contra quam antea fecerat: nam anno proximo tertium conſul contenderat, ut decem tribuni pl. legem ferrent, ut abſenti Cæſari conſulatum petere liceret: quod antiquis legibus interdictum erat.

Ante Kal. Mart.) Quo die primum ut ſequentis anni conſules de provinciis conſularibus referre inciperent, ſenatus decreverat: ut e S.C. proxime recitato cognoſcitur.

Sine injuria) Fieret enim injuria, ſi ante Kal. Mart. quem diem relationi primum ſenatus conceſſerat, de provinciis conſularibus, in quibus erant Galliæ, ſtatueret; jam enim oſtendi, cum de ſucceſſione conſularium provinciarum referretur, duas tantum ſignificari Gallias, & Syriam, cupientibus optimatibus Hiſpaniarum imperium Pompeio conſervari; Cæſaris autem opes, adeptis Galliis, imminui.

Se non dubitaturum) Quod hominibus confidentiam attulit; his enim verbis animo ſe contra Cæſarem egregie paratum oſtendebat.

Interſederet) Interceſſum eſt a Curione tribuno pl. quod iniquum videretur, ei ſucceſſorem mitti ante tempus: epiſt. 12.

Hoc nihil intereſſe) Oſtendit, ſi quis interceſſerit S. C. quod anno ſequenti de provinciis conſularibus factum iri conſtabat, id Cæſaris opera factum iri: quod idem fore, ac ſi Cæſar parere ſenatui nollet; jam enim antea conjecerat illam vocem in diſputando, omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe: epiſt. 4.

Inquit alius] Tentabant ſenatores Pompeii potentiani his interrogationibus; cum ejus voluntatem, naturali ſimulationis involucro tectam, elicere vellent.

Exercitum habere) Et Gallias retinere cum exercitu, & eodem tempore conſul deſignari: quod anno proximo, ipſo Pompeio tertium conſule pro Cæſare pugnante, populus juſſerat.

Clementer) Leniter & placide; opponi enim a Cicerone video *clementer*, & *iracunde*, lib. II. de Fin. *Etſi ſatis*, inquit, *clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſolvo ſubiratus.* Non enim Pompeius iracunde reſpondit, quamquam interrogaretur ſatis arroganter: cum non eſſet ad iracundiam natura propenſus.

Fuſtem mihi impingere) Quod eſſe turpiſſimum nemo negabit: tale igi-

tur quiddam Cæſar committet, ſi & conſul eſſe, & exercitum retinere volet; qui enim conſul eſſe vult, exercitum dimittit, privatuſque urbem ingreditur. Improbat hic Pompeius eam legem, quæ ut ferretur, anno proximo conſul ipſe operam dederat, ut abſentis Cæſaris in petitione conſulatus ratio haberetur: ep. 6. lib VI.

Eſſe negotium] Eſſe, quod ageret cum Cæſare, id eſt, contra Cæſaris voluntatem.

Vt aut maneat] In Gallia, prorogato ultra decennium imperio: quod ſi concederetur, nolle ſe conſulatum petere affirmabat, nec abſentis ſui rationem haberi; quod tamen ei lex dederat: Sin hanc Pompeiani conditionem recuſarent, eumque omnino vellent non modo expleto decennio, lege conceſſo, ſed etiam ante, decedere: ipſe pariter hoc, ut iniquum, recuſabat; ferebatque alteram conditionem, ut, ſi conſul deſignatus eſſet, tum decederet: utraque autem conditione Cæſar imperii perpetuitatem quærebat, qui vereretur id, quod inimicos ei minari ſolitos Tranquillus refert, ne ſimul ac privatus eſſet, ob res in conſulatu contra leges moremque majorum geſtas in judicium vocatus opprimeretur. Tranquillus ſic: *Timuiſſe dicunt, ne eorum, quæ primo conſulatu adverſus auſpicia, legeſque, & interceſſiones geſſiſſet, rationem reddere cogeretur: cum M. Coto identidem, nec ſine jurejurando, denunciaret, delaturum ſe nomen ejus, ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet: cumque vulgo fore prædiceret, ut, ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo, circumpoſitis armis, cauſam apud judices diceret: quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, hæc eum ad verbum dixiſſe referens, Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem.* Idem confirmat Cælius epiſt. 14. eum ait: *Cæſari perſuaſum eſt, ſe ſalvum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit.*

Hoc anno] Quo anno? an hoc, quo ſcribitur epiſtola? non petebat Cæſar, neque legitimus hic erat ad petendum annus: cum inter duos conſulatus decem anni interponerentur: quod a Sulla dictatore ad Cæſarem dictatorem ſervatum eſt, excepto anno, cum, ob ſeditiones domeſticas, Pompeius tertium conſul ſine collega creatus eſt. Ergo, *Hoc anno*, interpretor, eo, quo & imperii Gallici, & poſt primum conſulatum Cæſari decimus erat: quo quidem anno, quia neceſſe erat, ut e Gallia decederet conſulatus petendi cauſa, quem abſentibus petere non licebat; ideo curaverat atque effecerat, ut decem tribuni pl. Pompeio III. conſule legem ferrent, ut abſentis Cæſaris in petitione conſulatus ratio haberetur: atque hoc Pompeius ipſe, ignarus ea lege ſibi perniciem ſtrui, vehementer laboravit: epiſt. 6. lib. VI. & 3. lib. VII. ad Att.

Cadere non poſſe] Fortaſſe non adſequetur, quod vult: nihil tamen, cum bene de rep. ſentiat, ſuæ dignitatis amittet.

Curio] Deſignatus tribunus pl. tunc quidem, ut videbatur, bene erga remp. animatus: de quo ſcriptum eſt epiſt. 4. *Vt ſpero, & volo, & ut ſe fert ipſe, bonos & ſenatum malet.* Poſtea tamen Cæſaris cauſam ita defendit acriter, ut auctor in primis & origo belli civilis exſtiterit.

Suo munere negotium impoſuit] Quia benignus & liberalis Curio fuit in Cælium, negotium ei, id eſt, gravem curam ludorum dandorum ſuo munere impoſuit. Similiter Plautinus ille ſenex in Trin. *In benignitate hoc reperi negotium.*

Ad ludos] Quos jam Curio dederat patri mortuo: itaque, cum Africanis amplius non egeret, donavit eas Cælio ædili curul. deſignato ad ſequentis anni Romanos ludos.

Africanæ] Donavit ei Curio decem Africanas pantheras, & decem Græcas, id eſt, e Cilicia miſſas a Patiſcho. Africanas hic tantum Cælius nominat, quia formoſiores: utraſque in epiſtula nona.

Potuit ſuperſedere] Sic antiqui libri, non, ut impreſſi, *Superſederi*: oportuit, inquit, ſupersedere a ludis dandis; nam *Potuit*, pro *oportuit*, interdum Cicero dixit, ut epiſt. 9. lib. II. ad Att. *Orbis hic in rep. eſt converſus, citius omnino, quam potuit.* Et ad eumdem epiſt. 15. ejuſdem lib. *Potuerit intercedi, nec ne, nihil ad ſe pertinere.*

Be-

Beſtiarum) Pantherarum.

Syngraphas) De qua epiſt. 2. 4. 6. 11.

Pertinent) Miſerat eos Cælius, ut e ſyngrapha Sittiana pecuniam exigerent: epiſt. 4. & 6.

P. VICTORIVS.

Sequitur inſcriptio antiqua, quæ pertinet ad notam P Victorii n. 42.

C.IVLIVS CÆSAR IIII. SINE CONLEGA DIC.
V. F. Q FABIVS MAXIM. C.TREBONIVS C. F. C CANINIVS C. F. IVLIVS CÆSAR DICT. IV. M. ÆMILIVS M. EQ.
C.IVLIVS CÆSAR V.M.ANTONIVS M. F.
V. F. P. CORNELIVS P. F.
C.VIBIVS C. F. PANSA.
A. HIRTIVS A. F.
C. IVLIVS CÆSAR.
Q. PEDIVS Q. F.
V. F.
C. CARRINAS C. F.
P.VENTIDIVS. P. F.
ÆMILIVS. M. ANTONIVS.
EX A. D. V. K. DECe AD PRID. K. SEXT.
MVNATIVS. L. F. M. ÆMILIVS M. F.
ANTONIVS P. SVEPITIVS CEN. LVSTR. N. F.. ANTONIVS.
P. SERVIVS. P. F.
N. DOMITIVS M. F.
C. ASINIVS CN. F. V. F.
L. CORNELIVS L. F.
V. F. P. CANDIDIVS.
P. F. IL. SESTIVS.
P. F I. M.CLAVDIVS. M. F. LAP.
L. MVNATIVS.
PAVL. ÆMILIVS.
Q. ÆMILIVS LEPID. MLO.
M. APVLEIVS SEX. F. P. SI
C. SENTIVS SATVR. Q. LV. V. F. M VINVCIVS P. F.
P. CORNELIVS C. F. CN. C.
C. FVRNIVS C. F. C. IV.
CL. L. DOMITIVS CN. F. P. CO. V. F. L. TA.
M. DRVSIVS L. F. L.
M. LICINIVS M. F.
TI. CLAVDIVS TI. F.
M VALERIVS M. F.
V. F. C. VALGIVS C. F.
C. CANINIVS.

EPISTOLA IX.

Herum tractaſſi) Iocoſum & familiare principium, de Hirti repulſa in ædilitate curuli.

Quam facile) Cum ſuperaverim.

Quam ne contentionis quidem minimæ fuerit) Hirrum deiicere, ne minimæ quidem contentionis fuit.

Tuum competitorem) In auguratu: epiſt. 3.

Riſus fuit) Riſus movet: quia civem bonum ludit, & agit ea, quæ ante repulſam non agebat: quaſi aliam ex repulſa mentem ſumſerit.

Ludit) Quaſi ludendo repræſentat: tam, ſi bonus vere civis eſſet, jam antea ſignificationem aliquam dediſſet: itaque non agit ſerio, ſed ludit.

Contra Cæſarem) Vt bene ſentire videatur; nam optimatibus, id eſt, univerſo fere ſenatui, inviſus erat Cæſar, quod extraordinaria ſemper appetiiſſet imperia.

Sententias dicit) Vt ei quamprimum ſuccedatur; nec exſpectandum cenſet.

Cœpit) Reprehendit: eodem verbo uſus eſt epiſt. 2.

Curionem) Cur objurgat Hirrus contra Cæſarem ſententias dicens, bene de rep. ſentientem Curionem, & hoc quidem tempore Cæſaris inimicum? fortaſſe, quia Cælium Curio ſummè diligeret.

Objurgatus) Pro *Objurgavit*: ut, *Juratus*, pro *juravit*: & *Rebellatos*, pro *Rebellaviſſe*, dixit Valerius Maxim. lib. IX. cap. 10. Interdum tamen orta mihi de mendo ſuſpicio eſt: quod fortaſſe ſcripſerit Cælius: *Objurgat: ſcilicet hac repulſa ſe mutavit*: &, *Scilicet*, unica ſcriptum litteta *s*; occaſionem dederit loci depravandi; omnes tamen libri veteres in, *Objurgatus*, conſentiunt: itaque poteſt antiquum eſſe & ideo Cælianum.

In foro) Cujus in ea parte, quæ *Comitium* vocabatur, judicia fiebant.

Cauſam) Pro *cauſas*.

Liberalis) Quia facilis eſt in recipiendis cauſis.

Raro poſt meridiem) Et ante meridiem, & poſt, cauſæ agebantur: epiſt. ult. lib. II. ad Fratrem: *Poſt meridiem Vatinium aderam defenſurus*.

Hirri autem patrocinio ita pauci utebantur, ut raro poſt meridiem cauſas ageret.

Scripſeram] Epiſt. 4.

Interpellat) Impedit, ob affinitatem: nam erat Octaviæ maritus, quæ nepris fuit Iuliæ, Cæſaris ſororis: initio etiam civilis belli, cum provinciarum ſortitio fieret, privato conſilio præteritus eſt, quaſi propenſior eſſet ad Cæſaris cauſam, lib. I. comm. de Bel Civ.

Deſignati) De quo ſcripſit epiſt. 4. Sigonii liber habet, *Deſignatio*.

In Kal.) Septembris; quo tamen die factum non eſt S. C. ſed pridie Kal. Octobr. ut indicat epiſtola proxima.

Ne frequentiam quidem) Tantum abeſt, ut Kal. Sept. conſules de provinciis ad ſenatum retulerint, ut ne frequentem quidem ſenatum cogere potuerint: infrequenti autem ſenatu fieri ſenatus conſultum non licebat: qua de re diximus epiſt. 9 lib I.

Ne profligatum quidem) Plus eſt, quam *confectum*: minus, quam *confectum*: cognoſcitur exemplis, nam epiſtola 30. lib. XII. *Profligato*, inquit, *bello, ac pene ſubacto, renovatum bellum gerere conamur*. Et Tuſc. V. *Profligata jam hæc, & pene ad exitum adducta quæſtio eſt*. In oratione autem de Provinciis: *Si in Capitolium invehi vellet cum illa inſigni laurea geſtiret, vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata ſunt, conſici nolle*. Eſt agitur *Profligatum*, quod in eadem oratione *Affectum* Cicero vocavit: *Quid eſt*, inquit, *cur Cæſar in provincia commorari velit; niſi ut ea, quæ per eum affecta ſunt, perfecta reip. tradantur?*

Cauſa) Hoc verbum & a Sigonii libro, & ab aliis nonnullis abeſt.

Integra) Factum. Nam pridie Kal. Oct. factum eſt S. C. de provinciis conſularibus: niſi ſi, *Integra*, vere dictum ideo putemus, quia nihil in eo S. C. de ſucceſſione provinciarum decretum eſt, ſed in annum ſequentem actio illa translata.

Relinquendæ) Reliquit C. Cœlium quæſtorem; epiſt. 15. lib. II. & ad Attic. epiſt. 6. lib. VI.

Interceſſorem) Intercederetur enim ab aliquo tribuno pl. cum de ſucceſſione conſularium provinciarum, quarum una erunt Galliæ, S. C. fiet.

In eamdem conditionem] Ut, quemadmodum in ceteras provincias, ſic in Gallias ſucceſſor mittatur.

Vocantur) A Pompeianis, quorum factio in ſenatu dominabatur.

Patiſcum) Hominem venaudi perituri; epiſt 11. lib. II.

Curioni) Quas populo oſſenderet funebribus ludis, quos patri mortuo reverſus e provincia dedit, Calvino & Meſſalla coss.

Multis partibus plures) Multo plures; vide epiſt 2. lib. I.

Et alios Africanos) Nam Græcas miſerat Patiſcus: ut ex epiſt. 9. intelligitur. Varro lib. III. Rei Ruſt. *Non minus formoſum ſpectaculum, quam in circo maximo editum, non ſine beſtiis Africanis cum fiunt venationes*. Daturus erat Cœlius ædilis cur. ludos Romanos in circo: alioqui pantheris Africanis non eguiſſet; docet enim Plinius lib. VIII. cap. 17. vetus fuiſſe S. C. ne liceret Africanas in Italiam advehere: contra tuliſſe ad populum Cn. Aufidium tribunum pl. permiſiſſeque Circenſium gratia importare.

Prædia ruſtica) *Prædium* generale nomen eſt rerum poſſeſſarum vel in urbe, vel extra; ideo diſtinguuntur cum dicimus, *prædia urbana*, *prædia ruſtica*. Cœlius hic urbanis ruſtica, tanquam fructuoſiora videtur anteferre: quæ ſunt hæc, arva, vineta, prata, oliveta, ſilvæ, nemora enim, etſi a ſilvis differunt, e ſilvis tamen & pratis conſtant: itaque partim cæduntur, ut ſilvæ; partim armentis, ut prata, pabulum præbent: *urbana* vero *prædia* ſunt domus, areæ, horti, & quidquid omnino ſoli, aut in ſolo ædificatum, intra pomerium poſſidetur.

Cybiratas) Apud quos pantheræ capiebantur, epiſt. 4.

Seorſum) Nam, ſi conjunctim ludi darentur, minor utriuſque ſumtus. C. Cæſar & M. Bibulus, ædiles curules, communi ſumtu ludos dederant: alii ſeparatim. Dio lib. XXXIX.

A Collega) Qui non nominatur, ſed M. Octavium puto: cum & Hirrus repulſam tulerit; & Cœlium Vicinianum promulgatio de dictatore dejecerit,

rit : alios præterea competitores, quod quidem ex his epiſtolis cognoſci licear, non habuit.

Omnia) Quæ ad ludos pertinent.

Impera tibi) *Imperare ſibi* dicitur is, qui quod libenter non agit, agere tamen conſtituit : ut epiſt. 12. *Cum homo avarus, ut ea ſolveret, ſibi imperare non poſſet*. Et ad Attic. epiſt. 24. lib II. *Quod me mones de vultu, & oratione ad tempus accommodanda etſi difficile eſt, tamen imperarem mihi, ſi mea quicquam intereſſe putarem*. Et Terentius in Eun. *Imperavi egomet mihi, omnia aſſentari*.

Majorem partem) Pro, *Ex majore parte* : ut epiſt. 15. lib. IX. *Mihi licere, res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere*. Et alibi Lepius. Et Cæſar lib. IV. de Bel. Gal. *Maximam partem lacte atque pecore vivunt*. Et Lucretius lib. III.

Non minimam partem mortis formidine aluntur.

Ad Sittianam ſyngraphan) Vt e ſyngrapha Sittiana pecuniam iſtic exigant.

Nullam ſpem) Alii, *ullam ſpem*, quod videtur apertius, hoc modo : *Puto etiam, ſi ullam de pantheris mihi ſpem oſtendes, me iſto miſſurum alios*. Sigonii tamen liber habet, *Nullam* ; quod ita defendi poteſt : puto, licet nullam adhuc de pantheris mihi ſpem oſtenderis, me iſto miſſurum alios.

Feridium) Commendatitiæ litteræ, pro negotiorum varietate, varias quoque partes eaſque modo plures, modo pauciores habent ; ſed uſitata, & quaſi legitima, cum aliquid aut aliquem commendamus tria ſunt ; commendationis cauſa ; rei narratio ; memoris animi & gratæ voluntatis vel ab eo, qui commendatur, vel a nobis etiam ipſis promiſſio. Commendationis cauſa hic eſt illa : *Amici mei filium bonum, & ſtrenuum adoleſcentem* : rei narratio : *Agros, quos fructuarios habent civitates ; velit tuo beneficio immunes eſſe* : memoris animi promiſſio : *Gratos & bonos viros tibi obligaris*.

Equitem Romanum) Non omnes equites dicebantur equites Romani, ſed ii tantum, qui equo publico merebant, in centurias deſcripti : quod duæ in Antonium orationes, ſexta & ſeptima, declarant ; qui enim equo privato militabant, equites quidem erant, ſed nec equites Romani, nec equeſtris ordinis vocabantur. Societates autem publicanorum, quæ multæ erant, quia multorum locorum veſtigalia ſeparatim locabantur, ex equitibus Romanis conſtabant ; & erat equeſtris ordo ſenatoribus dignitate proximus, annulo aureo & equo publico a plebe diſtinctus : quocirca deduxit Cœlius commendandi cauſam ab honeſtate ; cum Feridium equitem Romanum appellavit.

Bonum & ſtrenuum) Quæ bonitati laus debetur, ea fit major, cum ad bonitatem accedit induſtria : recte igitur, *Bonum & ſtrenuum*, conjuncta ſunt ; eſt autem *ſtrenuus*, promtus & induſtrius in agendo.

Agros, quos fructuarios habent civitates) Ita legitur in duobus vetuſtis libris, Io. Scalæ, & in libro Petri Bembi, etiam in uno Caroli Sigonii ; itaque nihil muto, cum ſit aperta ſententia.

Quos fructuarios habent civitates) Qui civitatibus annuum veſtigal pendunt.

Facile) Cum imperium habeas.

Honeſtum) Fortaſſe, quia veſtigal magnum non eſt, alioqui, cur honeſtum ſit, imminuere veſtigalia civitatum, non intelligo.

Gratos & bonos viros) Patrem, & filium.

Favonium) Civem optimum, M. Catonis imitatorem, qui, C. Trebonio tribuno pl. legem ferente de Syria Craſſo, utraque autem Hiſpania Pompeio in quinquennium mandandis, acerrime cum Catone reſtiterat. Dio libro XXXIX. Ædilis fuit Calvino & Meſſalla coss. ut Plutarchus in Catone ſignificat, itaque hic annus, quo ſcripta eſt epiſtola, ad petendam præturam, quæ biennio interpoſito, ædilitatem ſequebatur, ei legitimus eſt, petiit autem, & obtinuit, propterea Velleius, Pompeio, poſt Pharſalicam pugnam fugienti, comites ait fuiſſe duos Lentulos conſulares, & Favonium prætorium. Eodem pertinent, quæ ſequuntur, *a columnariis præteritum* : nam, *præteriri*, eſt repulſam ferre : ut in oratione pro Plancio : *Populus non numquam dignos præterire ſolet*. Et Tuſc V. *Cum ſapiens & bonus vir ſuffragiis præteritur*.

Quod

Quod ſi quis dixerit ; incertum eſſe ; utrum hoc anno, an ſequenti prætor Favonius creatus ſit, quia, cum Velleius eum prætorium appellavit, prætorem quidem fuiſſe oſtenderit, præturæ tamen annum in dubio reliquerit: ita reſpondebimus, tranſeunti in Græciam Pompeio magiſtratus eos, qui bene de rep. ſentire viderentur, comites fuiſſe : quos cum nominari videamus epiſt. 6. lib. IX. ad Attic. conſules duos ; & tribunos pl. nulla cujuſquam prætoris mentione facta ; ſatis conſtat Favonium, quo anno Pompeius Italiam reliquit, id eſt, Lentulo & Marcello coss prætorem non fuiſſe : ex quo ſequitur, fuiſſe anno ſuperiore ; Paullo & Marcello coss. ideoque deſignatum Sulpicio & Marcello, quibus conſulatum gerentibus Cœlius hæc ſcripſit. Favonium hunc uſque ad triumviratum Octaviabi, Antonii, Lepidi vitam perduxiſſe, oſtendit Suetonius his verbis in Auguſto : *Ceteri, & in his M. Favonius, ille Catonis æmulus, cum extenſi producerentur, imperatore Antonio honorifice ſalutato, hunc ſordidiſſimo convicio coram proſciderunt.* Ejuſdem in eo libertas agnoſcitur ; quod a Valerio ſcriptum eſt lib. VI. cap. 2. *Nam Pompeio candida ſoſcia orus alligatum habente ; Non referi*, inquit, *qua in parte corporis ſit diadema : exigui panni exiſtimatione ; regina ejus vires exprobrans..*

A columnariis) Non eſt præteritus a columnariis, ſed a viris bonis : quorum numerus minor eſt. *Columnarios* dici puto viles & improbos homines, qui ad columnam Mœnium in judicium ſæpe vocarentur. Vide Pedian. in Divin. & orationem pro Cluentio. Nam qui, *Colonariis*, contra veteres omnes libros legendum exiſtimarunt ; eorum jam exploſa ſententia eſt.

Non fecit) Prætorem.

Aperte) Diſſitat.

Conſulem eſſe) Subaudiendum *Velle* ; in epiſtola proxima, quæ tamen poſt hanc ſcripta eſt: *Quid ſi & conſul eſſe, & exercitum habere volet?*

Tamen) Tamen in ſententia, quam dixit, non omnino intenſus Cæſari vitus eſt.

Sententiam dixit) In ſenatu extra urbem habito ; nam in urbe Pompeio, qui erat cum imperio, eſſe non licebat : quod & Cæſar ſcripſit libro I. de Bell. Civ.

Nullum hoc tempore S. C. faciendum) Opinor hoc eſſe, quod queritur Cicero epiſt. 3. lib. VIII. ad Attic. *Pompeium M. Marcello conſule finienti provincias Gallias Kal. Mart. teſtiſſe.*

Scipio) Pompeii ſocer, nominatus in S. C. *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio*, quod a Metello Pio eſſet adoptatus ; epiſtola proxima.

Galliis) Nominatim : quod iniquum erat ; itaque pridie Kal. Oct. de provinciis conſularibus, non de Galliis nominatim, S. C. factum eſt, epiſt. 7. De hac autem ſententia Scipionis audierat Cicero, cum ad Atticum ep. 20. lib. V. ita ſcripſit : *Eſt totum, quid Kalendis Mart. futurum ſit.*

Balbum Cornelium) Gaditanum, Cæſaris amantiſſimum ; pro quo exſtat Ciceronis oratio.

Cum Scipione) Gentiles enim erant.

Calidius) Eloquentia clarus, de quo epiſt. 4.

Defenſione) Cum accuſaretur a Gallis duobus ; epiſt. 4.

Accuſatione) Cum accuſaret Q Gallium, Cicerone defendente : ut eſt in libro de Clatis Oratoribus.

EPISTOLA X.

Caſſii) Quæſtoris M. Craſſi a Parthis interfecti : qui reliquias exercitus Antiochiam reduxérat ; epiſt. 10. libri lib. II. *Caſſius noſter feliciter ab Antiochia hoſtem ejecerat.* Et epiſt. 18. lib. V. ad Attic. *Paethi*, inquit, *Euphratem tranſiverunt, duce Pacoro, Orodis regis Parthorum filio, cunctis teſerto copiis. Caſſius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu.* Et epiſt. 20. ejuſdem libri : *Rumore adventus noſtri, & Caſſio, qui Antiochiæ teneòatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus : itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſecutus, rem bene geſſit ; qua in fuga, magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus.* De hac victoria ſignificatur in epiſt. 14. lib. XV. accedit Velleius lib. II. Juſtinus lib. XLII.

Deiotari) Gallogræciæ regis ; qui amicitiam ac ſocietatem populi Romani, quam diu vixit, ſtudioſiſſime coluit ;

ſoluit; in hoc autem Parthico tumultu cum omnibus ſuis copiis ad Ciceronem acceſſit; ad Attic. epiſt. 20. lib. V. & ep. 1. lib. VI.

Euphratem) Terminum imperii Romani.

Per Commagenem) Aſiæ regionem, quam Euphrates interfluit; ep. 1. lib. XV. *Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nunciarunt, Parthorum magnas copias Euphratem tranſire cœpiſſe.* Et in eodem libro, epiſt. 3. 4.

Provinciam noſtram) Nam Commagene non erat populi Romani, ſed regis Antiochi. Syriam ſignificat: quod ex epiſt. 1. lib. XV. & ad Attic. ep. 18. lib. V. cognoſcitur.

Quem paratus ab exercitu) *Quam*, non auget hic, ſed minuit: ut paullo poſt: *Sin autem aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores, parvis additis copiis, ſuſtinere poſſint.* Et epiſt. 7. *Ea, quæ ſcripta eſt, auctoritas, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis ſenatus conſilium eſſe videretur.* Dixit igitur, *Quam paratus*, pro, quam male paratus; quod oſtendit ſequentibus verbis, *Si paratior ab exercitu eſſes.* Sic locutus Plancus epiſt. 8. lib. X. *Cum ab omni re ſimus paratiores:* Et Cicero epiſt. 4. libro XV. *Adoleſcens & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus:*

Si paratior ab exercitu eſſes) Fretus enim exercitu, cum Parthis prælium committeres.

Neceſſitas) Tua, recedendi ob exiguitatem copiarum.

Pompeium) Qui erat ad urbem cum imperio, decreta illi in quinquennium utraque Hiſpania.

Mittendum) Ad bellum Parthicum.

Ab urbe non removendum) Vt eſſet reip. præſidio. Hoc ſentiebant ii, quibus jam tum ſuſpecta erat Cæſaris potentia: itaque Cicero, cum audiiſſet Pompeium in Hiſpaniam iturum, ſcripſit ad Appium his verbis epiſt. 8. lib. III. *Verum ad me ſcripſerat de omni reip. ſtatu: de quo jam ſollicitus eo magis, quod ex tuis litteris cognovi Pompeium noſtrum in Hiſpaniam iturum.*

Cæſarem) Qui bellum in Gallia gerebat.

Conſules) Hujus anni, M. Marcellum & Ser. Sulpicium.

Ex ſenatus conſulto) Nemo putat, privatos ad bellum Parthicum ex S. C. tantum eſſe mittendos, verum rogationem ad populum ferendam eſſe: ſicuti lata erat antea de belli Mithridatici cura privato Pompeio demandanda: exſtat pro ea lege, quam Manilius tribunus pl. tulit, Ciceronis oratio. Privatos oppoſuit Pompeio & Cæſari, qui extra urbem imperium habebant, & conſulibus, qui in urbe.

Ne illud S. C. fiat) Quod interdum, in tumultu bellico, fieri ſolitum eſt.

Vt paludati exeant) Non tam ipſi, quam alii fortaſſe, quibus Parthicum bellum ſenatus mandandum decerneret: hanc ſententiam quæ proximè ſequuntur verba confirmant. *Paludamentum* veſtis ducum in bello, & ad bellum ex urbe proficiſcentium. epiſt. 17. lib. XV. vide Feſtum.

Contumelioſe) Eſſet enim eorum contumelia, ſi ad bellum ire nollent, & ad alium res transferretur.

Sive urgligentia, ſive inertia eſt) Diſtinguit, ut diverſa; *negligentia* enim voluntatis eſt, *inertia* etiam inſcientiæ: unde illud epiſt. 20. lib. XII. *Laceſſam; nec tua ignavia, etiam inertiam afferet.*

In eam opinionem) Male enim audiebat avaritiæ nomine, Plutarchus in Bruto.

Arabas) Qui cum eſſent finitimi, nonnunquam in populi Romani provinciam impetum facere ſoliti ſunt: epiſt 8. lib. III. *De Parthis quod quæris, fuiſſe nullos puto.* Arabes qui fuerunt, admixto Parthico ornatu, dicuntur omnes revertiſſe.

Velificatus) Aſſentando gratificatus; ut enim vela navium ad ventorum adſpirationes aptantur, ſic orationem ſæpe noſtram ad aliorum voluntatem accommodamus.

Alicui) Caſſio: cujus litteras, cave, gratiæ cauſa tuarum litterarum teſtimonio confirmes.

Referret) Reipubl.

Reticuiſſe) Quod ſi faceres, nec dignitati tuæ, nec reip. conſuleres.

Ante Kalend. Jan.) Quo die novi con-

conſules inito magiſtratu de republ. referent.

Noſt Marcellum, quem tardus) Sic locutus epiſt. 1. lib. IV. *Rem videt, quo modo ſe habeat.*

Hæc cauſa | Deliberabitur, quis ad Parthicum bellum eat.

Tantum erit) Eiuſmodi erit; nam hic, *Tantum*, minuendi vim habet, non augendi: vide epiſt. 7. lib. I. *Tantam vim habet.*

Iactatueum | Cum inierit magiſtratum; nunc enim erat deſignatus tribunus pl.

Paullus) Conſul deſignatus.

De Provincia) Cæſaris, quam omnino ei adimendam diſtitabat: nondum ſcilicet a Cæſare MD. talenta, quibus addictus eſt, acceperat.

Occaſurus) Intercedet enim S.C. tribunus pl. erat: quod ex epiſt. 18. lib. XV. ad Attic liquet: ad hunc ſunt epiſtolæ duæ lib. X.

Pluces) Acceſſit Curio, ingenti mercede a Cæſare corruptus: quo nemo pro Cæſaris cauſa ſtetit audacius.

Fines hos) Quos oſtendi; ſcripſit enim proxime de Parthico bello, de conſule Paullo, tribunis pl. Curione & Furnio.

Ad actiones) Ad actiones Curionis hoc addo, de agro Campano: præter cetera, Curio illud aget ſequenti anno, ut ager Campanus, ante Cæſaris adventum, ex ipſius Cæſaris lege dividatur: qua de re ſatis copioſe dictum eſt epiſt. 9. lib. I. ad eum locum: *Vt de agro Campano frequenti ſenatu referretur.*

Laborare | Dividatur, nec ne.

Volde nolle) Non placet a verbo, *Negant*, pendere verbum *Nolle*; durius enim videtur: *Negant Pompeium valde nolle*: pro, *Pompeium ajunt valde velle*. Libentius interpretor: Pompeium ajunt valde nolle: id eſt, nolle diviſionem omitti; ne, ſi non dividatur, vacuus advenienti Cæſari pateat, & ab eo vel ipſius militibus, vel plebi dividatur. Nam, quod ex verbo, *Negant*, affirmationem elicio; novum non eſt: conſideretur illud epiſt. 15. lib. VII. ad Attic. *Plerique negant Cæſarem in conditione manſueum; poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus, quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur.* Et illud ep. 30. lib. XII. ad Cornificium: *Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere.* Sed eſt apud me vetus liber, a quo *Nolle*, abeſt: nec diſplicet; fiet enim hæc ſententia: Negant Cæſarem laborare, Pompeium autem valde: ut ex eodem verbo, *Negant*, primum negatio, deinde etiam educatur affirmatio. Cupiiſſe autem Pompeium dividi ſtatim agrum Campanum, ſatis intelligitur e ſequentibus verbis: *Ne vacuus advenienti Cæſari pateat.* Diviſoribus enim gratiæ plurimum adquirebatur apud eos, qui poſſeſſuri erant.

Provogatue | Vt annua tantum provinciæ ſit adminiſtratio; quod ab eo Cicero petierat ep. 7. 8. 10. lib. II.

Tui conſilii) Tu ſtatue, quid agendum tibi ſit, velis ne in provincia remanere, an finito anno diſcedere contra ſenatus voluntatem.

Tempus) Propter bellum Parthicum: quo urgente, diſcedendum non videtur ante, quam ſuccedatur. Epiſt. 17. lib. II. *Quin ad diem decedam, nulla cauſa eſt, præſertim ſublato metu Parthico.*

Senatus) Facto S. C. de proroganda provincia, quod Cicero timebat; de biennio quidem ſenſit Hortenſius, ut eſt in epiſt. 8 lib. III.

Mei officii eſt) Ego, quod eſt officii mei, præſtabo.

Decedens | Pro, *diſcedens*, cum iret Cicero in provinciam. Sic epiſt. 1. *Quod tibi decedens pollicitus ſum.*

Fieri) Provinciæ tempus prorogari.

EPISTOLA XI.

CVrio) Tribunus pl.

Comitiales) Dies: quibus agere cum populo licebat.

Eripiebantur) Quo modo? auſpiciis: dum enim ſervabatur de cælo, quæ *ſpectio* vocabatur, agere cum populo non licebat, de cælo autem ſervabant, non augures, ſed magiſtratus: quod Cicero demonſtrat in II. Philippica. & Varro apud Nonium. Conſules igitur, alter ambove, de cælo ſervabant, ne Curio comitialibus diebus agere cum populo poſſet; erat autem hæc impediendi pernicioſis tribuno-

bonorum rogationibus præclara & utilis admodum reip. ratio : qua etiam Lentulus Marcellinus conſul adverſus leges C. Catonis tribuni pl. uſus eſt: de quo ſic epiſt. 6. lib. II. ad frat. *Conſul eſt egregius Lentulus, non imprudente collega : dies comitiales exrmis omnes. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur ; maxime Catonis.* Dies agendi cum populo, in eadem epiſtola infra vocat Cicero.

Negabat) Vt par pari referret, conſules de cælo ſervabant, ne Curio poſſet agere cum populo : Curio intercedebat, ne decernerentur ſupplicationes.

Paulli) Conſulis, nondum a Cæſare corrupti.

Adeptus eſſet boni) Paullus conſul, ne quid Curio agere cum populo poſſet, de cælo ſervabat: quem Curio furorem appellabat : & ex ea ſibi illata injuria hoc ſe bonum adeptum dicebat, quod juſtam haberet cauſam impediendi, ne quid decernere ſenatus poſſet ; quod ſi ſenatus conſultum de ſupplicationibus fieri pateretur, amittere ſibi videbatur bonum illud, quod furore Pauli adeptus eſſet.

Prævaricator) Proditor.

Cauſæ publicæ) Quia, eum ei comitiales eriperentur, nec agere cum populo poſſet, impediri ac lædi cauſa publica videretur : cujus ſe patronum profitebatur, oppugnante Paullo.

His) Quæ poſtulari ſolent.

Non uſuros) Exceptis iis, quæ Ciceroni decernerentur.

Spem) Quaſi nihil reip. prodeſſent, aut a diis immortalibus minime curarentur. Non eſt igitur, quod Marcello magnopere gratias agas, qui Curioni promiſit, te in hunc annum nullis præterea ſupplicationibus uſurum, non quo facilius de tuis impetraret, ſed quia ſpem omnino in iſtis ſupplicationibus non haberet.

Non edicturum) Supplicationes.

Dictius dicturum) Vt diem dicendo conſumeret, ne S. C. fieri poſſet, quo de more diximus ep. 4. lib. I.

Prædimus) Rogavimus : ductum ab eo, quia prendimus, & prendamus, (utroque enim modo loquebantur veteres) a quibus impetrare aliquid cupimus.

Non modo non fecit) Sigonii liber, *Non modo fecit*, quod neque probo, neque condemno. Vide locum ep. 9. lib. I. *Non modo præmiis*.

De hoſtibus) Non dabantur ſupplicationes niſi ob juſtam victoriam, cæſis hoſtibus certo quodam numero : ideo Cicero ep. 10. lib. II. *Victoria juſta*, inquit, *imperator appellatus apud me ſum*. Id confirmat inſe Cœlius, cum ſubjungit, potuiſſe Hirrum impedire, ſi, ut numeraretur, poſtulaſſet. Quis autem cæſorum numerus obtinendis ſupplicationibus ſufficeret, præciſe ſcriptum non inveni : unum hoc dicam, ſi mille hoſtium cæſi eſſent, Ciceronis ætate ſatis fuiſſe, id ex iis Ciceronis verbis Phil. II. cognoſcitur: *Si quis Hiſpanorum aut Gallorum mille, aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, imperatorem appellaret ſenatus?* Triumphum quidem, qui ſupplicationes fere ſequebatur, niſi qui quinque millia hoſtium una acie cæcidiſſet, nemini per leges impetrare licuiſſe Valerius lib. II. cap. 3. tradidit, ſed hoc etiam, ut opinor, depravavit ambitio. Quidam *Hoſtiis* legunt : quam recte, alii judicent : ego ſequor & hiſtoriæ teſtimonium, & antiquos libros, Sigonianum, & meum.

Poſſet rem impedire) Falſo igitur Cicero illud ſcripſerat epiſt. 10. lib II. *Victoria juſta imperator appellatus ſum*. De eadem re ep. 1. lib. VII. ad Attic.

Vt numeraretur) Vt oſtenderetur, quo cæſi hoſtes numero eſſent. Aſſentior amiciſſimo meo, qui legendum putat *, numerus daretur* ; ſubintelligitur autem *hoſtium in prælio cæſorum* ; *hoſtibus* enim paulo ante lego ex codice Bernardini Maffei, non, ut quidam volunt, *hoſtiis*.

Catoni) M. Porcio Catoni, optimo viro, cujus in ſententiam, Cicerone conſule factum erat S. C. de Catilinæ ſociis in carcere necandis ; is prætor fuerat L. Domitio, App. Pulcro coſſ. repulſam tulerat in petitione conſulatus, quo anno Serv. Sulpicius & M. Marcellus deſignati ſunt, id eſt biennio ante, quam hæc epiſtola ſcriberetur.

Aſſenſus eſt) Licet iratus eſſet, ut ad Atticum Cicero ſcripſit, cujus verba proxime recitavi : iratus autem, quia ſuperatus eſſet ab eo in petitione auguratus, ep. 3. & 6. hac de re

ſio

ſic in eadem epiſtola; *Cæperas Hirrum mihi placare: perfice. Habes Sorofam: habes Siluium: ad eos ego antea ſcripſi, & ad ipſum Hirrum; locutus enim erat cum iis, commode ſi potuiſſe impedire, ſed noluiſſe; aſſenſum tantum eſſe Catoni, amiciſſimo mio, cum is honorificentiſſimam in me ſententiam dixiſſet; nec me ad ſe ullas litteras miſiſſe, cum ad omnes mitterem.*

De te & locutus honorifice] Particulam, *Et*, ſupervacaneam eſſe cur non putem? feratur tamen, ut in Cœlio, cujus χαρακτηρ a puriſſimo & ornatiſſimo Ciceronis ſermone quam longe diſtet, omnes intelligunt; quod etiam critici veteres, quorum teſtimonia jam recitavimus, facile judicarunt. Quod Cœlius ſignificat, hoc eſt: De te licet locutus honorifice, tamen non decreverat ſupplicationes: laudavit enim Cato Ciceronem in ſua ſententia, ſupplicationem non decrevit: cur ita ſenſerit, exponit ipſe in epiſtola, quæ exſtat lib. XV. cui Cicero reſpondens, dixit, *ſe tanti facere Catonis illam laudationem, ut cum ea nullum triumphum eſſe conferendum exiſtimet.* Et ad Atticum, epiſtola 1. lib. VII. confirmat idem his verbis: *Triumphum video, niſi reip. tempora impedirent, cunctaturum. Judico autem cum ex litteris amicorum, tum ex ſupplicatione; quam qui non decrevit, plus decrevit, quam ſi omnes decreviſſent triumphos: ei porro aſſenſus eſt unus, familiaris meus, Favonius; alter iratus, Hirrus. Cato autem & ſcribendo adfuit, & ad me de ſententia ſua jucundiſſimas litteras miſit, ſed tamen gratulans mihi Cæſar de ſupplicatione triumphat de ſententia Catonis: nec ſcivit quid illæ ſententiæ dixerit, ſed tantum, ſupplicationem eum mihi non decreviſſe.*

Non decreverat] Quid cauſæ fuit, cur non decreverit, cum & amiciſſimus eſſe videretur, & res ſupplicatione dignas Cicero geſſiſſet, juſta victoria imperator apud Iſſum appellatus? obſtitit invidia; cum nobiles homines, ex antiquiſſimis orti familiis, novum hominem Ciceronem in principibus quidem eſſe facile paterentur, altius autem evolare nequaquam vellent: quod in epiſtolis interdum queritur Cicero, & aperte quidem ad Attic. lib. VII. ep. 2. his verbis: *Cato in me turpiter fuit. malevolus: dedit integritatis, juſtitiæ, clementiæ, fidei mihi teſtimonium, quod non quærebam: quod poſtulabam, negavit. Itaque Cæſar iis litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quo modo exſultet Catonis in me ingentiſſimi injuria? at hic idem Bibulo dirum viginti: ignoſce mihi, non poſſum hæc ferre, nec feram.* Et ad eumdem ep. 3. ejuſdem libri; *Bibulum cum renavit Cato, declaravit iis ſe ſolis non invidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatem poſſet accedere.*

Favonius] Catonis imitator, ædilis curulis hoc anno.

Aſſenſit] Cato ſententiam dixerat: aſſenſi ſunt Hirrus & Favonius, ſententiam non dixerunt,

Pro cujuſque natura & inſtituto] Pertinet hoc ad Catonem hominem ſeveriſſimum, naturaque & conſuetudine valde parcum in tribuendis honoribus.

His] Non Catoni, qui ſententiam dixit honorificam, ſed Hirro & Favonio, qui ſententiam quidem non dixerunt, ſed voluntatem oſtenderunt pro ſententia, cum Catoni aſſenti ſint, vel his tribus nominatis, quibus hoc nomine debentur gratiæ, quod voluntatem dumtaxat oſtenderunt non decernendæ ſupplicationis; pro ſententia vero, ut omnino non decerneretur, pugnare noluerunt, cum impedire tamen poſſint: quæ ſi recipitur interpretatio, mihi quidem ſatis probata, diſtinguendum erit hoc modo: *Voluntatem oſtenderunt, pro ſententia, cum impedire poſſent, non pugnarunt.*

Tantum] Pro *ſaltem*, ut ep 31. lib. VII. *Veni igitur, quæſo, ne tantum ſemen vehementis ira cum rep. intereat.*

Cum impedire poſſent] Si, ut numeraretur, poſtularent.

De ſuarum actionum curſu] Iratus enim Paulo conſuli, qui comitiales ei dies eripiebat, induxerat animum ſupplicationes omnes impedire.

Furnius] Tribunus pl. Ciceronis cupidiſſimus, ep. 14. lib. XV. & ad Atr. ep. 18. lib. XV. is eſt, ad quem leguntur epiſtolæ aliquot lib. X.

Lentulus] Cum Lentuli eſſent multi, ſumma inter Ciceronem & P. Lentulum Spintherem amicitia facit, ut de Spinthere accipiendum exiſtimem.

Circumierunt] Prenſarunt, ambierunt; qui enim ambit, circumit: ut ipſa verbi compoſitio declarat.

Balbi

Balbi Cornelii) Gaditani, ep. 6.

Si aliter feciſſet) Si ſupplicationes Ciceronis impediiſſet.

Cæſari) Cui ſe addixerat, accepta ingenti mercede.

Ejus fidem in ſuſpicionem adduxit) Cum diceret, ei cavendum eſſe, ne fide reconciliatus cum Cæſare videretur, ſi Ciceronis honorem impediiſſet, quem ſciret a Cæſare non vulgariter diligi.

Decreram) Non equidem is ſum, qui divinationibus, præſertim quæ ſola conjectura nitantur, facile adquieſcam: verumtamen, ubi nec ſententia repugnat, & mutatio levis eſt, cur libertatem ingeniis eripiam? Hoc quidem in luco, qui nunc in manibus eſt, cum antiqui libri plerique haberent, *Decrerant*; nonnulli, *Deſecrant*; alii aliter; ex hac varietate fum adductus, ut probarem, *Decrerunt*: qua ſententia, nunc exponam. L. Domitius Ahenobarbus, & P. Scipio, Pompeii ſocer, uterque Cæſaris inimicus, cum inique ferrent tranſigi de ſupplicationibus Ciceronis, eaque Curionis tribuni pl. interceſſione cuperent impediri; ſimulatione benevolentiæ ſupplicationes decreverunt, ut ea re Curionem, omnibus Pompeianorum actionibus acriter adverſari ſolitum, ad intercedendum elicerent. Accedit Cœliani ſermonis conſuetudo, paullo enim ante dictum eſt, *Non decreverat ſupplicationes*. Et in Verrem dixit Cicero, *Decreſſet*.

Hac re) Quod ſupplicationes decernerent.

Ad interceſſionem evocandam) Ut Curionem, optimatibus intentum, ad intercedendum elicerent.

Interpellantibus) Crebro inſtantibus, ut ſupplicationes decernerentur.

Venuſtiſſime) Pulcherrime, ductum a Venere, cui pulcritudinem fabulæ Poetarum tribuunt.

Adhuc eſt) Addidi verbum *Eſt*, ex antiquis libris, adprobante ſententia: Adhuc, inquit, de provinciis contentio eſt.

Ante idus Nov.) Ante tempus ei decem tribunorum lege conceſſum.

Noſtri) Optimates.

Bene noſti) Imbecillitas eorum ſignificatur.

Scena rei totius) In ſcena dantur fabulæ. Cœlius tranſtulit ad ſignificationem rerum omnium, de quibus contentio eſſet: ut, quemadmodum ſcena fabulas, item id, quod dicturus eſt, omnia contineat.

Quod illi æquum putet) Æquum putabat, ſenatui dicto audientem Cæſarem eſſe, de quo ſic ep. 4. *In diſputando conjecit illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe*. Eodem ſpectat illud in ep. 8. *Dixit hoc nihil intereſſe, utrum Cæſar ſenatui dicto audiens futurus non eſſet, an pateretur, qui ſenatum decernere non pateretur*. Specie igitur probabilis & æqua erat actio Pompeii: ſed iniquum contra videbatur populi beneficium, Cæſari lege tributum, ſine cauſa eripi: quod tamen ſenatus decrevit, Pompeii ejuſque amicorum ſtudio.

Conſulem deſignari potuit) Quod Cæſar cogitabat: ideoque ferri legem a decem tribunis pl. voluerat, ut ejus abſentis in petitione conſulatus ratio haberetur.

Accipitur ſatis male) Contumelioſe & acerbe tractatur.

Secundus conſulatus) In quo Pompeius iterum conſul operam dederat, auctorque fuerat, ut Trebonius tribunus pl. de Galliarum imperio Cæſari in alterum quinquennium prorogando legem ferret: quod beneficium nunc idem Pompeius conabatur eripere, cum eum ante idus Nov. vellet decedere.

Exagitatur) Reprehenditur. Sic epiſtola 1. lib. I. *Rebus palam a conſularibus exagitatis, & in ſummam invidiam adductis*.

Cæſar defendetur) Ab amicis: ne cogatur ante legitimam diem decedere.

Sententiam) De provinciis.

Ludorum exploſiones) Quos populus oderat, eos ad ludorum ſpectacula accedentes excludebat: de iis in commentario ſcripſerat Cœlius; præterea de funeribus, & levia quædam, quas ipſe ineptias fatetur eſſe.

De Sittiano negotio) De ſyngrapha Sittiana, epiſt. 2. 4. 6. 7.

Eos) A quibus exigenda pecunia eſt; nam ſyngrapha Sittiana facultatem dabat exigendæ pecuniæ.

Tamquam procurator) Eo ſtudio, quo ſolent ii, qui aliena negotia procurant.

Agai)

Agas) Etſi patet ſententia, de mendo tamen ſuſpicor, cum in omnibus antiquis libris *Agros*, non *Agas*, ſcriptum eſſe videam. Omnes etiam pro *Quando*, habent *Quom*: id eſt, Cum: quod veteres uſurpabant pro *Quoniam*, vel, *Quando*.

EPISTOLA XII.

PVdet) Non ſemper culpam ſequitur pudor. Vir bonus a vitio ſic abhorret, ut alienis etiam flagitiis pudore afficiatur, neque ſolum cum ea cernit, ſed etiam cum audit. Pudet, inquit Cœlius, quod ita ingratus in me fuerit, ita ſe turpiter & inique Appius geſſerit. Vel: Pudet me tibi confiteri, & queri de injuriis Appii; cum eum tibi antea laudaverim.

Quia magna mihi dărat beneficia) Odii cauſam ponit beneficia ſua: vere fortaſſe; nam debitor creditorem non amat, adſpectum quaſi metuens fugit: putat enim ſe, cum beneficia non referat, non amari: quæ opinio facit, ut nec ipſe amare poſſit. Porro qui non amat, quavis non modo re, ſed ſuſpicione etiam adducitur, ut odiſſe incipiat; qua tamen labe non inficitur animus boni viri, qui alios ex ingenio ſuo metitur: nec putat ullius commodi præmiive ſpe beneficium tribui; mercatura enim quædam eſſet, non liberalitas. Improbi autem ſæpe benigni ſunt, non modo ut eamdem gratiam recipiant, ſed ut aliquid etiam, fenerantium more, lucrentur.

Sibi imperarĕ) *Imperare ſibi* dicitur, qui aliter agere ita ſolitus eſt, ut non libenter a conſuetudine diſcedat. Appius autem avarus: ideo ſibi, ut beneficia ſolvat, imperare non poteſt. Sic locutus epiſt. 6. *Impera tibi: hoc cura.*

Collegium) Augures, (erat enim Appius augur) ut aliquid contra Cœlium molirentur. Alii ex conjectura parum neceſſaria, contra veteres omnes libros legendum putant, *Collegam*, id eſt Pilonem cenſorem: quod hoc tempore cenſuram gerebat Appius.

Domitio) Qui cum eo conſulatum geſſerat.

Hoc munuſculum deferrĕ Cn. Pompeio) Negotium dare Pompeio, ut me accuſarei. Niſi hoc dicit Cœlius, quid aliud ſignificet, non video. Scrupulum tamen ſentio: primum, veriſimile non videtur ita deſipere Appium, ut Cn. Pompeium, virum graviſſimum, principem civitatis, qui cum imperio ad urbem erat, adduci poſſe ad ſuſcipiendam accuſationem exiſtimet: deinde, *munuſculum deferre*, non eſt apud Cœlium accuſandi curam committere, ſed accuſare: ut epiſt. 7. *Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori*. Poſtremo, genus loquendi, etſi multa in Cœlio diſſimulanda non ignoro, tamen hoc quidem ferre vix poſſum: *Impetrare a me non potui, ipſum reprehenderem*; quis enim non videt, *Ut*, deſiderari? Quæ cum intueor, libenter ad eam deducor conjecturam, ut hoc modo legendum & diſtinguendum putem: *Hoc munuſculum dăre, Cn. Pompeio ipſum reprehendente: ut ab eo deprecarer injuriam, &c.* Nec tamen hanc opinionem nihil adjuvat ſcriptus liber, qui eſt apud me, in quo eſt, *Vt ab eo*, non, ut vulgo legitur, *Et ab eo*. Erit autem, *Munuſculum deferre*, accuſare: quo ſenſu uſurpatum etiam eſt, ut dixi, epiſtola 7. Quod ſi quis libros typis impreſſos malit adprobare, accipiat, *Reprehenderem*, non pro *Objurgarem*, quod abſurdum hic quidem eſſet, ſed pro, *Prenderem*: id eſt, rogarem, ut accuſandi conſilium abjiceret.

Quid ergo eſt) Quaſi aliquis eum interroget: hoc tibi faciendum non putaſti, quid igitur feciſti? Et videtur hoc loquendi genus poſt negationem, id eſt, ubi quid improbavimus, inferri. Non placuit mihi, ait Cœlius, injuriam ab Appio deprecari: quid igitur placuit? alloqui communes amicos, teſtes meorum in illum meritorum. Sic Livius lib. XLIV. *Non ſum is, qui non veriſimem admonendos duces eſſe: immo rum, qui de ſua unius ſententia omnia gerat, ſuperbum judico magis, quam ſapientem, quid ergo eſt? primum a prudentibus, & proprie rei militaris peritis, & uſu doctis monendi inperatores ſint.*

Tamen) Ab ipſo quidem ut injuriam

riam deprecarer, impetrare a me non potui. tamen feci, ut amicos alloquerer.

Quaſi aliquid] Præclara, niſi fallor, emendatio: mendum autem, quod in vulgatos libros irrepſit, ſententiæ peperit ignoratio; nam, *Quaſi aliquid*, valet, quaſi hoc aliquid futurum eſſet: quod tamen apud Appium eſſe nihil tenſi. Præterea ſcriptum ita video in vetere Sigonii libro; quidam, *Quaſi aliquot amicis*, malunt: in quo & ab antiquis libris, &, ut puto, a Cœlii mente diſcedunt.

Amicis locutus ſum] De Appii injuria, uſurpat & Cicero hoc verbum cum dandi caſu epiſt. 1. lib. VI. ad Att. *Hæc non noram tum, cum Democrito tuo locutus ſum*. Et Plautus in Men. *Loquere*, inquit, *mihi tuum nomen*.

Ne cui ſatisfaceret quidem] Satisfacit, qui ſe verbis excuſat. Exempla ſunt epiſt. 13. lib. VII. *Hic tu me etiam infimulas, nec ſatisfactionem meam accipis*. Et Philip. II *Acceperam Cæſaris litteras, ut mihi ſatisfieri paterer a te*. Et Cæſar lib. I. Bell. Civ. *Per tribunos mil. egerunt, uti Cæſari ſatisfacerent*. Et alibi.

Collega ejus] L. Piſoni, contra quem exſtat Ciceronis oratio: is cenſuram cum Appio gerebat. Cæſar lib. I. Bel. Civ. Dio lib. XL.

Amicitiam tuam] Quia Cicero ejectus a Clodio, conſentiente conſule Piſone, poſtea, ut ulciſceretur injuriam, orationem habuit de conſularibus provinciis, ut Piſo e Macedonia, quam proconſul regebat, revocaretur; quod ſenatus decrevit.

Simiæ] Sic Cicero epiſt. 2. lib. VII. *Hic ſimiolus me, in quem invehereretur, delegerat*. Et epiſt. 10. lib. V. Et Horatius Sat. 10. lib. I. Serm.

——— *Quos neque pulcher*
Hermogenes unquam legit, neque ſimius iſte.

Vultum ſubire] Quod ſupplicis eſt. Ita in peroratione pro Quintio: *Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit*.

Incanduit] Pro *exanduit*; vehementi commotus eſt iracundia, quo motu vultus excandeſcit. Alii, *Scanduit*. Ego librum Sigonii, & meum ſequor, & omnino magis placet, *Incanduit*, quam *Scanduit*; quid enim eſt, *Scanduit*? tolerabilius erat, *Canduit*: quod ad iratorum vultus pertinet, verum, *Incanduit*, ſi habeo comprobatum teſtimonio duorum librorum, quî nodum in ſcirpo quæram?

Hanc ſpeciem ſimultatis] Quod eum in infamiam vocarem ficta ſimultatis cauſa.

Palam Servium] Nihil muto: videant tamen eruditi, an ſit rectius, quod monui adoleſcens in ſcholiis noſtris, *Palam Servium*, quem Cicero nominat, ut accuſatorem, lib. II. ad Frat. epiſt. 2. & Cœlius ipſe paullo poſt: *Vix hoc erat Pola elocutus*.

Inire cum Domitio conſilia] Conſilia capere, ſimul conſiderare, epiſt. 24. lib IX. *Conſilia ſint inita de me*. Et Livius lib. VI. *Conſilia inire cum proceribus cœpit*.

Campellari] Arceſſi, in judicium vocari. Ad Att epiſt. 2. lib. II. *Nigidium minari, in concione ſe judicem, qui non fuerit, compellaturum*. Et Philip. III. *Fratris mei filium compellat edicto*. Et Suetonius in Iulio: *In carcerem conjicit Nonium quæſtorem, quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet*.

Dicere non poterant] Nihil erat, quod objicere mihi poſſent.

Summis Circenſibus] Extremis diebus Circenſium ludorum meorum: binos enim ludos ædiles curules dabant, Megalenſes, & Romanos, ut oſtendit Dio lib. XXXIX. & Pedianus in commentario Cornelianæ: hic de Romanis intelligendum, qui dabantur in circo menſe Sept. per quinque dies: quod faſti dierum veteres demonſtrant. Scripta enim epiſtola paullo ante, quam Cicero e provincia decederet: eum dicat Cœlius in clauſula, *Exſpecto te valde, & cupio quamprimum videre*.; nam Cicero deceſſiſſe videtur menſe Octobri: quod ex epiſt. 3. ad Tironem, lib. XVI. licet conjicere. Megalenſes autem initio anni dabantur, id eſt multis menſibus ante Romanos: inquit enim Cicero epiſt. 11. lib. II. *Mihi magnæ curæ eſt ædilitas tua; ipſa dies me admonebat: ſcripſi enim hæc ipſis Megalenſibus*. Præterea cur de Megalenſibus accipiam, cum non in circo, ſed in Palatio darentur? de

quibus Cicero in oratione de Haruſpicum Reſponſis: *Quid ego de illis ludis loquar, quas in Palatio noſtri majores aute templum, in ipſo Matris magnæ conſpectu Megaleſibus fieri celebrarique voluerunt?* Idem Livius confirmat lib. XXXVI.

Lege Scantinia) De nefando marium concubitu, quæ pœnam irrogabat decem millia nummum. Quinct. lib. IV. cap. 7. Capitale crimen poſtea fecit Iulia lex, epiſt. 14. Iuvenalis Satyra 6. Suetonius in Domitiano.

Pola elocutus) Vix hoc Pola Servius accuſator dixerat. Antea, *Prælocutus*: ego cum in antiquis libris viderem, *Pole locutus*, legendum putavi, *Pola elocutus*, poſſet etiam, *Pole locutus*: id eſt, vix Polæ dixerat Appius cupere ſe mihi accuſatorem ponere; nam & paullo ante Cœlius cum dandi caſu idem verbum conjunxit, *Amicis*, inquit, *locutus ſum*. In vetuſto codice, qui eſt Florentiæ in Mediceæ bibliotheca ita legitur, ut impreſſimus. Hujus lectionis alii quoque meminerunt, ſed eam minus integram exiſtimarunt, offenſi, ut opinor, in voce *Pola*, quod eam ſe alibi vidiſſe non meminerant: eſt autem ea Servii accuſateris cognomen, de quo ad Q. Fratrem epiſtola penultima II. libri, his verbis: *Verres, ne homo teter, & fœtus Pola Servius ad accuſationem veniat*. Vix igitur (inquit Cœlius) hoc elocutus erat Pola, Appium ſcilicet & Domitium ſummis Circenſibus ludis meis lege Scantinia me poſtulandum curare: cum ego eadem lege Appium Cenſorem poſtulavi. Ac (ut, quod ſentio, libere dicam) ſupra quoque ubi legitur *palam Servium*, legendum potius *Polam Servium* crediderim. Sed hoc eſt conjecturæ. Manu ſcripti enim libri, quos & Venetiis, & Romæ vidi multos, *palam*, ut eſt in impreſſis habent omnes, a quibus diſſentire non temere debemus.

Quod melius caderet) Quam cenſorem, qui moribus præeſt, & magiſter morum appellatur, lege Scantinia in judicium vocare.

A populo, & non infirmo quoque) Addidit, *Non infirmo quoque*, ut offenderet, nobiles etiam homines id probaſſet qui, licet populi nomine comprehendantur, permixti tamen in multitudine non ſatis internoſcuntur.

Fama) Cum increbreſceret, cenſorem, corrigendis moribus præpoſitum, tam turpi crimine poſtulari.

Capi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere) Cenſorum erat curare, ut ſacella non in domo cuiuſquam eſſent, ſed populo paterent: itaque Livius lib. XL. ubi loquitur de Lepido & Fulvio cenſoribus: *Complura*, inquit, *ſacella, publicaque ſacra occupata a privatis, ut paterent, eſſentque populo, curarunt*. Cœlius autem ut oſtenderet, Appium cenſorem officio ſuo deeſſe, petere cœpit ab eo, ut ſacellum in domo privata ne relinqueretur: cujus rei cura Appii, qui cenſor erat, eſſe debuerat. Sed libentius intelleverim de ſacello, quod ipſe Appius occupaſſet: ex quo gravior ei concitata eſſet invidia, occupatis rebus a cenſore, quas cenſor ab aliis occupatas, populo reſtituere deberet.

Amplius quadraginta mauſit) Quid eſt hoc? an, *Quadragiata litteras*? Latinum non eſt; *quadragenas* enim *litteras*, potius quam *quadragiatas*, & *quadraginta epiſtolas* potius, quam *quadragenas*, Latini ſermonis conſuetudo poſtulat: niſi ſi ſcripſerit Cœlius XL. ex quo imperitus librarius deſcripſit, *quadraginta*: verum quid hæc attinet colligere, cum in antiquo Sigonii libro diſerte ſcriptum ſit, *Quadraginta diebus miſit*? quamquam in verbo *Miſit*, librarius peccavit: quod meis liber aliique corriguot.

Scis Domitio diem timori eſſe) Similiter locutus epiſt. 14. *Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere?* Sed cum obſcura ſententia eſt, tum ita diſcrepant inter ſe veteres libri, ut obſcuro per ſe loco, majores etiam tenebras offundant. In uno meo ſcriptum eſt hoc modo, *Diem timoe eſt exſpectatio valde, & quam primum*, in uno Sigonii, *Diem tu morare exſpecto, & quamprimum*: in altero ejuſdem: *Timar eſt exſpecto valde & quamprimum*. In nullo quidem vidi *Timori eſſe*.

Proinde) Pro, *Perinde*: quod ſæpe Terentius & Lucretius uſurparunt.

Dolore) Meas, tuas autem ulciſci ſolere.

Ulciſci) Mirus enim contra Clodianos

nos Milonis defensor in tribunatu fuerat : quod significat Cicero epist. 9. lib. II. *Te* (inquit) *mi Rufe, dilige, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis mæ, ultorem non modo inimicorum, sed etiam invidorum meorum.*

EPISTOLA XIII.

VIri medius fidius optimi] Dolabellæ, a quo uxorem discessisse, scripsit epist. 9. is postea cum Tullia divortium fecit : quod & ex epistolis ad Atticum, & ex consolatoria Sulpicii lib. IV. cognoscitur.

Sibi parum utilis) Temeritatis Dolabellam arguit, quod Appium accusasset : id ex ea, qua Cicero respondit, epistola licet intelligere.

Pudore Tulliæ) Cicero respondit his verbis epist. 15. lib II. *Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari; nam ea, quæ spreras, Tulliæ meæ prudentia tempcrari posse, scio cui epistolæ tuæ respondeant.*

Lautum) Pulcrum, egregium.

Intercessionis) Curio intercesserat, ne S.C. fieret de successione provinciarum : de ea intercessione consules ad senatum retulerunt, ut decerneretur, quid agendum, contemnenda ne intercessio, an eius habenda ratio more maiorum. Censuit senatus intercessioni parendum.

Exitum) Quia valuit intercessio, contra quam M.Marcellus senserat.

Ex S. C.) Eo, quod misit Cœlius eum epist. 7. in quo ita scriptum est : *Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum populumque referri.*

Primoque) Cur prima? fortasse studio & opera C.Marcelli consulis, ejus patruelis.

Marcelli) Qui consul fuerat anno proximo.

Agendum cum tribunis pl.) Vt intercessio tolleretur.

In alia omnia iit) Frequens a Marcello dissensit : probavit igitur Curionis intercessionem : atque hoc reprehendit Cicero his verbis epist. 7 lib.VII. *Senatum bonum putas, per quem sine imperio provinciæ sunt? numquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi scptum esset*; quam sententiam senatus sequi noluit : de hoc genere loquendi vide, quæ diximus epist. 2. lib. I.

Stomacho est scilicet Pomprius Magnus) Dixi olim, *Scilicet Pomprius*, mihi videri esse glossema ad verbum *Magnus* : nec aliter nunc videtur.

Ita languenti) Pompeii hoc erat ingenium, ut voluntatem suam occultaret : stomachi vitium transtulit Cœlius ad animum Pompeii nihil in rep. probantis, quippe qui neque Cæsarem in Gallia diutius manere vellet, nec suam tamen voluntatem satis auderet ostendere : quandoquidem, ipso auctore in secundo ac tertio consulatu, duæ leges latæ fuerant, una de Galliarum imperio in alterum quinquennium prorogando; altera, ut in petitione consulatus absentis Cæsaris ratio haberetur.

Transferant illuc) Id probaverant.

Vt ratio essit ejus habenda) Hoc totum ita legitur in antiquis libris : *Vt ratione ejus habenda, qui exercitum, neque provincias tradiret* : quod ita mendosum est, ut omnis mihi quidem ad correctionem aditus intercludatur : relinquo non invitus, quod alii quærant; sententia quidem hæc videtur esse : Transierant senatores in alia omnia, id est, probaverant Curionis intercessionem, improbantes M.Marcelli sententiam; tamquam ratione illius habenda, qui neque exercitum, neque provincias traderet. Hoc, ut dixi, arbitror significari; sed addere verbum, *Neque*, contra veteres libros non audeo : nisi si, ut est omnino asper durusque Cœlii sermo, scriptum ab eo putemus : *Qui exercitum neque provincias traderet*; pro, *Qui neque exercitum, neque provincias tradiret* : ut, *Neque*, tam ad *exercitum*, quam ad *provincias* referatur. Venit etiam in mentem, hoc dumtaxat a Cœlio scriptum : *Transierant illuc, ut ratione ejus habenda* : glossam autem esse id, quod sequitur, additam ab interpretante pronomen illud, *Ejus* : cum hoc pronomine Cœlius Cæsarem significare solitus sit : dixit enim epist. 7. *Perspecta Cn Pompeii voluntate in eum partem, ut eum decedere post Kalend. Mart. placeret* : eum Cæsarem significet, minime tamen antea nominatum.

Iturus sit, cum cognoscas) Vnus Sigonii liber, & meus : *Latuerit iste,*

eum cognoſcam: alter ejuſdem, *Laturus, eum iſte cognoſcam*: itaque ſubeſſe vitium ſuſpicor.

Futurum) Video, quid dicatur: ſed ex ingenio emendatum exiſtimo; nam veteres omnes libri, *Futurus*, habent: quod videtur ad Pompeium referri.

Si aut non curet) Sic antiqui libri: mutilus locus eſt, aut certe depravatus.

Vos ſenes divites) Quorum intereſt maxime rempubl. in ſuo ſtatu permanere.

Animam agebat) In exitu vitæ crebro ſpiritus ducitur, & reducitur: id veteres, *agere animam*, dicebant. Tuſcul. I Et *agere animam*, & *efflare* dicimus. Plautus in Trin. per ſimilitudinem dixit: *Res cum jam animam agebat, tum eſſe effuſam oportuit*. Livius, *Trahere animam* dixit, lib. III. ab Vrbe: *Mortuus Æbutius erat Romanus conſul, collega ejus Servilius exigua in ſpe trahebat animam*.

EPISTOLA XIV.

ARſacem cepere) Serviue in VI. Æn. hæc ſcripſit: *Omnes reges Albani ab Silvio, filio Æneæ & Lavinie, Silvii ſunt dicti: ſicut Romani Imperatores, Auguſti vocantur; Ægypti, Ptolemæi; Perſæ, Arſacidæ*. Eſt igitur Arſaces, generale nomen regum omnium apud Parthos, deductum ab eo, qui Parthorum regnum primus conſtituit; hoc quidem tempore Parthorum rex erat Orodes, nominatus epiſt. 1. lib. XV. & 18. & 21. lib. V. ad Att. ut hiſtoricoe omittam. Sed de Arſace rege, & de reliquis, qui ei ſucceſſerunt, quæ collegimus ex Iuſtino lib. XLI. & XLII. fortaſſe hic adſcribere operæ pretium fuerit. Arſaces, vir incertæ originis, ſed virtutis egregiæ, ſolitus latrocinio & rapto vivere, regnum apud Parthos primus conſtituit, cum aliarum antea gentium regibus paruiſſent: ita, non minus memorabilis Parthis, quam Perſis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura ſenectute deceſſit: cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes deinde reges ſuos Arſacis nomine appellarint. Huic ſucceſſit filius, & ipſe Arſaces dictus. Tertius Parthis rex fuit Pampacius, & ipſe Arſaces cognomine, ut reliqui omnes reges: ſicuti Romani, Cæſares Auguſtoſque cognominarunt. Pampacio ſucceſſit filius Phraates: Phraati, frater ejus Mithridates, qui Parthorum imperium a monte Caucaſo, multis populis in ditionem redactis, uſque ad flumen Euphratem protulit; nec minor Arſace proavo, glorioſa ſenectute deceſſit. Ei ſucceſſit Phraates filius: Phraati patruus ejus Artabanus: Artabano Mithridates filius, cujus res geſtæ Magni cognomen dedere. Quo, propter crudelitatem, a ſenatu Parthico ejecto, regnum occupavit frater ejus Orodes; qui fratrem ſuum Mithridatem, ultro ſe in poteſtatem ejus tradentem, in conſpectu ſuo trucidari juſſit: hic eſt Orodes ille, qui M. Craſſum cum filio & omni exercitu Romano delevit: cui ſucceſſit filius Phraates ex pellice, a patre vivo rex conſtitutus; qui ſtatim & patrem ipſum, & fratres triginta trucidavit, Auguſto imperante.

Seleuciam) Regiam Parthorum, a Nicatore Seleuco exædificatam, uno ex ducibus Alexandri, quem Arſaces devicit, ut Ammianus lib. XXIII. prodidit. Seleucias tres, Pieriam, ad Euphratem, ad Belum, Ptolemæus facit.

Oculi deluiſſent) Sic apud Terentium in Phormione: *Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata, & quod tuo viro oculi doleant?*

In repulſa) Cum auguratum peteret, in locum Hortenſii mortui, quem augurem fuiſſe, & Philipp. II. & prooemium libri de Claris Orator. demonſtrat.

Comitia) Non centuriata, ſed tributa: quod ex Philipp. II. & aliis præterea locis intelligitur; augures enim hoc tempore populus creabat, lege lata a T. Ario Labieno, tribuno pleb. anrea creabantur ab ipſo collegio: diximus cupioſe in libro de Legibus.

Studia) Et quidem tanta, ut multi poſtea de vi condemnati ſint: quia nimis Antonii ſtudioſi fuiſſent.

Neceſſitudinem ſecuti) Officium, inquit, perpauci præſtiterunt: amicitiæ habita ratio eſt; verum hoc ita Cœlius implicavit, *ut* ex ipſis non non facile verbie exprimatur; nam, Ne-

Neceſſitudinem ſecuti, non eſt unde pendeat, niſi referatur ad, *Perpauci*: quod ſi ſit, perpauci videbuntur neceſſitudinem ſecuti: cum tamen contratia ſit ſententia; conſtat enim dici, Perpaucos officium præſtitiſſe, quia plerique neceſſitudinem ſecuti ſint.

Ne familiarem quidem ſuum] Notat ingenium Domitii, cui familiares etiam odio eſſent.

Per injuriam] Quod ſibi, viro conſulari, M. Antonius, qui nondum tribunatum pl. adeptus erat, in auguratu prælatus eſſet.

Ereptum] Id quod petebat, auguratum.

Cujus ego auctor fuerim] Quid mirum? cum amiciſſimus Curioni eſſet Cœlius, Curio autem vehementer Antonio faveret: quod ei objicit Cicero Philipp. II. *An*, inquit, *cum ex factus augur, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? cujus etiam familiarem de vi condemneti ſunt, quod tui nimis ſtudioſi fuiſſent.* Plutarchus etiam, Curionis præcipue opera, tribunatum hoc anno gerentis, Antonium augurem creatum narrat.

Gaviſos ſuum dolorem] Epiſt. 2. dixit, *Gaudium gauderemus*.

Unumque me ſtudioſiorem Antonii] Me potiſſimum Antonii ſtudioſiorem, quam ipſius fuiſſe: de Antonio, augure creato, legimus in Philipp. II. apud Hirtium lib. VIII. de Bello Gallico: apud Plutarchum in ejus vita, & hic ep. 22. lib. XII. ſuum collegam Cicero appellat.

Ipſe Cn. Domitius] Lucii filius, de quo illa ſuperiora ſcripta ſunt. Docet Suetonius, Domitiam gentem duobus tantum prænominibus uſam eſſe, Lucio, & Caio: huic autem, qui Saturninum accuſavit, Lucii, qui cum App. Claudio conſul fuerat, filio, quem in auguratu repulſam eſſe paſſum Cœlius oſtendit, prænomen fuiſſe Cnæo, ex Dione cognoſcitur.

Reum fecit] *Reum facere*, non eſt, in judicio accuſare; ſed, poſtulare. Sic epiſt. 6. dixit, *Appium a Dolabella reum factum*, cum de poſtulatione intelligeret, ut ibidem oſtet.

Superiore a vita] Alii legunt, *Superiore vita*, non diverſa ſententia; ego, ne diſcedam a veteribus libris, in quibus eſt, *Superior ea vita*, legendum duxi, *Superiore a vita*.

Nunc in exſpectatione eſt] Vbicumque ſcriptos libros, præſertim & multos, & vetuſtiores diſſentire video ab impreſſis; operæ pretium puto, lectorem admoneri; nam, etſi perſpicue patet ſententia: videndum tamen ejus ne ſit, qui librum compoſuit, an eius qui deſcripſit, aut emendare conatus eſt. Hic antiqui libri, quos quidem ego videtim, omnes, in omnibus verbis aliter habent, atque in vulgatis legitur: *Non*, pro *Nunc*: *In* non habent: *Exſpectationem*, pro *Exſpectatione*: *Ineſt* pro *eſt*.

Sex. Peducæi] Amiciſſimus Pomponii Attici fuit. Nepos in Attici vita, Cicero in epiſtolis.

Abſolutionem] Significat, cum nocentiſſimus eſſet, tamen abſolutum: quo exemplo bene ſperandum omnibus reis.

Neceſſe eſt] Non enim erat inter Pompeium & Cæſarem neceſſaria, ſed voluntaria contentio.

Rerum potiuntur] Auctoritate, gratia, opibus in civitate plurimum poſſunt, alii pro Cæſare, alii pro Pompeio ſentientes: ſic locutus ep. 8. lib. I.

Conſulem aliter fieri] Aut non peti a Cæſare conſulatum, aut a prætente peti, exercitu & Gallis ſuccellori traditis: Pompeius volebat.

Se ſalvum eſſe non poſſe] Timebat, ne privatus in judicium vocaretur ab inimicis, ob ea quæ conſul contra auſpicia interceſſionemque pro ſua potentia fecerat. Suetonius.

Ambo exercitus tradant] Æqua conditio videbatur: ſed hoc ſperabat Cæſar, dimiſſis ab ipſo & a Pompeio exercitibus, ſe tamen, cum vellet, facile ſuos milites, qui cum eo per tot annos vixerant, revocare poſſe, quod Pompeio de ſuis, novo delectu coactis, non item ſperare licuit: & ob hanc fortaſſe cauſam, (ut aliæ ſileantur) oblatam a Cæſare conditionem Pompeius recuſavit. Hirtius lib. VIII. de Bell. Gall. *C. Curio tribunus pleb. cum Cæſaris cauſam dignitatemque defendendam ſuſcepiſſet, ſæpe erat ſenatui pollicitus, ſi quem timor armorum Cæſaris ſederet, & quoniam Pompeii domina-*

tio atque aema non minimum terrorem ſua inferrent, diſcederet uterque ab armis, exercitumque dimitteret: fore eo facto liberum & ſui juris ciuitatem, neque hoc tantum pollicitus eſt, ſed etiam per ſe diſceſſionem facere cœpit: quod ne fieret, conſules amicique Pompeii juſſerunt. Id etiam ad ſenatum a Cæſare ſcriptum eſſe, & hanc ab eo, poſt belli civilis initia, conditionem eſſe delatam, ipſe demonſtrat lib. I. de Bell. Civil. *Proficiſcatur* (ait) *Pompeius in ſuas provincias; ipſi exercitus dimittantur; diſcedant in Italia omnes ab armis; metus e civitate tollatur.* Idem confirmat Appianus, Plutarchus, & alii.

Illi amores] Qui fuerunt inter Cæſarem & Pompeium, præſertim poſt nuptias Iuliæ, Cæſaris filiæ, Pompeio collocatæ.

Inviſa) Invſa, quam improbarunt omnes boni.

Se erumpit) Sic liber Sigonii, & recte: ut cum proximo verbo *Recedit*, congruat: nam ſi, *Erupit*, legatur, ut eſt in pleriſque antiquis libris, reponendum erit, *Recidit*, pro *Recedit*, contra veterum librorum auctoritatem. *Erumpit*, & *Erumpit ſe*, veteres dicebant. Cæſar lib. II. Bell. Civ. *Portis ſe foras erumpunt.* Virg. lib. I. Georg.

Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpunt radii.

Et lib. IV. ibidem:

Et caput, unde altus primum ſe eumpit Enipeus.

Et lib. III. Æn.

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem.

Lucretius lib. IV.

Tandem ubi ſe erupit nervis conjecta cupido,
Paeus fit ardoris violenti pauſa peremper.

Accius Epiguno, apud Nonium: *Imperitus ſtupiditate erumpit ſe, impos conſilii. Erumpere ſtomachum*, dixit Cicero ad Att. lib. XVI epiſt. 3. *Lege arcano ſonnivis tuis, ſed, ſi me amas, hilaeis & bene acceptis; ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi irati.* Et Terentius Eun. *Iam ne eruumpere licet hoc mihi gaudium?* Sic, *Emergit*, & *Emergit ſe*, probavit antiqua conſuetudo. Cicero de Haruſp. Reſp. *Tum ſe emergit, & fertur illuc.* Nepos in Attici vita: *Quibus ex malis ut ſe emerſerat.*

Non reperio] Reſpondit ad hanc ſententiam Cicero his verbis ep. 15. lib. II. *In rep. non valde te jactas: diſſeictus enim mihi videris, quod & bonus civis, & bonus amicus es.*

Quod non dubito] Modus loquendi, parum fortaſſe animadverſus; nam, *Quod*, valet *Sed*: ut epiſt. 4. lib. XIV. *Quod utinam minus vitæ cupidi fuiſſemus.* Et Phil. X. *Quod qui ab illo abduxit exercitum; & reſpectum pulcherrimum, & præſidium fiemiſſimum adimit reipubl.* Et Cæſar lib. II. Bell. Civ. *Quod ubi hoſtes viderunt ea.* Et lib. III. *Quod cum eſſet animadverſum, conjuratam eſſe flumini.* Varro lib. VI. Ling. Lat. *Quod cum dicunt conſpirationem, addunt coetumionem.* Livius lib. XLI. *Quod cum milites conſulis imperio dicto audientes eſſe dicerent, cum is more majorum, ſecundum vota in Capitolio aucupata, fictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet.* Plinius lib. XVIII. cap. 23. *Quod ut hanc quoque ſuam determinemus.*

Cum hominibus his) Cum Pompeianis.

Cauſam illam) Cæſaris, extraordinariam potentiam quærentis, qui ſenatui dicto audiens eſſe nollet.

Non homines] Amabat enim Curionem, Antonium, Dolabellam Cæſaris cauſam acerrime tuentes: de Antonio paullo ante in hac ipſa epiſtola: de Curione ſæpe: de Dolabella epiſt. 13.

Id melius ſtatuere, quod tutius ſit) Quemadmodum ipſe ſtatuit.

Quique res judicant] Iudices, quos Pompeius tertium conſul CCCLX. legerat: ſupra. Docemur exemplis, veteres dixiſſe *Qui res judicant*, cum iudices ſignificarent: lib. II. de Orat. Phil. 1. & 5. & Q. Cicero in de petitione conſulatus, & Pediaous in Piſonem.

Qui cum timore aut mala ſpe vivunt) Qui vel judicia metuant ob delicta, vel hoc reipubl. ſtatu nihil ſperent. Idem Cicero confirmat epiſt. 3. lib. VII. ad Attic. *Hoc* (inquit) *video, cum homiae audaciſſima, paratiſſimoque negotium eſſe, omnes damnatos, omnes ignominia*

minia effectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere, omnem illam urbanam ac perditam plebem, omnes qui ære alieno premantur.

Scis Appium censorem hic ostenta facere) Modus loquendi, cum aliquid vix credibile significamus; epist. 13. *Scis Domitio diem timori esse?* Et epist. 4. lib. VIII. ad Attic. *Sulmone C. Atium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque, Q. Lucretium inde effugisse scis?* Epist. 9. lib. IX. ad eumdem: *Lentulum nostrum scis Puteolis esse?* Censor Appius fuit cum L. Pisone, anno Vrbis DCCIII. epist. ult. lib. III. Dio lib. XL. de Divin lib. I. & in Declamatione in Sallustium. Ostenta facere videbatur, cum bonum virum simularet; signis enim ac tabulis qui summopere delectetur, is si alios ab ejusmodi studio ac sumtu deterreat, non ostentum est? Appium autem signa & tabulas, ornamentum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota e Grœcia atque insulis omnibus abstuliſſe, scripsit Cicero in Oratione pro Domo: & in eadem paullo post *furem* appellat: *Imaginem* (ait) *meretricis, a fure sublatam, a sacrilego collocatam.*

De agri modo) Sic malui, contra veteres omnes libros, quam, *De agris modo*; quam enim sententiam habet, *De agris modo?* at si legamus, *De agri modo*, hoc significabitur, egisse acerrime Appium centorem de moderanda agrorum possessione: quod majorum memoria fecerant C. Licinius & L. Sextius tribuni pl. lege lata de agrorum modo, ne quis ultra D. jugera agri possideret. Livius lib. VI. & Epitome lib. LVIII. Eamdem rem significat, & eodem modo locutus est Varro lib. I. de Re Rust. *Licinii Stolonis* (inquit) *majores de modo agri legem tulerunt.* Cicero etiam in epistola ad Atticum lib. XIII. *de modo agri* mentionem facit, ut alia ejusdem & aliorum exempla prætermittam.

De ære alieno) Fortasse, ne debitores usuris exhaurirentur: cui malo iidem tribuni pl. proxime nominati, lege mederi cunati sunt, hoc modo, ut, deducto de capite quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur. Livius lib. VI.

Acerrime agere) Non, ut legem ferat: neque enim jus ferendi leges censores habebant: quod etiam diximus in libro de Legibus; sed, ut auctoritate censoria tumtus moderetur, qui fiunt in signa & tabulas; agrorum autem possessionibus modum faciat: quibus de rebus acerrime Appius agebat in senatu, ut consules referrent: ad Att. epist. ult. lib. VI.

Censuram lamentum aut nitrum esse) Censuram ita sordes posse aut obtegere, ut *lamentum* rugas tollit, aut eluere, ut *nitro* e vestibus eluuntur maculæ: id est, putat se censuræ diligentia & severitate infamiam posse tollere eorum vitiorum, quibus antea se turpiter inquinavit. Phil. I. *Ut quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate judicandi sordes suas eluet.* Maculas autem *nitro* tolli solitas, vel illud Hieremiæ Prophetæ indicat, cap. 2. *Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus Deus.* Quem locum attingens B. Hieronymus epist. 47. *Caveanda*, inquit, *macula, quæ nulla nitro, secundum Hieremiam, nulla fullonum herba elui potest.*

Viscera aperit) Tantum abest, ut veterem de suis vitiis opinionem hominum deleat, ut eam hac severitate vehementius etiam commoveat.

Apud Drusum) Livium Drusum, prætorem, quo nemo magis contra legem Scantiniam commisit. Fortasse is est, qui epist. 6. lib. IV. ad Attic. nominatur; & cui Livia, quæ Augusto postea nupsit, mater fuit.

Appium) Male audientem earum rerum causa, de quibus acerrime agit.

Curio) Tribuous pl.

Remisit de stipendio Pompeii) Hoc tempore optimatibus & Pompeio acerrimus Curio erat adversarius: intercedebat igitur, ne S. C. fieret de stipendio, Pompeii legionibus persolvendo: epist. 4.

Parthicum bellum) Crasso enim cum legionibus Romanis cæso, finitimis Romanorum proviociis Parthi minabantur: contra quos vel Cæsar, vel Pompeius, qui rei bellicæ gloria e-

minebant, mittendus videbatur, ep 8. & epiſtola ultima lib. VII. ad Attic.

Iudicabit) Quaſi armorum judicio ac ſententia dirimentur eorum diſcordiæ. Meus liber habet, *Vindicavit*: unus Sigonii, *Vindicavit*.

Sine ſummo periculo) Nec obſcura eſt, nec abſurda ſententia: diligenter tamen conſiderandum cenſeo, cur in omnibus plane veteribus libris pro. *Summo*, ſcriptum ſit, *Suo*, ex quo nonnullis arbitror conjecturam eſſe ortam, *Tuo* legendum eſſe, quod eſt in quibuſdam libris Tranſalpinis.

Iucundum) Nullum inter cives jucundum bono viro certamen eſſe poteſt, vel ſi ſine periculo ſit: ſed loquitur Cælius ex ingenio ſuo.

EPISTOLA XV.

Neptiarem) Qui nihil prudenter, nihil ſtrenue agat. Et ſane belli civilis initio multa Pompeius peccavit, ſed illud maxime quod urbem reliquit, diſſentiente Cicerone, qui ſcripſit hac ad Tironem epiſt. 11. lib XVI. *Vrbem reliquimus; quam ſapienter, aut quam fortiter, nihil attinet dicere*. Et ad Marcellum epiſt. 7. lib. IV. *Idem etiam illa vidi, neque in conſilium civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeii, nec genus exercitus probare, ſemperque ſumme diffidere: qua in ſententia me quoque fuiſſe, memoria tenere tu arbitror*. Ad Att. autem lib. VII. ducem ἀπραγμονα, id eſt imperitum militandi, vocat Pompeium, & ſæpe queritur de urbe relicta.

Tantas turbas) Is enim rempub. perturbavit, cum ea Cæſari conaretur eripere, quæ ut ei tribuereotur, idem in ſecundo tertioque conſulatu laboraverat atque effecerat. Tumultum illum domeſticum & Cicero *Turbas* appellavit epiſt. 10. lib. XVI.

Tam nugax) Contemnens enim Cæſarem eiusque legiones, dixerat id, quod Plutarchus litteris mandavit: *Cum terram Italiæ pede pulſabo, ſcatebunt peditum equitumque copiæ*, quod cum non præſtitiſſet, allato nuncio de Cæſaris adventu, omnibus in urbe trepidantibus, Favonius ad Pompeium converſus: *Nunc*, inquit, *terram pede pulſa, & quas promiſiſti, copias cape*.

Acrem in rebus gerendis) Summam Cæſaris in omnibus bellis vigilantiam ac celeritatem vel inimici ejus laudare cogebantur: & Cicero ipſe, cum Pompeio faveret, Cæſari eſſet infenſus, tamen illud ſcripſit ad Att. lib. VIII. *Hoc tempus horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt plenum*. Et ad eumdem lib. VII. *Cum homine audaciſſimo paratiſſimoque negotium eſſe video*. Ad Tironem autem epiſt. 10. lib XVI. *Numquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem*.

In victoria temperantiorem) Hoc dicit, quia Cæſar, Corfinio capto, omnibus pepercerat, in iis Domitio Ahenobarbo, inimiciſſimo ſuo: quod ante demonſtratum eſt. Plutarchus, Appianus, Dio, ipſe Cæſar lib. I. de Bel. Civil. & alii.

Duriſſimis & frigidiſſimis locis) Circa Corfinium, in Pelignorum regione ſitum.

Terrimis hieme) Quid hieme tetrius, ob imbres, nives, procellas, frigora, viarum difficultates, agri vaſtationem?

Ambulando) Pompeianorum notat ignaviam; cum Cæſaris milites bellum, quaſi ludendo, ambulando confecerint.

Confecerunt) Loquitur de bello Corfinienſi; nam Pompeius, nondum victus, Bruduſium ſe cum exercitu contulerat.

Malis orbiculatis) Optimo alimento. Laudantur a Varrone lib. I. de Re Ruſt. & Columella lib. V Confirmat idem epiſt. 17. *Noſtri milites facile algere & ſitire conſueverunt*.

Iam, inquis, glorioſe omnia) Dices: Iam vobis omnia glorioſe ſucceſſerunt.

Ad me nihil pertinet) Me nihil tangit, minime delectat, dixit enim: *Si ſcias, quam ſollicitus ſim*: ne videamur optimatum cauſam, quam Cicero probabat, libenter oppugnare, ideoque ſubjungit: *Quæ tibi exponere, niſi coram, non poſſum*.

Expulſiſſe ex Italia) Quod fecit, Cæſaris autem nomen hic ſubaudiri, ſatis conſtat: ut epiſt. 19. lib. VI. *In*

qua

quia ille ſe dediſſe beneficium putabit, & epiſt. 6. lib. IX.

Confectum) Pulſum Italia Pompeium.

Niſi maluit) Quaſi ſit in Cæſaris poteſtate, vel expellere Pompeium Italia, vel Brunduſii maritimis terreſtribuſque copiis circumſedere.

Pereo m, ſi miaima cauſa eſt) Peream, niſi maxima cauſa eſt.

Diſ-upio) Vehementer cupio. Plautinum verbum, quo etiam Catullus uſus eſt.

Quod ſolet fieri) Qui enim vehementer amant inter ſe, tantam adſpectu mutuo jucunditatem percipiunt, ut cetera ſæpe obliviſcantur omnia.

Sed tamen) Quamquam, ad urbem venire, tua maxime cauſa, diſcupiam; tamen caſu quodam factum eſt, ut retro ad Alpes verſus ire cogar.

Quodnam ob ſcelus) Quid ego commiſi, quod eſt meum delictum, cur ire nunc, quo minime vellem, cogar? Quaſi hoc peccati alicujus pœna ſit.

Ad Alpes verſus) Ita veteres loquebantur. Cæſar lib. VI. Bel. Gal. *Labienum cum legionibus tribus Oceanum verſus proficiſci jubet*. Salluſtius in Iugurthino: *Metellus animadvertit fugam ad ſe verſum fieri*. Hirtius de Bello Africano: *Salluſtium prætorem ad Cercinnam inſulam verſus cum parte copiarum ire jubet*. Livius lib. I. *Ia lapide ad meridiem verſus conſedit*. Feſtus: *Eam partem Eſquiliarum, quæ jacet ad Vicum patricium verſus*.

Adeo) Ob eam cauſam; nec enim aliud hic, *Adeo*, videtur ſignificare.

Intemelii) Intemelium oppidum Plinius citra Alpes conſtituit, & inter Ligurum gentes nominat, lib. III. cap. 5.

Verna) Olim verna: nunc autem Intemelii cum præſidio erat. *Vernæ* ſunt ſervi, ex ancillis nati.

Cohortibus) Pro, *Cum cohortibus*. Sic enim interdum locutos eſſe veteres animadverti. Quidam legunt, *Cum cohortibus*: quibus fortaſſe aſſentirer, ſi, *Cum*, in ullo antiquo libro reperirem. Sed additum fortaſſe a rudibus Latinæ linguæ, quos offenderet minus obſervata loquendi ratio. Exempla aliquot afferam. Cicero Philippica ultima: *His viginti cohortibus, nullo equitatu, conflixit*. Livius lib. I. *Egreſſus omnibus copiis partem militum locis circa denſa obſitis virgulta obſcuris ſubſidere inſidiis juſſit*. Et lib. XLI. *Eodem decem navibus C. Furius, duumvir navalis, venit*. Et Q. Curtius lib. IV. *Vadis pervenit, ubi excepere eum Græcorum quatuor millia, quibus ad Euphratem contendit*.

Se Domitii mali dant) Videtur ſignificare: Domitii omnes male ſe habent: quoniam & Domitius Ahenobarbus paullo ante Corfinii captus erat a Cæſare. Sed hoc loquendi genus, *Se Domitii mali dant*, inuſitatum & aſperum eſt.

Quantum ipſe cadenatus) Ante multos annos in omnibus vulgatis libris legebatur, *Ipſe catenatus*. Octavius Pantagathus, vir bonis omnibus ob inſignem probitatem & doctrinam jure cariſſimus, cultus a me ſemper optimi parentis loco, legendum primus exiſtimavit, *Pfecade natus*: ut ſignificetur Bellienus verna. *Pfecas* enim ancilla eſt: *vernas* autem eos eſſe, qui ancillis naſcantur, jam diximus. Si Bellienus (ait Cœlius) ancilla natus, Domitium comprehendere & ſtrangulare non dubitavit: quid Cæſari, Venere prognato, in veſtro Domitio faciendum fuit? Commendat igitur, ac valde probat Pantagathi opinionem antithetorum gratia; (nam Cœlius Cœliano illo more, hoc eſt perargute, *Pfecade natus*, & *Venere prognatus*, oppoſuit) confirmat veterum librorum auctoritas, in quibus fere omnibus eſt: *Ipſe cadenatus*: ut, una detracta litterula, *i*, ſuus loco nitor, ſuaque reddatur integritas. De Pfecade ſi quis exempla quærit, Iuvenalem legat Sat. 6. & Ovidium lib. III. Met.

EPISTOLA XVI.

Exanimatus) Translato verbo dolor incredibilis oſtenditur. Ep. 15. lib. IX. *Mireris me tanta perturbatione valetudinis tam graviter exanimatum fuiſſe?*

Tuis litteris) Quæ non exſtant: multas enim periſſe conſtat. Tiro liber-

bertus, quas reperit, in volumina retulit: quæ ad ætatem noſtram perveneruut.

Aperuiſti) Non perſcripſiſti, quid eſſet quod cogitares: ſignificatione tamen quadam offendiſti.

Per fortunas tuas) Vſurpatur hic loquendi modus cum dolore, aut certe cum ſumma cupiditate obſecrantis, ut epiſt. 1. lib. XIV. *Per fortunas miſeras noſtras, vide, ne puerum perditum perdamus.* Et ad Attic. epiſt. 20. lib. III. *Per fortunas immunes, ut ſcis.* Et ad eumdem epiſt. 11. & 13. lib. V.

Ne quid gravius de ſalute tua conſules) Ne quid ſtatuas, quod ſaluti tuæ non expediat.

Qualis futura eſſet) Explanat hoc id, quod ſequitur, *Nihil, niſi atrox & ſævum, cogitur.* Huic ſententiæ reſpondit Cicero his verbis, epiſt. 16. lib. II. *Nos me iſta terrent, quæ mihi a te ad timorem ſidiſſime atque amantiſſime proponuntur.*

Eamdem rationem fore Cæſari) Ita lenem fore Cæſarem in ſalute adverſariis tribuenda, ut fuit in conditionibus de pace: tulerat enim illam conditionem, ut ipſe, & Pompeius exercitus tradant, epiſt. 14.

Senatus ſenatui) Quia non obtinuiſſet, ut legati ad Pompeium de pace mitterentur: & quod, quaſcumque res agere inſtituerat, L. Metellus tribunus pl. intercedens, omnes impedierat: de qua ſcripſit Cæſar lib. I. de Bel. Civ. & Plutarchus in ejus vita.

Exiit) Vrbe, iturus in Hiſpaniam contra Pompeii legatos, ipſo jam Italia pulſo.

Interceſſionibus) L. Metelli tribuni pl. de quo ſic lib. I. de Bel. Civ. *Subjicitur L. Metellus tribunus pl. ab inimicis Cæſaris, qui hanc rem diſtrahat: reliquaſque res, quaſcumque agere inſtituerat, impediat; cujus cognito conſilio, Cæſar, fruſtra diebus aliquot conſumtis, ne reliquum tempus amittat, infectis iis quæ agere deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur.* Interceſſionis cauſam, quam referre Cæſar in ſuis Commentariis noluit, exponit Dio lib. XLI. quod, cum ferretur lex, ut promiere pecuniam ex ærario Cæſari liceret, interceſſit L. Metellus tribunus pl. qui cum interceſſionem videret, ærarii januam cuſtodire cœpit. Sed milites, effracta ſera, aditum ad pecunias Cæſari dederunt. Plutarchus Cæſarem obſiſtenti Metello, ne pecunias ex ærario ſumeret, mortem minitatum eſſe tradit. Subſcribit Appianus, nec aliter Cicero epiſt. 4. lib. X. ad Att. *Iracundia elatum* (inquit) *voluiſſe occidi Metellum.*

Si tibi tu, ſi filius unicus) Hanc partem, miſerabiliter ſcripiam, non ſine magno fletu lectam eſſe a duobus pueris Ciceronibus Attico ſignificavit his verbis lib. X. epiſt. 9. *Lacryme meorum me interdum mollirunt, precantium, ut de Hiſpaniis exſpectemus. M. Cælii quidem epiſtolam, ſcriptam miſereabiliter, quæ hoc idem obſecraret, ut exſpectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri.*

Domus) *Domum* poſuit pro domeſticis: ut epiſt. 12. lib. IV. ad Att. *Domus te tota ſalutat.*

Si aliquid apud te nos) Rogo te pro eo, quanti apud te ſum.

Gener tuus) Dolabella, qui apud Cæſarem erat.

Vt eam cauſam) Cauſam Cæſaris. Verum in hoc verborum ambitu deſiderari aliquid videtur. Sed Cœlius rationes perſequitur, verborum ſtructuram non attendit.

Salus noſtra) Mea, & Dolabellæ.

Impiam cupiditatem) Nam, ſi cupimus eam victoriam, in qua ſalus noſtra poſita eſt; ſimul perniciem cupimus eorum, qui Pompeium ſequuntur, quorum in numero ſi fueris, cogemur impie cupere contra ſalutem tuam.

Quod offenſe fuerit) Si vereris, ne, in Italia ſi remanſeris, Pompeium offendas: cogita, te, cum nondum ad eum tranſieris, hac eum cunctatione jam offendiſſe: quidquid eſſe potuit apud eum offenſæ, id ſubiiſti, qui cunctatus es, nec ad eum ſtatim acceſſiſti. Quod hic Cœlius, idem Atticus exiſtimavit, ut ad eum epiſt. 2. lib. IX. ſcriptum eſt.

Victorem) Cæſarem.

Du-

Dubiis rebus) Cum adhuc Pompeius in Italia consisterer.

Fugatos) Iam in Græciam Pompeius fugerat.

Parum optimatem esse) Parum officio fungi boni civis.

Quid optimum sit) Quid tuæ tuorumque saluti plurimum conducat.

Totum) Ne omnino ad Pompeium transeas.

De Hispaniis) Electo Italia Pompeio, statim ad urbem, deinde in Hispanias contra ejus legatos profectus est Cæsar.

Hoc) Velle te ad Pompeium navigare.

Have) *Have*, matutina salutatio fuit; *Salve*, vespertina: ut in Hadriano scripsit Dio.

Ad te litteras mitteret) Misit: quæ sunt lib. X. epist. ad Att.

Optimatium) Ciceronem reprehendentium, quod Pompeium & contules, id est ipsam remp. deseruisset. Vide epist. 16. lib. VIII. ad Att. & ep. 2. lib. IX. ad eumdem.

Insolentium) Quorumdam Cæsarianorum, qui, quasi jam parta victoria, ita se insolenter efferant, ut ferre vix possis. Cicero respondit: *Nusti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium*, ep. 16. lib. II.

Iactationem) Qui se insolenter jactant, quasi devictis Pompeii partibus.

Vacuum a bello) Idem suasit gener ejus Dolabella; ep. 9. lib. IX.

Dum hæc decernuntur) Dum hæc armis dijudicantur, ad exitum perducuntur. Sic Virgilius, *Decernere bello.*

Quæ jam erunt confecta, id si feceris) Libri veteres inter se dissentiunt, locum emendavimus ex altero ejusdem epistolæ exemplo, epistolis ad Attic inserto lib. X.

Cæsarem non offendes) Qui etiam ad Ciceronem scripsit, nihil ei neque honestius, neque tutius esse, quam ab omni contentione abesse. Ad Attic. libro X. *Quanto æquior, quam Pompeius, qui ab urbe discedens in senatu dixerat, eodem se habiturum locu, qui Romæ remansissent, & qui Cæsaris in castris fuissent.* Cæsar lib. I. de Bel. Civ.

EPISTOLA XVII.

Ergo me potius) Indignatio. Ergo, inquit, ita accidit, quod nunc vehementer doleo, ut, cum tu ad Pompeium profectus es, ego in Hispania potius cum Cæsare, quam Formiis fuerim; nam omnino tecum in Græciam navigassem, a Formiis autem oræ maritimæ præfuerat Cicero; ut epist. 11. lib. XVI.

In Hispania) In qua contra Pompeii legatos, Afranium, & Petreium, Cæsar bellum gesserat: epist. proxima, *Me secum*, inquit, *in Hispaniam ducit.*

Ap. Claudius) Cælii inimicissimus, epist. 12.

In ista parte) In qua tu es. Verum totus hic locus obscuratur mendo. Medicæus liber: *Quod utinam aut Ap. Claudius in ista parte, C. Curio*; unus Sigonii: *Cum Curio*: cetera eodem modo, alter ejusdem: *Vt C. Curio*: cetera eadem. Tres mei: *Quod utinam aut Ap. Claudius in ista parte prohibuisset, aut C. Curio.* In tanta perturbatione videant eruditi homines, an emendare locum possint: ego ne conari quidem audeo: varietatem antiquorum exemplarium fideliter ostendi.

C. Cuelo) Cælii familiaris: ut ep. 7. *Fuerat ejus quæstor Cælius in Asrico, cum in eum Curio periit*, Cæsar lib. II. Bel. Civ.

In hanc partem causam) Sic & Medicæus liber, & quidem alii: meus unus, *Partem causam*: Sigonii, *Partes causam*: alter ejusdem, *Partem causæ*: quod sententia non respuit.

Imposuit) Collocavit.

Iracundia & amore) Iracundia in Appium, amore in Curionem. Iracundiæ vitio laborasse Cælium, venuste docet Seneca lib. III. cap. 8. de Ira: *Cælium oratorem*, inquit, *fuisse iracundissimum constat. cum qui, ut ajunt, cubabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: sed difficile erat illi, in crupulam conjecto, risum ejus, cum quo edebat, effugere: optimum judicavit, quidquid dixisset, sequi, & secundas agere. Non tulit Cælius assentientem, sed exclamavit: Dic aliquid, ut duo simus.*

Tu

Tu porro) Sic lego ex duobus antiquis libris, nisi si, *Tu tu porro*, placet: ut geminato pronomine major ostendatur iracundia; in quo liber Petri Pagani cum Mediczo consentit.

Ariminum veniſſem) *Arimini*, habet unus Sigonii liber. Placuit *Ariminum*, ut est in altero ejusdem, atque etiam in meo: postulat enim sententia, & usus Latinæ linguæ, *Arimini* potius quam *Arimini*. Veteres aliquot libri, in quibus est Medicæus, habent, *Veniſſent*: mendose.

Neque mihi conſuluiſti) Nullam mei curam suscepisti: ep. 2. lib III. *Proſpicies & conſules rationibus meis*. Fortasse scripsit Cœlius *Mi*, non *Mihi*, quod ideo dico, quia tum in Medicæo libro, tum in ceteris omnibus, *Me*, scriptum est. *E* autem & *I*, quam facile commutentur, periti antiquitatis intelliguot.

Quod diffidam huic cauſæ) Quod belli exitum timeam: quod vereri mihi veniat in mentem, ne Cæsar a Pompeio vincatur.

Satius eſſ) Melius est, præstat. Ad Att. lib. VII. *Video cum altero vinci ſatius eſſe, quam cum altero vincere*.

Veſtræ crudelitatis) Minatus enim erat Pompeius, ab orbe discedens, hostium se loco habiturum esse, qui in Italia remansissent; atque hanc Pompeianorum crudelitatem Cicero significat ep. 9. lib. IV. *An tu* (inquit) *non videbas mecum ſimul, quam illa crudelis eſſet futura victoria?* Et ep. 14. ibidem: *Si ii viciſſent, ad quas ego, patis ſpe, non belli cupiditate adductus acceſſeram; intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cupidorum & inſolentium quam crudelis eſſet futura victoria*. Et epist. 6. lib. IX. *Victoriam etiam illorum timebam, ad quos veneramus; crudeliter enim otiaſis minabantur*. Et ep. 6. lib. XI. ad Att. *Omnes, qui in Italia remanſerant, hoſtium numero habebantur*. Legimus idem in Cæsare lib. I. Bel. Civ.

Fœneratores paucos) Victoriam Pompeii timentes, quia præter ceteros pecuniis abundarent.

Nec homo, nec ordo) Latius patet *Homo*, quam *Ordo*: itaque satis erat, *Homo*: aut dicendum fuit, *Nec ordo, nec homo*: sed excusat Cœlium iracundia, qua perturbatus hæc scripsit.

Niſi Pompeianus) Omnes antiqui libri, etiam Medicæus, *Niſi eſt Pompeianus*.

Plebs) Cum populi nomen plebem quoque contineat, & de populo sequatur mentio, miror hic plebem nominari: & omnino mendum olere locus videtur quam suspicionem auget varietas veterum librorum: tres habent, *Partes*: cum quibus Sigonianus unus consentit: alter habet, *Pios*: unus, *Pius*: Medicæus, *Pios*. Hic ego me non explico: exitum fortasse reperiet aliorum industria; quod si mutare liceat, malim *Patres*, quam *Plebs*: ut senatores eos, qui, neutram in partem animo propensi, in urbe remanserant, opera sua Pompeianos factos esse dicat: tum de populo subjungat. Nec temeraria mutatio videri potest, si ex *Partes*, fiat *Patres*, præsertim adjuvante sententia.

Populus) Popularis maxime Cæsar fuit, optimates adversarios habuit.

Veſtæ eſſet) Populum sibi Cœlius addixit promulgatis legibus, una, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donabat; altera de tabulis novis. Cæsar lib. III. Bel. Civ.

Reliqua exſpecta) Valde hic & ab impressis, & inter se dissentiunt scripti libri. Medicæus, & duo præterea, *Reliquas exſpectant*: alii, *Reliqui exſpectant*, *Relicua exſpectant*, *Reliquos exſpectant*. Mihi non displiceat, *Reliqua exſpectent*: ut dicat Cœlius, populum reliqua exspectare, id est, ut aliquam ipse Cœlius in urbe seditionem commoveat.

Aeruntanum me Catonem) Sic Medicæus liber; sic reliqui fere omnes: mendose: tamen lectorem vestigio saltem veritatis fraudandum non putavi: ut eruditis hominibus liberior ac facilior conjectura detur, cognito veterum librorum testimonio. *M. Catonem*, pro *Me Catonem*, est in uno Sigonii libro.

Doloris) Huius doloris causam Dio narrat lib. XLII. quod Cæsar Trebonio prætori urbanam jurisdictionem mandasset, quam Cœlius expetebat.

Indignitatis) Quod suæ dignitatis rationem Cæsar non habuisset, Trebonio prælato.

Iſthic) In Græcia; nam post bellum Hispa-

Hiſpanienſe, quo confecto ſtatim Cæſar in Græciam contra Pompeium navigavit, hanc epiſtolam ſcriptam eſſe conſtat.

Quod firmiſſimum eſt) Ex parte Cæſaris. Medicæus liber, & alter Petri Pagani, *hæc*, non *eſt*, in quo ſi conſentirent reliqui, legendum & diſtinguendum ſic arbitrarer: *quod firmiſſimum? nec veſtras copias non novi*: id eſt, nec veſtras copias ignoro, minime cum noſtris conferendas. Verum duo libri habent, *Eſt*: quod placet.

Depugnare) Plus eſt, quam *Pugnare*; auget enim, *De*, in compoſitione.

Facile) Nullo incommodo.

Algere & eſurire) Quæ diuturnis bellis perferri neceſſe eſt. Cæſaris autem milites novem annos, Cæſare imperatore, in Gallia pugnaverant. Reſpondet hoc illis verbis ep. 15. *Noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis, terrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur*.

Conſuerunt) Parvi refert, utrum *Conſuerunt*, an, ut eſt in tribus antiquis libris, *Conſueverunt*, legatur. Cœlianum potius videtur, *Conſuerunt*; amat enim Cœlius, ut in ſententiis brevitatem, ſic in verbis contractionem: itaque ep. 11. *Decreras* maluit, quam *Decreveras*.

VARIÆ LECTIONES

IN

V. VI. VII. ET VIII. LIBROS EPISTOLARVM

CICERONIS.

LIBER QVINTVS

EPISTOLA I.

NEc abſentem ludibrio læſum iri) *Vid. Not.*

Debebat vel familiæ noſtræ dignitas) *MSS.* debebat tamen vel familiæ noſtræ dignitas.

Vel meum ſtudium erga vos remque publicam ſatis ſublevare) *V. c. N. Scalf.* vel meum erga vos remque publicam ſtudium ſublevare.

Nec majorum noſtrum clementia adminiſtraſtis) *Al.* adminiſtratis. *Vid. Not.*

Te tam mobili in me meoſque animo eſſe non ſperabam) *V. c. N. Scalf.* etſi mob. i. m. m. a. eſ. n. ſ.

A rep. abducet) *V. c. N. Scalf.* ab rep. abducet nec ſeparabit. *MS. prim. Grav.* ab rep. abducet.

EPIST. II.

A te propinquos tuos, quibus negare non potuiſſes) *MSS. nonnulli*, a te propinquos, quibus negare potuiſſes.

Diſpertitum officium fuiſſe) *Grut.* diſpartitum of. f.

Quandoque in errore verſatus eſſem) *MSS. & edd.* quantoque mœrore verſatus eſſem. *Vid. Not.*

Non injucunda, & mediocris) *Al.* non jucunda ſed mediocris.

Mediocris quidam eſt riſus conſecutus) *Sic MSS. Grav. & aliorum edd.* mediocris quidem eſt riſ. conſ.

In errorem meum) *MS.* merorem. *al.* mœrorem. *al.* honorem.

Quod me abs te cupiiſſe laudari) *Al.* quod me ab te cup. laud.

Tibi ipſe levior videar eſſe) *Al.* tibi ipſe lenior videar eſſe.

Nihil dico de ſortitione veſtra) *MSS.* ſortione. *al. MSS.* ſortitione noſtra.

Quod ea præſcriptione eſt) *Sic MSS. al.* quod ea perſcriptione eſt.

De reconciliata noſtra gratia) *Al.* de reconciliata graria noſtra.

Quæ numquam iminuta eſt) *Vid. Not.*

Primum hoc velim exiſtimes) *MSS.* primum velim hoc exiſtimes.

Vt mihi ignoſcas) *Sic Pall. omnes Grut. Peck. Vat. Grav. prim. edd. Vict. & princeps Ven. vulgo*, peto ut mihi ignoſcas.

Nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri) *Al.* nihil me etiamnum tecum d. t. f. i. c.

Ab injuria deterrerent) *Sic MSS. al.* detererent. *al.* detinerent. *Ad marg. Pal. quint.* provocarent. *edd.* detraherent.

Quod te audiſſe certo ſcio) *Vid. Not.*

In aliquo magiſtratu) *Vid. Not.*

Quod populus idem magna voce) *Lamb.* quod populus item.

Vt de illa mente deſiſteret) *Al.* ut ab illa mente deſiſteret.

In concione dixerat) *Al.* dixerat in concrone.

Dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere) *Grav. prim. & ſecund. ac Palat. quart. quint.* adiciendi. *Palat. ſex.* abiciendi. *prim. & Grut.* ad dicendi. *Amſtelodam.* additiendi. *Palat. tert.* ad dicendum ipſi. *Mentel. vulgatam tuetur*, dicendi ipſi p. ſ. n. o. *Vid. Not.*

Et magiſtratus ac ſenatum trucidare) *In edd. deſideratur &c.*

A. d.

A. d. tertium Nonas Ian.) *MSS. duo*, ad tertium quoque Non. Ian.

Quis eſſet qui me io conſulatu non caſu) *MSS.* quis eſſet qui in conſulatu me non caſu.

Sio autem aliquid impertivit) *MS.* ſin autem impertivit aliquid.

Si humanitas appellanda eſt) *MSS.* ſi humanitas appellaoda 'ſt. *MS. Grav.* ſi humanitas apoellanda ſit.

Nulla eſt a mo umquam) *MS.* nulla 'ſt a me umquam.

Addam & illud etiam) *Sic MSS. vulgo*, addam illud etiam.

Vt Senatuſconſulto) *Al.* ut SC.

Quia tuus frater erat) *MSS.* quia tuus frater eſt. *al.* quia tuus frater.

Tuo, atque exercitus tui auxilio) *MSS.* tuo tuique exercit. auxilio.

In ejuſm. cauſa utendum fuiſſe) *Vid. Not.*

Me ut tibi amiciſſimum eſſe iotelligeres) *MSS. nonnulli*, me autem tibi amiciſſimum eſſe laboravi.

De noſtra beoevolentia detraham) *Sic MS. Grav. & aliorum. edd.* de ooſtra beoevolentia detrahatur. *ſec. Pal.* d. n. b. detrahat.

EPIST. III.

Vt ſunt leves ab ejuſmodi homine) *Al.* u. ſ. l. hujuſmodi homines. *al.* leves ab hujuſmodi hom. *Vid. Not.*

Tametſi bis eum invitum ſervavi) *MSS.* tametſi eum iovitum ſervavi.

De meis rebus) *Sic MSS. omnes quos Gebhardus & Grav. vidit, vulgo edd.* de me meiſque rebus.

Ad Lollium perſcripſi) *Al.* ad Lælium perſcripſi. *al.* præſcripſi.

De rationibus proviociæ) *Sic MSS. edd.* de rationibus etiam provinciæ.

EPIST. IV.

Itaque ad te litteras ſtatim miſi) *MSS. nonnulli*, itaque litteras ſtatim miſi.

Quam in ſenatu habuiſſes) *MSS. quinque*, quam in ſeuatum habuiſſes. *Pal. quart.* quam ſenatu habuiſſes. *Gravii vero, Mentel. Amſtelodam. codd. ſtant pro vulgata.*

Ad te ſcribere ſum conatus) *Al.* ad te ſcribere ſum coactus.

Vt tuos mecum ſerves potius) *Vid. Not.*

Propter arrogaotem crudelitatem) *Pal.* per arr. cr. *al.* propter arrogantiam & crudelitatem.

Alienas ut contra remp. confirmes) *Pal. ſec.* alienas vero ut c. r. c.

Revocare tempus omnium reſervandorum) *Sic quatuor Palatini, quatuor quos Grav. vidit. Vict. Gebh. edd. al. edd. & unus Manut. MS.* revocare tempus omnium conſervandorum.

EPIST. V.

Non quo eas intelligerem) *Al.* non quod eas iotell. *Grav. cod.* noo quos eas intell.

Mirum oemini videri debeat) *Sic MSS. ed.* mirum neioioi videri debet.

Nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam) *Al.* a te. *MSS. duo*, nullam mihi abs te relictam eſſe gratiam: *unus*, redditam.

Tu es optimus teſtis) *MS. prim. Grav.* tu optimus teſtis.

Contra enim eſſe aliquid abs te profectum) *MS.* contra enim eſſe aliquid abs te perfectum. *al.* confectum.

Ne forte id ipſum verbum ponam) *MSS. duo*, ne forte jam ipſum verbum ponam.

Quod abs te ajunt falſo in me ſolere conferri) *Vid. Not.*

Ceteri exiſtimant) *Sic Vat. tres Pall. Grav. prim. Vict. ed. al.* ceteri exiſtiment.

Multo majus meum ſtudium) *MS.* multo majus ſtudium meum.

Sin ingrata eſſe ſeotiam) *V. c. Lambin.* ſi autem ingrata eſſe ſentiam.

Vt tibi ipſe inſaoire videar) *MS.* ut tibi ipſi inſ. v.

Si quid in te reſidet amoris) *Al.* ſi quid reſidet in te amoris.

Id omne io Pomponii) *MS. Pith.* id eſſe in Pomponii.

Hoc mihi nihil gratius facere potes) *Al.* hoc mihi gratius facere nihil potes.

EPIST. VI.

P. SEXTIO L. F. PROQVÆSTORI? *Al.* P. Seſtio. *al.* P. Sextio L. F. Procoſ. *Men-*

Mentel. L. Flacco Coſ. *al.* Publio L. F. Procoſ. *alius*, P. L. Lucii filio. *al.* Publio Procoſ.

Cum ad me Decius librarius veniſſet) *Sic MSS. vulgo*, eum ad me Decius librarius tuus veniſſet. *Pal. tert.* eum ad me Decius de tuis librarius. *al.* eum ad me Deciua libertus tuus veniſſet.

Q. Fuſium) *Al.* C. Fuſium.

Cogerem potius mihi credere) *Al.* cogerem mihi potius credere.

Emi eam ipſam domum axxv.) *Alii.* emi eam ipſam domum millibus nummum tricies quinquies. *Mentel.* emi eam ipſam domum xxxv. millibus ſeaticiis. *Antiq. codex quem Corr. vidit.* emi eam ipſam domum diebus xaav. *Vid. Not.*

Si quiſquam recipiat) *Vid. Not.*

Me excludunt) *Al.* exeluduot me.

Aperte vindicem conjurationis oderunt) *Pal. quart.* aparte v. e. o.

Nec putant ei nummos deeſſe) *Pal. ſec.* nec putant eos nummos deeſſe.

Omnino ſemiſſibus magna copia eſt) *Al.* homini ſemiſſium. *Vid. Not.*

Vt bonum nomen exiſtimer) *Sic MSS. vulgo*, ut bonum nomen adeptus exiſtimer. *barbare.*

EPIST. VII.

Quantam ego ſemper omnibus) *MS.* quantum e. ſ. o.

Si quando non mutue reſpondetur) *Sic Vatic. tert. Palat. Strow. Græv. prim. Amſtelod. MSS. princ. Vict. Gebh. edd. vulgo* mutuo. *al.* ſi quando mutuo non reſp.

Parum mihi adjunxerint) *Sic MSS. Vat. Pal. quart. Græv. prim. Amſtelod. Vict. Vulgo* adjunaerunt.

Nos inter nos conciliatura) *Strwech.* nos inter nos cooſiliatura.

Ac ne ignores) *MSS. tres*, at ne ignores.

Quod vererere) *Sic Vatic. duo Pall. Grut. MSS. Victor. & Gebhard. edd. ſed Palat. tert. Strwech. Amſtelod.* quod verere. *Græv. prim.* quodve verebare, *Mentel.* verebare, *ut edd.*

Me non multo minorem quam Lælium) *Sic MSS. vulgo*, me non multo minorem quam Lælius fuit. *Vict. edd. & Vat. MS.* tamen non multo minorem quam Lælium.

Facile & in rep. & in amicitia adjunctum eſſe) *Sic MSS. vulgo*, facile tibi & in rep. & in am. adj.

EPIST. VIII.

Omnes tui ſcripſerint) *Sic MSS. Græv. prim. Pal. prim. Vatic. vulgo*, omnes tui perſcripſerint.

Quod ſilentio poſſet præteriri) *MS.* quod ſilentio poſſit præteriri.

Quanta numquam antea ulla in cauſa) *Grut.* quanta nunquam antea nulla in cauſa. *v. c. Scalig.* quanta nulla antea causa.

Vt florentiſſimis tuis rebus) *Al.* ut in florentiſsimis tuis rebus.

Mex perſpici poſſet) *Pal. tert.* mea protpici poſſet.

Non repentina aliqua voluntate aut fortuito) *MS.* ac ſortuito.

Neque meam tibi obſervantiant) *Al.* neque tibi meam obſervantiam.

Si quæ interciderunt) *Sic MSS. edd. vero*, ſi qua intereiderunt.

Non tam re quam ſuſpicione violara) *Sic optimi MSS. vulgo*, oon tam re quam ſuſpicione violenta.

Is enim tu vir es) *MS.* is enim vir tu es.

Tribuendum eſſe nobis putes) *Al.* tribuenduni nobis eſſe putes. *al.* tribuendum nobis putes.

Etiamſi multi mecum contendent) *MSS. nonnulli*, e. m. m. eontenderent. *unde Lamb. conjicit*, cooteoderint.

Quos quidem ego ambo) *Sic MSS. vulgo*, ambos.

In Marco benevolentia impari) *Al.* in Marco benevolentia pari.

Sanctiſſime eſſe obſervaturum diligentiſſimeque eſſe facturum) *Sic tres Pall. Vatic. Grut. Græv. prim. Amſtelodam. ed. Vict. Gebh. vulgo*, ſanctiſſime eſſe obſervaturum, diligentiſſimeque facturum. *Sic Mentel. Palat. vero quart. & Strwech.* ſanctiſſime obſervaturum, diligentiſſimeque eſſe facturum.

Hoc ad te ſcribere) *MSS. duo*, hæc ad te ſcribere.

Sin autem quidpiam aut a te eſſem admonitus) *Sic MSS. vulgo*, ſin quidpiam aut a te eſſe admonitus.

Fruſtra ad me detuliſſet *Al.* ad me fruſtra detuliſſe.

Hoſpitum, clientium) *Vat.* hoſpitium,

tium, clientium. *al.* hoſpitum, clientum.

Meo labore minuatur) *Pal. quint.* in eo lab. m.

EPIST. IX.

VATINIVS IMP.) *Sic MS. vulgo*, P. VAT. IMP. *Vid. Not. Amſtelodam.* ANTONIVS IMP.

S. V. B. E. E. V.) *Al.* ſi vales bene eſt, ego valeo.

Clieus advenit) *Al.* ad te venit. *Vid. Not.*

Qui pro ſe cauſam dicier vult) *Sic MSS. al.* qui pro ſe cauſam dicere vult.

Malivolurum) *Al.* malevolorum.

Obtrectationes & invidias) *Al* obtr. & injurias.

Suſcipe me totum) *Vat.* ſuſcipe me me totum.

Atque hoc quidquid eſt oneris) *MS.* atque quidquid eſt oneris.

Tibi tuendum ac ſuſtinendum putes) *MS.* tibi tuendum ſuſtinendum puta.

Obtrectatores invenire) *MS.* inveniri.

Non meo quidem mehercules merito) *Sic. Vat. Pal. prim. Vict. ed. al.* mehercule. *& ſic Grev. lib. prim.*

Si qui forte fuerit) *Sic Grev. prim. & Vict. ed. vulgo*, ſi quis forte fuerit.

De rebus noſtris geſtis) *Sic MSS. vulgo*, noſtris de rebus geſtis.

Tuus ſervus anagnoſtes fugitivus) *MS. prim. Grev.* tuus ſervus ań annos XII fugitivus. *Amſtelod.* tuus ſervus ana nattes fugitivus.

Cum Vardæis eſſe) *Grev. lib. prim.* cum Vardæi ſe eſſe. *Amſtelodam.* cum Hardæcis. *al.* Vardæcis. *Pal. prim.* Varda eis.

Niſi ſi in Dalmatiam auſugerit) *Sic Vatic. Palat. prim. Grut. Amſtelod. Vict. ed. vulgo*, niſi in Dalm. auf. *Grev. prim.* ni in Dalm. auf.

A. d. v Idus Quintiles) *Al.* ad tertium Idus Quinctileis. *MS. prim. Grev.* L. D. V. I. D. Quintiles. *Amſtelodam.* L. D. V. L. D. Quintiles.

Ex caſtris Narona) *Grev. prim.* ex caſtris Narbona.

EPIST. X.

S. V. B. E. E. V.) *Al.* Si vales bene eſt, ego quidem valeo.

Quod illinc ejecit) *MS.* quod illuc ejecit.

Sed tamen non deſiſtam) *Al.* & tamen non deſiſtam.

De Catilio neſcio quid ad me ſeripſiſti) *MS.* de Calitio neſcio quid ad me ſeripſiſti.

Apage te cum noſtro Sexto Servilio) *Grev. prim.* ea peragite cum noſtro Sexto Servilio. *Amſtelod.* Apagete cum noſtro Servilio.

Hujuſmodi cauſas recipitis) *Pal. quart.* hujuſmodi cauſas vos recipitis.

Hominem unum omnium crudeliſſimum) *Duo MSS.* hominem unum hominum crudeliſſ.

Qui tot ingenuos, matres familias) *Sic MSS. Grev. prim.* qui tot ingenuos patres familias. *vulgo*, qui tot ingenuas matres familias, *quod & in recentioribus exſtat MSS.*

Arripuit, diſperdidit) *Al.* rapuit, d.

Simius non ſemiſſis homo) *Sic MSS. Palat. prim.* ſimus non ſemiſſis homo. *Grev. prim.* ſeminis non ſemiſſis. *Amſtelodam.* ſunius non ſemiſſis homo. *al.* ſi minus non ſervus ſit. *al.* ſi ninus non ſervus ſit. *vulgo*, ſimul vero ſemiſſis homo.

Et eum bello cepi) *Tres MSS.* & eum bello cepit.

Quæ tu mi imperas) *Sic Palat. & Græevii primus*, *ut & Vict. ed. vulgo*, quæ tu mihi imperas.

Actiones expoſtulant) *Al.* actione expoſtulant. *Vid. Not.*

Si mehercules Appii os) *Al.* ſi mehercule Ap. os.

In cujus locum ſuſſectus ſum) *MSS. nonnulli*: in cujus locum effectus ſum.

In eo maxima ſpes eſt) *Sic MSS. vulgo*: in eo maxime ſpes eſt.

Nam ſi hoc exſpectandum eſt) *Sic Vatic. Grev. prim. Medic. vulgo*, nam ſi hoc expectandum ſit.

In omnes partes) *Sic MS. Grev. al.* in omnis partis. *al.* in omneis parteis.

Vale. Data Nonis Decembribus, Narona) *MS. Grev.* Vale. D. N. D. NARBONA. *Amſtelodam.* Vale D. N. Decem.

Narona. *alii*, Vale. Nonis Decembribus, Narona.

EPIST. XI.

Grata tibi mea esse officia) *Al.* grata tibi esse officia mea.

Habuisti modo gratiam) *Al.* gratiam modo habuisti.

Cum Sura nostro) *MS.* cum Surra nostro.

Non laboriosa mihi, & honesta videbantur) *MSS.* non laboriosa mihi, sed honesta videbantur.

Duces eum captivum in triumpho) *MSS.* duces eum captum in triumpho. *al.* duces eum in triumpho captum.

Dalmatis dii male faciant) *Duo MSS.* Dalmaticis dii male faciant. *al.* Dalmatias d. m. f.

EPIST. XII.

L. Lvcrio) *Al.* Lvcio.

Quæ nunc expromam absens) *Al.* q. n. exponam absens. *Vid. Not.*

Quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum) *Duo MSS.* quod & mihi ostendis esse facturum te sæpe.

Celerrime res nostras) *Palat. prim.* celeres rumores.

Nèque enim me solunt) *Sic Vatic. Vitt. alii*, non enim me solunt.

Vel ut auctoritate testimonii) *Sic Vitt. al.* ut vel auctoritate testimonii.

Vivi perfruamur) *MS.* divini perfruantur.

A te pæne esse perfectam) *Al.* pæne a re esse perfectam.

Quin te admonerem ut cogitares) *MSS. quart. Pall. Grut. Amstelod.* admonerem cogitare. *sed Græv. prim. & Menrl. stant pro vulgata.*

Cum reliquis rebus) *Sic Vat. Græv. prim. aliique. MSS. edd.* cum ceteris rebus.

Tu quoque item civilem) *Duo MSS.* tu quoque tta civilem.

Externisque bellis sejungeres) *Pal. quart.* exteriusque bellis sejungeres. *sert. & quint.* externisque bellis non sejungeres.

Quam impudenter faciam) *Græv. prim. & alii MSS. duo*, quam imprudenter.

Non tantopere videntur) *Vatic.* non tanto opere videntur.

Vt ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis) Etiam *desideratur in prim. Pal.*

A qua te deflecti) *Al.* a qua te affici. *Vid. Not.*

Ea si me tibi vehementius commendabit) *Quatuor MSS.* si me tibi vehementius commendabit. *Amstelod.* eaque si me t. v. c.

Quam concedet veritas, largiare) *Sic MS. Vatic. Medic. Græv. prim. pluresque alii. vulgo*, quam concedit veritas larg.

Quod si te adducemus) *Pal. quart.* quod si te adduceremus.

Erit ut mihi persuadeo) *MSS.* erit mihi persuadeo: *sed antiquus Græv. pro vulgata stat, quam male mutavit Gebhard.*

Digna facultate & copia tua) *MS.* d. f. & copia.

Civilium commutationum scientia) *MS.* civilium commutatione scientia. *al.* civilium commutationum sententia.

Vt consuesti) *Al.* ut consuevisti.

In legendo scripto retinere possit) *Al.* in leg. ret. p. *Vid. & Not.*

Casus alienos sine ullo dolore intuentibus) *MS.* casus autem alienos s. u. d. i.

Non cum quadam miseratione delectat) *Duo Pall.* non cum quadam delectatione miserat. del. *al. MSS.* non cum miseratione quadam del. *al.* non cum quadam commiseratione del.

Qui tam denique tibi avelli juber spiculum) *MS. prim. Græv.* quin tum denique s. a. s. *Pal. prim.* qui cum denique s. a. j. s.

Postea quam ei percontanti) *Tres Pall.* postquam ei percontanti. *al. scribant* percunctanti. *Græv. prim.* percuntanti.

Cujus studium in legendo non erectum) *MS. Pal.* cujus studium non rectum. *duo al.* erepsum. *Steuech.* erectu. *unde Guillelm. conjicit* Erechthei.

Themistocli fuga redituque retinetur) *Græv. prim.* Themistocli fugam redituque retinetur. *Amstelod.* Themistocli fuga redituque retinetur. *al.* Themistoclis fuga. *Pal. prim.* Themistocles fuga, *pro* retinetur, *Steuech. Grut. Palat. quint.* tenetur. *Vid. Not.*

Ete-

Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet) *MS.* etiam ordo i. a. m. n. r.

Iucundiſsima lectionis voluptate) *Sic Amſtelod. aliique MSS. vulgo* jucundiſſimæ. *Græv. prim.* joeundiſſim.

Quo mihi acciderit optatius) *Sic MSS. Vat. Græv. prim. vulgo*, quod mihi acciderit optatius.

Qui quid ſis neſcias) *Græv. prim.* quidquid neſcias. *tres Pall.* qui ſis neſcius. *Grut. & tert. Pal. Amſtelod. Meatel.* qui ſcis neſcius. *al. MSS.* qui qui ſis neſcias. *al. edd.* quidquid ſcis neſcias.

Atque illi artifices) *Al.* atqui illi artifices.

Nihilo ſint obſcuriores) *Vulgo*, nihilo ſunt obſ. *Vid. Not.*

Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus) *Sic MS. Græv. prim. aliique. ſed al.* neque enim minus eſt Spartiates ille Ageſilaus perhibendus. *Palat. tert.* prohibendus. *al.* probandus.

Omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit) *Sic MSS. vulgo*, omnes imagines hominum ſt. ſ. *Vid. Not.*

Quam ſi in ceterorum) *Pal. quart.* quam ſi incertorum.

Sicut Timoleonti a Timæo) *Pal. tert.* ſicut illi duci Timoleonti a Timæo.

Sed etiam auctoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi viri, & in reip. maximis graviſſimiſque cauſis cogniti atque in primis probati) *Steuech. cod. tres Pall. Grut.* ſed etiam auctoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi, & in reip. m g. c. c a. i. p. probati viri.

Vt mihi non ſolum præconium) *MS.* ut non mihi ſolum præconium.

Si quæ te res impedierit) *Sic Vict. MS. Græv. aliique. vulgo*, ſi qua te res. *Steuech. cod.* ſi quæ te res impedierint.

Hæc ſunt in hoc genere) *MS.* hæc ſunt in eo genere.

Et verecundius ipſi de ſe ſe ſcribant) *Sic Græv. prim. Vat. Pal. tert vulgo*, & ut verecundius ipſi de ſe ſcribant.

Si quid reprehendendum eſt) *Sic MSS. Græv. prim. Vat. tres Pall. vulgo*, ſi quid forte reprehendendum eſt.

Accedit etiam ut minor ſit fides) Sit *deſideratur in MS. Steuech.*

Coronas impoſuerint victoribus) *Sic MSS. duo Pall. Steuech. Græv. prim. vulgo*, coronas impoſuerunt victoribus.

Magna voce pronunciarint) *Al.* pronunciarunt.

A te id nunc tanto opere) *Sic MSS. vulgo*, a te id nunc tantopere.

Et ea quæ habes inſtituta perpolies, noſque diliges) *MS. Steuech.* & ea quæ habes in mente inſt. p. n. d. *al.* & ea quæ habes perpolies inſtituta, noſque diliges.

EPIST. XIII.

Summam benevolentiam conjunctam pari prudentia) *MS.* ſummam benivolentiam pari prudentia conjunctam.

Erat aliquantum labefactata) *Al.* e. a. labefacta.

Itaque hoc fortiorem me puto) *V. c.* atque hoc fortiorem me puto.

Cum illa valent) *Al.* cum illa valeant.

Itaque hoc etiam fortiorem) *Vid. Not.*

Alterum mirum ſpe ulla teneri) *Al.* alterum magis mirum.

Extinctumque eſſe fateare) *Al.* extinctumque omne eſſe fateare.

Omnis eſt abjiciendus dolor) *MS.* omnis abjiciendus dolor.

Primus etiam in omnibus deſperatione ſortes) *Al.* e. e. in omnium d. ſ. *Vid. Not.*

Vtriuſque ætas & valitudo) *Sic MSS. etiam Græv. prim. vulgo*, valetudo.

EPIST. XIV.

Si vales bene eſt, valeo ſicut ſoleo) *Al.* ſi vales bene eſt, ego valeo ſicut ſoleo.

Paullulo tamen etiam deterius) *MS.* paullo tamen etiam deterius.

Romæ quia poſtea non fuiſti, quam diſceſſerat) *Vid. Not.*

Non modo miſeris his temporibus) *MS.* non modo miſeris temporibus.

Qui nunc requietem quærat) *Al.* qui nunc requiem quærit. *MSS.* qui non requiem quærit.

Ipſum laudibus illuſtret) *Al.* & te ipſum laudibus illuſtres.

Sin autem ſicut hic dum eras lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti) *Al.* ſin autem ſicut hic dum eras, & lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti. *Vid. Not.*

Doleo quia doles & angere] *MS. Græv. prim.* doleo quod dolere ſe tangere. *al.* quia doles & angeris.

Non poſſum te non, ſi concedis quod ſentimus ut liberius dicamus, non accuſare] *Sic Vatic. Pall. prim. & quint. Græv. primus , niſi quod hic* non *ponat male poſt*, non poſſum te ſi non concedis. *vulgo* : nec poſſum te, ſi concedis, quod ſentimus, ut liberius dicamus, non accuſare. *alius MS.* ſi concedas.

Tu ſolus aperta non videbas] *Palat. quart.* tu ſolus aperta videbas.

Occultiſſima perſpicis) *Palat. tert.* ſtultiſſima perſpicis.

Tu non intelligis] *Sic MS. pr. Græv. vulgo*, intelliges.

Quas elevare tua te prudentia poſtulat] *MSS. duo*, quas allevare t. t. p. p. *al.* quas elevare te tua prudentia poſtulat.

Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo] *Prim. Palat.* quod ſi non poſſimus aliquid p. ſ.

Gratia contendimus) *MS.* gratia contendemus.

Et ad victum noſtrum redeas] *MS.* ad victum noſtrum redeas.

Me conturbent] *MS.* me conturbant.

EPIST. XV.

Remedia eſſe debebant) *MSS. aliquot*, r. e. debeant.

Quorum alii occiderunt] *MS.* q. a. ceciderunt.

Alii neſrio quo pacto obduruerunt] *MS. Græv. prim.* alii neſcio quo pacto obdurarunt.

Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem) *Vid. Not. MS. prim. Græv.* t. v. p. e. & permaxime vellem.

Vetuſtas, amor, conſuetudo] *Sic MSS. Græv. prim. Amſtelodam. Mentel. alii. edd.* vetuſtus eſt amor, conſuetudo.

Quod vinculum quaſi eſt noſtræ conjunctionis] *Pal. ſec.* conſuetudinis. *Vid. Not.*

Poſſumus ne igitur eſſe una) *Pal. tert.* poſſum ne igitur non eſſe una?

Nec mehercule intelligo] *Quinque MSS.* ne meh. i.

Quid impediat) *Palat. quart.* nunc quid impedist.

Vicini in Tuſculano) *MS.* vicini Tuſculano.

Ipſæ illæ excludere me a portu) *MSS.* illæ ipſæ excludere me a portu.

Et perſugio] *MSS. duo*, & refugio

Quod in ea vita maneam] *MS.* quod in vita man.

Propagatio miſerrimi temporis) *MS.* propugnatio. *al.* properatio m. t.

Hic tu ea me abeſſe urbe miraris) *MS.* hic tu mea m. a. u. m. *Al.* hic tu me ea a. u. m.

Nihil delectare poſſit) *MS.* delectari.

Propter quotidianos motus) *Al.* metus.

EPIST. XVI.

Etſi unus ex omnibus minime ſum ad te conſoland.) *Sic MSS. Græv. pr. aliique*, *vulgo*, etſi nunc ex omnibus minime ſum ad te conſoland.

Vt conſolatione ipſe egerem] *Pal. quint.* conſolatione ipſe eguerim.

Tanto in tuo mœrore] *Al.* in tanto tuo mœrore.

Conſolatio pervulgata quidem illa] *Al.* pervulgata conſolatio.

Homines nos ut eſſe meminerimus) *MS.* ut homines nos eſſe memineri-mus.

Neque eſſe recuſandum) *Grut. & tert. Pal.* neque recuſandum.

Quos nullo conſilio vitare poſſimus) *Al.* poſſumus.

Nihil accidiſſe nobis novi] *MS.* nihil accidiſſe novi nobis.

Memoriæque litteris proditæ] *Sic MS. al.* memoriæque & litteris proditæ.

Iſtum dolorem poſſe univerſum) *Nonnulli MSS. omittunt*, poſſe.

In qua ſi reſideat ſenſus] *Nonnulli MSS.* & quaſi reſideat ſenſus.

Quam murs ducenda ſit) *MS.* quam mors dicenda ſit.

Sin ſit amiſſus] *MS. prim. Græv.* ſin ita amiſſus.

Nullo modo mihi quidem deceptus) *Vid. Not.*

Hoc graviſſimo & peſtilentiſſimo) *MSS. duo, & Gebhard. ed.* hoc graviſſimo, peſtilentiſſimo anno. *al.* hoc graviſſimo ac p. a.

A diis immortalibus ereptus) *Vid. Not.*

Ex his miſeriis) *MS.* ex iis miſeriis.

Ne

Ne quid iis quos amasti) *MS.* ne quid his quos am.

Ex mœrore tuo diminutum) *Al.* deminutum.

Relinquetur enim simplex illa jam cura doloris tui) *MS.* relinquitur enim s. i. c. d. t.

Miseria nosloque sejunctus) *Palat. quint.* dejunctus. *hinc Gebhardus colligit reponendum* dijunctus

Liberis amissis) *MS.* si liberis amissis. *al.* siliberus.

Tam imbecillo mulier animo) *MS.* tam imbecillis mulier animo.

Lugendi modum fecerit) *MS.* l. m. fecerat.

Consilio anteferre) *Al.* consilio antecapere.

Quam repræsentare ratione possimus) *MS.* quam repræsentare nobis ratione possimus. *al.* quam repræsentare ratione possumus.

Officio tamen esse functum) *Pall. Grut. Stewech. Pek.* functurum.

Epist. XVII.

P. Sextio P. F.) *MSS. prim. Palat. & prim. Grav.* P. Sestio Publio Furio, *depravate hic sunt note* P.F. *ut in plurimis aliis locis.*

Tuum crimen conjungeretur) *Vid. Not.*

Vt potui accuratissime) *Al.* quam potui accuratissime.

Tuamque causam tutatus sum) *Pal. quart.* cunctatus sum.

Cumque eo tempore) *MS.* quomque eo t.

Vt communem incertumque casum) *Vid. Not.*

Prudentem hominem res ulla delectet) *Vid. Not.*

Debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse) *Vid. Not.*

Ne refricem meis litteris desiderium) *Grav. prim.* ne refrigerem meis litt. d.

Tecum esse duces) *Palat.* tecum dues.

Et nos ceterique) *Grav. prim.* ut nos ceterique.

Et maxime animi tui conscientia) *MSS.* & maxime amici tui conscientiæ. *edd.* maxime etiamsi tuæ conscientiæ. *Vid. Not.*

Si & illud adjunges) *Alii*, & illud adjunges.

Filii tui monitus) *Al.* admonitus.

Neque ad consolandum, neque sd levandum fortunam) *Prim. Grav. aliique libri*, neque ad consolandum neque ad levandam fortunam.

Epist. XVIII.

Te colligas) *MS.* ut te colligas.

Quibus temporibus nati simus) *MSS. al.* sumus.

Cumque magnam facultatem sis habiturus) *Sic MSS. alii*, quique m. f. habiturus sis.

Vt quod una sententia) *MS.* idque una sententia.

Potentiæ alicujus condonatum) *MSS.* potentia alicujus condemnatum. potentia *est & in trib. Pall. & pr. Grav. mox pro* existimetur *Pal. prim.* exicientur.

Quam leniſſime ferre) *Al.* quam leviſſimo ferre.

Epist. XIX.

Cicero Rvfo) *Alii*, Cicero S. D. Rufo. *pr. Grav.* M. Cicero Rufo.

Magis id perspicio) *Palat. tert.* magis id perficio.

Hoc te studiosiorem) *MSS. duo*, hoc studiosiorem.

Litteræ admodum delectarunt) *Al.* delectaverunt.

Cum aliter res cecidisset ac putasses) *MS.* & putasses.

Non quo celandus esses) *Al.* non quod celand. esses.

Quasi quædam admonitio videtur) *MS.* quasi quædam ammonitio.

Quare tu) *MSS.* quæ tu. *Vid. Not.*

Sin idem placebit atque eodem) *Al.* sin idem placebit atque eodem modo. *al.* sin idem placebit, sed nec eodem modo, nec.

Nec continuo poteris) *Grav. prim.* nec continuo poterit.

Epist. XX.

Quo modo potuissem) *Sic MSS. al.* quoquo modo potuissem.

Venire voluisses) *Prim. Grav.* venire noluisses.

Commovere me noluisti) *Al.* convenire me noluisti. *al.* commonere me noluisti. *al.* convenire me vol.

al. commovere me vol.

Si ad me miſiſſes) *Sic Grev. primus, aliique multi. al. vero*, ſi ad me veniſſes. *Vide Not. al.* ſi ammonuiſſes. *unde nonnulli legunt*, admonuiſſes.

Dein ſi) *Al.* deinde ſi.

Tribui tibi tantum) *Sic MSS. prim. Grev. Medic. tres Pall. vulgo*, tribui tantum.

Numquam me pœnitebit) *Sic MSS. I. et. Medic. Grævii prim. ed. Vid. alii*, numquam pœnitebit.

Totum enim ſcribam meum) *Al.* Tullium enim ſcribam meum.

Non habui cui potius id negotii darem, quam cui dedi) *Alii*, non habui cui potius id negotii darem quam darem. *Pal. quart. ac prim.* non habui cui potiu id negotii darem, quam tibi. *Vid. Not.*

Rationes confectas & conſolidatas) *Sic Pal. quint. unus Maſſei, & Lambini omnes. prim. Grev. & Palat. quart.* conſolataſque. *Medic.* & conſolutas. *Palat. prim.* ſolutas. *al.* collatas. *al.* conſignatas. *Vid. Not.*

Pro latis haberem) *Alii*, pro relatis haberem.

Quamobrem de Voluſio quod ſcribis) *Al.* de Voluſio quod ſcribis.

Ad Voluſium, transferri nomen) *MSS. V.* traferri nomen.

A Valerio non potuiſſe) *Al.* ipſique Val. n. p.

Erat enim nobis curata pecunia) *MS.* erat enim cauta nob. pec. *MS. pr. Grev.* erat enim curata nobis pec. *Pal. prim. & Amſtelodam.* erat enim curata nobis. *Pal. quint.* erit enim curatum. *Palat. quart.* nobis curatum. *Grævii primus* erat enim nobis curata. *latet aliquid.*

Quod minime tamen laboro) *Grev. prim.* quod maxime tamen laboro, *ſed inductum erat, & eadem manu ſuperſcriptum*, minime.

Mediocris etiam prudentiæ) *Palat. prim.* & mediocris etiam prud.

Legatum meum præfectumque, maxima) *Al.* legatum meum præfectumque Q. Lepiam maxima. *al.* legatum meum præfectumque Leptam. *Pal. quart.* l. m. p. Leppiani maximam. *Amſtelodam.* l. m. p Q. Lepiam maxima.

Diligentiæ, quod exiſtimas) *Palat. prim & Amſtelodam.* diligentiæque qui exiſtimas.

Tanto etiam periculo nec ſciſſe me quidquam) *Pal. quint.* tanto etiam periculo nec feciſſe me quidquam.

Ne recitaviſſet quidem) *Al.* recitaſſet.

Ne cogitatam quidem putes) *Al.* putas.

Et ut multa tam gravis) *Vid. Not.*

Nam de Lucceio) *Al.* Lucretio. *ab* Logeo.

Vt tua, quam tu depoſueras, Sextius) *Sic MSS. al.* ut tua, quam tum depoſuerat, Seſtius: *Amſtelodam.* ut tua quam tamen depoſuerat Seſtius. *Pal. quart.* quam tua tamen quam depoſuerat Sext. *quint.* ut tua tamen quam diſpoſuerat Sextius. *alii*, quam tum depoſueras ex tuis. *al.* quantum, *al.* ut ſua, quam tamen depoſuerat Seſtius.

Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere) *Al.* ſed hoc ad te nihil intelligo pertinere.

Cum id te video deſiderare) *Sic Vatic. Vill. ed. al.* quando id te video deſiderare. *al.* quoniam id te video deſiderare.

Addes enim tu) *Al.* addes etiam tu.

Quod ego quidem non addidi) *MSS.* quod ego qui non addidi. *Vid. Not.*

Quod de legato parum gaviſum eſt) *Al.* cum de Logeo parum gratioſum eſt. *al.* quando de logio parum gratum eſt. *al.* quando de logio parum ratum viſum eſt. *al.* qu. de Logeo parum graviſum, *vel* gaviſum, *vel* gratiotum.

Te certe in pecuniæ exactu ita eſſerre) *Polit. liber*, te pecuniæ exactæ illa efferre. *Pal. quart. & quint.* te certe in pecuniæ exactæ iſta referro. *al. MSS.* te certe in pecunia exacta iſta referre. *Grævii prim.* te certe in pecuniæ exactu ita effierre. *Lamb. ed.* te certe pecuniæ ab te exactæ rationem referre.

Si ullo facere modo poſſim) *Sic prim. Grev. al.* ſi ullo modo facere poſſim.

A te Myrina litteras eſſe allatas) *MSS. al.* a te Smyrna litteras eſſe allatas. *prim Pal.* Myreina. *Pat.* Mynna. *quint* Mirna. *Grev. prim. Amſtelodam. Mentel.* Mitina. *in Grævii tamen*

men primo ſcribebatur marina, *ſed emendatum ab eadem, ut videtur, manu*, mirina.

Ex provincia deceſſimus) *Sic omnes MSS. ſed edd.* ex provincia deceſſidemus.

Sed neque tum me) *MSS. non habent* tum me. *prim. Grev.* ſed neque me. *Mentel.* ſed ne tamen me.

Seſtertium XXII millia) *MSS.* ms. XXII.

Quod ego ſive æquo animo, ſive iniquo fero) *Edd.* quod ego ſive æquo animo fero, ſive iniquo.

EPIST. XXI.

S. D L. Mæcenio) *Sic prim. Pallat. prim. Grev. aliique. Victorius* Meſcino. *al.* S. D. L. Meſſinio.

Videndi mei te ſumma cupiditate affectum eſſe) *MSS.* te ſumma cupiditate affectum eſſe videndi mei.

Ita mihi omnia, quæ opto, contingant) *Vid. Not.*

Vt enim cum eſſet major & virorum) *Al.* etenim cum eſſet major & virorum. *Vid. Not.*

Mihi ſolitudinem non jucundiorem eſſe) *Al.* mihi non ſolitudinem jucundiorem eſſe.

Excepto uno, aut ſummum altero) *Al.* excepto uno aut ad ſummum altero.

Præterea conſcientia etiam conſiliorum meorum) *Al.* præterea etiam conſcientia c. m.

Quemadmodum tu facillime potes existimare) *Prim. Grev.* quemadmodum t. f. p. explicare.

Meorum civium cauſa) *Al.* meorum cauſa civium.

Ego ſum, qui nullius vim) *Stew.* ego ſum is qui nullius vim.

Qui nullius vim plus valere) *MS.* qui nullius plus valere. *al.* qui nullius plus valere vim. *Pal. ſecund.* qui nullius vim valere.

Quavis tuta) *MSS.* quavis tota. *al.* quamvis tota.

Sed & hæc & multa alia coram) *Al.* ſed hæc & multa alia coram. *Grev. pr.* ſed & hæc multa alia coram.

Niſi exſpectatio) *Grev. prim.* ni exſpectatio.

Videtur enim mihi res) *Al.* v. e. res mihi.

Mea non nihil) intereſſe) *Al.* non nihil mea intereſſe.

Nun longe abeſſe a conſiliis) *Vid. Not.*

Eſt enim res iam in eum locum adducta) *Al.* eſt enim res ipſa jam i. e. l. a.

Qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior) *Al.* qui forſitan dubiis rebus f. i.

Quem etiam tuæ ſuperiores) litteræ confirmarunt) *Al.* q. e. ſuperiores tuæ) e.

Quibus intellexi) *Al.* ex quibus intellexi.

Qui vita ingenua, in beata & libera civitate) *Pal. ſec.* qui in vita ingenua, & in beata civitate viximus. *al.* q. v. i. & in beata civitate & libera.

Sed funditus everſam fortunam) *Al* ſed etiam funditus everſam fortunam.

Contemnere debeamus) *Al.* debebamus.

Quod ſit horribile aut pertimeſcendum) *Grev. prim.* quod ſit inhonorabile ac pertimeſcendum.

Tam infirma valetudine) *Pr. Grevii, aliique vetuſti codd.* tam infirma valitudine. *& ſic ſemper.*

LIBER SEXTVS

EPISTOLA I.

VT ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat) *prim. Grev.* ut ſuæ quæque fortunæ m. p.

Quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe malit) *Pall. quart. quint.* quin ubivis, quam ubi eſt, eſſe malit. *Grev. prim.* quin ubi uſquam ibi ubi eſt eſſe malit.

Quin hoc tempore bono viro Romæ eſſe) *Pal. tert. Grut.* quin hoc tempore bono Romæ eſſe.

Quo maxime te confici audio) *MS.*

quo te maxime rumfici audio .

Deſperationem aut timorem) *Grut.* deſperationem & timorem .

Quod quidem ſejunctum ſit ab omnium interitu) *prim. Pal.* quod quidem vinctum ſit ab omn. in. *Pal. ſec.* quod quidem ſe victum ſit a. o. i.

Certe ſcio) *Vil. Not.*

Tamen vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri) *Sic MSS. ſed Vatic. MS. Vict. Gebard Manut. edd* tamen vereor ne ronſolatio nulla poſ ſit vera reperiri . *Pall. duo* ; vereor ne conſolatio ulla poſſit eſſe vera etiam periri præter illam .

Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum) *MSS.* quantum in cu uſque animo eſt roboris atque nervorum .

Recteque farerc) *MSS. duo* , recte farere .

Ad bene beateque vivendum) *MSS* ad bene beate vivendum . *Totus locus in primo Grævii ſic legitur* , ſi enim bene ſentire voluerimus , recteque facere , ſatis eſt atque beate vivendum

Vercor ne eum , qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit) *Al.* non vereur ne e. q. ſ. o. c. c. ſ. p. *Vid. Not.*

Videbamur ſequi , ne cum id facie bamus) *Vid. Not.*

Quare ſi id evenit) Quare *in nonnullis codd. deſideratur* .

Quud fieri poſſe numquam putarimus) *Sic Vict. Pal. tert.* quod fieri poſſe putaverimus numquam . *Græv. prim. & duo Pall.* quod fieri poſſe nuniquam putaremus .

Quam ratio & veritas præſcribit) *Al. lib.* quam ratio & rei veritas præſcribit . *al.* qua ratio & virtus præſcribit .

Atque hæc mihi ſcribenti) *Al.* atque hoc mihi ſcribenti .

Veniebant in mentem) *Sic MS. Græv. & Pal. prim. & quart. vulgo* , veniebat in mentem .

Neque auctoritatibus noſtris) *MS.* nec auctoritatibus noſtris .

Fore cum direbam) *MS* fore tamen dicebam . *al.* fore cum docebam .

Si mihi alterutrum de eventu) *MSS.* ſi mihi alterutrum utrum . *al.* alterutrorum .

Exploratius poſſem promittere) *MS.* permittere .

Sed tu illum animum nunc adhibe) *V. c.* ſed tu nunr illum animum adhibe .

Quod mihi Philargyrus tuus) *Al.* quod mihi nunc P. t. *al.* quod mihi quidem P. t

Philargyrus tuus) *Al.* Philargrius tuus . *al* Philargius . *ſic Græv prim. Pal. 4.*

Fideliſſimo animo) *MS.* fidiſſimo animo .

In urbe ea es , ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitæ) *Al.* in ea urbe es , ubi nata & alta eſt r e. m. v. *MSS. duo* , alita *pro* alta . eſt *deeſt in quibuſdam libris . Grævii primus* , in urbe ſubitata & alte ſtratio a. m. v.

Quem ſemper unice dilexiſti) *Tert. Pal.* quem ſemper unire dilexi .

Victuriam ſubiſſemus) *Alii* , ſubiiſſemus .

Cui plus quam tibi debeam) *Al.* cui plus debeam quam tibi .

EPIST. II.

Valitudinis) *Sic MSS. vulg.* valetudinis .

Qua tamen jam paullum videor levari) *Sic MSS. vulgo* , qua tamen jam paullulum videar levari .

Me tui memoriam cum ſumma benivolentia tenere) *Sic MSS. vulgo* , me tui memoriam ſumma benevolentia tenere .

Verſata eſt adhuc tua cauſa) *MS.* verſata eſt tua rauſa

Nec cos a quibus reciperis) *Vid. Not. Mentel.* n' e. a. q ieceſſeris

Quos adjuviſti) *MSS.* quos adiviſti . *Vid. Not.*

Civitas reſpiraverit) *MSS.* reſpirarit .

Et dignitate tua frui tibi) *MSS.* & dignitate frui tibi .

Sin omnino interierint omnia) *MSS. quatuor* , ſin omnino interierit ut omnia .

Fueritque is exitus) *Tres MSS.* fueritque his exitus .

Jam tum timebat) *Pal. quart.* jam nnn timebat .

Cum tantum inſtare malorum) *MS.* rum tantam inſtare malorum .

Miſera eſt illa quidem conſolatio (*Peck. MS.* miſera eſt illa conſulatio qui-

quidem . *Pal. ſec.* miſera eſt illa conſolatio .

Quod accidit univerſis) *Sic MSS. vulgo* , quod accidat univerſis .

Quæ vis inſit in his paucis verbis) *Duo MSS.* quæ vis ſit in his paucis verbis .

Si attendes , quod facis] *MS.* ſi attendis , quod facis .

Sine meis litteris intelliges] *MS.* ſine meis litteris intelligis .

Nihil quod aut hoc aut aliquo reip. ſtatu timeas) *Sic MSS. vulgo* , nihilque q. a. h. a. a. r. ſt. t.

EPIST. III.

Quam quo res ita poſtularet) *Vid. Not.*

Hoc item tempore] *Sic MSS. vulgo* , hoc autem tempore .

Sive enim nihil tum opus fuit) *Al.* ſive enim tum nihil opus fuit .

Quod non idem te videre certo ſcio) *Sic MSS. vulgo* , quod non idem te videre certo ſciam . *al. pro* idem *legunt* item .

Alterum utrum vincere] *Sic MSS vulgo* , alterutrum vincere .

Qualis futura ſit vel hæc] *Pesk* qualis ſit futura vel hæc .

Nihil ut mali videatur futurum) *Al.* nihil ut mali videatur eſſe futurum .

Si id vel ante acciderit) *Vid. Not. vulgo* , ſi id vel ante ceciderit .

Quod vel maximum ad timorem proponitur] Ad *non exſtat in tert. Palat.*

Ita enim vivere ut tum ſit vivendum] *Al.* ita enim vivere , ut non ſit vivendum . *Vid. Not.*

Miſerum duxit) *MSS.* miſerum dixit .

Ego tibi hoc confirmo) *Pal. ſec.* ego tibi hoc ſentio .

Maiore in diſcrimine eſſe) Eſſe *deſideratur in Pal. quart.*

Quam quemvis aut eorum qui diſceſſerint) *MSS. duo* , quam quemvis eorum qui diſceſſerint . *Amſtelodam.* quam quemvis auctorum , qui diſceſſerunt . diſceſſerunt *exſtat quoque in prim. & ſec. Pall.*

Aut eorum qui remanſerint] *Hæc verba in omnibus MSS. deſiderantur .*

Alteri dimicant) *Sic MSS. vulgo* , alteri enim dimicant .

Sed hæc conſolatio levis eſt) *Sic Pesk Grut. al.* ſed hæc conſolatio levis . *Grav. prim.* ſed hæc levis eſt , illa gravior .

Angar ulla re] *Pall. duo* , tangar ulla re *Pal. quint.* aut angar ulla re . *Pal. quart.* aut angar illa re .

Qui ad te hæc) *Pall. duo* , quia hæc te .

Mihi tu , tui , tua omnia maximæ) *Pesk. cod.* mihi tu , tui , omnia tua maximæ . *Pall. duo* : mihi tu tui tua omnia communia maximæ .

EPIST. IV.

Cum eſt res ejuſmodi] *Al.* cum res eſt ejuſmodi .

Cujus exitus provideri] *Al.* prævideri

Nunc tantum videmur intelligere) *Grut. cod.* nunc tantum videor intelligere .

Etſi id ipſum nonnullis videatur) *Tert. Pal.* etſi id ipſum nonnullas videatur ſecus . *Grav prim.* eſi id ipſum non nullis videamur ſecus .

Non quo ego certo ſciam , ſed quod haud difficilis erat conjectura] *MSS.* non quo : ſed quod difficilis erat conjectura . *Fulvii codex* , putabam quo ego certo ſciam , ſed quod difficilis erat conjectura . *al.* putabam non quo modo , ſed quod difficilis erat conjectura . *edd. pro* ſciam *habent* ſcirem . *pro* haud , non . *Lipſius ad primam editionem notat alias legi* , non quo ſcirem , ſed quod non difficilis erat conjectura .

Incerti præliorum exitus ſunt] *Al.* ſint .

Ad depugnandum] *Al.* ad pugnandum . *al.* ad pugnam .

Vtercumque vicerit) *Pal. tert.* ut utrumque vicerit .

Cum ſit metuendus victor] *Vid. Not.*

Quem conſolando levare debeam] *Sic MSS. Pal. prim. Grav. prim. Amſtelodam . Mentel. vero & edd.* quem conſolando levare debebam .

Communium malorum) *Pal. prim.* communium maiorum . *tert.* communium locorum magnorum .

Quaque ego quotidie magis utor] *ſemper in Grav. primo ſcribitur* cottidie.

A qua

A qua cum tantum abſumus) *Sic Vatic. Græv. prim. Victor. ed. al.* a qua quando tantum abſ.

Et cum præſtitimus) *Sic Vatic. Græv. prim. Vict ed. al.* & quando præſtitimus. *al.* & quoniam præſt.

Quæ ad conſolandum) *Al.* quæ & ad conſolandum.

Quam fore putaremus) *Sic duo Pall. Græv prim Victor. Venet. aliique. vulgo*, quam fore putaranus.

De aliis autem non arbitror) *MSS. quidem*, de illis autem non arbitror,

Res moleſta, præſertim) *Sic MSS. optimi. vulgo*, res moleſta eſt, præſertim.

Vt ad te ſcripſi antea) *Al.* ut antea ad te ſcripſi.

Nos, quod Romæ ſumus) *MS.* nos & Romæ ſumus.

Quod in malis omnibus) *Al.* quod in omnibus malis.

Longinquitas temporis mitigavit) *Steuv.h. cod.* l. t. mitigat. *Amſtelod.* mitigaverit.

Quanto fuerim dolore) *MS.* quantum fuerim dolore.

Quamvis iniqua conditione) *Al.* quavis iniqua conditione.

Non divinatione mea factum eſt) *Al.* non mea divinatione factum.

; Tamen in hac inani prudentiæ laude delector) *Sic MSS. Vat. prim. Pal. & Græv. Grut. ed. prim. Vict. vulgo*, tamen hac inani p. l. d.

Cum id ſine ullo ſenſu futurum ſit) *MS.* cum id ſiue me ſenſu futurum ſit.

Adjuvat etiam ætas) *MS.* adjuvat ætas.

Cum plus in metuendo mali ſit) *In MSS. duobus deeſt* ſit.

Quam in ipſo illo) *Al.* quam in illo ipſo.

Præſertim cum impendeat) *Al.* cum id impendeat. *al.* impendat.

Solitus ſit eſſe) *Al.* ſit ſolitus eſſe.

Cum familiariſſimi hominis) *MSS.* tum fam. hom.

Tu velim te, ut debes) *Vid. Not.*

Omnia diligenter curabo) *Duo MSS.* cauſabo.

EPIST. V.

Quotieſcumque filium tuum video) *Duo MSS.* quotieſcumque filium tuum. *pro* video *Vatic.* vidi.

Quotidie faciliores mihi & meliores) *Al* feliciores.

Vt plus ipſe proſpiciam) *Edd.* plus ipſe reſpiciam.

Is temporum curſus) *MS.* is curſus temporum.

Quare ad eam ſpem quam extra ordinem, *&c.*] *Vid. Not.*

Sunt tibi etiam cum aliis communia) *Græv. prim.* ſunt tibi quoque cum aliis communia.

Propter eximium ingenium) *Pal. tert.* propter eximium valde ingenium.

Cui mehercule hic, cuius in poteſtate ſumus) *MSS.* mehercules.

In iſta fortuna fuiſſes) *Peck. cod.* in ipſa fort. ſ.

Se violatum putaſſet) *Sic Vict. Vat. Peck. al.* ſe violatum putaret.

Ita eductus, ita doctus es) *MSS.* ita educatus, ita doctus es. *Vid. Not.*

EPIST. VI.

Vereor ne deſideres officium) *Al.* non vereor n. d. o.

Pro ſtudiorum & partium conjunctione) *Græv. prim. Mentel. tres Pall. Grut. Steuv.h.* pro ſtudiorum partium conjunctione. *al.* partum.

Quas tibi & jam pridem & ſæpe miſiſſem] *Vid. Not.*

Nunc, ut ſpero, brevi gratulabimur) *Græv. prim.* nunc ut brevi gratulabimur ſpero. *al.* nunc autem, ut ſpero, brevi gratulabimur.

Id argumentum epiſtolæ differo) *Sic MSS. vulgo*, differetur. *Amſtelod. & Grut.* in argumentum epiſtolæ differet. *Pal. tert.* in argumentum epiſtolæ differretur.

Quem minime imbecillum eſſe audio) *Sic Græv. prim. aliique. ed. prim. Pal. tert. Grut. Steuv.* imbecillem. *Amſtelod. & Mentel.* imbecillimum.

Nec iis quidem verbis) *Steuv.* n. his q. v.

Et omni ſpe ſalutis orbatum) *Sic MSS. vulgo*, & jam omni ſ. ſ. o.

Qui illam cadere poſſe ſtante me non putarunt) *Peck.* qui illam cadere ſtante me poſſe non putatur. putarunt *eſt in plurimis & antiquiſſ. codd. al.* putaverunt.

In qua tu eras, venerant) *Peck. Grut.*

Grut. tert. in qua tu eras, venerunt.

Audire te de glorioſo & celeri reditu) *Græv. prim.* audire de glorioſo & c. r.

Ne nos quidem noſtra divinatio fallet) *Sic MSS. vulgo* fallit.

Quam cum ſapientiſſimorum virorum monumentis) *Sic Græv. prim. Vat. Vict. vulgo*, quam tum ſap.

Plurimoque, ut tu ſcis, doctrinæ ſtudio) *Sic MSS. vulgo*, plurimoque, ut ſcis, doctrinæ ſtudio.

Vmquam omnino fefellit; *Prck. cod.* omnino unquam fefellit.

Dicerem quæ ante futura dixiſſem) *Sic MSS. vulgo*, dicerem quæ antea futura dixiſſem.

Diſjunctione civile bellum excitari) *Sic MS. prim. Palat. Vat. Victor. ſed Græcii primus cum vulgatis*, disjunctione civile bellum excitari. *Polet. lib.* disjunctione enim c. b. e.

Atque utebar familiariſſime Cæſare) *Sic Vatic. duo Pall. Græv. prim. Vict. aliique. vulgo*, atqui ut. *al.* atquin uteb.

Quæ præterea providerim) *V. c.* quæ poſtea providerim. *al.* præviderim.

Cum ipſo conſule pugnante) *Sic MSS. Vat. Græv. prim. Vict. vulgo*, quando ipſo conſ. pugnante. *prim. Palat.* quomodo ipſo conſule pugnante.

Cauſa orta belli eſt) *Sic Victor. & quatuor MSS. Græcii prim. cum vulg.* cauſa belli orta eſt.

Nam is movebatur) *Pal. tert.* nam his movebatur.

Suſceptum bellum eſt) *Prck. cod.* ſuſceptum eſt bellum.

Cum ille aliquando non defuiſſet meæ) *Al.* cum ille aliquando defuiſſet meæ.

Vt in fabulis Amphiaraus) *Sic MSS. vulgo*, ut in fabula Amphiaraus.

Quare cum ut augures) *Sic MSS. vulgo*, quare quando ut aug.

Debebit habere fidem noſtra prædictio) *Sic Vat. Pal. prim. Amſtelod. Græv. prim. Vict. & Gebh. edd. vulgo*, deber habere fidem noſtra prædictio.

Non igitur ex alitis involatu) *Tres MSS.* non igitur ex alitis volatu. *Græv. prim.* ex alitis in violatu.

Nec ex tripudiis ſoliſtimis) *Al.* nec e trip. ſol *prim. Græv.* nec ex trepidis ſoliſtimis.

Aut ſoniviis tibi auguror) *Sic MS. Vatic. Politiani*, ſoni viis. *Græv. prim.* ur ſomniis tibi auguror. *vulg.* aut ſomniis t. a.

Alteram duco a Cæſare ipſo, alteram e temporum civilium natura) *Sic Amſtelodam. prim. Pal. Grut. Græv. prim.* alteram duce Cæſare ipſo, a. e. t. c. n *alii duo MSS.* a. d. e Cæſare, a. e. temp. civ. n.

Præclaro illo libro) *Sic & Amſtelodam. Vide Notas. vulgo*, præclare illo libro.

Multorum juſtis & officio incenſis) *Al.* juſtis precibus & officio incenſis.

E quo ſit leviter adſperſus) *Pal. pr.* e quo ſit leniter adſperſus.

Homo eſt valde acutus) *Prck. prim. Pal. Grut.* homo eſt valide acutus.

Vel gratia, vel fama populi R. pareni) *Prim. Pal.* vel gr. v. f. p. R. par eſt.

Prohiberi repub.) *Vid. Not.*

Malos civis) *Sic prim. Pal. al.* malos civeis. *al.* malos cives.

Numquam niſi honorificentiſſime) *Edd.* qui numquam n. h.

Maxime ſuccenſebat) *MS.* ſuſcenſebat.

Non revertantur) *Pal. tert.* non reverterentur.

Adverſam ferre nullo modo te poſſe) *Sic prim. Palat. Vat. Amſtelod. Vict. & Gebhard. rd. ſrd prim. Græv. aliique rdd.* adverſam terre nullo modo poſſe.

Quantæve deleſtationi in rebus adverſis) *Sic Amſtelod. Mentel. & quinque alii libri. Græv. prim. & edd.* quantæ deleſtationi.

Sed horum etiam recentium) *Sic MSS. edd. vero*, ſed & horum etiam.

Vt perſpicio) *Sic MSS. Vatic. prim. Pal. Vict. aliique. vulgo*, ut proſpicio.

Vt cum firmitudine te animi, tum etiam ſpe optima ſuſtentes) *Vid. Not.*

EPIST. VII.

Quod tibi non tam celeriter liber eſt redditus) *Prck. cod.* quod tibi tam celeriter liber non eſt redditus. *al.* lib. traditus.

Cum non tam intereſt) *Sic MSS. vulgo*,

vulgo, quando non tam intereſt.

Ne ea res inepte mihi noceret) *Pal. tert.* ne ea res inepte noceret.

Cum præſertim adhuc ſtili pœnas dem) *MSS. duo*, c. p. a. ſtili pœnas debet.

Nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur, ſtultitia fama multetur | *Pal. prim. Amſtelod. Ven. ed.* nam cum emendandum ſcripturæ littera tollatur, ſtultitia fama multetur. *Græv. prim.* nam cum commentum ſcripturæ littera tollatur, ſtultitiam multet. *Mentel.* nam cum mendum ſcripturæ littura tolleretur, ſtultitia fama mulctetur. *Medic.* nam commendum ſ. l. t.

Nemo noſtrum eſt, ut opinor) *Sic MSS. vulgo*, nemo noſtrorum eſt.

Vt quamprimum Cæſar ſuperaretur optaret | *Sic Vatic. Græv. prim., duo Pall. Vict. vulgo* optarit.

Omnibus rebus felix eſt | *Pe.k. MS.* omnibus in rebus felix eſt.

Quid iraſcirur ei) *MS. Peck.* cur iraſcitur ei.

Qui aliquid ſcripſit) *MS.* qui ſcripſit aliquid.

Cum ignorit omnibus) *Al.* cum ignoſcat omnibus.

Non revocans me, ſed pœne refugiens) *MS. prim.* n. r. m. ſ. p. fugieus.

Incitatum atque elatum) *Quidam MSS.* latum.

Tamen cavendum eſt) *MS.* tum cavendum eſt.

Impeditum, ſe ipſum laudare) *Tert. Pal.* impediam ſ. i. l.

Ac neſcio an tibi gratius opportuniuſque acciderit) *Prim. Pal.* ac neſcio quam tu mihi fidem, an tibi gratius opportuniuſque acciderit *MSS. tres*, at neſcio an tibi gratius o. a *prim. Græv.* an neſcio an t. g. o. a.

Nam quod præclare facere non poteram | *Edd.* nam quod præſtare non poteram. *al.* n. q. præclare n. p.

Secundum beneficium quam parciſſime facere) *MS.* ſecundum beneficium eſt quam peritiſſime f.

Male hærentis) *Sic MSS. prim Pal. & Græv. vulgo* hærentem.

Tot malis cum vinctum, tum fractum ſtudium) *Vid. Not.*

Non pœnæ meru, ſed illius judicii) *Sic Medic. Pal. & Græv. prim. multique alii veteres libri. vulgo*, ſed ipſius judicii.

Quem putas animum eſſe, ubi ſecum loquitur?) *Prim. Græv.* quem putas animo eſſe, ut ſecum loquitur? *MS. Peck.* q. p. a. e. u. ſecum loquetur?

Quid ſi hoc muto? | *Quinque MSS.* quid ſi hoc mitto? *Amſtelod.* quod ſi hoc mitto? *v. c. N. Scalig.* quid ſi hoc omitto?

Age vero laudo aliquem. Num offendo? *&c.*) *Vid. Not.*

Auges etiam tu mihi timorem) *Duo MSS.* auges tu etiam mihi timorem.

Vbi hoc omnium patronus facit) *Sic. MSS. vulgo*, facis.

Calumnia timoris) *Græv. prim.* calumpnia timoris.

Non ad ſuum judicium ſcribantur) *Pe.k.* non ad ſuum ſcribantur judicium.

Excellens ingenium armavit) *Sic MSS. vulgo*, excellens armavit ingenium.

Nos ſentimus) *Pal. prim.* non ſentimus.

Vides tempus veniſſe) *Græv. prim.* videas tempus veniſſe.

Nihil eſt, mi Cicero | *Peck.* nihil mi Cicero eſt. *Gruter.* nihil, mi Cicero, quod.

Filium meum exſpectes) *Pal. tert.* expertus es, *Græv. prim.* exſpectes.

Adoleſcens eſt) *Græv. pr.* adoleſcentis es.

Apud ejus omnis plurimum) *Prim. Græv. & prim. Pal.* ad ejus omnis plurimum.

Vnum tibi ſi perſuaſeris) *Sic MSS. al.* unum ſi tibi perſuaſeris.

Sed totum tuum eſt onus, perficies) *Prim. Græv.* ſed totum eſt onus, perficies.

Aut in amicitia nimis impudenter) *Græv. prim.* aut inimicitia nimis imprudenter.

Nam quod ita conſueviſti) *Vid. Not.*

EPIST. VIII.

Quoad vellemus, eſſe uti liceret) *Pal. tert Mentel.* quoad vellemus eſſe ita liceret. *Amſtelod. Grut. Venet. ed.* quod vellemus eſſe ita liceret.

Qui

Qui mihi conſueſſent) *Pal. prim. Grut.* qui mihi conſueviſſent . *Grev. prim.* qui mihi conſuefcente .

Huic meæ rogationi potius non continuo reſponderunt) *Sic MSS. vulgate edd.* huic meæ actioni , vel rogationi potius n. c. r. *al.* h. m. a. ſeu rogationi p. n. c. r.

Eodem die tamen ad me reverterunt) *MS.* eodem tamen die a. m. r.

Mihi hoc dederunt) *Sic Grev. prim. Amſtelod. Peck. Vict. ed. vulgo* , mihique hoc dederunt .

Vt eſſes in Sicilia) *Prim. Grev.* & in ſiglia. *plerique alii libri , ut & Amſtelodam. & Mentel.* ut eſſes in Gallia. *hoc vitium unde natum ſit aperit Grævii liber .*

Se præſtaturos) *Sic MSS. vulgo* , ſe præſtituros .

Litteræ a te mihi redditæ ſunt) *Sic MSS. vulgo* , litteræ a te mihi ſunt redditæ .

An ad reliquias Aſiaticæ negotiationis) *MS.* an ut reliquias Al. negot.

Re aut impetrata , aut , quod ſpero , aliqua ratione confecta) *Sic Amſtelodam. Mentel. prim. & tert. Pal. Grut. Peck. ſed Grev. prim.* re aut impetranda , quod ſpero , aut aliqua ratione confecta . *pro* confecta , *Strevech. habet* facta .

Magno opere) *Sic Vatic. & Vict. al.* magnopere .

T. Furfano Poſtumo) *Vid. Not.*

Erant enim omnes Mutinæ) Omnes *deſideratur in Grev. MS.*

Cum tuis placuit) *Sic Vict. & Grev. prim. al.* quoniam tuis placuit .

Mnrem his geſſi) *Al.* eis .

EPIST. IX.

Quod & ſpem magnam mihi afferebat ſummæ probitatis) *Al.* quod & ſpem mihi magnam aff. ſ. p.

Sed etiam ſtudiis communibus) *Strevech.* ſtudii communibus .

Vt non ullo cum homine conjunctius) *MSS.* ut nullo cum homine conjunctius . *Grev. prim.* ut non nullo c.

Vt cum cognorim pluribus rebus) *Al.* cognoverint pluribus rebus .

EPIST. X.

TREBIANO) *Al.* Trebatio . *al.* Trebelliano . *Vid. Not.*

Sum mihi ipſo teſtis) *V. c.* ipſe ſum mihi teſtis . *al.* ſum* mihi ipſe teſtis .

Diutius in armis civilibus commorandi) *Palat. prim. & Gruter.* commorando .

Semper mihi magno dolori fuit) *Strevech.* ſemper mihi magno dolore fuit .

Recuperas fortunam) *MSS.* recuperas . *al* receperis . *al.* reciperes .

Quam tibi ſemper fuerunt caſus mei) *Sic Vatic. Grev. prim. Victor. ed. vulgo* , quam tibi ſemper fuerint caſus mei .

Poſtumuleno) *Al.* Poſtumio. *al.* Poſtumuleio .

Et Seſtio) *Sic MSS. vulgo* Sextio .

Theudæ liberto tuo) *Sic MSS. vulgo* Teudo .

Totum me patefeci) *Al.* me totum patefeci .

Et hæc iis ſingulis ſæpe dixi) *Sic Vatic. Grev. prim. Amſtelodam. Victor. ed. vulgo* , & iis ſingula ſæpe dixi. *al.* & hoc iis ſingulis ſæpe dixi . *pro* iis *iidem libri* his .

Vt operam , conſilium , rem , fidem meam) *Sic MSS. vulgo* , ut operam , ſtudium , conſilium , fidem meam .

Sibi ad omnes res parata patent) *Sic MSS. nonnulli. alii* paratam *inter quos Grævii primus .*

Tum certe ordinis tui facile princeps) *Peck.* tum facile tui ordinis certe princeps .

Sed cum eodem tempore) *Sic Victor. Peck.* quiam , *vulgo* quando , *forte* quoniam .

Noſtrum uterque cecidit) *Tert. Pal.* cedit .

Vt multis rebus intelligere potui) *Strevech.* ut multis rebus ipse intelligere potui .

Caſu devincti) *Sic MSS. vulgo* , quaſi devincti . *Amſtel.* caſu devicti .

Si quis mihi erit aditus) *Peck.* ſi quis aditus erit mihi .

In qua ſunt omnia , agendi) *Prim. Pal.* agendo .

Ex eorum ſermonibus) *MSS.* ex ſermonibus eorum .

Sin-

Singula persequi) *MS.* singula prosequi.

Sed magni mea intereſt) *V. c. N. &c.* ſed magis mea intereſt.

Antea miſiſſem ad te litteras) *Aliis initium his eſt novæ epiſtolæ.*

Conſcientia factorum) *Pal. prim.* conſ. factorum tuorum.

In quibus te ſemper ſcio eſſe verſatum) *Al.* in quibus te ſcio ſemper eſſe verſatum.

Etiam atque etiam te hortor) *L. Lamb.* te etiam atque etiam hortor.

Tibi homini peritiſſimo) *Pal. tert.* tibi homo peritiſſimo.

Et in rebus atque usu) *Al.* at in r. a. u.

Tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore) *Vid. Not. al.* acerbitatem iſtam. *in Grut. deeſt* iſtam.

Ipſa cauſa ea eſt) *Al.* ipſa cauſa eſt ea.

Aliquid fit lenius) *MSS. Græv. pr. duo Pall. Grut. Vict. ed.* levius ſit aliquid.

Quod eſt in uno te) *Stew.* quod eſt in viro.

Epist. XI.

Trebiano) *Al.* Trebatio.

Dolabellam antea) *Græv. & Palat. prim.* Dolabellam antea.

Alterum omnino non deſidero) *Pec.* alterum non omnino deſidero.

Alterum vere facere poteris) *Duo MSS. & Ven. ed.* alterum vero facere poteris.

Quid recuperaris) *Al.* recuperaveris.

Plus adquiſiſti) *Al.* adquiſiviſti.

Mihi valde grata eſt) *Stew.* valde mihi grata eſt.

Noſtrum amicum) *Victor.* amicum noſtrum.

Epist. XII.

Ampio S. D.) *Alii*, T. Ampio Balbo S. D. *Vid. Not.*

Vt nulla res ad æquitatem te animi poſſit poſtea extollere) *Al.* ut nulla res te ad æquitatem animi poſtea poſſit extollere.

Quam mea tempora ferebant) *Vid. Not.*

Fortuna ipſa debilitatæ gratiæ) *MSS. omnes*, fortuna ipſa debilitate gratiæ. *pullo ante pro* viucebatur *Græv. MS.* vincebantur.

Quæ ad reditum, & ad ſalutem tuam pertinent) *Sic MSS. Pec. Vict. prim. Pal. Grut. Græv. aliique. vulgo*, quæ a. r. & ſalutem t. p.

Matius, Poſtumius) *Sic Vatic. Pal. pr. Vict. ed. codex Medic.* Macius. *Græv. prim.* Marcius. *vulgo* Marius. *tres codd.* Poſtumius, Oppius, Marius.

Vt me unice diligant) *Stewech.* ut me unicum diligant.

Quod ſi mihi per me efficiendum) *Alii*, quod ſi mihi pro me efficiendum. *Vid. Not.*

Temporis cauſa) *Al.* cauſæ.

Qui valeret apud illum) *Sic Græv. prim. Amſtelod. Vict. ed. aliique vulgo*, qui valet apud illum.

Valent tamen apud Cæſarem) *MSS. nonnulli*, valent etiam.

Quam quia Cimber habebat) *Sic Vatic. duo Pall. Græv. prim. Victor. ed. aliique. vulgo*, quas quia Cæſar habebat.

Diploma ſtatim non eſt datum) *Græv. prim.* deploma ſtatim non eſt datum.

Quem illi appellant) *Al.* & quam illi appellabant. *Vid. Not.*

Quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe) *Græv. prim.* quaſi non doleant id bellum incidiſſe. *edd. quædam* bellum accidiſſe.

Occultius agendum) *Græv. prim.* inculcius ag

Id erit perbrevi) *Lamb.* perbreve.

Panſa quidem mihi, gravis homo) *Pec.* Panſa mihi gravis quidem homo.

Ablaturum diploma) *Græv. lib.* ablecturum diploma.

Minus enim te firmum, &c.) *Vide de hoc toto loco Notas.* Eppuleiæ ſuæ, *al.* Appuleiæ t. *& pro* lacrymæque Ampiæ declar. *al. leg.* l. ipſæ d.

Significant tuæ litteræ) *Sic Græv. prim. & Vict. ed. al.* ſignificant litteræ tuæ.

Cum a te abeſſent ipſæ) *Græv. prim.* cum ad te adeſſent. Ipſe.

In graviore te cura) *Pec.* in graviore cura te.

Fortem virum atque ſapientem) *MS.* fortem atque ſapientem virum.

Vt exploratam ſpem ſalutis) *Pall. prim. tert. Stewechian.* exploratæ ſpem ſalu-

ſalutis . *Gruterian.* explora te . *Pe.k.* explorato : *unde Guilielm. ſuſpicabatur leg.* explorato . *Vid. Not.*

Niſi quam ab ipſa rep.) *Al.* niſi eam quam ab ipſa rep. *Vid. Not.*

Cum hic ardor reſtinctus) *Sic MSS. Pal. omnes , aliique Græv. prim.* reſtrictus . *vulgo* extinctus .

Conſtantem ac paratum) *Al.* conſtantem atque paratum .

Sed etiam ut ſi ita accidiſſet) *MS.* ut etiamſi ita accidiſſet . *vulgo* , ſed etiam ſi ita accidiſſet .

Victus ut ſapiens eſſes) *Tres MSS.* victus & ſapiens eſſes .

Cum ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis) *Prim. Græv.* cum ſtudium tuum cum ſumma virorum fortium memoriæ factis propendis .

Te non ſimillimum præbeas) *Sic & Græv. prim. Vil. Not.*

Nunc vero tantum te para) *Pe.k.* Nunc vero te tantum para .

EPIST. XIII.

Ligario) *MSS. nonnulli* Q Ligario.

Scribere ad te aliquid) *Pesk.* ſcribere aliquid ad te .

Adhuc id non feceram) *Al.* feci . *Vid. Not.*

Etiam ſua natura mitiorem facit) etiam *deeſt in Pe.k.*

Quorum quidem virtus & pietas) *prim. Græv.* quorum quidem & virtute & pietate .

Et perpetua cura ſalutis tuæ) *Sic MSS. al.* & perpetua ſalutis tuæ cura.

Sed ſi tardius ſit) *Sic prim. Græv. & Vil. ed. vulgo* , & ſi tardius ſit .

A quibus ſe putat) *Amſteloda.* putant .

Placatius ferre) *Prim. Græv.* placatius fore .

Me tibi id affirmaſſe) *Al.* affirmare.

De qua ita ſum meritus) *Al.* de qua ita meritus ſum .

Opes meas fregit) *Pe.k.* opes fregit meas .

Tu fac habeas ſortem animum , quem ſemper habuiſti) *Prim. Græv.* tu fac h. ſ. a. q. ſemper habui ,

Quod ea de rep. ſemper voluiſti) *Prim. Græv.* quod ea R. P. ſemper voluiſti .

Vt non modo nunc ſecunda ſpera-re) *Al.* u. n. m. cum ſ. ſ. *MS.* u. n. m. non ſ. ſ.

EPIST. XIV.

Me ſcito omnem laborem) *Sic MSS. vulgo* , me ſcito omnem meum laborem .

Nam ſi quiſquam eſt timidus) *Al.* ſi quis eſt timidus .

Et , ſi hoc vitium eſt, eo me non carere cunctor) *Græv. prim.* & ſi hoc vitium ſit , eo me car. conſ.

Ad V Kal. interkalares priores) *Al.* ad II. Kl. intercalares priores . *Al.* ad VI. Kal. intercal. pr.

Conveniendi indignitatem) *MSS.a.* conveniendi dignitatem .

Quæ tuum tempus poſtulabat) *Sic omnes MSS. vulgo*, quæ tum tempus p.

Ex multis præterea ſignis) *Sic MSS. vulgo* , & multis præterea ſignis : *unde Lambin.* & ex multis præterea ſignis .

Perſpicere potui) *Tert Pal.* proſpicere potui . *Pe.k* potui perſpicere .

Hanc in opinionem diſceſſi) *Al.* hac opinione d.

EPIST. XV.

Et quid agas, quidque agatur) *Sic MSS. Græv. & Pal. prim. ut & tert. Grut. Pe.k. Vil. ed. vulgo* , quidque iſtic agatur .

EPIST. XVI.

Nullis ipſi officiis proſecuti ſunt) *MSS. tres* , nullis ipſis officiis proſecuti ſunt .

Contentus ero noſtra ipſorum amicitia) *MSS.* contentus ero noſtra in ipſorum amicitia .

Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas) Tuum *abeſt in primo Palat.*

EPIST. XVII.

Velim mihi credas accedere id etiam) *MS. Græv.* velim mihi credas accidere id etiam .

Quo magis expetam promiſſum tuum) *MS. Mentel.* quo magis expectem promiſſum tuum , *in duobus lib. deeſt* tuum .

In

In litteris uteris) *Pe.k* in litteris tuis uteris.

Nihil alienum neceſſitudine) *Sic MSS. vulgo*, nihil alienum a neceſſitudine noſtra.

Aut valeant) *MSS. Græv. prim. & prim. Pal.* ut valeant.

Conjunctiores tecum eſſe) *Peck.* conjunctiores eſſe tecum.

EPIST. XVIII.

Simul accepi) *Al.* ſimul ut accepi. *al.* ſimul ac accept. *al.* ſimul atque accepi.

Qui hodie haruſpicinam facerent) *Al.* qui hodie aurulpicinam facerent

De Hiſpaniis novi nihil) *Al.* de Hiſpanis novi nihil.

Ad nos miſit exemplum) *Sic prim. Græv. ſed Pal. prim. Vatic. Grut. Vidtur.* ad vos miſit exemplum.

Paciæci) *Sic Pal. prim Vatic. Vict. ed. in Grut. cod. eſt*. Paciaci. *Peck.* Patiatii.

Illi undecim eſſe leginnes) *Pall. prim. tert. Grut. Græv. prim. Amſtelod.* illas undecim eſſe legiones. *Stewech.* ipſas undecim eſſe legiones. *Peck.* in quo erit illas XI

P. Curtium) *Sic MSS. & Vict. al.* Q. Curtium.

Si Galba conſponſor tuus) *Sic MSS. al.* ſi Balbus c. t. *Grut.* ſi Galba ſponſor tuus.

Mihi ille confidere) *Deeſt. in Peck.*

Iam tamen perſonare aures ejus) *Sic MSS. Vict. omiſit* jam; *pro* tamen *Græv. prim.* in. *Amſtelod.* jam enim. *Mentel.* jam parare aures.

Tulliæ meæ partus) Meæ *deeſt in Pe.k.*

Ædificia mea me delectabant) *Sic MSS. vulgo*, delectant.

Sine ulla interpellatione verſor) *Sic MSS. vulgo*, ſine ullo interpellatore verſor.

EPIST. XIX.

Idoneum viſum eſt diverſorio) *Al* deverſorio.

Ceteroqui mihi locus non diſplicet) *Sic Vatic. Pall. prim. tert. Grut. Pe.k ed. Vidtur. ſed vulgo*, ceterum is mihi quidem locus. *Græv. prim.* ceterum qui mihi locus. *Amſtelod.* ceterorum qui mihi locus. *Mentel.* cetera quidem mihi locus.

Commorationis eſt) *Palat. tert. & Amſtelodam.* commemorationis eſt.

Vt ſe conveniri nolit) *Palat. prim.* convenire.

Vt mihi videtur) *Sic prim. & tert. Palat. Peck. Grut. Amſtelod. Mentel. ed. Gebh. ſed prim. Græv. cum veteribus edd.* ut mihi videris.

Tanta eſt intimorum multitudo) *Peck.* tanta eſt multitudo intimorum.

Aliquis potius effluat) *Al.* potius aliquis effluat.

Se dediſſe beneficium) *Al.* ſe beneficium dediſſe.

In quo ſit ſpecies) *MSS. plurimi, & edd.* in quo ſit ſpes. *Vid. Not.*

Aſturæ) *Pe.k.* Aſture. *Græv. prim.* aduire. *Pal. prim.* Atture.

Quandoque veniat) *Græv. prim.* quando.

EPIST. XX.

Toranio) *Sic Pal. pr. & Græv. prim. Grut.* Toranno. *tert. Pal.* Torano. *alii libri*, C. Trebatio.

Cn. Plancii) *Græv. prim.* Gn. Plancio.

Eo nunc eto brevior) *Peck.* fuero brevior.

Ne illud quidem non quantivis, ſubito) *Vid. Not.*

Te iſtinc poſſe proficiſci) *MSS.* iſtim. *Vid. Not.*

Cur advenientibus) *Vid. Not.*

Expeditiſſime conferas) *Græv. prim.* expeditiſſime conteceras.

Quod ſi recipiet ille ſe) *Peck. & Grut. MSS* quo ſe.

Cum multa accidere poſſunt) *Sic Pal. prim. Medic. & Græv. prim. Vict. & Gebh. edd vulgo*, quoniam multa accidere poſſunt. *prim. Pal.* quum vel multa a. p.

Aliqua res) *Grut.* aliquot res.

Eum vel impediet) *Peck.* vel eum impediet.

Quod tibi timendum ſit) *Sic Vatic. Med. aliique. vulgo* tibi *omittitur.*

Nobis accidant) *Sic prim. & tert. Pal. Gr t. Vict. alii*, nobis accidenr.

Te iſtinc ne temere commoveas) *V. c.* te iſtim ne t. c.

EPI-

EPIST. XXI.

Cum hæc ad te ſcribebam] *Sic MSS. vulgo* ſcriberem.

Quem tum fortes] *Pal. prim.* quem tam fortes.

Eram plane] *Sic MSS. prim. & tert. Pal. Grut. Græv. prim. Victor. ed. al.* & eram plane.

Nunc vero everſis] *Græv. prim.* nec vero evertis.

Quoad licuerit] *Sic Pal. & Græv. pr. & Vict. ed. vulgo*, quod licuerit.

Hæc amiſſa] *Pal. & Græv. prim. & Grut.* hæc miſſa.

Cum recordare] *Lamb.* cum recordere.

Vtinam liceat] *Pal. tert.* utinam licebat.

Inter noſque conferre] *Sic Vatican. Græv prim. Medic. al.* interque nos conferre.

EPIST. XXII.

Ipſe egens rebus omnibus] *Duo MSS.* ipſe egens omnibus rebus.

Nunc etiam atque etiam multo deſperatiora] *Al.* & jam etiam m. d.

Pro vetere noſtra conjunctione] *Sic MSS. al.* pro noſtra vetere conjunctione.

Tua in me pari] *Sic MSS. Palat. prim. tert. Mentel. Vict. ed. Græv. prim.* tua in me parte. *Al.* tua in me pariter.

Incolumitati tuæ] *Al.* incolumitatique tuæ.

Qui ex te pendent] *Pal. prim. tert. Grut.* qui te pendent. *Græv prim.* qui expendent. *alii MSS.* qui de te pendent.

His hoc tempore utare] *Sic pr. Pal. & Græv. & Vict. ed. al.* iis hoc temp. ut.

Plurimiſque officiis amiſiſti] *Prim. Græv.* plurimis officiis miſiſti. *al.* plurimiſque officiis amaſti.

At forti ſeras] *Pal. tert. & prim. Græv.* ac forti ſeras.

Vel potius me parum poſſe ſentio] *Pal. tert.* vel prodeſſe me parum poſſe ſentio. *Grut.* vel potius parum me poſſe ſentio.

Sin autem tu minus ſcripſeris] *Sic prim. Palat. & Græv. Grut. Medic. vulgo deeſt* autem.

Diligenterque curabo] *Sic prim. & tert. Pal. prim. Græv. Gruter. Stewech. Medic. vulgo*, diligentiaque curabo.

LIBER SEPTIMVS

EPISTOLA I.

SI te dolor aliquid corporis] *Al.* ſi aliquis. *Vid. Not.*

Contemnenda duxiſti] *Pall. duo, & Grut.* contemnenda eſſe duxiſti. *prim. Græv.* contepnenda. *& valitudo ſemper pro* valetudo.

Pateſeciſti Seianum] *Græv. prim. Medic. Pal. prim. Grut.* ſenum. *& hic ad oram* ſemnium. *prim. ed.* ſenium. *Pal. alter*, ſeni nuper eos dies.

Tibi ipſe] *Al. lioh.* tibi ipſi.

Ad arbitrium compararas] *Al.* comparas.

Ea perpetienda] *Palat. ſec.* percipuenda.

Sp. Mæcius] *Al.* P. Mævius. *Grut. & Vict. ed.* Metius.

In ſcenam redierant] *Al.* in ſcenam. *Græv.* in cenam.

De ſcena deceſſe] *Sic prim. Palat. Vat. & Vict. ed. ſed Græv. prim.* diſceſſiſſe. *Al.* deceſſiſſe.

Ei deſinere per omnes homines] Ei *deeſt in Pal. ſec.*

Vox eum defecit in illo loco] *Sec. Pal.* decepit. *Al.* in eo loco.

Quid? ne id quidem leporis habuerunt] *Vid. Not.*

Tollebat omnem hilaritatem] *Sec. Pal.* tollebat omnem jocunditatem.

Operam dediſti Protogeni] *Stewech.* operam dediſſes Protogeni. *pr. Græv.* Protogeno tuo.

Vel in ſenatu noſtro ſpectare] *Al.* veſtro. *Græv. prim.* vel in ſenatu ſpectare.

Græcos ita non ames] *Sic MSS. Vatic. Medic. Græv. & Pal. prim. vulgo*, Græcos vero ita ames.

Homini polito] *Sic Med. Græv. pr. & qui Petrarchæ manu ſcriptus eſt. vulgo*, politico.

Si videnda ſunt) *Al.* ſi videnda ſint.

Qui hæc ſpectavimus) *MSS.* ſpectamus.

Extremus elefantorum dies fuit) *MSS.* elefantorum extremus dies fuit.

Atque opinio) *Sec. Palat.* atque optimo.

Dirupi pæne me) *MSS.* dirupi me pæne. *pr. Græv. & Steph. cod.* diſrupi me pæne.

Artem deſinerem) *Al.* deſererem.

Tecumque & cum ſimilibus noſtri) Et *in ſecundo Pal. deeſt.*

Cum antea tædebat) *Sec. Palat.* cum antea omnia tædebat. *Palat. prim.* cum antea decebat.

Cum & ætas) *In Grut. deeſt &.*

Quem nolebam non defendere) *Pal. ſec.* quem nolebam, defendere.

Fructum ullum laboris ex his exſpecto) *Si. Vatic & Medic. Græv. prim. cod.* fructum ullum laboris exſpecto. *Pall. duo, Grut. quinque Guilielm. codd. prim. ed.* fructum ullum laboris ex his peto.

Hoc fero animo æquiore) *Al.* hoc fero æquiore animo.

Mecum ſimul lecticula concurſare) *Sic Pall. duo, Grut. Amſtelodam. Græv. prim. Vill. & Venet antiquiſſima editio, vulgo*, & mecum ſimul lecticula circumcurſare. *Pal. ſec. & Menel.* & mecum noſtra ſimul lecticula concurſare.

Quadam epiſtola ſubinvitaras) *Sec. Pal.* quadam in epiſtola ſubinvitaras.

Vt ad te aliquid) *MSS.* ut aliquid ad te.

Hoc me tamen conſolor) *Sic Vatic. duo Pall. Græv. prim. aliique*, hoc me tamen conſolabor.

EPIST. II.

Illud venire quam plurimo) *Secund. Pal.* illuc venire quam plurimo.

Cum tuum pretium novi) *Sic Vill. ed. & Græv. prim. vulgo*, quando t. p. n. *al.* quoniam t. p. n.

Licitatorem potius apponam) *MSS.* in licitatorem potius ponam. *Pall. ſec.* in licitatore potius ponam, *Grut.* in licitationem potius ponam.

In me exſtitiſſe) *Al.* i. m. ſteriſſe.

Clariſſimi & potentiſſimi) *Al.* ac potentiſſimi.

Vix veriſimile fortaſſe videatur) *Sic Vatic. Græv. prim. Vill. ed. al.* quod vix veriſimile fortaſſe videatur.

Diſcrimen eſſet habitura) *V. c.* aditura *Vid. Not.*

Nec ſua ſponte) *Sic MSS. optimi. al.* nec ſua quidem ſponte.

Niſi iis dolori) *Palat. ſec.* niſi in iis dulori.

In multitudine & celebritate) *Sic MSS. al.* multitudine & celebritate. *Vid. Not.*

Diſtinemus) *Græv. prim.* deſtinemur. *al.* detinemur.

Ne intercaletur) *Palat. ſec.* ut intercaletur.

EPIST. III.

In quibus tot annos verſamur, &, ut video, verſabimur) *V. c. N. S. æſ.* quibus tot annos vexamur, & ut vides etiam vexabimur.

Solet in mentem venire illius temporis) *V. c. N. S. æſ* ſolet in mentem venire illius temporis recordatio. *al.* ſ. i. m. v. illud tempus.

Quin etiam ipſum diem) *V. c. N. S. æſ.* cum etiam ipſ.

A. d. III. Idus Majas) *Al.* ad III. Idas Majas.

Cum in Pompeianum veſperi veniſſem) *V. c. N. S. æſ.* cum in Pompeianum veſperi concelſiſſem.

Cogitatio cum officii) *Sic MS. prim. Græv. & Vill. ed. vulgo*, cogitatio tam officii.

Si proficiſcerer ad bellum) *Al.* ſin proficiſcerer ad bellum. *V. c. N. S. æſ.* ſi ad bellum proficiſcerer.

Periculum te meum commovebat) *V. c. N. S. æſ.* periculum te meum valde commovebat.

Me quoque ita conturbatum) *V. c.* perturbatum.

Quid eſſet optimum factu) *Sec. Pal.* quid eſſet optimum factum.

Famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere) *MS.* quam famæ cedere, quam ſalutis meæ cedere rationem.

Non tam propter periculum, quam propter vitia multa) *Sec. Pal.* non tam propter periculum quam vitia multa.

Neque magnas copias neque bellicoſas) *V. c. N. S. æſ.* primum neque magnas copias, neque paratas illas, neque bellicoſas.

De

De principibus loquor, reliqui) *Al.* reliquos.

Deinde in oratione ita crudeles) *V. c. N. Scælf.* deinde in opera omnes ita crudeles.

Vt ipſam victoriam horrerem) *V. c. N. Scælf.* ut ipſe victoriam perhorreſcerem.

Quid quæris? nihil boni) *Pal. ſec.* qui quaris? nihil boni.

Cum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret) *Grut.* cum ab ea ſententia valde abhorreret.

Suadere inſtitui ut bellum duceret) *V. c. N. Scælf.* ſuadere inſtitui ut bellum produceret.

Hoc interdum probabat) *Palat. ſec.* hoc interdum probat.

Cœpiſſet ſuis militibus confidere) *Sec. Pal.* cœpiſſet ex ſuis militibus confidere.

Nullus imperator fuit) *V. c.* nullius imperii fuit.

Signa tirone & collecticio exercitu) *Pal. ſec.* ſigna tirone collectio.

Legionibus robuſtiſſimis) *Palat. ſec.* fortiſſimis.

Hunc ego belli mihi finem feci) *MS.* hunc ego finem mihi belli feci. *V. c. N. Scælf.* tunc ego nt. b. f. f.

Nec putavi, eum integri pares non fuiſſemus) *V. c. N. Scæſ.* hæc putavi cum i. p. n f.

Aut conſciſcenda mors voluntaria) *V. c. N. Scælf.* tandem conſcientia mors voluntaria. *Pal. ſec.* aut cunſiſſenda m. v. *al.* atque conſciſcenda fuiſſe.

Certe nihil fuit præterea) *V. c. N. Scælf.* certi nihil fuit præterea.

Ex omnibus autem iis quæ dixi incommodis) *V. c.* ex omnibus autem iis, quæ dixi aut incommodis.

Vbi nulla adjuncta eſt turpitudo) *Pal. ſec.* advicta eſt turpitudo.

Ego cum meis) *Pal. ſec. v. c. N. Scæſ* ego cum eis.

Si quidquam nunc cujuſquam eſt) *Sic prim. Palat. & Græv. Vatic. Vict. ed. N. Scælf. v. c. al.* ſi quidquam nunc cujuſpiam eſt. *Pal. ſec.* ſi quidquam non cujuſquam eſt.

Quæ acciderunt, omnia dixi futura) *V. c. N. Scæſ.* quæ acciderunt omnia prædixi futura.

Non quo optima vivendi conditio eſſet) *Sic. MSS. prim. Græv. atque vulgo*, non quod optima v. c. e.

Aliqua forma reip.) *Sic MSS. al.* fortuna. *Vid. Not.*

Cauſa nulla viſa eſt) *Pal. ſec.* cauſa non ulla viſa eſt.

Cur optarem multæ cauſæ) *Sic Græv. prim. Auſtelod. aliique, vulgo*, cauſæ *deeſt*,

Vetus eſt enim, ubi non ſis qui fueris) *V. c. N. Scælf.* vetus eſt enim urbi, cum non ſis qui fueris.

Præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem) *V. c. N. Scælf.* præſertim quid quod habeas duas res, quibus ſuſtenter.

Hæc ad te ſcripſi verboſius, & tibi moleſtus fui) *V. c. N. Scælf* hæc ad te ſcripſi verboſius & tibi moleſtius. *al.* etiam tibi moleſtior fui.

Omne meum conſilium) *Al.* omne conſilium meum.

Me voluiſſe etiam reliquis omnibus) *Vid. Not.*

Mihi ipſi finem feciſſe) *MSS.* mihi ipſe finem feciſſe.

Si Rhodum aut Mitylenas contuliſſem) *Sic MSS. duo Pall. Græv. prim. Grut. Auſtelod. Mentel. vulgo*, ſi me Rhodum aut Mitylenas contuliſſem.

Hæc tecum coram malueram) *V. c. N. Scælf.* hæc tecum malueram coram loqui.

Volui per litteras eadem) *MS.* voluit p. l e.

Si quando in vituperatores) *Vict. ed.* ſi cum in vituperatores.

Meos incidiſſes) *Al.* incidiſſes meos.

Si me audiſſent) *Palat. ſec.* ſi audiſſent.

Honeſte tamen viverent) *Al.* honeſta.

Armis enim inferiores non cauſa fuiſſent) *Pe.k. & al. MS.* armis enim miſeriores non cauſa fuiſſent.

EPIST. IV.

A. D. IX. Kal.) *Sic Græv. prim. aliique vetuſtiſſimi libri. al.* ad VIII. Kal. Iunias. *al.* ad IX. Kal. Iulias. *al.* ad VIII. Kal.

Cum Libone) *Grut. cod.* eum Libione.

Sed faciam ante te certiorem) *Sic prim. Pal. & Vict. ed. Græv. prim.* ſed faciam ante certiorem. *vulgo*, ſed faciam te ante certiorem.

Sumus. Vides enim quanto poſt una faturi ſimus. Quare) *Hæc. interjecta verba in Palatino primo & Græcii primo non leguntur, & debent omnino abeſſe.*

Si quod conſtitutum cum podagra habes) *Sic Pal. prim. aliique vulgo*, ſi quid conſtitutum cum podagra habes.

Fac ut in alium diem differas) *Sic MSS. vulgo*, fac in alium diem differas.

EPIST. V.

Non modo in iis rebus, quæ ad me ; *MSS.* non modo in his rebus, quæ ad me.

Sed etiam in iis) *Grut.* ſed in iis. *Græv. prim.* ſed etiam in his.

Vt eum meis omnibus ſtudiis, beneficiis quam ornatiſſimum) *Sic MSS. vid. Not. vulgo*, ut eum meis communibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum. *Mentel.* ut enim meis omnibus ſtudiis beneficiiſque quam ornatiſſimum red.

Quam putaram) *Pal. ſec.* quam putavi. *Græv. prim.* quam putarem.

Vide quid mihi ſumſerim) *Grut.* vide quid mihi viderim ſumſerim.

Quæ ſperaſſet a me) *Sic Media Pal. prim. Græv. prim. Vict. ed. alii*, quæ exſpectaſſet a me.

Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi) *Pack.* neque mehercule minus prolixe ei promiſi de tua voluntate.

M. Orfium) *Vid. Not.*

Regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ delega) *Sic* Leptæ del. *Pal. & Græv. prim. Grut. Vatic. Stewech. Peck. Victor. & aliæ peſſimæ edd. vulgo*, Leptæ legatum. *Polit. lib.* Leptæ delegatum. *al.* R. G. f. ut hunc Leptæ delega. *Vid. Not.*

Ad me alium mitte) *Stewech.* me ad alium mitte.

Neſcio quod non fortuitum) *Sic Vict. Græv. prim. & Vatic. vulg.* neſcio quid non fortuitum.

Omni tua comitate complectare) *Grut.* complectere. *ſec. Pal.* complere.

De quo tibi homine hæc ſpondeo) *Græv. prim.* ſpondeas. *eadem tamen manus ſuperſcripſerat* ſpondeo. *al.* hoc & hic ſpondeo.

Pudentiorem eſſe neminem) *Vid. Not. prim. Græv. cum vulg.* prudentiorem eſſe nem.

Quod familiam ducit) *Sic Græv. pr. Pal. alt. Vatic. Vict. ed. ſed Palat. prim. Grut. ac prim.* familia inducit. *vulgo*, familiaritatem ducit.

Singularis memoria) *Al.* ſingulari memoria. *Vid. Not.*

Neque præfecturam) *Deſunt in Pal. ſec.*

Et liberalitatem peto) *Pal. ſec. Grut.* & libertatem peto.

Si tibi placuerit) *Pal. prim.* & ſi tibi placuerit.

Gloriolæ inſignibus) *MSS.* gloriæ inſignibus.

Tibi ita trado) *Sic Vat. Gent. prim. Græv. prim. & Vict. edd. vulgo* ita *deſideratur*.

Simus enim putidiuſculi) *Vid. Not.*

EPIST. VI.

Cum aliquo inſigni indicio) *Al.* judicio.

Virtute conſequere) *Sec. Pal.* virtute perſequere.

Quæ Corinthum arcem altam habebant) *Al.* quæ Corinthi arcem altam habebant.

Matronæ opulentæ) *Prim. Græv.* matronæ opulentas.

Manibus gypſatiſſimis) *Prim. Græv.* ciprariſſimis. *Vid. Not. v. c. N. Scalig.* quibus illa manibus gypſatiſſimis ſparſis perſuaſit.

Ne ſibi vitio illæ verterent) *Al.* ne ſibi illæ vitio verterent. *Græv.* ne ſibi vitia illa verterent.

Multi qui domi ætatem agerent) *Sic Græv. prim. aliique codd. al.* multi domi qui ætatem egerunt.

Quando Medeam agere cœpi) *Græv. prim. & Grut.* quum Medeam agere cœpi. *al. lib.* quando cœpi agere Medeam.

Prodeſſe non quit) *Sic MSS. Vat. Vict. vulgo*, prodeſſe nequit. *Græv. prim.* qui ipſe ſapiens prodeſſe non quid nequidquam ſapit.

EPIST. VII.

Illud ſoleo mirari) *Al.* illud mirari ſoleo.

Quoties a Q. mihi fratre afferantur) *Vid. Not.*

Eſſe-

Eſſedum aliquod ſuadeo capias) *Sic prim. Grav Pall. duo, Vict. ed. al.* eſſedum aliquod ſuadeo rapias.

Sin autem ſine Britannia tamen aſſequi, quod volumus, poſſumus) *Al.* ſin autem ſine Britannia tamen aſſequi id quod volumus, poſſumus.

Multum te in eo frater adjuvabit) *Sic Grav. prim. aliique, vulgo*, multum enim te in eo frater adjuvabit meus. *Pal. ſec.* multa te adjuvabit in eo frater meus.

Imperatorem liberaliſſimum, ætatem opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem habes) *Sic MSS. eda.* imperatorem liberaliſſimum habes, ætatem opportuniſſimam, commendationem certe ſingulatem.

Epist. VIII.

Nondum te ſibi ſatis familiarem) *MSS. recentiores*, nondum ſe tibi ſ. fam.

Quam mihi gratum eſſet futurum) *MSS. duo*, quam mihi gratum eſſe futurum.

Cornelio nihil audeo dicere) *Al.* de Cornelio nihil audeo dicere.

Cum te ab eo ſapere didiciſſe) *Sic Grav. prim. & Vict. vulgo*, quando te a. e. ſ. d.

Didiciſſe profiteris) *Pal. ſec.* profiteris didiciſſe.

Qua melior nunquam) *Pal. ſec.* qua nulla umquam meliur.

De illo Preciano) *Al.* Prætiano. *Grav. prim.* de illo Priſciano.

Scribit enim ipſe mihi) *Al.* ſcribit etiam ipſe mihi.

Veſtras litteras Britannicas exſpecto) *Sic MSS. vulgo*, veſtras Britannicas litteras exſpecto.

Epist. IX.

Iam diu ignoro quid agas) *Vid. Not.*

Propter eius* nihil ſum auſus ſcribere) *Al.* propter ejus occupationes nihil ſ. a. ſ. *Vid. Not.*

Barbara mortuo) *Al.* Vacerra mortuo. *Vid. Not.*

Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus) *Sic Pall. duo, Grut. edit. prima; ſed Grav. prim.* Cn. Octavius, an & Cornelius quidem tuus, familiariſſimo genere natus. *Amſtelod.* Cn. Octavius ne Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus. *vulgo*, Cn. Octavius tuus familiaris, ſ. g. n. *ed. Vict.* Cn. Octavius eſt tuus familiaris.

Epist. X.

Eſt quod gaudeas te in iſta loca veniſſe) *Grut.* eſt quod gaudeas in iſta loca veniſſe.

Vbi aliquid ſapere viderere) *Grut.* ubi aliquid ſapere videar. *Jort.* videare.

Vltro te etiam arceſſitum ab eo) *Grut.* ultro te etiam accerſitum ab eo.

Non propter ejus ſuperbiam) *MS.* non propter ſuperbiam ejus.

Mehercule mihi non minori curæ ſunt quam meæ) Mihi *deeſt in duobus codd.*

Idem Mucio & Manilio placebat) *Sic Grav prim. Grut. & Pal ſecund. Vict. ed. vulgo*, idem & Mutio & M. pl.

Neque ſpectare eſſedarios) *Tres MSS. Guil.* neque exſpectare eſſedarios.

Ne andabatam quidem) *Grav. prim.* ne adebatam quidem. *Mentel.* ne analiatam quidem.

Simul de toto ſtatu tuo) Tuo *deſideratur in MSS.*

Vnum mihi eſſe ſolatium) *Pal. ſec.* te unum mihi eſſe ſolatium.

Si tibi eſſe id emolumento ſciam) *MSS. quidam*, ſi tibi id eſſe emolumento.

Qui te non Romam attraham) *Grut. & Pal. ſec.* qui te non Romam trahani.

Qui non huc advoles) *Pal. ſec.* qui huc non advoles.

Aut re juvero) *Grav. prim.* rei jure. *Pal. prim.* rei juvero. *Grut.* re juere.

Epist. XI.

Nunc eam certe relinqueres) *Stewech* nunc relinqueres certe eam.

Satis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe?) Tibi *deeſt in aliquot MSS.*

Sed heus tu quid agis?) *Prim. Grav* ſed heus tu quid agis?

Ecquid fit?) *Vict. Not.*

Quam in meo Tuſculano) *Lambin.* quam quæ in meo Tuſculano.

Quod ſi aut ſit, aut futurum putas) *Al.* quod ſi aut ſit, aut futurum putas.

Sin autem iſta ſunt inaniora) *Al.* ſin iſta ſunt inaniora . *Palat. ſec.* majora .

Omnes Samarobrivæ]) *Sic prim. & Vict. ed. & ſic infra. al.* Samarobrinæ. *Grev. prim.* Samarobivæ. *Amſtelod.* Samaobrinæ . *Mentel.* Samarobinæ .

Si diutius fruſtra abfueris) *Sic Grev. prim. Vict. ed. alii* , ſin fruſtra diutius abfueris .

Hæc ego non rideo) *Pall.* hæc ego enim non rideo .

Tibi hoc amiciſſimo animo præcipio] *Grev. prim.* tibi hoc amiciſſimo animo precor . *Steuech.* tibi hæc a. a. p. *in Grut deeſt* hoc .

Facultates tuas augeas) *Pal. ſec.* facultatem augeas .

EPIST. XII.

Samarobrivani) *Al.* Samarobrinam.

Iam tum mihi non placebas) *Grev. prim.* jam tum mihi complacebas .

Quod & Titius familiaris meus) *Grev. prim.* quid Zeus familiaris meus. *Amſtelodam.* quod Eticius familiaris meus . *Vid. Not. Vict. & Manut.*

Cum omnia tua cauſa facias) *Al.* facies .

Non civium) *Hæc duo verba deſunt in multis antiquis libris . in prim. Grev.* non civilium .

Illa erit formula) *MS.* erit illa formula .

Omnia voluptate ſua metiuntur) *Grev. prim.* omnia voluntate ſua metiuntur .

Si plane a nobis deficis) *Pal. prim.* ſi plane a nobis non deficis .

Modo ſcribe aliquando] *Sic MSS. vulgo*, modo ſcribas aliquando .

Et a nobis quid fieri aut curari velis) *Sic MSS. vulgo* , & a nobis quid agi , quid fieri , aut curari velis.

EPIST. XIII.

Quam primis litteris perſpiciebam] *Al.* pruximis litteris perſpiciebam. *al.* unis litteris perſpiciebam .

Neque alia ulla fuit cauſa intermiſſionis epiſtularum) *Sic Pall. Grut. Grev. prim. Vict. ed. vulgo*, neque alia fuit ulla cauſa intermiſſionis litterarum .

Audi Teſta mi) *Sic Pal. prim. Grut. Vict. vulgo* , audi mi Teſta . *Grev. prim.* aut i a me .

Sic hoc eſt jucundum) *Deeſt in duobus codicibus* .

Nam ut audio iſtic) *Vatic.* nam ita audio iſtic .

Non ex jure manu confertum , ſed magis ferro Rem repetunt) *Sic MSS. vulgo addunt in edd.* Rem repetunt , regnumque petunt : vadunt ſolida vi.

Et ru ſoles ad vim faciendam adhiberi] *Sic MSS. vulgo* , & tu non ſoles ad vim faciendam adhiberi : *alii aliter . Vid. Manut. Not.*

Quod tu prior hominibus armatis veneris) *Sic MSS. al.* quod tu prior cum hominibus armatis veneris . *al.* quod tu prior vi hominibus armatis non veneris .

Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de veſtris cautionibus) *Sic MSS. alii* , ſed ut ego quoque te aliquid de noſtris cautionibus admoneam .

EPIST. XIV.

Chryſippos Vettius) *Prim. ed. & prim. Pal.* Vectius . *Grev prim.* ad tertias Nonas Mar. Chryſippus Vetius .

Salutem enim verbis tuis mihi nuntiarat] *Sic MSS. vulgo* , ſalutem enim mihi verbis tuis nuntiavit . *al.* tuis verbis .

Antequam plane ex animo tuo effluo] *Sic Pal. & Grev. prim. Grut. Vict. ed. vulgo* , effluam .

A te amari cum volumus) *Sic Palat. & Grev. prim. & Victor. ed. alii* , a te amari tum volumus.

EPIST. XV.

Moleſte ferebam antea] *MS.* moleſte ferebam ante .

Quod ſcribis eſſe te iſtic) *Sic MSS. Pal & Grev prim Vict. ed. alii*, quod ſcribis te eſſe iſtic .

Sed hoc tamen malo ferre nos deſiderium , quam te non ea , quæ ſpero , conſequi] *Sic MSS. vulgo* , ſed tamen hoc malo nos ferre d. q. t. n. e. q. ſ. c.

Cum vero in C. Matii) *Sic MSS. Vatic. Pal. prim. Grut. Vict. ed ſed Grævii primus* , quam vero in C. Mucii . *vulgatæ* , quod vero in C. Marii.

Epi-

EPIST. XVI.

Mi vetule) *Edd. nonnulle*, mi βαιβλε.

Primas illas rabioſulas) *Sic MSS. Vatic. prim. Pal. & Grev. Vict. ed. vulgo*, primum illas rab.

Non nimis φιλεστορον) *Sic MSS. alii*, non minus quam Philoctetem, *&c. Vid. Not.*

In hibernis injectus) *MS.* invectus. *Vid. Not.*

Cum me aliquoties invitaret) *Prim. Pal.* cum me aliquotiens invitaret.

Quis tu es?) *MS.* tu quis es?

Mehercules) *Al.* mehercule.

Id utrum Romano more locutus ſit) *Edd.* id verum Romano m. l. ſ.

Bene nummatum te futurum) *MS.* bene te nummatum futurum.

Omnes eſſe divites) *Sic Grev. & Palat prim. vulgo*, omneis e. d.

Terra frui poſſint) *Edd.* poſſunt.

Poſtea videro) *Edd.* videbo.

Qui iſtinc veniunt) *Pal. prim.* venerint. *forte*, venerant.

Eſt quod gaudeas) *Strevech.* eſt quo gaudeas.

Samarobrinæ) *Vat.* Samatobrivæ.

EPIST. XVII.

Quinto fratri) *Edd.* Quincto fratri.

Primorum menſum litteris) *Si. MSS. vulgo*, menſium.

Quod a te alieniſſimus & ſubimoudens videbare) *Sic MSS. vulgo*, quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare.

Syngrapham ad Imperatorem) *Pal. prim.* tingrapham ad Imperatorem.

Veniſſent Alexandream) *Al.* Alexiam. *al.* Alexandriam. *V. Not. Grev. prim.* Alexandrinam.

Nummum adhuc nullum) *Al.* nullum adhuc nummum. *Grev. prim.* nummum adhuc ullum.

Cum te ex adoleſcentia tua in amicitiam) *MSS. nonnulli*, cum te & adoleſcentiam tuam in am. *Vid. Not.*

Itaque quoad opinatus ſum me in provinciam exiturum) *MSS. prim. Pal. Grut.* itaque e quo ad opinatus ſum.

Quæ ad te ultro attulerim) *MS.* quæ ad te ultimo attulerim. *al.* detulerim.

Et tibi & verbis & re oſtendit) *Sic Vatic. & Victor. ed. vulgo*, & tibi verbis & re oſtendit. *Grev. prim.* & tibi verbis & rebus oſtendit.

Hunc tu virum nactus) *Prim. Grev.* hunc virum tu nactus.

Quæ ego tibi & jucunda & honeſta præſtabo) *Sic Amſtelod. prim. ed. vulgo*, quæ ego tibi honeſta & jucunda præſtabo. *Grev. prim.* quæ ego jocunda & honeſta præſtabo.

Neque ætatis magis idoneum tempus) *Lamb. fort.* neque ætatis magis idoneæ tempus.

Si hoc amiſeris) *Sic prim. Palat. & Grev. vulgo*, ſi hoc amiſeris.

Te eſſe ullum umquam reperturum) *Prim. Pal.* te eſſe nullum umquam reperturum.

In Britanniam te profectum non eſſe gaudeo) *Vid. Not.*

EPIST. XVIII.

Quam fructuoſiſſimus tibi ſit) *Sic Vict. ed. vid. Not Amſtelodam.* tam ſtudioſiſſimus tibi ſit. *Mentel.* ut iſte civis a me diſceſſus tam tibi ſit quam mihi.

Veſtræ cautiones) *Medic. & Grev. prim.* veſtræ cauſationes.

Græculam cautionem) *Grev. prim.* cauſationem. *Amſtelod.* cauſionem.

Chirographi mei) *Pal. prim.* cyrographi mei.

Quis ſolet eodem exemplo) *Grev. prim.* quis ſolent eodem exemplo. *id.* pluris *pro* plureis, *ut & Pal. prim.*

Quid in illa charta fuerit) *Liber Guilielm.* quid in ima charta fuerit. *prim. Grev.* quid in illa chartula fuerit.

Quod delere malueris) *Grut.* quod delere debuerit malueris.

Niſi forte tuas formulas) *Leg.* ni forte tuas formulas.

Non enim puto te meas epiſtolas delere) *Prim. Grev* non enim putato meas ep. del.

Cum ad vos proficiſcetur) *Grev. prim.* proficiſceretur.

Eram enim abfuturus) *Prim. Pal. & Grev. Grut. Ven.* eram enim affuturus.

Scripſi in Pontrino) *Prim. Grev. Grut. Vat. Vict vulgo*, in Pontino.

Ad villam Metrilii Philemonis de-

vertiſſem) *Sic Pal. prim. Vatic. Vict. ed. vulgo* , divertiſſem . *& ſic Græv. prim. & Amſtelodam . ut &* Philomonis *pro* Philemonis .

Fremitum clientium meorum) *Sic Græv. prim. cum vulgatis ; alii Pal. prim. & Ven. ed. prim.* clientum .

Honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe) *Pal. pr.* vim maximam ranunculorum honoris mei cauſa ſecum moſſe . *Grut.* caniculorum .

De Pomtino) *Sic prim. edit. Vatic. Grut. prim. Græv. Vict. Ven. vulgo* , de Pontino .

Epiſtolam tuam) *Hoc nonnullis novæ epiſtolæ initium* .

Ab L. Aruntio) *Al.* Arruntio .

Præſertim tam novis rebus) *Al.* p. tantis novis .

Epist. XIX.

Vide quanti apud me ſis) *Palat. prim.* Vide quam apud me ſis . *Græv. prim.* vide ne quanti apud me ſis .

Et ſi jure id quidem) *Sic Grut. prim. Pal. Ven. Vict. ed. ſed Græv. prim.* ut ſi jure id quidem . *vulgo* , & jure id quidem .

Non enim te amore vinco) *Sic prim. Pal. Amſtelodam. Vict. ed. vulgati cum Græv. prim.* non enim amore te vinco .

Id abſenti debere non potui) *Sic Amſtelod. & alii. Pal. & Græv. prim.* id abſentem debere non potui . *Grut.* id abſente debere non potui . *al.* id abſenti delere non potui .

Topica Ariſtotelea) *Sic Vatic. Græv. prim.* copia Ariſtotelea . *alii cum vulgatis* , Ariſtotelica .

Plenilime res illa ſcribi) *Sic MSS. Pal. prim. Græv. pr. Grut. Vict. & prim. edd. aliique v. c. vulgo* planiſſime .

Percipi poſſe) *Vnus Guilielm.* peccipi non poſſe .

Nam jus civile veſtrum) *Vnus Guilielm.* num jus civile noſtrum .

Doctorem tamen unum quem deſiderant) *Vid. Not.*

Quamquam tu) *Al.* quin tu .

V. Kal. Sext.) *Sic MSS. vulgo* , Vale V. Kal. Sext.

Epist. XX.

Rufio) *MSS. nonnulli* , Rufius . *al.* Buſius . *alius Guilielmii codex pro* Rufio , medius filius *legit* Rufio Baſſus .

Vt ſi eſſet unus e nobis) *Prim. Græv.* ex nobis . *F. Vrſini codex* , ut ſi eſſet unus homo ex nobis .

Velia non eſt vilior) *V. c.* Velia non eſt mihi vilior .

Tamen iſtuc malo) Tamen *deeſt in prim. Græv.*

Tu ſi me audies) *Al.* tu tamen ſi me audies .

Neque Halethem) *Prim. Pal.* neque Haletem . *prim. Græv.* neque Athletem . *duo Guilielm.* neque Aletem .

Habet lotum) *Al.* locum . *al.* lacum . *prim. Græv.* lutum . *Manut. ed.* lucum .

A quo etiam advenæ teneri ſolent) *Al.* in quo etiam advenæ teneri ſolent .

His præſertim temporibus) *MSS.* iis p. t.

Deinde tuam domum) *Sic MSS. vulgo* , deinde etiam tuam domum .

Amœno loco) *Sic MSS. vulgo* , ac mœnoque loco .

Meaque negotia videbis) *In nonnullis libris deeſt* videbis .

Ego a Sexto Fadio Niconis diſcipulo) *Græevii prim. & plurimæ edd.* Fabio . *pro* Niconis *vero alii libri* Miconis .

Νικωνος περι πολυφωνιας) *Prim. Pal.* ΠΙΚΩΝΟ ΠΕΡΙ ΠΟΛΥ . *Græv. prim.* ne irconoen ΕΡΙΤΙΟ dy quæ aſiæ . *in Amſtelodam. relicta eſt lacuna . Margini adſcriptum erat* , Niconis de voracitate . *in Mentel.* περι πολυφαγιας ἡ λαιμαργιας .

Baſſus noſter) *Prim. Græv.* Balbus noſter . *prim. Pal.* Baſſus veſter .

Ventus increbeſcit) *Sic. Græv. prim. aliique . vulgo* , increbreſcit .

Epist. XXI.

Nos ſine periculo facere poſſe) *Sic MSS. ſed edd. & Græv. prim.* non ſine periculo facere poſſe .

Poſſeſſionem Q. Capio) *Prim. Pal. prim. Græv. Grut* poſſeſſionemque Capio .

Officium) *Al.* Officium . *MSS.* officium .

Vt

Vt ſe & cauſam ſuam) *Al.* ut ſe cauſamque tuam.

Etiam atque etiam rogo) *Edd. nonnullæ addunt* Vale.

EPIST. XXII.

Poſſet ne heres) *Prim. Pal.* poſſene heres.

Furti recte agere) *Edd.* recte furti agere.

Scævolæ & Teſtæ) *Al. codd.* Scævolæ Teſtæ. *al.* Scævulæ.

EPIST. XXIII.

Tantum quod ex Arpinati veneram) *Sic MSS. Pall. Vatic. Pe.k. Grævii prim. aliique. vulgatæ edd.* tantum ex Arpinati veneram.

Aviani) *Grev. prim. aliique plures* Aniani.

In quibus hoc inerat) *Sic MSS. Pall. Vati.. Grev. prim. Anſtelod. Vict. ed. vulgo*, in quibus hoc erat.

Ac tamen iſta ipſa) *sic MSS. vulg.* attamen iſthæc ipſa. *Pal. prim.* hæc tamen iſta ipſa.

Tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti) *Pal. prim. & Grev. prim. Anſtelod.* tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſſe.

Bacchas iſtas cum Muſis Metelli comparas) *Sic MSS. Pall. prim. Grev. prim. aliique plurimi. vulgo*, ſed Bacchas iſtas c. M. M. c.

At pulchellæ ſunt) *Grev. prim.* at pulcherrimæ.

Cum Avianio) *Sic prim. Pal. Vatic. Vict. ed. ſed vulgati & Grev. prim. aliique* Aviano.

Ego habebo ſcilicet) *Pal. prim. Anſtelod. & Grev. duo*, ego habeo ſcilicet.

Næ ego multo libentius) *Pall. & Grev.* ne ego multo libentius.

Tarracinæ) *MSS.* Taracinæ.

Aviani familiarem) *Vat.* Avianii fam.

Exhedria mihi quædam nova ſunt) *V. c.* exedria quædam mihi nova ſunt. *Grev. prim.* Exadria ni. q. n. ſ. *unus Guilielm.* ex Hadria m. q. n. ſ.

Quando arceſſantur) *Sic Pal. prim. al. codd. vulgati tamen & Grev. primus*, quando accerſantur.

Mandabam meæ Tulliæ) *Sic prim. Pal. & Grev. prim. vulgo*, mandatam meæ Tulliæ.

Per Liciniam) *Prim. Pall. & Grev. nec non Vict. ed.* per Liciniam.

Caſſium uti non ita multum ſorore. ea porro negat ſe audere) *Al.* Craſſum u. n. i. m. ſorore: eam porro negare ſ. a. *prim. Grev.* Caſſium uti non ita multum ſorore mea porro negare ſe audere. *Pal. prim.*, ſororem eam porro negare ſe audere, eam *quoque habet Vat. & Vict. ed.*

Dexius) *Sic MSS. Pal. prim. Grev. bini, Anſtelod. vulgo* Decius.

Migrare) *Pal. prim.* magrare.

Eſt mihi gratiſſimum) *Grev. prim.* eſt mihi graviſſimum.

Tanti a te æſtimatam) *Grev. prim. Vat. Vict. ed.* tantum a te æſtimatam. *Pal. prim.* tantum a te extimatum.

Sed ne vivam) *Palat. prim.* neu viam. *Grev. prim.* ſed ne ut viam.

Si quid egero faciam, *&c.*) *Vid. Not.*

Si tibi videtur) *Sic Pall. prim. Vatic. Grev. prim. aliique. vulgo*, ſi tibi videbitur.

EPIST. XXIV.

Vel proxime de Tigellio) *Sic MSS. vulg.* de Tigellio perſpexi. Senſi, *Grev. prim.* de Tigollio.

Captus (opinor) olim) *Vid. Not.*

Quæ eſt hæc ſervitus) *Pal. prim.* quæ eſt hæc ſervitus.

Vide quid ſuccenſeat) *Pal. prim.* inde quid ſucc.

Phameæ cauſam receperam) *Sic Pal. prim. Grev. prim. Vatic. Vict. ed. aliique. vulgo* ſuſceperam.

De P. Seſtio) *Sic MSS. vulg* Sextio, *& ſic Grev. prim.*

Nullo modo me facere poſſe, cum vellem) *Al.* nullo modo me facere poſſe, quem vellet. *Vid. Not.*

Sat bonum auctorem) *Al.* vidlorem. *al.* auctorem. *Vid. Not.*

Vt mi videbatur) *Sic Grev. prim. & Vict. ed vulgo*, ut mihi videbatur.

Catonem tuum mihi mitte) *Al.* cantorem t. m. m.

EPIST. XXV.

CICERO S. D. M FABIO GALLO) *Sic MSS. vulgo.* Cicero M. Fabio Gallo S. D.

Sal-

Salva eſt, domo petes) *Sic Medic. & Græv. prim. al.* ſalva eſt domi, petes.

Ne, ſi iſtum habuerimus) *Medic.* niſi iſtum habuerimus. *Amſtelod.* niſi iſtum habueremus.

Vereor ne in Catonium Catoninos) *Vid. Not.*

Secreto hoc audi, tecum habeto) *Græv. prim.* ſecreto hoc audi, id tecum habeto. *Vid. Not.*

Præter duo nos) *Sic MSS. vulgo*, duos nos.

Bene malene) *MS.* bene maleve.

Vrge igitur) *Al.* urgeo.

Ne tranſverſum unguem) *Sic Græv. prim. alii*, nec tranſverſum unguem. *Vid. Not.*

Atque equidem aliquantum) *Al.* atque ego equidem aliquantum. *al.* atqui ego quidem.

EPIST. XXVI.

Cum decimum jam diem graviter ex inteſtinis) *V. c.* cum jam decimum diem graviter, *Gr. al.* ex inteſtino legunt.

Neque iis, qui mea opera uti vólebant, me probarem non valere) *Sic prim. Pal. Græv. edd. Vict. Venet. Græevii prim. omittit* iis. *vulgo*, neque iis, q m. o. u. v. probarem me non valere.

Tum in quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt) *MSS. prim. Pal. Græv. Grut. Amſtelod.* tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt; *vulgo*, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt.

Sibi moleſta eſſe) *Al.* moleſta eſſe.

Fungos, heluellas, herbas omnes) *Prim. Græv.* fungos vel viles herbas omnis.

Videar cœpiſſe conſiſtere) *Sic Vatis. Amſtelod. Græv. prim. cum vulgatis*, ut videatur cœpiſſe conſiſtere; *idem pro* hodie *legit* eo die. *Vid. Not.*

A beta & a malva deceptus ſum) *Sic Græv. prim. Medic.* a beta etiam & a malva deceptus ſum. *Amſtelod.* a bleta etiam malva deceptus ſum.

Cogito commorari) *V. c.* cogito morari.

EPIST. XXVII.

CICERO S. D. GALLO) *Sic Græv. prim. al.* C. S. D. Fabio Gallo. *al.* Seſtio Gallo.

Ego enim te in Conſulatu obſervaram) *Sic MSS. al.* obſervaveram.

Multa tu quidem dicis) *MS.* multa ut quidem dicis.

Tribunatum plebei) *Sic MSS. vulgo* plebis.

Mea cauſa petiſſe) *Sic MSS. vulgo* petiiſſe.

Negas me audere quod ſentiam dicere) *V. c.* negas me quod ſentiam audere dicere. *Græv. prim.* ſententiam.

Cum impudenter me rogares) *Prim. Pal. Vat. Vict.* cum parum pudenter. *Vid. Not.*

Vt iſto ipſo in genere) *V. c.* ut ipſo iſto in genere.

Non enim ingrata mihi ſunt) *Sic MSS. vulgo*, non enim mihi ingrata ſunt.

Quid tibi ego debeo?) *Sic MSS. vulgo*, quid ego tibi debeo?

Si vera) *Sic MSS. vulgo*, ſin vera.

Tu es optimus teſtis quid mihi populus Romanus debeat) *Pall. Gruter. Amſtelodam. edict. prim.* tu es optimus teſtis mihi populus R. debeat. *ſed Græv. prim. ſtat pro vulgata.*

EPIST. XXVIII.

M. CICERO S. D. CVRIO) *Sic MSS. vulgo*, M. T. C. M. Curio S. D.

Cum mihi deſipere videbare) *Pal. prim.* quod mihi deſipere videbare.

Peloponneſus) *Prim. Pal.* Peloponeſus.

Patræ) *Grut.* Pateræ.

Et vidiſſe mihi multum videris) *Al.* & vidiſſe multum videris.

Qui hinc abſis) *MS.* quod hic abſis.

Nunc eſſe beatus poteſt) *Pal. prim.* nunc beatus eſſe poteſt.

Quanta fortaſſe tu ſenties) *Al.* quanta tu fortaſſe ſenties.

Intellexi enim ex tuo ſermone quodam) *In prim. Græv. deeſt* to enim.

Cum mœſtitiam meam & deſperationem) Meam *in nonnullis libris deſideratur.*

Dicere te) Te *non extat in aliquot libris.*

Quæ non ſolum ſuis erga me) *Prim. Pal.* quæ non ſolum, ſed etiam a meis erga ſe.

Ita

Ita rem communem esse dilapsam) *Sic MSS. vulgo* , ita communem rem esse dilapsam .

In cujus potestate omnia sunt) *MS.* in cujus potestate sunt omnia .

Ad prima redeo) *Ven.* ad primam redeo .

Vale) *Non extat in MSS.*

EPIST. XXIX.

Si inter senes coemtionales venale protcripterit) *Prim. Grav.* si inter senes coemtionales perscripserit . *Pal. prim. Struvch. Pesk. edit. prima* , si inter nos senes contionales . *Grut.* si inter nos senes contionales ven. *alius vetus lib. Hotom.* inter vos concionales . *al. v. c. Egnat.* inter vos senes . *Medic.* inter nos senes coemtionales .

Quod simus , quod habeamus , quod homines existimemur) *Gruter.* quod simus , habeamus , quod homines existimemur . *Grav. duo* , *& Amstelod.* quod sumus , quod habeamus , q. h. e.

Id omne abs te habere) *Grav. prim.* id omnes abs te habere .

Sulpicii successori nos de meliore nota) *MS.* Sulpicii nos successori d. m. n. *alius codex* , de meliori nota .

Teque ad ver lubentes videre) *Al.* teque ad urbem lub. vid. *prim. Grav.* toque ad ludentes videre. *Amstelodam.* teque ad ver libenter vivere. *in Gruter. & Mentelisno haec verba* teque ad ver lubentes videre , & nostra defigere , deportareque tuto possimus *desiderantur. sed in Grav. secundo plane ita scriptum est , ut pro se ferunt editiones .*

Sine eum errare) Sine *non est in Pal primo.*

Duo parietes) *Sic MSS. Vid. Not. vulgo* , duos parietes .

EPIST. XXX.

Quin hinc ipse evolare cupio) *Prim. Grav.* quin huc ipse evolare cupio . *Grut.* evolari .

Nec tu) *Prim. Grav.* nec tu .

Multo ante providisse) *Pal. prim.* m. a. praevidisse .

Quamquam haec etiam auditu acerba sunt) *Sic MSS. al.* quamquam enim haec e. a. a. s.

Fuit enim mirifica vigilantia) *In Pal. prim. deest* enim .

Non enim ades) *MS.* non enim ades . non .

Cujus cum proprium te esse) *Sic prim. Grav. & Vitt. vulgo* , cujus quando proprium te esse .

Mancipio & nexu) *Palat. prim. & Grav. prim.* mancipio & nexo .

Meum autem usu) *Prim. Pal. & pr. Grav.* meo autem usu .

Contentus isto sum) *Prim. Pal. & prim. Grav.* cootentus istorum .

Id enim est cujusque proprium) *Sic MSS. al.* id enim cujusque proprium est .

Quo quisque fruitur atque) *Al.* quo fruitur quisque .

Sed haec alias pluribus) *Prim. Grav.* sed hoc pluribus .

Acilius qui in Graeciam) *Duo Guilielm.* Attilius . *Gruter.* Atilius . *Grav. prim.* Agilius .

Maximo meo beneficio est) *Sic MSS. antiquissimi vulgo* , maximo meo beneficio est affectus .

De te diligentissime scripsi) *V. c.* diligentissime de te scr.

Eamque epistolam cum hac conjunxi) *Prim. Grav. & Pal.* eamque epistolam cum hac epistola conjunxi .

Quomodo acceperit) *Grut. Amstelod. Ven.* quando acceperit .

Et quid tibi pollicitus sit) *Prim. Grav.* & quid sibi pollicitus sit .

EPIST. XXXI.

Quod cum uterque nostrum) *Sic prim. Grav. & Vill. r. rd. vulgo* , quod quando uterque nostrum .

Acilio non fuisse necesse meas dari litteras) *Sic prim. Grav. & Vitt. ed. al. MSS.* Atilio .

Sulpitii tibi operam) *Struvch.* Sulpitii tibi opera .

Propter res tuas ita contractas) *V. c.* propter tuas res .

EPIST. XXXII.

Επιγραμματα litterarum) *MSS. duo,* epigramma litterarum .

Sestiana) *Al.* Sextiana .

Non resistis?) *MSS.* non ne resistis?

Vt cognosci sua sponte possent) *Prim. Pal.* ita ut cognosci sua sp. p.

Vt nihil tam sit ανεπιφορον) *Sic MSS. vulgo* , ανεφορον .

Sit

Sir vel Selius tam eloquens) *Sit deeſt in Grut.*

Selius) *Al.* Sqlius . *al.* Cœlius .

Se liberum) *Stewech.* ſe ſe liberum.

Sed mehercules extra jocum) *Sic MSS. vulgo*, mehercule .

Id cum ipſius cauſa , eſt mihi , ut ſcis , in amoribus) *Amſtelod.* eſt enim , ut ſcis , mihi in majoribus . *Vid. Not.*

Amare non deſinam) *Sic MSS. vulgo*, amare tamen non deſinam .

Cum inſtituiſti) *Sic MSS. al.* quando & inſtituiſti .

Dolabellam) *Prim. Pal. & pr. Græv.* Dolabellam .

Quem ego perſpicio & judico) *Prim. Græv.* quem ego perſpiciar & judicio. *duo Guilielm.* q. e. p. & video.

Quo quidquam deſit) *Sic prim. Græv. Pall. & Victor. ed. vulgo* , quud quidquam deſit .

EPIST. XXXIII.

Mi ſuaviſſime Volumni) *Græv. prim.* mi ſuaſum mi Volumni. *Pal. prim. & Grut.* mihi ſua viſum eſt Volumni .

Gregalibus illis amiſſis) *Al.* emiſſis .

Pinnigero non armigero) *Sic MSS. vulgo* , pennigero .

Apud Accium) *Al.* apud Attium .

Abjecta gloria) *Pall. & Græv. prim.* abiecta a gloria .

Quamquam venis) *Sic prim. Græv. Pall. Grut. Vict. vulgo*, quamquam venies .

Quas ſi nt volumus exceperinus) *Al.* excluſerimus .

Communibus noſtris amatoribus) *Amſtelod.* omnibus noſtris amatoribus. *Vid. Not.*

Opus eſt hnc limatulo ac polito tuo judicio) *Sic MSS. vulgo*, polituio . *Vid. Not.*

Interioribus litteris meis) *MSS. duo*, interioribus meis litteris .

Ne perinvitus legerem) *MSS.* ne pluribus legerem . *Vid. Not.*

Ac velim poſthac ſic ſtatuas) *Prim. Pal.* at velim poſthac ſic ſtatuas .

LIBER OCTAVUS

EPISTOLA I.

QVod tibi decedens pollicitus ſum) *Sic MSS. vulgo* , quod tibi decedenti pollicitus ſum .

Ne tibi nimium arguta hæc ſedulitas videatur) *Al.* ne tibi arguta nimium .

Sed ipſum volumen) *Prim. Græv.* id ipſum volumen .

Neſcio quojus otii eſſet) *Vid. Not.*

Quæ exiſtimatio ſecuta , quæque de eo ſpes eſt) *Sic Pal. tres prim. Græv. niſi quod pro* quæque quoque *in illo ſit , prima & Vict. rdd vulgo* , quæ exiſtimatio conſecuta , quæque de eo ſpes .

Cumanum tenus) *Al.* Comum t.

Quod ad Cæſ. attin.) *Al. ap. Corrad.* Q. a Cæſare .

Quod opinor certe factum eſt) *Sic Vatic. Pall. quart. quint. Græv. prim. & edit. Victorii , Amſtelod.* quod opinor certe eſt factum . *Pal. prim. Græv. ſex. ed. prim.* quod opinor certe factum eſſe , *vulgo*, quod opinor certe factum .

Circumſederi) *Sic MSS. vulgo* circumſideri .

Palam ſecreto narrantur) *Vid. Not.*

At Domitius , cum manus ad os appoſuit) *Prim Græv.* addo micius cum ad eos appoſuit . *Pall. tres ac rd. prim.* aut Domitius . *v. c. Polit.* apud Domitius .

Et te urbe ac foro toto maximus rumor fuit a Q Pompeio in itinere occitum) *Vid. Not.*

Baulis embæneticam facere) *Vid. Not.*

Vt ego miſererer ejus eſuriei) *Pal. & Græv prim. Amſtelod. rdit. priſc.* ut ego miſererere ejus eſurire. *Pal. quart.* miſererer excicare . *quint.* exicare .

Plancus quidem tuus Ravennæ eſt) *MSS.* Plancus quidem tuus Ravenna eſt .

Omnibus vigent) *Pal. prim.* omnibus vigens .

EPIST.

EPIST. II.

Me repræſentante) *Al.* matre prehenſante. *vel*, me reprehenſante *Vid. Not.*

Et ſingulis in uno quoque ordine) *Sic An ſecund. Palat. prim. Victor. ed. ſed Græv. bini*, ſed ſingulis in unoquoque ordine. *Vid. Not.*

Vide modo, inquis) *Al.* videſne rogo? *Vid. Not.*

Tam præter opinionem) Tam *deeſt in prim. Græv.*

Obſtupui) *Vat. & Vict. ed* obſipii.

Relictus lege Licinia) *Al.* relictus legi Licinię.

Poſtridie ejus abſolutionem) *Vid. Not.*

Rudentum ſibilis) *Al.* ſibilus. *al* ſinulis. *al.* ridentum. *al.* rudentium ſibilus.

In totam vitam quoivis) *Sic prim. Græv. vulgo*, euivis.

In nobilem agentem) *Sic MSS. vulgo*, ignobilem egentem.

Quod ad Pantheras attinet) *Pe.k.* quod Pantheras attinet, ſyngraphas. *Græv. prim.* quod Pantheras attinet, rogo.

Syngraphas Sittianam) *MS.* pyngraphas.

Qui has litteras tibi dedit) *Sic Vatic. Pe.k. Græv. prim. ed. Vict. vulgo*, reddet.

EPIST. III.

Tibi ſæpe, quod negaras) *Al.* tibi ſæpe, quod me negaras.

Quod negaras diſcedens curaturum tibi) *Sic Vatic. Pe.k. Græv. prim. ed. Victor. vulgo* tibi *omittitur*.

Huc eo diligentius ſactito) *Al.* facio.

Vacanti negotium erat) *Pe.k. & Græv. prim.* vaganti negotium erat.

Quæ mea negligentia eſt) *Prim. Græv.* & quique mea facta negligentia eſt.

Mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam) *Al.* me, ſi fio, ſi forſan c. l. r. *Vid. Not.*

Sed tanti? ſed mehercule, non multum M. Oſtavius eorum odia) *Vid. Not.*

Qui tibi iſtuc) *Vatic. & prim. Græv.* quid tibi iſtuc.

Aliquod ex tam multis tuis monumentis) *Vatic. & prim. Græv.* aliquid ex tam multis tuis m.

Quod noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quoque prodat) *Prim. Græv.* quod in noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quod quam prodat. *Pe.k. cod.* amicitiæ noſtræ.

Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam) *Vid. Not.*

EPIST. IV.

Poſtulatum a Galliis duobus) *Al.* condemnatum a Galliis duobus.

A Galliis duobus) *Al.* a Gallis duobus.

Lentuli Cruris) *Al.* Lentuli Suræ. *duo Guilielm. lib.* Lentuli a curis. *unde ille fecit* a curiis, *quia curiata erant comitia*.

At qua ſpe) *Prim. Græv.* atque ſpe.

Et Hercules, niſi noſtri equites) *Prim. Græv.* ut mehercules in noſtriſque. *al.* & me Hercules. *verie legitur pro* equites, quæ, qua, æque.

Acutius) *Al.* ac tutius.

Tribunum plebis deſignatum) *Prim. Græv.* deſignatum tribunum plebis.

Incitit multis) *Prim. Græv.* incitit multis.

Bonos & fenatum malet) *Al.* bonos ſervatos malet. *al.* bonos ſerv. mallet.

Hujus autem voluntatis initium & cauſa eſt) *Vid. Not.*

Qui ſolet infimorum hominum) *Prim. Græv.* infirmiorum hominum.

Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe) *MSS.* ceciniſſe.

In evitandis conſiliis) *Al.* in evitandis iis conſiliis. *al. edd.* in evitandis eorum conſiliis.

Confectis omnibus) *prim. Græv.* interfectis omnibus.

Quem eventum ſint habitura) *Prim. Græv.* quæ me ventum ſint habitura.

M. Cœlium Vinicianum) *Al.* M. Cœlium Vieinianum. *al.* M. Cœlium Titianum. *Vid. Not.*

Quam deriſeramus olim) *Prim. Græv.* quam deſideramus olim.

Promulgatio de dictatore ſubito) *Prim Græv.* promulgatio delectatore ſubito.

Inde Hirrum cunctis an non faciendum

dum flagitare) *Vid. Not.*

Quod vix ſperare auſus es] *Duo Guilielm.* quod vix ſperare viſus es *prim. Græv.* quod vix ſperari auſus eſt.

Quo numero eſſet , quo appeteretur) *Sic MSS. Vid. Not.*

Cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abduſturum) *Græv. prim.* eam Pompeius eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius ſe legionem adduſturum.

Inde interrogatus de ſucceſſione) *Al.* inde interrogatus eſt d. f.

Profecto aut tranſigeretuc aliquid , *&c.*) *Vid. Not.*

Vt Cibyratas acceſſas) *Sic Vict. ed. prim. Græv. ut* Ciburatas . *ſi* Sulla *&* Sylla *ſcribitur*.

Cureſque ut mihi vehantuc) *Prim. Græv.* veautuc.

Quomodo regnum illud ſe habeat) *Sic Vict. ed. & prim. Græv. vulgo* , quomodo regnum illud ſe ſe habeat .

Epist. V.

Animi pendeo) *Prim. Græv.* aninis pendeo .

Nam ſi hoc moderari poſſemus) *Al.* n. ſ. h. modo .

Tamquam nihil denegatum ſit ei) *V. c.* tamquam nihil abrogatum ſit ei.

De omnibus provinciis decernere) *Prim. Græv.* diſcernere .

In his tricis moretuc) *Guilielm. sed.* in hiſtoricis. *prim. Græv.* in hiſtricis .

Quod ſi anno præterito Curio tribunus) *Prim. Græv. & Manut. ed.* hoc ſi prætecito anno Curius tribunus. *edd.* quod ſi hoc anno præterito Curio tribunus .

Et eadem actio de provinciis introivit , quam] *Prim. Græv.* & eadem actio de provinciis , ut quam. *vulgo* , & eadem actio de provinciis introibit .

Quam facile nunc ſit omnia impedire) *Sic Vict. ed. & prim. Græv. vulgo* , quam facile tunc ſit omnia impedire .

Et quam hoc Cæſari , qui ſua cauſa remp. non curet , ſperet , non te fallit) *Vid. Not.*

Epist. VI.

Quo facto cetudit ſermonem] *Sic Vict. ed. vulgo* retulit. *prim. Græv.* & tulit .

Quam velis eum obligare) *Prim. Græv.* quam eam velim obligare .

Cum quo ſimultas non fuiſſet) *Prim. Græv.* eum quo ſi ſimultas non fuiſſet.

Nunc ſi ad illam ſummam veritatem) *Vid. Not.*

Vxor a Dolabella diſceſſit) *MSS.* uxoc e Dolabella diſceſſit .

Vnum illud monere te poſſum) *Prim. Græv.* unum illud te monere poſſum .

Porro ſignificatio ulla ſi interceſſerit) *Prim. Græv.* porro ſignificatio ulla interceſſet .

Neque ille tacere eam rem poterit) *Al.* neque enim ille tacere .

Si Parthi vos nihil calfaciant , nos hic frigore frigeſcimus) *Prim. Græv.* ſi Parthi vos nihil calfaciunt , nos nihil fr gore frigeſcimus. *al.* ſi P. nos nih. calf. nos hic frig fc. *vel* nos nihil frig.

Hic omnia jaceant , potuit ſine Pacthis) *Prim. Græv.* hic omnia jaceant , putavit . Sine Parthis Bibulus *&c.*

Quod tibi ſcripſi ſupra) *Prim. Græv.* ſibi .

Curionem frigere) *Græv. prim.* Cucionem valde frigeſcere . *Vid. Not.*

Ferventiſſime concerpituc) *Al.* f. coecerpituc .

Leviſſime enim) *Sic MSS. vulgo* , beliſſime enim .

Legem viariam non diſſimilem agrariæ Rulli) *Prim. Græv.* legem variam non diſſimilem agitare , &c.

Quæ jubet ædiles metiri) *Sic prim. Græv. vulgo* quas .

Cum priorem partem epiſtolæ ſcripſi) *Sic MSS. vulgo* , cum priorem epiſtolæ partem ſcripſi .

Ponito me in gratiâ) *Sic MSS. al.* in gratiam .

De Dolabella integrum tibi reſerves) *Prick.* Dolabellam integrum tibi reſerves .

Æquitatiſque opinioni hoc ita facere expedit] *Sic MSS. vulgo* , æquitatiſque opinioni te hoc ita facere expedit .

Panthecas Græcas] *Sic prim. Græv. aliique. vulgo*, Pantherarum greges .

Epist. VII.

Quam cito tu iſtinc decedere cupias) *MS.* iſtem .

Rem

Rem geſiſti) *Pr. Græv.* res geſiſti.

Metus aliquis pertarbet) *Sic prim. Græv. alii*, metus aliqui pertarbent.

Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam) *Al. vol.* adoleſcentiorem Syllæ filiam. *MS Sigon.* Cornificius adoleſcentiorem ille ſibi filiam. *prim. Græv.* Cornificius adoleſcentior eſt, ille filium ſibi deſpondit. *al.* adoleſcentior eſt, ille ubi filiam.

Divortium ſine cauſa) *Al.* devortium ſine cauſa.

Nondum retulerat) *Medic.* nondum retuleras. *prim. Græv.* non modum retuleras.

EPIST. VIII.

Etſi de rep. quæ tibi ſcribam habeo) *Al.* etſi multa de rep. quæ tibi ſcribam habeo.

Quod magis te gaviſurum putem) *Sic prim Græv. vulgo*, quo in t. g p.

Scito C. Sempronium Ruſum, Ruſum mel) *Prim. Græv.* ſit C. Sempronium Ruſum, mel.

Calumniam maximo plauſu tuliſſe) *Prim. Græv.* calumpniam m. p. t.

Quæris, qua in cauſa) *Vat.* quæris quæ in cauſa, *al.* quæris an cauſa. *Vid. Not.*

M. Tuccium accuſatorem ſuum) *Pr. Græv.* Mutium accuſatorem ſuum.

Reum lege Plotia) *Prim. Græv.* rerunt lege Plotia.

Ad ſubſellia rei occurro) *Pr. Græv.* ad ſubſellia regi occurro. *al.* accurro.

Veſtorium quoque) *Al.* Neſtorium quoque.

Si quid injuriis ſuis eſſet quo Veſtorius teneretur) *Med. & prim. Græv.* ſi quod injuriis ſuis eſſet, ut Veſtorius teneret. *al.* quod Veſtorius teneret. *Vid. Not.*

Quod Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit) *Prim. Græv.* quæ Pilius Attici noſtri repetundis eum poſtulavit.

Magna illico fama ſurrexit) *Pec.* magis i. ſ. ſ.

De damnatione ſerventer loqui cœptunt eſt) *Prim. Græv.* de damnatione *in aliis libris omittitur* eſt.

Quo vento projicitur Appius minor) *Prim. Græv.* quo vento proicitur Apius miror.

Vt implicet pecuniam) *Pr. Græv.* impicet. *Vid Not.*

Prævaricationiſque cauſa diceret depoſitum) *Al.* divinationiſque cauſa diceret depoſitum. *prim. Græv.* prævaricationiſque cauſa diceret depolitum. *al.* polıtum.

Imo ſi actionem, ſtultiſſimaſque de ſe, nefarias de patre confeſſiones audiſſes) *Sic prim. Græv. alii & vulgo aliter. Vid. Not.*

Quid ſinguli ordines judicaſſent) *Lamb.* quod ſinguli ordines judicaſſent.

Ad extremum, ut ſolent, non redigam) *Sic MSS. vulgo*, ut ſolet, ait, referam.

Pro abſoluto Servilius haberi cœptus) *Lamb.* cœptus eſt.

Quod eorum judicum) *Antverp. ed.* quod eorum judicium.

Id jus ratumque eſto) *Prim. Græv.* id jus juratumque eſto. *Pec.* id jus curatumque eſto.

Poſtulante rurſus Appio) *Pr. Græv.* poſtulantur Apio. *ſemper* Apius *ſcribit iſte liber.*

Cum L. Lollio tranſegiſſet) *Sic MSS. prim. Græv.* cum Lutio Lollio tranſegiſſet. *vulgo*, cum L. Lollio tranſegit.

Et te relaturum dixit) *Al.* ſe relaturum dixit.

Cum calumniam juraſſet) *Al.* vitaſſet. *prim. Græv.* calumpniam.

A quodam ſuo emiſſario Titio) *Vid. Not.*

Sæpe re dilata) *Sic MSS. al.* ſæpe relata.

Plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate) *Pr. Græv.* plane perfecta G. N. Pompeius voluntate in eam partem.

Vt eum decedere poſt Kalendas Martias placeret Senatuſconſultum, quod tibi miſi, factum eſt, auctoritateque perſcriptæ. *Sic.* auctoritates. Pridie Kalendas Octobreis in æde Apollinis ſcrib. affuerunt) *Prim. Græv.* ut eum decedere poſt Kal. Martias placeret, ſenatus auctoritas p. Kal. Octob in æde Apollinis ſcripta adfuerunt. *Pec.* ſcribæ affuerunt. *Vat. Vill.* ſcrib. adfuerunt.

L. Domitius, Cn. Filius, Ahenobarbus) *Al.* Aenobarbus. *prim. Græv.* L. Domitius G. N. Fabius Metellus.

Quirina) *Prim. Græv.* Quirini.

L. Ate-

L. Ateius L. F. An. Capito) *Al.* Atteius. *& prim. Græv. alii)* , Ancapito.

L. Paulius) *Al.* C. Paullus.

Ex a. d. x. Kal. Mart.) *Al.* ad ex Kal. Mart.

Neve quid coniunctim de ea re referretur) *Prim. Græv.* neve quid junctum d. e. r. r.

Et cum de ea re ad senatum referretur a Coss.) *Prim. Græv.* ut cum de ea re a. f. r. a. consiliis, *quæ vox & in Pack. ysl, & intra repetitur.*

Eorum qui in ccc. judicibus essent) *Al.* qui eorum. *al.* eorum quin.

Sex adducere liceret] *Prim. Græv.* ses adducere liceret.

Si quid ea re ad populum, ad plebemve lato) *Sic. Vict. ed. vulgo*, si quid de ea re ad populum plebemve lato. *pro* lato *nonnulli codd.* referri.

Quod ii non tulissent, uti, quicumque deinceps essent ad populum plebemve ferrent) *Hæc verba desiderantur in primo Græevii, absorpta sunt a præcedente periodo, quæ iisdem verbis finitur. vulgo*, quod ii non tulissent, uti quicumque deinceps essent, ferrent.

I. V.) *Al.* L. V. *al.* S. C. A.

Scribendo adfuerunt] *Prim. Græv. Pack.* scripta adfuerunt.

Quo minus de repub. ad senatum referri, senatique consultum fieri) *Prim. Græv.* quominus de R. P. Q. P. ad senatum referre, senatumque fieri posse. *Medic.* quo minus de Rep. Q. P. ad senatum referri.

Qui impedierit, prohibuerit) Prohibuerit *in multis desideratur. Vid. Not.*

Eum senatum existimare contra rempublicam seciſſe] *Pr. Græv.* tum senatum existimari contra remp seciſſe.

De ea re ad senat. populumque referri) *Med. lib.* de ea rep. ad hunc ordinem referri. *Græv. prim.* ad senatum populumque referre.

L. Vinicius) *MSS.* L. Vicinius.

C. Vibius Pansa) *Pack.* C. Iulius Pansa.

Aut causas) *Sic Vict. & prim. Græv. vulgo* aut *omittitur.*

Et de ea re ad senatum populumque referri] *Vid. Not.*

Huic senatusconsulto) *Prim. Græv.* huic senatoc. *al.* huic SC.

In octo reliquas provincias) *Sic prim. Græv. Vict. ed. vulgo* & in octo rel. p: *al.* inque octo rel. prov.

Qui in eas provincias proficiscerentur) *Al.* profecti essent.

Potuit superiederi) *Prim. Græv.* potuit superiacere.

Sittianamque syngrapham tibi commendo) *V. c.* Sittianam quoque syngraphan tibi commendo.

EPIST. IX.

Quam ne conteutionis minimæ fuerit) *Prim. Græv* quam ne contentionis minimum fuerit.

Curionem prorsus non mediocriter obiurgatus, hac repulsa se mutavit) *Pr. Græv.* Curionem prorsus non mediocriter objurgat, ac repulsa se mutavit. *Pack.* prorsus Curionem n. m. objurgatus hac r. f. m. *al.* a Curione prorsus n. m. o. h. r. f. *al.* Curionis prorsus *&c.*

Agit causas liberales) *Prim. Græv.* agit causam libetalis *al.* agit caulam liberaliter. *&* a. c liberalius.

In Kl. rejectum ne frequentiam quidem efficere potuerant) *Prim. Græv.* in Kl. rejecta est. ne frequentiam quidem efficere potuerant. *edd.* in Kl. rejecta causa est. ne f. q. e. p.

A. d. IV. Non. Septemb.] *Prim. Græv.* ad III. Non. Septemb.

Ne profligatum quidem quidquam) *Sic MSS. vulgo*, ne promulgatum quidem quidquam erat. *alii*, ne profugatum quidem quidquam.

In proximum annum transferetur] *Prim. Græv.* transferretur.

Non expeditur successui] *Sic prim. Græv. aliique & Vict. ed. vulgo*, non expedietur successio.

Vt ad hunc adventum te parares) *Prim. Græv.* præparares.

Patischum Curioni) *Prim. Græv.* Parthis cum Curione.

Cibyratas) *Vulgari errore* Cybir.

Amabo te, impera tibi: hoc cura. Soles libenter, *&c.*) *Vid. Not.*

Hoc est imperandi & mandandi) *Pr. Græv.* hoc est imperandi & amandi.

Si ullam spem] *Sic prim. Græv. aliique, nonnulli*, si nullam spem.

Feridium) *Al.* Feridium.

Fructuarios habeut] *MSS.* fructuarios habet.

Habeut civitates) *Al.* Cibyratæ.

Favo-

Favonium) *Pall. duo*, Favilum. *quart.* Frivolum.

A columnariis præteritum) *Al.* pertetritum. *al.* a colonariis.

Eum non fecit) *V. c.* eum nihili fecit.

Pompeius tuus aperte, Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe) *Vid. Not.*

Conjunctim referretur) *Peck.* conjunctum referretur.

Queſtum eſſe cum Scipione) *Sic Pal. prim. & Vict. ed. vulgo*, conqueſtum eſſe cum Scipione.

In accuſatione ſaris frigidus) *Al.* ſane frigidus.

EPIST. X.

Sane quam litteris C. Caſſii) *Pr. Palat. & Amſtelod.* ſane quoniam litteris G. Cæſaris.

Cis Euphratem) *Prim. Pal. & Amſtelod.* Euphraten.

Profectas per Commagenen) *V. c.* eſſe profectas per Commagenem.

Dignitati tuæ periculum afferret) *Prim. & quint. Palat. Peck. & Amſtelod.* dignitatis tuæ periculum afferet.

Hoc quomodo acciperent) *Ed.* hæc quomodo acciperent.

Alius ab urbe Pompeium non removendum) Pompeium *in vulgatis omittitur*.

Cæſarem cum ſuo exercitu) *Peck.* Cæſarem cum exercitu ſuo.

Vt paludati exeant) *Al.* & p. e.

Senatui renuntiaſſe) *Amſtelod.* ſenatui renunciaſſet.

Ne aut velificatus alicui dicaris) *Pall. prim. quart. Peck. Amſtel. prim. & Gebh. edd.* ne aut bellificatus. *Palat. quint.* belificatus.

Aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe) *V. c.* conticuiſſe. *Amſtelod.* aut aliquid quidem referretur ſciret reticuiſſet.

Parum efficax ſit) *Amſtelod.* parum partim e. ſ.

Itemque Servium, quam cunctator) *Peck. Amſtelod. & Oebhard. ed.* itemque Servius, quam cunctator.

Cujuſmodi putas hoc eſſe?) *Prim. Pal. Peck. Amſtelod.* cujuſmodi putas hoc eſſe?

Qui id, quod nolint) *Al.* nolunt.

Frigide agunt) *Peck.* ajunt.

Novis magiſtratibus) *Peck.* a nnbis magiſtratibus. *Amſtelod.* nobis magiſtratibus.

Sin autem non erit iſtic bellum) *Al.* ſ. a. aut n. e. i. b. *Peck.* ſin autem ſit aut non erit iſtic bellum.

Inde ut aliquid Pompeio tribuat, quidvis) *Lambin.* deinde ut aliquid Pompeio tribuat. *al.* quodvis *pro* quidvis.

Plures ſuſpicari) *Peck.* pluris ſ.

Præparata multa ſcio) *Peck.* præparata multa eſſe ſcio.

Quæcumque acciderint vertentur) *Peck* vetterent.

Illud addo, ad actiones C. Curionis de agro Campano) *al.* illud addo, actiones C. Curionis de agro Campann.

Pompeium valde nolle) *Sic pr. Pal. Amſtelod. Victor. ed. vulgo*, Pompeium valde velle.

EPIST. XI.

Comitiales eripiebantur) *Al.* contiones eripiebantur.

Ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni) *Al.* ne ſi quid f. P. a. e. b. *al.* adeptum. *al.* ne quod favore Paulli adeptus eſſet boni. *Vid. Not.*

Confirmarunt conſules) *Prim. Palat. Peck. Amſtelod.* & confirmavit conſul.

Se his ſupplicationibus) *Amſtelod.* eſſe his ſupplicationibus. *prim. Pal.* iis ſupplicationibus.

Spem in iſtis ſupplicationibus) *Al.* ſe ſpem in iſtis ſupplicationibus.

Qui de te locutus honorifice) *Vid. Not.*

Non decrerat) *Sic Amſtelod. & alii vv. codd. vulgo*, non decreverat.

Tertius ad hos Favonius) *Amſtelod.* certius ad hos Favonius.

Tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit) *Palat. Amſtelod. prim.* cum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit. *Peck.* cum e. f. i. ſ. adduxi.

Nec deerant quidem, qui neque tranſigi volebant) *Prim. Palat.* deſierant quidem qui inique tranſigi volebant. *Amſtelod.* deſerant quidem qui inique tranſigi volebant. *Lambin. ed.* nec deerant quidem, qui id numquam tranſigi volebant. *al.* nec deerant qui iniqua tr. v.

In unam cauſam omnis contentio

conjecta eſt de proviociis : in quam adhuc incubuiſſe cum ſenato Pompeius videtur, ut Cæſar Id. Novembr. decedat) *Editiones Manutii*, in unam cauſam omnis contentio conjecta eſt : de provinciis inquam adhuc eſt . Incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, ut Cæſar aote Id. Nov. decedat. *in Amſtelodam. etiam ſcribitur*, de provinciis adhuc eſt . *& mox idem*, ut Cæſat Idus non decedat .

Cæſarem Conſulem deſignari prius) *Amſtelod. & edd. Gebh. & Victor.* Cæſarem Coſ. deſign. prius.

Si interceſſorem, quod videntur, reformidarint) *Sic Victor. Amſtelodam. & Palt.* ſi interceſſorem, quod videntur, reformidarunt. *vulgo*, reformidabuot . *alii ſic diſtinguunt & legunt*, defendet ioterceſſorem : ſi, quod videntur, r.

E quo tu, quæ digna ſuot, ſelige) *Vict.* ex quo tu *&c.*

Denique malo in hanc partem errare) *Vid. Not.*

Epist. XII.

Poſteaquam vero comperi) *Peck.* complexi . *Amſtelod.* coperi .

Mihi inimiciſſimo homine) *Vox* homine *abeſt a veteri codice* .

Ipſum teprehenderem) *Amſtelodam.* ipſum reprehendere . *al.* Pompeio : tum ipſum reprehendeote .

Vitam mihi debere putaram) *Sic prim. Palat.*

Tum quidem aliquot amicis, qui teſtes erant meorum io illum meriorum) *Vid. Not.*

Poſtquam reſciit) *Al.* poſtquam reſcivit .

Incandnit) *Al.* excanduit . *al.* ſcanduit . *al.* canduit .

Atceſſere palam Servium) *Palat. prim. & Victor. ed.* acceſſere palam Servium . *Amſtelodam.* arceſſere palam Servium .

Vlla lege) *Al.* illa l.

Qua dicere non poterant) *Al.* qui dicere . *al.* q. objicere n. p.

Summis Circenſibus ludis meis) ſumnis *deeſt in veteri codice* .

Lege Scantinia) *Al.* Cauinia .

Amplius quadraginta manſit) *MSS.* amplius quadraginta diebus miſit . *vulgati*, amplius quadraginta dies manſit . *Vid. Not.*

Domitio diem timori eſſe) *Al.* idem timori .

Exſpecto te valde) *Victor.* te exſpecto valde .

Proinde doleas) *Al.* perinde doleas.

Et ulciſci tuas ſolere) *Sic prim. Palat. Vict. al.* & tuas ulciſci ſolere .

Epist. XIII.

Ætate jam ſunt decurſa) *Al.* decuſſa . *Amſtelod.* detonſa .

Pudore Tulliæ) *Al.* & prudentia Tulliæ .

Sublatum iri) *Al.* ſublatuti .

Qui agendum cum tribunis plebis) *Peck.* quæ agendum cum tribunis pleb.

Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus) *Prim. Palat. & Amſtelod.* ſtomachus eſt ſcilicet P.M. *Lamb.* ſtomacho eſt Magnus nunc ita languenti .

Vix id quod ſibi placeat, reperiant) *Sic Palat. prim. & Vict. al.* reperiat . *Amſtelod.* vix id quod ſibi placeaot, reperiant .

Vt ratio eſſet ejus habenda qui neque exercitum neque provincias traderet) *Al.* tradere vellet . *MSS.* ut ratione ejus habenda, qui exercitum, neque provincias tradere . *Amſtelodam.* ut ratione ejus habenda, qui exercitum neque provincias tradidere. *Victor.* ut nec ratio eſſet ejus habeuda.

Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum cognoſcat, quidnam reipubl. futurum ſit) *Al.* cum & cognoſcat . *al.* qu. h. P. l. ſit, cognoſcam q. r. f. ſ. *Amſtel. Sigm. & Manut.* quemadmodum Pompeius laturus iſte, cum cognoſcam quidnam reip. futurus ſit .

Si aut non poſſit) *Hæc in Amſtelod. & aliis v. codd. deſunt* .

Epist. XIV.

Arſaceo capere) *Peck.* Arſacem capere .

Seleuciam expugnare) *Prim. Pal.* & Seleuciam expugnare . *al.* Seleuceam expugnare .

Vt ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit) *Sic MSS. Peck. prim. Pal. Amſtelod. Vict. ed. al.* quempiam . *vulgo*, ut ne familiarem quidem ſuum, quem noſti, tam oderit .

Ca-

Cujus ego auctor fuerim) *Peck.* quojus ego a ſ.

Superiore a vita) *Sic Amſtelod. Palat. prim. Peck. aliique ſed Vict. ed.* ſuperiore vita. *Vid. Manut.*

Quod judicium nunc in exſpectatione) *Amſtelod.* quod judicium exſpectationem. *Al.* quod judicium non exſpectationem. *Vid. Not.*

Me annum pacem non videre] *Sic MSS. vulgo*, me etiamnum pacem non videre.

Quo propius ea contentio) *Peck.* quod propius e. c.

Quam heri neceſſe eſt] *V. c.* quam videri neceſſe eſt.

Quod Cn Pompeius conſtituit] *Vict. ed.* quo Cn. Pompeius conſtituit.

Sic illi amores] *Sic Vatic. prim. Palat. Vict. ed. Amſtelod.* Siciliam mores.

Invidioſa conjunctio) *V. c.* & ingens coojunctio.

Non ad occultam recedit obtrectationem) *Sic Amſtelod. Palat. prim. Vict. ed. vulgo*, non ad occultam recidit obtrectationem.

Sed ad bellum ſe erupit) *Sic Peck. Amſtelod. aliique vulgo*, ſed ad bellum erumpit. *al. tamen omiſſa particula*, ſed bellum ernmpit. *&* bellum ſe erupit.

Neque mearum rerum quod conſilii capiam) *Sic MSS. vulgo*, neque mearum rerum quid c. capiam.

Neque dubito quin ie quoque) *Victor. & Amſtelod. MS. aliique*, quod non dubito.

Et gratia & neceſſitudo eſt ; tum cauſam. *Vid. Not.*

Sine armis cetnetur) *Al.* cernatur. *al.* certetur.

Omnino ſatis ſpatii ſit) *Liber MS.* omnino ſatis patefit.

Ad eligendam partem. Prope) *Al.* ad eligendam partem tutiorem. Prope. *prim. Pal. Amſtelod. & ed. Ven.* ad eligendas utriſque copias, & eligendam partem. Prope. *v. c.* ad eligendas parteis. Prope.

Lomentum aut nitrum eſſe) *Al.* vitrum. *Vid. Not.*

Nam ſordes eluere vult, venas ſibi omnes & viſcera aperit] *Vid. Not. monſtra hic ſunt cum in aliis libris, tum in Amſtelodamenſi*, nam ſontesmulenaſei ſibi : omnis & viſcere aperit.

Quid putem futurum) *Prim. Pal. & Amſtelod.* quod putem futurum.

Ferrum & vis judicabit) *Sic. prim. Pal. Amſtelod. Vict. ed. vulgo*, ferrum & vis vindicabit.

Si ſine ſummo periculo) *Prim. Pal. Amſtelod. aliique libri fere omnes*, ſi ſine ſuo periculo. *Vid. Manut.*

Spectaculum parabat) *Al.* parabit.

EPIST. XV.

Nunc tibi noſtri milites) *Al.* num tibi n. m.

Malis orbiculatis eſſe paſti videntur ? Quid jam, inquis ? glorioſe omnia : ſi ſcias) *Alii*, m. o. p. videntur : quid ? jam, inquis, g. o. ſ. ſ. *alii*, m. o. e. p. videntur ? Quid tam, inquis, glorioſum ? Imo ſi ſ. *Vid. Not.*

Si ſcias quam ſollicitus ſim] *Amſtelod. & Manut. ed.* ſi ſcias quam ſollicitus ſum.

Cum expuliſſet ex Italia Pompeium] *Peck. pr. Pal. & Amſtelod.* Pompeius.

Niſi ſi maluit Pompeius Brunduſii circumſederi] *Vid. Not. al.* niſi maluit.

Quod te videre, & omnia intima conferre diſcupio) *Sic MSS. vulgati*, niſi quod te videre & o. i. c. d. *Polit. cod.* qui te videre & o. i. c. d.

Sed tamen quodnam ob ſcelus) *Peck.* ſed tum quam hoc ſcelus. *Amſtelod.* ſed tamen quam ob ſcelus.

Adeo quod Intimelii in armis ſunt) *Sic MSS. vulgo*, ideo quod Intimelii in armis ſunt.

Nobilem illi Cæſaris hoſtem) *Sic Peck. Amſtelod. aliique vulgo* illic. *Vid. Not.*

Comprehendit & ſtrangulavit) *Al.* apprehendit & ſtrangulavit.

Eo cum quatuor cohortibus mihi] *Sic Victor. Lambin.* eo nunc cum quatuor cohortibus. *Manut. & MSS.* eo nunc cohortibus mihi. *Amſtelod.* eo num cohortibus mihi.

Vellem quidem Venere prognatus. *Vid. Not.*

In veſtro Domitio) *Peck.* in noſtro Domitio.

Quantum Pfecade natus] *Vulgo*, quantum ipſe ſenatus in hoc habuit. *Vid. Not.*

Eve-

EPIST. XVI.

Neque non tamen quale eſſet) *Vid. Not.*

Iratus ſenatui exiit) *Al.* iratus ſenatu exiit. *prim. Pal. Peck. Amſtel.* iratus ſenatui exilit. *al.* exiliit.

Tibi caræ ſunt) *Peck. aliique* curæ ſunt.

Quorum fortunas non debes velle conturbare) *Al.* eorum fortunas n. d. v. c.

Te ſubiſſe) *Sic Vatic. Amſtelod. aliique. vulgo*, te prius ſubiſſe.

Parum optimatem eſſe) *Plerique veteres libri*, parum adoptatum eſſe.

De Hiſpaniis agamus) *Sic Victor. vulgo* de Hiſpanis.

Simul atque have mihi dixit) *Alii*, aſte. *al.* hæc. *vulgo* hanc. *Vid. Not.*

Eo demittas) *Al.* eo dimittas.

Si te aut voces optimatium commovent) *Al.* ſi te verba aut voces optimatum commovent.

Quæ cum confeceris, & ego) *Al.* quæ eum tu feceris. *al.* quæ cum erunt confecta. *al.* quæ jam erunt confecta. id ſi feceris. *Palis. MSS.* quæ tamen eum feceris.

EPIST. XVII.

Quam Formiis) *Al.* quam Formias. *Vid. Not.*

Cum tu profectus es) *Pal. pr.* quam tu profectus es. *al.* antequam tu.

Quod utinam ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio. cujus amicitiæ paullatim in hanc perditam cauſam impoſuit) *Vid. Not. & Manut.*

Iracundia & amore) *Al.* iracundiæ tumore. *al.* iracundia & timore.

Tum tu porro) *Mediz. & alius MS.* tu tu porro.

Ariminum veniſſem) *MS.* Arimini. *Medic.* Ariminum veniſſent.

Neque mihi conſuluiſti) *MSS. omnes.* neque me conſuluiſti.

Timor veſtræ crudelitatis) *Peck.* timor noſtræ crudelitatis.

Niſi Pompeianus) *Medic.* niſi eſt Pompeianus.

Iam effeci) *Prim. Palat. & Amſtelod.* jam effeci.

Vt maxime plebs) *Amſtel.* ut maxime prior. *Vid. Not. Manut.*

Reliquias exſpectant) *Al.* reliqua exſpecta. *Vid. Not. Manut.*

Vincere coegero) *Al.* v. coegere.

Irritavi in me Catonem) *Amſtelod. & Med.* Arruntanum me Catonem. *al.* Arruntanium me C.

Nec hæc adhuc mihi videmini intelligere) *Sic Amſtelodam. al.* hæc *omittunt.*

Quam ſimus imbecilli) *Sic Peck. & Victor. ſed Amſtelod. & vulgati*, qua ſimus imbecilli.

Nullius præmii ſpe faciam) *Sic Peck. Victor. ed. Amſtelod. vulgo*, nullius præmii ſpe facio.

Indignitatis cauſa) *Al.* indignationis cauſa.

Quod firmiſſimum eſt) *Peck.* quod firmiſſimum eſt hæc: *Amſtelodam. & alii*, quod firmiſſimum hæc. *vid. Manut.*

Conſueverunt) *Al.* conſuerunt.

FINIS TOMI II. EPISTOLARVM AD FAMILIARES.

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

~~5 2311~~

5923 15

Digitized by Google